in qua octo sunt anapæstici, et octo pariter in antistrophe, quæ incipit, Ὁσίως· οὐχ ὑπ' &c. Si hæc vera sint, vox Ἀντιστροφικὰ post versum 70, forte poni debuit versu 42, ante Στροφὴ α': et quæ nunc est Στροφὴ simpliciter, v. 71. debuit signari Στροφὴ γ', et ita Ἀντιστροφὴ γ'. Exspectandi sunt alii codices ad firmandam hanc novitatem. Pauca addam, quæ fere notaveram antequam collationem istius codicis accepissem.

γεραιὰ potest esse vel nominativi vel vocativi casus, ἐγὼ γεραιὰ, quod verum puto, vel ὦ σὺ γεραιὰ, ad Æthram. Et pro Γεραρῶν bene legi potest Γεραιῶν, quæ vox sæpe anapæstum facit, quasi pronunciata fuisset γĕ-ρᾰ-yῶν: [de qua pronunciatione literæ ι dixi alibi plenius.] vide Hec. 64. Med. 133. Hippol. 170. Herc. Fur. 447. nam γεραρῶν, *honorabili, venerando* ore, videri potest non adeo bene convenire miserabili huic choro, de se prædicanti. Reiskius quoque conjicit γεραιῶν. Scio tamen in anapæstis syllabam αι ante vocalem aliquando corripi posse. *Markl.*

Duæ priores strophæ cum antistrophis in editis omnibus anapæstorum titulo signantur. Neque negari sane potest paucissimos in iis pedes esse, quos anapæsticum systema non recipiat. Sunt tamen nihilominus unus et alter, ut intelligere licet, ex v. 63. Itaque non dubitavi in strophas et antistrophas, præeunte Libro Put., distribuere.

Optime Marklandus: "Pro γεραρῶν bene legi posse γεραιῶν, quæ vox sæpe anapæstum facit: — vid. Hecub. 64. Med. 133. Hippolyt. 170. Herc. Fur. 447. nam γεραρῶν (*honorabili, venerando ore*) videri potest non adeo bene convenire miserabili huic Choro de se prædicanti." *Musg.*

Γεραρῶν] Venerandi enim et sacri erant supplices. Vel si γεραιῶν legas, πάθος movet; ad Anum enim Anus supplices loquuntur. *Barnes.*

γεραιὰ vel Nomin. ἐγὼ γεραιὰ, quod verum puto, vel Vocat. ὦ σὺ γεραιά. Markl. Etiam Reisk. γεραιῶν.

Ineptus etiam fuerit chorus, si sibi ipse tribueret γεραρὰ στόματα, et elegantius dicitur γεραιὰ ἐκ γεραιῶν στομάτων. Beck. Bibl. Phil. T. I. p. 72.

Heath. censuit, esse anapæsticum systema, sed corruptum: igitur priores versus ita corrigit:

Ἱκετεύω σὲ γεραιὰ γεραρῶν
Ἐκ στομάτων, πρὸς γόνυ πίπτουσα σὸν —

Beck.

Marklandi conjecturam γεραιῶν, probatam etiam Musgravio, recepi. Libri γεραρῶν. *Hermann.*

44. προσπίπτουσα πρὸς, ut Herc. Fur. 79. Aristoph. Ἱππ. 31. D. Marc. vii. 25. Sine duplicata præpositione supra v. 10. προσπιτνοῦσ' ἐμὸν γόνυ. Metrum quoque antistrophes hoc postulat. *Markl.*

45. Hæc nobis incerta sunt, quia ea pronunciata non audivimus: unde nescimus veram distinctionem. Vulgo ita:

Ἀνά μοι τέκνα λῦσαι φθιμένων
Νεκύων, οἳ, &c.

et vertitur, *Ut redimas mihi filiorum ex-*

σὶν ὀρείοισι βοράν.
Ἐσιδοῦσ' οἰκτρὰ μὲν ὄσσων ἀντιστροφή α'.
Δάκρυ' ἀμφὶ βλεφάροις, ῥυ-
σὰ δὲ σαρκῶν πολιῶν
Καταδρύματα χειρῶν·
Τί γάρ; ἃ φθιμένους παῖ-
δας ἐμοὺς οὔτε δόμοις

Montanis escam:
Intuens quidem miserabiles oculorum
Lachrymas circa palpebras, rugosas
Vero carnium canarum
Lacerationes manuum *vi factas:*
Quid enim *faciam*, quæ mortuos filios
Meos neque domi

tinctorum Cadavera, quæ, &c. Atqui τέκνα φθιμένων νεκύων, non potest significare *filiorum extinctorum cadavera.* Si quis hanc retineat distinctionem, intellexerit forte, cum Brodæo et Heathio, ἐκ ante νεκύων, ut sit, *Ut eximas meos liberos ex cadaveribus defunctorum,* &c. Abreschius, teste Reiskio, Lect. Æschyl. p. 416. dicit, componendum esse Ἀνάλυσαί μοι, non Ἀναλῦσαι, et vertendum, *restitue mihi.* Conjeceram cum Brodæo, Ἄνα μοι, τέκνα λύσαι, φθιμένων, &c. *Surge mihi, redime filios meos,* &c. *Surge,* quia Æthra ad aram *sedebat,* v. 104. Quin et νεκύων φθιμένων absolute sumi potest, *cadaveribus tabescentibus:* vel μέλη νεκύων, ut σώματα νεκύων, v. 68. et ita distinguit Reiskius. In tanta opinionum diversitate, et distinctionum possibilitate, quis tam temerarius est ut in se recipiat manum et mentem Euripidis præstare?

τέκνα οἵ, ut v. 13. quasi scriptum fuisset υἱοὺς οἵ: quod schema διανοίας frequentissimum est. 2 Epist. Joan. v. 1. τοῖς τέκνοις οὓς, et v. 4. ἐκ τῶν τέκνων σου περιπατοῦντας. *Markl.*

In hoc loco expediendo frustra laborant interpretes. Lego:

ἄνα μοι στίχα λῦσαι φθιμένων
νεάκων — —

Redime mihi cohortem mortuorum adolescentium. στίχα, *cohortem,* ut apud Homerum Iliad π. v. 173.

τῆς μὲν ἰῆς στιχὸς ἦρχε Μενέσθιος—

Hinc Dionysius Periegetes insularum numerum στίχα νήσων vocat, v. 514. Nonnusque Niobes liberos στίχα παίδων, Lib. XII. quod nostræ emendationi plane geminum est. Sed et multa similia præbet idem Nonnus. νεάκων a νεὰξ, *adolescens.* Photius Lex. MS. νεάκας, τοὺς νέους. Κτησιφῶν Πανδώρᾳ. Pollux Lib. II. sect. 11. νεανίσκος, νεανίας. ὁ δὲ νεὰξ, εἰ γὰρ τῶν εἰρημένων ἐστὶν, ἀλλὰ κωμικώτερον ἂν εἴη. Grave Pollucis judicium, nec tamen sine cautione audiendum. Sic enim Idem vocem ἀντίπαις, Æschylo et Euripidi usurpatam, (Eumenid. v. 38. Androm. v. 326. novis Comicis tribuit.

Emendatio in notis proposita nimis aliquanto a vulgatæ vestigiis recedit. Vide igitur, Lector, an verius fuerit:

Ἄνα μοι τεθμὰ ῥῦσαι φθιμένων
Νεκύων — —

Iterum mihi serva (vel *instaura*) *ritus* (vel *jura*) *mortuorum, quicunque membra relinquunt,* etc. *Musg.*

Ἀνά μοι τέκνα λῦσαι] Est *tmesis* pro ἀναλῦσαι, i. e. ἀνακομίσασθαι. Τό μοι autem non superfluit, ut Brodæus vult: est enim perinde ac τὸ μου. De hoc μοι v. quæ nos ad Iphig. Aul. v. 613. Puto vero legendum λύσαι Imperat. mod. quia ἐσιδοῦσα concordat cum eo. *Barnes.*

Heath. post τέκν' inserit ἐμά.

Reisk. sic distinguit: λύσαι, φθιμένων νεκύων, οἵ —

Beck. Bibl. Phil. I. p. 74. conjicit:

Προθέμαν, οὔτε τάφων χώ-
ματα γαίας ἐσορῶ.
Ἔτεκες καὶ σύ ποτ', ὦ πότ- στροφὴ β'.
νια κοῦρον, φίλα ποιη-
σαμένα λέκτρα πόσει σῷ·
Μετὰ νῦν δὸς ἐμοὶ σᾶς
Διανοίας, μετάδος δ' ὅσ-

Curavi, neque sepulchrorum
Tumulos terræ video?
Peperisti tu quoque quondam, O veneranda,
Filium, faciens gratum
Thalamum tuo marito:
Impertias mihi nunc de tua
Mente, impertias vero quantum

Ἄνα πτώματα λῦσαι φθιμένων N. *ut restitui curet cadavera mortuorum.* πτῶμα νεκρῶν veteres dixerunt. Nec est, quod offendat additum, Νεκύων. v. ad v. 118. *Beck.*

46. Recte hoc interpretatur Brodæus, *e cæsorum sepultura carentium strage.* *Hermann.*

48. ss. Ita distinxit scripsitque Heath.

> Θανάτῳ λυσιμε-
> λεῖ, θηρσὶν ὀρείαισι βορὰν,
> Ἐσιδοῦσ' οἰκτρὰ μὲν ὅσσων δάκρυ' ἀμ-
> φὶ βλεφάροις, ῥυσσὰ δὲ σαρκῶν πολι-
> ῶν, καταδρύματα χειρῶν. τί γάρ; ἆ.

Beck.

49. βοράν.] Ultimam longam habet, ut apud Æschyl. Agam. 1606. et Nostrum Cyclop. 99. Unde in antistrophe, ultima in ἐσορῶ longa esse debuit. Sed sequitur vocalis, ἔτεκες. itaque ob metrum ibi scribendum videtur εἰσορῶ, brevi ω, ut Hecub. 122. in anapæsto, Τὼ Θησείδα δ' ὄζω Ἀθηνῶν· *Duo autem filii Thesei, germina Athenarum.* Nunquam ita in iambo tragico. *Markl.*

50. Suspecta haberi possunt ὄσσων δάκρυα ἀμφὶ βλεφάροις, *oculorum lacrymas in oculis*, seu *palpebris*. Quærendum forte de diversa lectione, vel distinctione post δάκρυ', ut reliqua continuentur, et exprimatur istud XII Tabularum, *mulieres genas ne radunto.* Δακρῦσαι βλέφαρα in Helen. 948. vertitur, *lacrymis rigare palpebras:* quæ vulgatæ patrocinari videri potest. Si abesset ὄσσων, nulla foret difficultas: et nunc forte nulla est. Nos enim jam ignoramus quantum licentiæ veteres tragici in locutionibus, sine reprehensione, sibi sumere potuerint. *Markl.*

51. Ῥυσὰ δέ.] Legendum ῥυσσὰ, cum Heathio, ob metrum. Vide Illustriss. Spanhemium ad Aristoph. Plut. v. 266. Pro χειρῶν Reiskius legit χηρῶν, (*viduarum*) et remittit ad Androm. 348. *Markl.*

53. Ernesti in Lex. Heder. Gr. legi vult καταδρύμματα. *Beck.*

Recte Ernestius in lexico Græco καταδρύμματα pro vulgato καταδρύματα. *Hermann.*

56. οὔτε τάφων Χώματα γαίας ἐσορῶ.] Nihil variant exemplaria; et omnia defendi possunt præter ἐσορῶ, pro quo εἰσορῶ necessarium videtur. *Markl.*

56. s. Ita distinguit Heath:

> Προθέμαν, οὔτε τά-
> φων χώματα γαίας ἐσορῶ.

Beck.

60. σῷ post πόσει omittit Heath. et præced. versu scribit κόρον. *Beck.*

61. σᾶς διανοίας,] Mallem σᾶς: *communica mecum de tua sententia:* nempe, eam partem ejus quæ ad hanc rem pertinet. Hoc est, Dic nobis quid sentias de hac nostra calamitate. Sic μετάδος λόγου, Orest. 153. μετάδος σῆς εὐπραξίας, ibid. v. 444. τῶν τυρῶν ἤσθιον, Cyclop. 232. potius quam τὸν τυρὸν, ut nunc legitur. Herodotus III. 11. ἐμπιόντες τοῦ αἵματος·

σον ἐπαλγῶ μελέα τῶν
Φθιμένων, οὓς ἔτεκον·
Παράπεισον δὲ σὸν, ὃν λισ-
σόμεθ᾽, ἐλθεῖν, τέκνον, Ἰσμη-

Doleo misera de
Mortuis, quos peperi:
Persuade vero tuum, cui sumus supplices
Ut veniat, filium, *ad* Ismenum,

ubi exspectasses τοῦ κράματος: vide locum, et lib. IV. 70. Margo quoque Barnesii habet σᾶς. Sequitur: Μετάδος δ᾽, ὅσσον ἐπαλγῶ, &c. id est, κατὰ τόσον, καθ᾽ ὅσον ἐπαλγῶ· *communica vero proportione habita ad meum dolorem.* ut Helen. 74. Θεοί σ᾽, ὅσον μίμημ᾽ ἔχεις Ἑλένης, ἀποπτύσαιεν· i. e. κατὰ τόσον καθ᾽ ὅσον ἔχεις μίμημα, &c. (Teucer loquitur) *quatenus similis es Helenæ. Markl.*

Nullum probabilem sensum dederit verbum μετάδος, utcunque torqueas. Legendum forte:

Μετὰ νῦν θὲς ἐμοὶ σὰς διανοίας —

Transfer in me tuos sensus, tuas cogitationes i. e. finge, me eadem de meo filio sentire, quæ Tu de Tuo. Deinde:

μετάθες δ᾽ ὅσσον ἐπαλγῶ —

Transfer in Te meum dolorem i. e. finge, te eadem dolere, quæ ego nunc. μεταθῶμεν ἡμῶν τὰς διανοίας habet Julianus Imp. Orat. VII. p. 208. B. Ed. Spanh. *Musg.*

Μετὰ νῦν δὸς] *Tmesis* pro μετάδος. *Barnes.*

Heath. vulgatum vertit: *Des mihi locum inter cogitationes tuas,* etc.

Nempe in his locutionibus intelligitur τι, vel μέρος, unde frustra in Bibl. Phil. I. p. 86. laudavi Arist. Plut. 226. Herodot. VIII. 5. Aristoph. Vesp. 912. quibus locis additur verbo μεταδιδόναι Accusativus, et probatur nunc emendatio Marklandi. *Beck.*

Σᾶς pro σὰς Marklando debetur. Sed male hæc intelligunt interpretes. Hoc dicit: *qua tu mente in tuum es filium, eam nobiscum communica, et communica pro magnitudine doloris nostri. Hermann.*

63. Μελέα] Alias μέλεα sine commate, ut sit μέλεα τῶν φθιμένων. *Barnes.*

Τῶν φθιμένων οὓς ἔτεκον] Id est, Τῶν φθιμένων τέκνων, ut φθιμένους παῖδας ἐμοὺς, v. 54. *Markl.*

65. λισσόμεθ᾽,] Ut ἔχομεν v. 73. Codices A. B. λισσομ.᾽ hoc esset λίσσομαι: quod (λισσομ᾽) non stabit in versu. Παράπεισον, ut Homer. Iliad. H, 120. ubi vide Clarkium. Reiskius delet ὅν. sed mensura versus hoc non patitur, nisi δὲ quoque deleatur. *Markl.*

Heath. e sequenti versu in hunc confert voc. τέκνον. *Beck.*

66. Ἐλθεῖν Ἰσμηνὸν] Ut eat ad Thebas, quas Ismenus præterfluit. *Barnes.*

67. ἐμάν τ᾽ ἐς χεῖρα θεῖναι νεκύων θαλερῶν, σώματα, ΛΑΙΝΟΝ ΤΑΦΟΣ] Difficilis locus, variisque Criticorum conjecturis vexatus. Interposuerat Brodæus voculam εἰς ut sit θεῖναι εἰς λαΐνον τάφον, quod merito rejecerunt Reiskius et Musgravius, quorum alter — σώματα, γάϊνον βάρος legendum conjecit. Vereor ut satis bene. Certe et sic languet oratio, verbis prorsus inutilibus temere adsutis. Mihi in mentem venit, quod tamen ipse dubito multis probatum iri:

— — ἐμάν τ᾽ ἐς χεῖρα θεῖναι
νεκύων θαλερῶν σώματα, ΧΑΙΟΝ ΠΡΑΓΟΣ,

ut judicium Chorus apponat, de actione, quam Theseum suscipere cupit. Librarius, cum vocem paulo doctiorem χάϊον non intelligeret, facile illam in λάϊνον mutare potuit, quod sæpius apud Euripidem legerat. Quo facto mutatio τοῦ πρᾶγος in τάφος necessaria videri debuit, χάϊος ἀγαθός. Hesych. et sic interpretatur Scholiast. ad Theocrit. Eid. VII. 5. χάων τῶν ἐπάνωθεν. Aristophanes in Lysistr. 90. Æschylus in Suppl. 865. — Quod autem sequitur, id longe ineptissimum est:

Ὁσίως· οὐχ ὑπ᾽ ἀνάγκας δὲ προσπιτνοῦσ᾽
προσαιτοῦσ᾽ ἔμολον δεξιπύρους θεῶν
Θύμελας.

Quomodo enim, quæso, mulieres, quæ Æthram suppliciter rogant, se id nulla necessitate coactas facere, dicere audent?

νὸν, ἐμάν τ' εἰς χέρα θεῖναι
Νεκύων θαλερῶν σώ-
ματα λάϊνον τάφον.
Ὁσίως οὐχ, ὑπ' ἀνάγκας ἀντιστροφή. β'.

Ut in mea manu ponat
Juvenilium cadaverum corpora,
Terreum onus.
Parum sancte sed compulsa a necessitate

Quod cum et alii viderent, comma post οὐχ posuerunt, quasi mulieres dicerent, se non servata Deorum reverentia ad aram accessisse, quia, Heathius ait, *sordido et funebri vestitu indutæ erant, quem vestitum Theseus,* v. 108. *advertens appellat* πεπλώματ' οὐ θεωρικά. Sed neque ita hæc difficultas tollitur. Theseus enim, laudato loco, nihil aliud dicit, quam se illas luctu graviter afflictas videre, qui luctus κουραῖς et πέπλοις οὐ θεωρικοῖς h. vestibus parum lætis, tristibus, quales lugentes gerere par erat, indicabatur. Legendum forte:

Ὁσίας ξὺν ὑπ' ἀνάγκας σὲ προσπιτνοῦσ'

quæcunque necessario fit actio, ea ἀνάγκη vocatur: quæ si ad religionem pietatisque spectat officia, ὁσίη dicitur. In hoc igitur loco ὁσίη ἀνάγκη pietas est matrum erga filios, qua impulsæ Æthræ genua accidunt. Ἀνάγκης igitur partes etiam in suavissimis rebus esse possunt. Bacchylides ap. Athen. II. p. 39. E.

γλυκεῖ' ἀνάγκα σευομένα κυλίκων.

Pindarus Nem. VIII. 4.

τὸν μὲν ἁμέροις
Ἀνάγκας χερσὶ βαστάζεις τὸνδ' ἑτέροις.

Hunc suaviter regis, illum contra. ubi cave cum Erasmo Schmidio legas: ἀναγκὰς *in ulnis.* Speciosa est Heinsii in Theocrito emendatio Eid. XXIII. 12.

καὶ κῶρα: δεινὸν βλέπον, εἶδον ἀνάγκαν.

pro εἶχον ἀνάγκην, quod an satis expediri possit dubito. *Jacobs.*

68. Pro θαλερῶν Codd. A. B. θαλερα, metro abnuente, nisi legatur πτώματα pro σώματα, ut Phœniss. 1496. ubi vide Valckenærium. *Markl.*

Codd. A. B. θαλερά. *Hermann.*

69. λάϊνον εἰς τάφον.] Barnesius et Heathius post Brodæum supplent istud εἰς, quod in prioribus deerat. Reiskius putat aliquid plus abesse. εἰς (vel ἐς) hoc loco est quod dicimus *in ordine ad:* ut ἐς Αὖλιν, Iph. Taur. 818. εἰς ἴασιν, et εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν, in Evangelio.

λάϊον τάφον] Marklandus, post Brodæum et Barnesium, legit, vocula interposita, λάϊνον εἰς τάφον. Mihi nullo modo placent supplementa, quæ orationem perspicuam et venustam non reddunt. Satius enim puto relinquere, quæ penitus sanare non possis. Reiskius plura deesse arbitratur; cui assentiri vetat strophes et antistrophes æqualitas. Legendum, ni fallor:

νεκύων θαλερῶν σώματα, γάϊνον βάρος.

Sensum finiri his verbis, utcunque scriptis, luculenter ostendit initium antistrophes. Jam quid elegantius, quam cadavera, anima destituta, γάϊνον βάρος, i. e. *terrenum pondus,* dici. βάρος in simili re vide hujus fab. v. 1169. Soph. Electr. v. 1146. *Musg.*

Libri σώματα λάϊνον τάφον. Brodæus, Barnesius, Heathius, Marklandus λάϊνον εἰς τάφον. Vulgatam lectionem una littera mutata et syllaba una repetita sic emendandam puto, σώματ' ἀλαίνοντα τάφου, Troad. v. 1074. σὺ μὲν φθίμενος ἀλαίνεις ἄθαπτος, ἄνυδρος. Inest autem in hoc et in verbo ἀλᾶσθαι carendi significatio. Troad. 642. ψυχὴν ἀλᾶται τῆς πάροιθ' εὐπραξίας. Pindar. Ol. I. 94. εὐφροσύνας ἀλᾶται. *Hermann.*

69. ss. Ita scribit et distinguit Heath:

Νεκύων θαλερῶν σώματα, λάϊνον
Εἰς τάφον. Ὁσίως οὐχ, ὑπ' ἀνάγκας
Δὲ, προπίπτουσα, προσαιτοῦσ', ἔμολον

Δὲ προπίπτουσα, προσαιτοῦσ'
Ἔμολον δεξιπύρους θεῶν
Θυμέλας· ἔχομεν δ' ἔν-
δικα· καὶ σοί τι πάρεστι
Σθένος, ὥστ' εὐτεκνίᾳ δυσ-

Ad genua accidens, petitura
Venio *ad* recipientes-ignem deorum
Aras: habemus autem justam causam;
Et tibi adest quædam
Facultas, ut felicitate tui filii

Δεξιπύρους θεῶν θυμέλας, ἔχομεν δ'
Ἔνδικα. καί σοί τι πάρεστι σθένος,
Ὥστ' εὐτεκνίᾳ δυστυχίαν τὴν
Παρ' ἐμοὶ καθελεῖν.

εἰς h. l. *ad*, consilium indicat. v. Markl. Reisk. legit etiam εἰς, sed tamen ei plura deesse videntur. Neque enim ita poni potuisse θεῖναι censet, ut in constructione deberet repeti, *θεῖναι σώματα νεκύων εἰς ἐμὴν χεῖρα, ut ponat in manus meas funera, θεῖναι εἰς τάφον λάϊνον, quæ ponam in sepulcro lapideo. Beck.*

70. Ὁσίως· οὐχ ὑπ' ἀνάγκας,] Iterum ambiguitas, aliis post Ὁσίως plenius, aliis post οὐχ, minus distinguentibus. Brodæus, et ex eo Barnesius, explicat. "Non ut te cogere aut possim, aut velim," priore modo distinguentes. Reiskius, Ὁσίως οὐχ, ὑπ', &c. *non quidem reverenter, coacta tamen*, &c. et post eum Heathius, Ὁσίως οὐχ, "quia sordido et funebri vestitu in- "dutæ, aras Deorum accedebant; quem "vestitum Theseus infra v. 108. adver- "tens, appellat πεπλώματ' οὐ θεωρικά." Volunt, opinor, non mera necessitate compulsæ, sed caussæ quoque justitia fretæ, huc venimus. Vox Θεῶν (v. 72.) est monosyllabon. Sequitur, καὶ σοὶ Τὶ πάρεστι σθένος, ὥστ', &c. aliud argumentum quare Æthræ se applicarent, qui illa potuit iis opitulari. Perite quoque εὐτεκνίας Æthræ mentionem injiciunt, ἀτεκνίαν suam innuentes. Hæc sunt artificiosissima. Si versus admisisset ἔχουσα vel ἔχουσαι pro ἔχομεν, nulla obscuritas in sensu hujus loci fuisset: neque nunc est, ut mihi videtur. *Markl.*

Sequor interpunctionem Canteri, secundum quam dicunt, se οὐχ ὁσίως ad aras accessisse, de quo vid. infra, v. 108. Qui aliter legunt locum, ex perspicuo et eleganti invenustum et obscurum reddunt. *Musg.*

Οὐχ ὑπ' ἀνάγκας] Non ut te cogere aut possim, aut velim. Scaliger προσπίπτουσα legit. *Barnes.*

71. προπίπτουσα,] Iidem codices προσπιπτουσα. et ita Scaliger. Codex C. προσπιπουσα. Sed si hæc sint antistrophica, metrum poscit προπίπτουσα. *Markl.*

προπίπτουσα,] Ita Soph. Electra v. 1396. αἰτῶ, προπίτνω, λίσσομαι. MSS. ambo et P. προσπίπτουσα. *Musg.*

72. δεξιπύρους Brodæus interpretatur, *liba ac placentas suscipientes.* Male, opinor: quia prima in πυρὸς, *triticum*, longa est. In vocum quantitatibus vir summus, Brodæus, sæpe labitur. *Markl.*

δεξιπύρους θεῶν θυμέλας,] Hesych. θυμέλη, οὕτως ἔλεγον ἀπὸ τῆς θηλῆς (lego θυηλῆς) τὸν βωμόν. Οἱ δὲ τὸ ἐπίπυρον, ἐφ' οὗ ἐπιθύουσιν, ἢ ἔδαφος ἱερόν. Euripides etiam *mœnia* a Cyclopibus facta θυμέλας Κυκλώπων vocat Iphig. Aul. v. 152. quem locum videsis. Præterea hic notandum est, τὸ θυμέλη vel *scenam* ipsam, vel notabilem quandam *scenæ* partem, significare, ut *pulpitum*; nam Pollux ipse dubitat, nec aperte designat; hinc *Thymelici* apud Vitruvium Architect. L. V. c. 8. Hinc et illud de ipso Euripide ex Anthol. Lib. V.—ἦν γὰρ ἴδεσθαι, Οἷά τε που θυμέλῃσιν ἐν Ἀτθίσι θύρσα τινάσσων. Vid. Vitruvii expositores et Martialis ad hunc locum L. I. Ep. 4. *Qua* Thymelen *spectas, derisoremque* Latinum, *Illa fronte, precor, Carmina nostra legas. Barnes.*

75. εὐτεκνίᾳ.] Ita optime Æm. Portus. Ed. Ald. εὐτεκνία. *Barnes.*

76. Legebatur τήν. Hermann. *Barnes.*

77. ss. Ita distinguit et exhibet Heath.

τυχίαν τὴν παρ' ἐμοὶ
Καθελεῖν. Οἰκτρὰ δὲ πάσχουσ',
Ἱκετεύω τὸν ἐμὸν παῖ-
δα τάλαιν' ἐν χερὶ θεῖναι,
Νέκυ' ἀμφιϐαλεῖν παι-

Auferas infelicitatem meam.
Miseranda vero *mala* quia patior,
Supplex oro infelix *ego* tuum mihi filium
Ut in manu ponat,
Ut amplectar misera

Οἰκτρὰ δὲ πάσχουσ' ἱκετεύω τὸν ἐ-
μὸν παῖδα τάλαιν', ἐν χερὶ θεῖναι,
Νέκυ' ἀμφιϐαλεῖν
Λυγρὰ μέλη δὴ παιδὸς ἐμοῦ.

Ne quis objiciat, sæpe in hoc systemate, quale ipse constituit, peccari contra legem metricam, a Dawesio M. Crit. p. 224. propositam, in versu parœmiaco syllabam catalecticam soli anapæsto subjici oportere: monet, hanc legem non semper a poëtis veteribus observari. Sic Æsch. Agam. 574. parœmiaci catalecticam syllabam præcedere spondeum. *Beck.*

79. ἐν χερὶ θεῖναι
Νέκυ' ἀμφιϐαλεῖν λυγρὰ μέλη παιδός γ' ἐμοῦ.

Mallem,

Τὸν ἐμὸν παῖδα τάλαιν' ἐν χερὶ θεῖναι
Νέκυν, ἀμφιϐαλεῖν λυγρὰ μέλη παιδός γ' ἐμέ.

Νέκυν, alii quoque conjecerunt. ἀμφιϐαλεῖν est ὥστε ἐμὲ ἀμφιϐαλεῖν, *ut amplectar.* Reiskius legit τ' pro γ', et distinguit, Νέκυν ἀμφιϐαλεῖν, λυγρὰ, &c. Heathius, qui non viderat dispositionem hujus codicis C, has duas strophas et antistrophas reducit in regulare systema anapæstorum triginta, hoc modo:

1. Ἱκετεύω σε γεραιὰ γεραρῶν
2. Ἐκ στομάτων, πρὸς γόνυ πίπτουσα σὸν,
3. Ἀνά μοι τέκν' ἐμὰ λῦσαι φθιμένων
4. Νεκύων, οἳ καταλείπουσι μέλη,
5. Θανάτῳ λυσιμε-
6. λεῖ, θηρσὶν ὀρείοισι βορὰν,
7. Ἐσιδοῦσ', &c.

Versu 2°, mecum delet τὸ. v. 3°, interpolat ἐμά post τέκν'. v. 8°, legit ῥυσσὰ pro ῥυσά. v. 14°, delet σῷ. versu ultimo, interponit δὴ post παιδὸς, et delet γ': quod et ego deleveram; sed non nisi sero vidi rationem istius particulæ, et legendum esse δός γ' ἐμὲ (non ἐμοῦ), cui præit in strophe dactylus, εἰς τάφον. Dele igitur verba, F. παιδὸς ἐμοῦ, et pone, F. παιδός γ' ἐμέ. Patet unde venerit ἐμοῦ: nempe, ex præcedente παιδός.

Ceterum, post hunc versum recitatum, audiuntur verbera ministrarum, (quas secum adduxerant Matronæ Argivæ) corpora sua pulsantium. Unde Æthra, ut opinor, non Chorus, statim dicit, Ἀγὼν ὅδ' ἄλλος ἔρχεται γόων, γόων Διάδοχος. ubi pro ultimo γόων Valckenærius legendum censet γόοις, (ad Phœniss. 374.) ut Androm. 741. et 794. κακὸν κακῷ διάδοχον, ut legitur in Cod. Florent. et in edit. vet. pro κακῶς. Frequentius ita in Euripide. Cum secundo casu Sophocles Philoct. 888. φέγγος ὕπνου διάδοχον. In sensu nulla est differentia. *Markl.*

Vide Valckenær. ad Hippol. 869. *Por.*

Superfluum est hoc versu τὸν ἐμὸν παῖδα, cum in sequenti sit μέλη παιδὸς ἐμοῦ. Legendum haud dubie:

—— ἱκετεύω
σὸν ἐμοὶ παῖδα τάλαιν' ἐν χερὶ θεῖναι. *Musg.*

80. Legendum videtur, ut hic versus ἀντιστοίχῳ respondeat:

νέκυ' ἀμφιϐαλεῖν παιδὸς ἐμοῦ μέλη λυγρά.
Musg.

Νέκυ' ἀμφιϐαλεῖν λυγρὰ μέλη] Alii νέκυν, et tum sit per appositionem ad λυγρὰ μέλη. Ὁ νέκυς autem et ὁ νεκρὸς cadaver sonant. *Barnes.*

δὸς ἐμοῦ μέλη λυγρά.
ΑΙ. Ἀγὼν ὅδ᾽ ἄλλος ἔρχεται γόων, γόων στροφὴ γ΄.
Διάδοχος· ἀχοῦσι προσπόλων χέρες.
ΧΟ. Ἴτ᾽, ὦ ξυνῳδοὶ κακοῖς,
Ἴτ᾽, ὦ ξυναλγηδόνες,
Χορὸν, τὸν Ἀΐδας σέβει.
Διὰ παρῆδος ὄνυχα λευκὸν

Membra mortua mei filii
Æth. Certamen hoc aliud venit; luctum luctibus
Succedentem resonat ministrorum manus.
Cho. Ite, O concentores, malis,
Ite, O consortes doloris *nostri,*
Chorum, quem Pluto colit.
Per genas unguem candidum *mittentes*

Legebatur νέκυ᾽. Emendarunt Marklandus et Reiskius, cætera non omni ex parte recte constituentes. *Herman.*

Scrib. νέκυν ἀμφιβαλεῖν, λυγρὰ μέλη παιδός τ᾽ ἐμοῦ, paullo longius rejecta particula copulativa. *Reisk.*

81. Legebatur παιδός γ᾽ ἐμοῦ, et in Marklandi codice C. qui hic valde interpolatus est, παιδὸς δὴ ἐμοῦ. *Herman.*

82. Legendum, Ἀγὼν ὅδ᾽ ἄλλος ἔρχεται, γόων γόοις (vel γόῳ) Διάδοχος. Menstrua Censura, N. S. I. xxviii. p. 206. *Burn.*

Optime Marklandus hunc et sequentem versum Æthræ tribuit. Mendo utrumque laborare arbitror, quod sic sustulerim:

ἀγὼν ὅδ᾽ ἄλλος ἔρχεται· γόον γόων
διάδοχον ἀχοῦσι προπόλων χέρες.

Quod dant vulgatæ, minus venuste inter se connexum est. προπόλων pro προσπόλων Heathii commentarius suppeditavit.

Sic Valckenarius ad Phœn. 374. Libri γόων γόων. Vide etiam Pors. ad Hec. 586. Male Marklandus, eumque sequutus Musgravius hunc et sequentem versum Æthræ tribuunt. Duæ postremæ strophæ sunt ministrarum, earumque fortasse aliæ stropham, aliæ antistropham canebant. *Hermann.*

83. προσπόλων χέρες.] Ex antistropha videtur hic scribendum esse προπόλων. Et ita Heathius. Hunc, et antecedentem versum, Æthræ, non Choro, assignavi in versione. Chorus loquitur ea quæ statim sequuntur, Ἴτ᾽, ὦ, &c. *Markl.*

Ob metrum Heath. et Markl. corrigunt προπόλων. Versus est asynartetus ex duabus penthemimeribus, trochaica et iambica. *Beck.*

84. Ἴτ᾽, ὦ ξυνῳδοὶ κακοί,] Imo κακοῖς, *concentrices* meis *malis.* et ita Codd. A. B. quemadmodum conjeceram. Sic Orest. 133. Helen. 174. vide Med. 1004. Phœniss. 1554. Herodot. V. 92. p. 320. προσῳδὸς eodem sensu Ion. 359. *Markl.*

κακοῖς,] Ita ambo MSS. Vulgo male κακοί. *Musg.*

κακοὶ,] Alias κακαί. *Barnes.*

Sic codd. Sed Ald. κακοί. *Hermann.*

85. Ξυναλγηδόνες pro ξυναλγοῦσαι, *res* pro *persona:* et ἴτε χορὸν pro εἰς χορόν· quorum utrumque frequentissime occurrit. Per ἴτε εἰς χορὸν, vult, opinor, *concinite:* quod est Ἀΐδου μολπὰς ἐκχεῖν, v. 773. vide ad v. 985. et Iphig. Tauric. 182. *Markl.*

Heath. ἴτε χορὸν accipit pro χορεύετε. *Beck.*

Male Marklandus ξυναλγηδόνες pro ξυναλγοῦσαι accepit. *Hermann.*

86. τὸν Ἀΐδας σέβει.] Lege, Ἀΐδας dissyllabon. *Por.*

Χορὸν,] Alias χοροῦ. *Barnes.*

Pro Ἀΐδας scripsi Ἅιδας, et majorem

Αἱματοῦτε, χρῶτά τε φόνιον.
Τὰ γὰρ φθιτῶν τοῖς ὁρῶσι κόσμος.
Ἄπληστος ἅδε μ' ἐξάγει χάρις γόων ἀντ. γ'.
Πολύπονος, ὡς ἐξ ἁλιβάτου πέτρας
Ὑγρὰ ῥέουσα σταγὼν,
Ἄπαυστος αἰεὶ γόων.
Τὸ γὰρ θανόντων τέκνων,

Cruentate, corpusque sanguinolentum:
Hic enim honor mortuis *tribuitur* a vivis.
Educit me hæc insatiabilis voluptas luctuum
Ærumnosa, ut ex celsa rupe
Humida fluens gutta,
Nullum unquam finem faciens luctuum.
Nam propter mortuos filios

interpunctionem post σέβει sustuli. Nam χορὸν non ex verbo ἴτε, sed ex αἱματοῦτε pendet. *Hermann.*

87. Διὰ παρηΐδος] Scribendum παρῆδος ob metrum. *Markl.*

Παρῆδος pro παρηΐδος Heathius et Marklandus. Ea contractio vocem jubet paroxytonon facere. *Hermann.*

88. Vereor ne scripserit χρῶτα φοίνιον, ut ὄνυχα αἱματοῦτε pro ἀμύσσετε dictum habeatur. Sic Æschylus in Agam. 823. ἀνδροθνῆτας Ἰλίου φθορὰς ψήφους ἔθεντο. Nec scio, an antistrophicus versus correctionem passus sit. *Hermann.*

89. Pro ὁρῶσιν metrum vult ὁρῶσι: et sic edidit Barnesius. *Markl.*

τοῖς ὁρῶσι] Græci Poëtæ ὁρᾷν, δέρκεσθαι, καὶ βλέπειν ἀντὶ τοῦ ζῆν usurpant. Sic Hom. Iliad. α'. v. 88. Οὔτις ἐμεῦ ζῶντος καὶ ἐπὶ χθονὶ δερκομένοιο. et Iliad. σ'. v. 61. Ὄφρα δέ μοι ζώει καὶ ὁρᾷ φάος ἠελίοιο. Ita et Sophocl. Ajac. v. 982. — κεἰ βλέποντα μὴ 'πόθουν, Θανόντ' ἂν οἰμώξειαν. — et Eurip. Hecub. v. 311. Οὐκοῦν τόδ' αἰσχρὸν, εἰ βλέποντι μὲν φίλῳ Χρώμεσθ', ἐπεὶ δ' ὄλωλε μὴ χρώμεσθ' ἔτι. Et id. Iphig. Tauric. v. 718. Θανόντα μᾶλλον, ἢ βλέπονθ', ἕξω φίλον. Vid. Iphig. Aul. v. 484. *Barnes.*

Heath. versum reddit: *Honores enim mortuorum sunt viventium decus. Beck.*

90. μ' ἐξάγει χάρις γόων] Ut Alcest. 1099. ἔρως τις μ' ἐξάγει. Hesychius: Ἐξάγειν· παροξύνειν. Ion. 361. vide Dorvill. ad Chariton. p. 481. Apud Herodot. V. 49. ἐνάγει προθυμίη, eodem sensu; et ita passim. Sic forte scribendum Lib. VII. 160. ἐπενάγειν τὸν θυμὸν, non ἐπανάγειν. Sed quid est χάρις γόων, ἄπαυστος γόων? Num voluit χάρις γόνων, *amor liberorum* meorum? an ἄπαυστος λόγων? nam hæ voces alibi commutantur. Videri posset alludere ad Nioben in istis, ὡς ἐκ — πέτρας Ὑγρὰ ῥέουσα σταγών. Andromacha tenerrime, v. 116. fabulæ cognominis, in suavissimis istis elegiacis:

Τάκομαι, ὡς πετρινὰ πιδακόεσσα λιβάς.

Vox γόων vel γόους quater occurrit intra paucos versus. *Markl.*

91. Vulgo ἁλιβάτου, ex prava derivatione. Sic etiam apud Pindarum Ol. I. 110. legebatur. Mirus error Schneideri in lexico h. v. Cæterum notandus rarior Dorismus, quum et Euripides alibi, et Æschylus ἠλίβατος habeant. *Hermann.*

93. ἀεὶ] Restitui αἰεὶ, mensura versus ita postulante. Prima enim strophes dipodia est diiambus. et ita Heathius. Ante Ἄπαυστος Brodæus subintelligit. εἰμί. *Markl.*

Forte scrib. Ἄπαυστον, scil. εἶναι. Sic sensus erit: *Voluptas, quam percipio e luctu ob mortem filiorum, quæ quidem et insatiabilis est, et multis cum ærumnis conjuncta, jubet me, ut rupes marina semper humet, nunquam lugere desinere.* De voluptate cum laboribus et molestiis con-

Ἐπίπονόν τι κατὰ γυναῖκας
Εἰς γόους πέφυκε πάθος. ἒ, ἒ,
Θανοῦσα τῶνδ' ἀλγέων λαθοίμαν.

ΘΗΣΕΥΣ.

Τίνων γόων ἤκουσα, καὶ στέρνων κτύπον,
Νεκρῶν τε θρήνους, τῶνδ' ἀνακτόρων ἄπο

Vehemens quidam in mulieribus
Ad luctus insitus est affectus: heu, heu!
Utinam mortua horum dolorum obliviscar.

THESEUS.

Quorum luctum audivi, et pectorum sonitum,
Et lamentationes de mortuis, ex his templis

juncta v. Livius V, 4, 4. Philemon p. 328. ed. Cler. et Valcken. ad Herod. p. 443. 33. *Beck.*

95 Ἐπίπονόν τι κατὰ γυναῖκας] Sententia præcedens, et ἄπαυστος AIEI, et rationale γὰρ, videntur suggerere Ἐπίμονόν τι, *constanter manens quidam affectus,* perdurans. Andromach. 93.

ἐμπέφυκε γὰρ
Γυναιξὶ τέρψις τῶν παρεστώτων κακῶν,
Ἀνὰ στομ' AIEI, καὶ διὰ γλώσσης ἔχειν.

hæc sunt simillima. Brodæus explicat τὸ γὰρ θανόντων τέκνων, per, οἱ γὰρ θανόντες υἱοί. Sed τὸ istud pertinet ad πάθος quod sequitur, et θανόντων τέκνων absolute sumi potest. *Markl.*

Ἐπίπονόν] Non male Marklandus ἐπίμονον. Quanquam legi etiam potest ἐπίτονον. ἐπιτόνως, adverbium inde deductum, est apud Æschylum Eumenid. v. 558. Ed. Turneb. ubi vulgatæ ἐπὶ τὸν, ὧ. *Musg.*

Marklandus ἐπίμονον, Musgravius ἐπίτονον conjicit. Nihil mutandum videtur, si simpliciter *grave ad luctum* interpreteris. *Hermann.*

97. τῶν ἀλγέων] Codices A. B. τωνδ', *horum.* Rectius. *Markl.*

98. καὶ στέρνων κτύπον,] Sic Troas. 796. Πλήγματα κρατὸς, στέρνων τε κτύπους. ubi tamen legendum puto τε τυπὰς, propter anapæstum, ne ε brevis fiat ante κτ. Hesychius: Τυπῇσι, πληγαῖς: ex Iliad. E. 887. *Markl.*

99. τῶνδ' ἀνακτόρων ἄπο] Pro τοῦδ' ἀνακτόρου: proprie. Nam ἀνάκτορον est templum Cereris Eleusiniæ: Herodot. IX. 64. De voce ἠχὼ vide ad Mœrin. Atticist. in Ἠχὴ, et Hecub. 1118. (1093.) ed. King. ubi in Barnesiana editur Ἀχὼ, quod Dorum est. ita tamen Aldina. Sed in eadem editione quam habeo correctam ad MS. manu L. Holstenii, invenio Ἠχώ. Notat Brodæus, ἠχοῦς, ἀντὶ τοῦ ἠχοῦ. Voluit, opinor, ἀντὶ τοῦ ἤχου. *Markl.*

100. φόβος μ' ἀναπτεροῖ.] Hesychius: Ἀναπτερώσω, μετέωρον ποιήσω. Vide Xenophon. Hist. Græc. III. p. 482. D. et 496. A. ἀνακουφίζομαι eodem sensu, Hist. Græc. lib. V. p. 557. A. μετεωρίζομαι D. Luc. xii. 19. αἴρειν τὴν ψυχὴν Joan. x. 24. nisi ibi scribendum sit τὴν ψυχὴν ἡμῶν αἰωρεῖς; i. e. *suspendis,* suspensam tenes. Nam αἴρειν τὴν ψυχὴν est *auferre* animam, v. 18. Max. Tyrius VII. 1. πτέρωμά τι κουφὸν καὶ μετάρσιον, ἐπαῖρόν τε καὶ ἀνακουφίζον τὴν ψυχήν. *Markl.*

Hæc Theseum dicere monet Prev. quia in funebribus ritibus erant etiam tales lamentationes, quales nunc cum maxime audiverat. *Beck.*

101. ἣν μεταστείχω ποδί] *Quam peto profectus, quam accitum veni.* ποδὶ, quod vertunt *pedibus,* nullam habet, opinor, relationem ad modum quo venit Theseus, sive equo, sive carpento, seu pedibus; sed ad simplicem adventum vel profectionem ejus. Hippolyt. 657. Θεάσομαι δὲ σὺν πατρὸς μολὼν ποδὶ, *cum patris pede,* i. e. *cum patre reverso,* quando

Ἠχοῦς ἰούσης; ὡς φόβος μ' ἀναπτεροῖ,
Μή μοι τι μήτηρ, ἣν μεταστείχω ποδὶ
Χρονίαν ἀποῦσαν ἐκ δόμων, ἔχῃ νέον.
Ἔα· Τί χρῆμα; καινὰς εἰσβολὰς ὁρῶ λόγων,
Μητέρα γεραιὰν βωμίαν ἐφημένην,
Ξένους θ' ὁμοῦ γυναῖκας, οὐχ ἕνα ῥυθμὸν
Κακῶν ἐχούσας· ἔκ τε γὰρ γερασμίων

Sono exeunte? ut metu me suspensum reddit,
Ne mater, ad quam vado pedibus,
Quæ diu abfuit ab ædibus, passa sit aliquid novi.
Eja, quid hoc rei est? video nova prooemia sermonum,
Matrem autem in ara sedentem,
Et peregrinas simul mulieres, unam notam
Habentes luctuum: nam ex venerandis

pater meus revertitur. Ibi quoque vertitur *pedibus*. Herc. Fur. 336. Ὦ τέκν', ὁμαρτεῖτ' ἀθλίῳ μητρὸς ποδί. *O filii, sequimini miseram matrem proficiscentem*. Orest. 1216. παρθένου δέχου πόδα, *exspecta virginis pedem*, i. e. reditum, Et ita intelligi potest Act. Apost. v. 9. ἰδοὺ, οἱ πόδες τῶν θαψάντων τὸν ἄνδρα σου, ἐπὶ τῇ θύρᾳ· quod explicari potest, *ecce reversi sunt, et ad ostium, illi qui ad sepulturam extulerunt maritum tuum.* Vide Esai. lii. 7. collat. cum Rom. x. 15. Vix potest supponi, Theseum Athenis Eleusina profectum esse *pedibus* (quod est spatium duodecim milliarium Anglicorum) et inde rursus Athenas eodem more, et Eleusina iterum, eodem die, quemadmodum fecit.

Pro μεταστείχω Cod. A. καταστειχω. *Markl.*

102. Pro ἔχῃ Reiskius ἔχει. Vide ad Iphig. Aul. v. 1536. *Markl.*

103. εἰσβολὰς ὁρῶ λόγων,] Sic Ion. 676. Ὁρῶ—στεναγμῶν εἰσβολάς. Aristophanes Ran. 1135. εἰσβολαὶ σοφισμάτων, i. e. ἀφορμαὶ, ἀρχαὶ, Scholiastes. Νέον (v. 101.) sensu est κακὸν, ut sæpe in Tragicis. V. 103. βωμίαν ἐφημένην, non est *in ara* sedentem, prout vertunt, sed *ad aram, juxta aram*: quod est Δηοῦς ἐσχάραις πα-ρημένη, v. 300. *Cereris assidens focis. Markl.*

Ἔα] Hoc a sequenti versu separandum. Vid. Hecub. v. 1098. *Barnes.*

105. οὐ ῥυθμόν γ' ἕνα.] Codex A. ου ρυθμον ενα. Sed B. clare habet ουχ ενα ρυθμον, quod verum puto. Nesciebat interpolator syllabam brevem centies produci ante ῥ, et primam in ῥυθμὸν brevem esse. Ita Cyclop. 397. Ἔσφαξ' ἑταίρων τῶν ἐμῶν ῥυθμῷ τινι· ubi Cod. A. recte habet τινι ρυθμω. Apud Sophoclem Antig. 324. ubi nunc legitur, Τὶ δαὶ ῥυθμίζεις τὴν ἐμὴν λύπην ὅπου, Poëta potuit scripsisse, Τί δὲ ῥυθμίζεις. Noster Electra 772. Ποίῳ τρόπῳ δὲ, καὶ τίνι ῥυθμῷ φόνου. Idem mendum videtur Aristoph. Nub. 647. μανθάνειν περὶ ῥυθμῶν. nunc legitur σὺ περὶ ῥυθμῶν. Ex supplemento, opinor, σύ. *Markl.*

In loco Sophocl. Antig. Τί δὲ ῥυθμίζεις, MS. teste Brunckio ad Æschyl. Prometh. 1031, qui et ita edidit. In Electræ loco, ποίῳ τρόπῳ δὴ—Dawes. Misc. Crit. p. 160. qui omnino consulendus. Sic Hecub. 601. recte ex Aldina edidit Musgravius, καὶ ταῦτα μὲν δή. adstipulante Scholiaste et Eustathio ad Hom. Il. N. p. 930. Rhes. 874. Ποῖ δὴ (non δὲ) τράπωμαι. Alexis apud Polluc. X. 17. ποῖ δή μ' ἄγεις διὰ τῶν κύκλων ubi vulgatur δέ. Vid. ad Eur. Med. *Por.*

οὐχ' ἕνα ῥυθμὸν] Ita optime Marklandus ex MS. G. Vulgo οὐ ῥυθμόν γ' ἕνα, quod mentem auctoris non exprimit. Voluit enim dicere, Argivas istas non unam doloris notam, sed plures, gessisse. ῥυθμὸς an notam significet, dubitari posset, nisi Suidas v. ἄῤῥυθμος doceret, ῥυθμὸν et τύπον synonyma esse. Confer nostrum Electra v. 772. Theocrit. Idyll. XXVI. v. 23. *Musg.*

Ὄσσων ἐλαύνουσ᾽ οἰκτρὸν εἰς γαῖαν δάκρυ·
Κουραί τε, καὶ πεπλώματ᾽, οὐ θεωρικά.
Τί ταῦτα, μῆτερ; σὸν τὸ μηνύειν ἐμοὶ,
Ἡμῶν δ᾽ ἀκούειν· προσδοκῶ τι γὰρ νέον.
ΑΙ. Ὦ παῖ, γυναῖκες αἵδε μητέρες τέκνων
Τῶν κατθανόντων ἀμφὶ Καδμείας πύλας,
Ἑπτὰ στρατηγῶν· ἱκεσίοις δὲ σὺν κλάδοις

Oculis mittunt miserabiles lachrymas in terram:
Et rasuræ, ac vestitus non qualis esse debet in sacris.
Quid hæc sunt, mater? tuum est indicare mihi,
Et meum audire: expecto enim aliquid novi.
Æth. O fili, istæ mulieres *sunt* matres filiorum,
Qui ad Cadmeas portas occubuerunt,
Septem ducum: et cum ramis supplicibus

Ita Marklandus e cod. A. Alius cod. οὐ ῥυθμὸν ἕνα. Ald. οὐ ῥυθμόν γ᾽ ἕνα. *Hermann.*

108. Κουραὶ ΔΕ,] Mallem, Κουραί ΤΕ: præcessit enim, ἔκ ΤΕ γὰρ γερασμίων, &c. De θεώροις vide Valckenærium ad Ammonium, p. 92. seqq. et Salmasium ad Achill. Tatium Lib. VIII. p. 715. *Markl.*

Κουραὶ δὲ,] Optime Marklandus κουραί τε. *Musg.*

πεπλώματ᾽ οὐ θεωρικά.] *Hesych.* Θεωρικὰ χρήματα, τὰ εἰς θεῶν τιμὰς καὶ ἑορτὰς διδόμενα ἐν τοῖς Παναθηναίοις καὶ Διονυσίοις. ἅτινα ἐν τῷ θεάτρῳ ἐδίδοτο, καὶ ἐκ τοῦ θεάτρου συνήγετο ἀπὸ μισθωμένου τόπου. Vid. Meursii Panathen. c. 14. p. 21. De θεωρὸς autem vid. quæ nos ad Hippolyt. v. 792. et v. 807. *Barnes.*

Non opus Marklandi conjectura κουραί τε. *Hermann.*

110. προσδοκῶ τι γὰρ νέον.] Naturalis ordo verborum est προσδοκῶ γάρ τι νέον. Sed Poëta a quantitate coactus est eum pervertere; unde patet τι non esse communem, sed brevem. Ne mutes sine codicibus Ἡμῶν in Ἐμὸν: non enim hic opus est, licet ita scribat Ione 1020. σὸν λέγειν, τολμᾶν δ᾽ ἐμόν. Vide ad ver. *526.* *Markl.*

προσδοκῶ τι γὰρ νέον.] Οὔτε τι γὰρ Archilochus Plutarchi T. II. p. 33. B. et κάκιον. *Por.*

117. Οἳ δ᾽ ἀμφὶ τόνδε παῖδες, ἢ τούτου τέκνα;] Cod. B. τῶνδε. Quod si verum sit, et verum mihi videtur, mutanda est distinctio, Οἳ δ᾽ ἀμφὶ, τῶνδε (sc. γυναικῶν) παῖδες, ἢ τούτου τέκνα; *Qui vero circumstant filiine sunt harum, an hujus?* Ἀμφὶ (ut *circa* Virgil. VI. 865.) sine substantivo vel casu, ut Ion. 236. Mutavit Barnesius, opinor, ἢ, lectionem editionum, in ἦ, *an.* Notandum vero est, mares, Adrastum et pueros, seorsum hic collocatos esse, non fœminis Supplicibus mistos: opinor, quia supplicatio fit ad fœminam, Æthram. Contra, apud Sophoclem (init. Œdip. Tyran.) ubi Œdipo supplicatur, nulla fœminarum mentio inter Supplices. Pueri solummodo et viri apparent. An hoc perpetuum erat, ob τὸ Πρέπον? certe hujus rei observantissimi erant veteres. *Markl.*

τούτου] MS. G. τούτων. *Musg.*

118. νεκρῶν τῶν ὀλωλότων κόροι.] Sic v. 16. νεκροὺς τοὺς ὀλωλότας, et v. 568. et φθιμένων, νεκύων, v. 45. νέκυας κατατεθνειῶτας, Homer. Odyss. X. 447. et νεκύων κατατεθνειώτων, Iliad. H. 409. ubi vide Clarkium. Nihilominus non accurate dictum videtur hoc Euripidis loco, filii mortuorum qui perierunt, pro, filii ducum qui perierunt. Nam multi erant mortui in ea expeditione præter Septem Duces: sed de Ducum filiis solis Æthra hic loquitur. Νεκρῶν itaque, licet verum sit quod narrat, tamen non satis videtur. Distinctius fuisset, τέκνων, ut v. 111. 180. et alibi. Tunc diceret, οὐκ εἰσὶ τούτου τέκνα, ἀλλὰ κόροι τέκνων

Φρουροῦσί μ', ὡς δέδορκας, ἐν κύκλῳ, τέκνον.
ΘΗ. Τίς δ' ὁ στενάζων οἰκτρὸν ἐν πύλαις ὅδε;
ΑΙ. Ἄδραστος, ὡς λέγουσιν, Ἀργείων ἄναξ.
ΘΗ. Οἱ δ' ἀμφὶ τόνδε παῖδες, ἢ τούτου τέκνα;
ΑΙ. Οὐκ, ἀλλὰ νεκρῶν τῶν ὀλωλότων κόροι.
ΘΗ. Τί γὰρ πρὸς ἡμᾶς ἦλθον ἱκεσίᾳ χερί;
ΑΙ. Οἶδ'· ἀλλὰ τῶνδε μῦθος οὑντεῦθεν, τέκνον.

Custodiunt me, ut vides, undique, fili.
The. Quis vero est iste gemens miserabiliter ad fores?
Æth. Adrastus, ut aiunt, Argivorum rex.
The. Hi vero pueri, *qui sunt* circa istum, an hujus *sunt* filii?
Æth. Non, sed filii mortuorum, qui occubuerunt.
The. Cur vero ad nos venerunt supplici manu?
Æth. Scio: sed ad hos pertinet secuturus sermo, O fili.

(non νεκρῶν) τῶν ὀλωλότων: de quibus τέκνοις ὀλωλόσι paullo ante meminerat Æthra: *non sunt Argivarum filii, neque Adrasti; sed sunt filii filiorum Argivarum,* (i. e. filii *ducum*) *qui in bello perierunt.* *Markl.*

119. ἱκεσίᾳ χερί.;] Id est, manu protensa, et tenente ramum supplicatorium. *Markl.*

120. ὁ ἐντεῦθεν,] Edidi οὑντεῦθεν, quod et malebat Barnesius, et quod oblitus erat se edidisse prius, Hippol. 536. Neque aliter hic legi potest (vid. v. 705. 768.) nam Tragici in Iambis suis hunc hiatum, ὁ ἐντεῦθεν, non admittunt. Unde apud Clem. Alexandrinum Strom. I. p. 340. ed. Oxon. pro εὖ λεγόμενοι οἱ λόγοι ad finem Iambi, scribendum est εὖ (vel οἱ cum Valckenær. ad Hippol. Diatrib. p. 260.) λελεγμένοι λόγοι, non, cum Grotio, καὶ λεγόμενοι εὖ λόγοι. Inde redarguendus est Kingius, qui Hecub. 565. edidit, Τέμνει σιδήρῳ αἵματος διαῤῥοάς· pro πνεύματος. De loco Orest. 592. Εἰ μὴ 'ὑγκελεύσας (i. e. ὁ ἐγκελεύσας, crasi οὑγκελεύσας, elisione μὴ 'ὑγκελεύσας) qui spreto Tragicorum more, nunc legitur, Εἰ μὴ ὁ κελεύσας, (dixit plenius ad Iphig. Taur. v. 1010.) Immo et in Comici Βατράχ. 964. legitur ἐν pro ὃ ἐν, hoc est οὖν, et ita legendum Vesp. v. 22. ubi nunc est ἔν τε γῇ, pro ὃ ὖν τε γῇ. Nam Troas. 59. Ἦπου δὴ ἔχθραν τὴν πρὶν, &c. Euripides, nisi fallor, scripsit Ἦπου γὰρ ἔχθραν. et Andromach. 169. Οὐ Πρίαμος οὐδὲ Χρύση, ἀλλ' Ἑλλὰς πόλις, vox Χρύση, quam edidit Barnesius pro χρυσὸς, lectione omnium MSS. certissime depravata est. Tentabam, Οὐ Πρίαμος ὁ ζάχρυσος, ἀλλ', &c. *Non auri dives iste Priamus, sed,* &c. Utcumque vero hoc sit, in Bacch. 804. quamquam erat in Editt. Porti, Stephani, Barnesii, Σάφ' ἴσθι, σιγῇ ὑπ' ἐλάταις καθήμενος, non dubitavi quin Euripides scripserit, σιγῇ γ' ὑπ' ἐλάταις: et ita postea inveni in Aldina. In universum, et, ut semel dicam, hoc verum esse semper deprehendes, in Tragicorum iambis vocalem longam aut diphthongum non corripi ex eo quod sequatur altera vox incipiens a vocali vel diphthongo; sed semper, nisi fiat elisio, interponi aliquid inter vocales vel diphthongos, frequenter obstaculum γ', ut hic inter σιγῇ et ὑπ': nonnunquam bis in eodem iambo. Τί οὖν, Τί ἐστι, Οἴ ἐγὼ, Τί εἶπας, Εὖ ἴσθι, Ἰοὺ, ἰοὺ, et similia, quæ raptim efferuntur ab iratis, mirantibus, festinantibus, dolentibus, &c. qui regulas loquendi non curant; alius sunt rationis: (et alius adhuc ἐπεὶ οὐ, ἐπεὶ οὐδέπω, et ἐπεὶ οὐκ in Iambis Æschyli et Sophoclis.) Vide errorem similem iis de quibus questus sum, in comment. ad Ion. v. 286. ed. Barn. Quod miror in Viro summo et fere acutissimo, quem video ita emendantem Euripidis Philocteten, ed. Barn. p. 501.

Καί τοι πολὺ ἤδη τῷ χρόνῳ λώφησέ μοι
Νόσος.

vulg. πόλλ' ἤδη, pro πολύ γε δὴ, si sit

ΘΗ. Σὲ, τὸν κατήρη χλανιδίοις, ἀνιστορῶ·
Λέγ᾽, ἐκκαλύψας κρᾶτα, καὶ πάρες γόον·
Πέρας γὰρ οὐδὲν, μὴ διὰ γλώσσης ἰόν.

ΑΔΡΑΣΤΟΣ.

Ὦ καλλίνικε γῆς Ἀθηναίων ἄναξ

The. Te obvolutum penulis interrogo:
Dic, retecto capite, et omitte luctum:
Nihil enim efficis, lingua non exponens.

ADRASTUS.

O clare victoriis Attici soli rex,

Euripidis: quod negat Cl. Heathius in Fragm. Eurip. p. 181. *Markl.*

ὁὐντεῦθεν Ald. Marklandus in notis, "redarguendus est Kingius, qui Hecub. 565. edidit, Τέμνει σιδήρῳ αἵματος διαῤῥοάς. pro πνεύματος." Errorem Kingii notarat Dawesius Misc. Crit. p. 217. In Orest. 592. ex Marklandi emendatione edidit Brunckius, Εἰ μὴ ὁὐγκελεύσας—In Parmenone apud Athen. V. 20. p. 221. A. lege μηδὲ pro οὐδέ. In Troas. 59. edidit partim ex MS. Musgravius, Ἦ που νυν ἔχθραν τὴν πρὶν ἐκβαλοῦσα δή. cum ante legeretur, Ἦ που δὴ—ἐκβαλοῦσα νῦν. Mox Markl. "Quod miror in viro summo, et fere acutissimo *, quem video ita emendantem Euripidis Philocteten, ed. Barn. p. 501. Καί τοι πολὺ ἤδη τῷ χρόνῳ λώφησέ μοι Νόσος. Vulg. πόλλ᾽ ἤδη, pro πολύ γε δὴ, si sit Euripidis: quod negat Cl. Heath. in Fr. Eurip. p. 181." *Por.*

ὁ ἐντεῦθεν] Mallem ὁὐντεῦθεν. *Barnes.*

Scribendum videtur, ὅδ᾽ ἀλλὰ τῶνδε μῦθος ᾿ντεῦθεν, i. e. ὅδε μῦθος οὐκ ἐμός, ἀλλὰ τῶνδε, eodem modo, quo οὐ μόνον ante ἀλλὰ καὶ omittitur: vide Lamb. B. Ellips. p. 788. et adde Sophocl. El. 337. *Hermann.*

121. Σὲ, τὸν κατήρη] De vi articuli quum pronomini subjungitur, sæpius inservientis irrisioni quam exprimit indignatio, vide editorem Phœnissarum ad v. 1637. p. 552. Scienter dixit *sæpius:* non enim *semper*, novit in Tragicis apprime versatus, ex hoc loco, et v. 814. 1033. Helen. 1109. Ion. 219. 442. Hic articulus, ut hoc obiter moneam, valde desiderari videtur in Sophoclis Philoctete 1088. ubi Ulisses, insultans Philocteti, dicit, χαῖρε, τὴν Λῆμνον πατῶν. Si legas, χαῖρ᾽, ὁ τὴν Λῆμνον πατῶν, non mediocrem emphasin et elegantiam addideris, ut Joan. xix. 3. Χαῖρε, ὁ βασιλεὺς τῶν Ἰουδαίων: idem quod ὦ βασιλεῦ. Sæpe conspicitur hic defectus articuli in N. T. et in nonnullis locis ubi Græcæ linguæ ratio, nisi fallor, eum postulat, ut Lucæ x. 29. 36. ubi ὁ desiderari videtur ante πλησίον. nam πλησίον est *prope.* sed *propinquus* vel *proximus* est ὁ πλησίον: neque unquam aliter, opinor.

τὸν κατήρη χλανιδίοις,] *Veste virili instructum.* Ita intelligo κατήρη, sive sit a κατὰ et ἄρω, *apto*, sive a κατὰ et ἐρέσσω, *remigo.* Heathius ad Eurip. Electr. 498. a sola præpositione κατὰ deducit κατήρης, et ἀμφήρης ab ἀμφὶ, εὐήρης ab εὖ, ἀντήρης ab ἀντὶ, διήρης a διά. Ceterum necesse erat ut Theseus mentionem faceret χλανιδίων (quæ erat vestis virorum, Pollux VII. 46. 48. ex qua significatione pendet tota loci mens); alioqui enim Adrastus non intellexisset se appellatum fuisse: nam Thesea videre non potuit, utpote faciem veste, seu his χλανιδίοις, obtectam habens; quod a viris in luctu fieri solebat, ut Orest. 42. et Homer. Odyss. Θ, 85. Fœminæ πέπλοις suis in hanc rem utebantur, Hecub. 432. Orest. 274. quin et viri, quandoquidem vestes eorum nonnumquam πέπλοι abusive appellabantur. Vocem κατήρης habet Herodotus VIII.

* Dorvillio ad Chariton. p. 355. qui eadem chorda oberravit, p. 363. ubi D. Lucam Poetarum ordinibus adscribere conatur.

Θησεῦ, σὸς ἱκέτης, καὶ πόλεως ἥκω σέθεν.
ΘΗ. Τί χρῆμα θηρῶν, καὶ τίνος χρείαν ἔχων;
ΑΔ. Οἶσθ' ἣν στρατείαν ἐστράτευσ' ὀλεθρίαν;
ΘΗ. Οὐ γάρ τι σιγῇ διεπέρασας Ἑλλάδα. 119
ΑΔ. Ἐνταῦθ' ἀπώλεσ' ἄνδρας Ἀργείων ἄκρους.
ΘΗ. Τοιαῦθ' ὁ τλήμων πόλεμος ἐξεργάζεται.

Theseu, venio supplex tibi et urbi tuæ.
The. Quam rem venans, aut quo opus habens?
Ad. Scis quam perniciosam expeditionem feci?
The. Non enim tacite pertransiisti Græciam.
Ad. Ibi perdidi Argivorum proceres.
The. Talia miserum bellum facit.

21. καὶ εἶχε πλοῖον κατῆρες ἑτοῖμον· quod vertitur, *et habebat expeditum et remis instructum navigium;* proprie quidem *remis*, si sit ab ἐρέσσω, *remigo*. Noster Iphig. Taur. 1346. ὁρῶμεν Ἑλλάδος νεὼς σκάφος Ταρσῷ κατήρει πίτυλον ἐπτερωμένον· forte, Ταρσῷ κατῆρες, πίτυλον, &c. *videmus Græcam navim Remis instructam, ad navigationem velut alis paratam.* νεὼς πίτυλος εὐήρης habetur versu 1050. istius dramatis. Ταρσῷ κατῆρες, erit, ut hic, χλανιδίοις κατήρη. et ita Electra 497. Πολιόν τε θησαύρισμα Διονύσου τόδε, Ὀσμῇ κατῆρες. Vertunt, *Odore gratum.* intelligo, *Odore instructum:* id est, vinum *Odorum*, εὐώδη Theocrito Idyll. XIV. 16. *Markl.*

Citat Marklandus Electr. 497. Πολιόν τε θησαύρισμα Διονύσου τόδε, Ὀσμῇ κατῆρες.

Πολιὸν emendatio est Scaligeri, cum in vulgatis esset Παλαιόν. πολιὸν autem probat Musgravius, laudans Pierson. ad Mœrin v. σαπρός. Nicandr. Theriac. 582. *Por.*

κατήρη.] Hesychius: κατηρυτὸν (lege κατήρη, τὸν) κεκαλυμμένον.

χλανιδίοις,] Genus vestimenti virile erat, vel potius militare. Suidas: χλανὶς, ἱμάτιον στρατιωτικόν. Theseus quoque ut aliter, quam fœminæ vestitum, seorsim compellat. Vid. Orest. v. 42. *Musg.*

122. πάρεις. forte παρεὶς — Sic παρεὶς μουσικὴν in fragm. Antiop. Beck. Bibl. Phil. I. p. 89. *Beck.*

123. Πέρας γὰρ οὐδὲν, μὴ διὰ γλώσσης ἰόν.] Melius forte legi posset Περᾷς, et ἰών: ut περᾷν ὅρκον Æschyl. Eumenid. 492. Ὅρκον περῶντας μηδὲν ἔκδικον φράσειν· (Vulgo, φρεσὶν: Stanleius, φράσαι) et περᾷν λουτρὰ, ibid. v. 640. διεκπερᾷν βίον, hac Fab. 964. Nam διὰ γλώσσης ἰέναι est *loqui*, et de *persona* dicitur, ut διὰ λόγων ἰέναι, Troad. 909. διὰ λόγων ἀφικνεῖσθαί τινι, Medea 868. διὰ λόγων ἰὼν τῷ Ὁμήρῳ ὁ Χῖος, *collocutus cum Homero*, Auctor Vit. Homeri, qui appellatur Herodotus, cap. 24. Dubito an πέρας recte dici possit ἰέναι διὰ γλώσσης. Περᾷν οὐδὲν idem exprimere videtur quod περαίνειν οὐδὲν, v. 594. Phœniss. 598. et Xenoph. Hist. Græc. IV. p. 536. B. *Nihil enim efficis* (agis), *nisi loquaris.* Et Brodæus explicat, "Nil consequi potes, nisi, quid ex me velis, sermone expresseris." quamquam scio πέρας οὐδὲν recte dici de re vel conatu inutili et inani. *Markl.*

Assentior Marklando legenti περᾷς et ἰών. Citat idem duo Æschyli loca, ubi περᾷν idem est, quod περαίνειν: nempe Eumenid. v. 492. et v. 636. διὰ γλώσσης ἰὼν confirmat ex Troad. v. 909. et Med. v. 868. denique Herodot. in vit. Homeri c. 24. *Musg.*

126. Τί χρῆμα θηρῶν.] Helen. 1238. Τί χρῆμα θηρῶσ', &c. ἰχνεύειν eodem sensu Alciphron. II. 3. eadem metaphora. *Markl.*

127. Οἶσθ' ἣν στρατείαν, &c.] Efferri potest sine interrogatione; ut Horat. I. Epist. ii. 23. Luc. xviii. 20. Versu proxime sequenti, intelligitur Οἶδα· Οὐ γὰρ, &c. ut notavi ad v. 8. Hunc versum Οὐ γάρ τι σιγῇ, &c. in animo forte habuit Miltonus Paradis. Amiss. Lib. II. v. 994. loco nobili. *Markl.*

130. Τοιαῦθ' ὁ τλήμων, &c.] Citatur ab auctore epistolar. ad Quintum Fratrem

ΑΔ. Τούτους θανόντας ἦλθον ἐξαιτῶν πόλιν.
ΘΗ. Κήρυξιν Ἑρμοῦ πίσυνος, ὡς θάψῃς νεκρούς;
ΑΔ. Κἄπειτά γ' οἱ κτανόντες οὐκ ἐῶσί με.
ΘΗ. Τί γὰρ λέγουσιν, ὅσια χρῄζοντος σέθεν;
ΑΔ. Τί δ'; εὐτυχοῦντες οὐκ ἐπίστανται φέρειν.
ΘΗ. Ξύμβουλον οὖν μ' ἐπῆλθες; ἢ τίνος χάριν;
ΑΔ. Κομίσαι σε, Θησεῦ, παῖδας Ἀργείων θέλων.
ΘΗ. Τὸ δ' Ἄργος ἡμῖν ποῦ 'στιν; ἢ κόμποι μάτην;

Ad. Hos mortuos veni petiturus ab urbe.
The. Fretus præconibus Mercurii, ut sepelires mortuos?
Ad. Sed *eorum* interfectores non sinunt me.
The. Quid vero dicunt, cum tu justa petas?
Ad. Quid? re bene gesta nesciunt ferre fortunam.
The. Ergo venisti consulturus me, aut cujus gratia?
Ad. O Theseu, cupiens Te recuperare filios Argivorum.
The. Ubi vero est nobis illud Argos? an frustra gloriabatur!

Lib. II. Epist. 14. Ὁ τλήμων πόλεμος, *miserum bellum:* cujus etiam nomen adeo detestabile erat, ut Chorus apud Sophoclem Œdip. Tyrann. 199. nomine Martis, vel *belli sine clypeis,* vocet *pestilentiam,* rem hominibus maxime abominandam. *Markl.*

Laudat Dion Cassius LXXI. 22. Tom. II. p. 1189, 46. *Por.*

132. Κήρυξιν Ἑρμοῦ] Præcones in tutela Mercurii sunt. Hom. Iliad. α'. v. 334. Κήρυκες. ἄξιοι καὶ θεῶν· ἄσυλον γὰρ καὶ θεῖον τὸ γένος τῶν κηρύκων. Ἑρμῆς γὰρ μιγεὶς Πανδρόσῳ, τῇ Κέκροπος θυγατρὶ, ἔσχεν υἱὸν ὀνόματι Κήρυκα, ἀφ' οὗ τὸ τῶν Κηρύκων γένος, ὡς ἱστορεῖ Πτολεμαῖος, ἢ ὅτι τὰς ἑορτὰς τῶν θεῶν ἀγγέλλουσιν· ἢ ὅτι ἀπὸ Ἑρμοῦ εἰσιν, ὄντος ἀγγέλου Διός. *Brodæus.*

133. οἱ κτανόντες οὐκ ἐῶσί με] Ferri potest: sed prætulerim οἱ κρατοῦντες, *rex* Creon: ut v. 18. Εἴργουσι δ' οἱ κρατοῦντες, eadem sententia. Creon enim erat qui a sepultura mortuos prohibuit; quod ex toto dramate liquet, et ex Statio Thebaid. XII. 558. *Quos vetat igne Creon.* et hic ipse Creon vocatur οἱ τότε κύριοι Θηβαίων ὄντες, Isocrat. Panath. p. 530, 531. i. e. οἱ κρατοῦντες, seu *rex. Markl.*

135. Ita distinguendum opinor, Τί δ'; εὐτυχοῦντες οὐκ ἐπίστανται φέρειν. *Quid vero* dicant, quæris? *bonam fortunam nesciunt ferre.* ita etiam disting. Reiskius. Vide Ion. 958, 959. infra v. 169. *Markl.*

138. Τὸ δ' Ἄργος ἡμῖν ποῦ 'στιν; ἢ κόμπει μάτην;] Hic, ut mihi videtur, sui paullum oblitus est Theseus, vel Poëta; et dolet legere hunc versum, superbiæ et insolentiæ potius quam humanitatis indicem, nam excusatio ejus ad matrem (v. 344. seqq.) non excusat, et parum valet adversus hunc acerbum iambum. Sed, ut verum fateamur, Argivos non amabat Euripides. Ceterum pro 'κόμπει (i. e. ἐκόμπει) Codd. Paris. A. B. C. habent κομποι. Bene. *Num* (ἦ non ἢ) *gloriationes* vestræ *falso* (i. e. *falsæ*) *erant?* nam μάτην est *falso,* non *frustra,* hoc loco. Sæpe ita in Euripide, et aliis, in quibus fere vertitur *frustra,* non recte. κόμποι μάτην, ut μάτην λόγος, Ion. 275. Apposite Herodotus VII. 103. ὅρα μὴ μάτην κόμπος ὁ λόγος οὗτος ὁ εἰρημένος εἴη. Sic κομπάζειν μάτην, Hippol. 982. ἐκβαλὼν κόμπους κενοὺς, Herc. Fur. 148. Sotion apud Athenæum VIII. 3. p. 336. F.

Ἀρεταὶ δὲ, πρεσβεῖαί τε, καὶ στρατηγίαι
Κόμποι κενοὶ ψοφοῦσιν ἀντ' ὀνειάτων.

ut pro ὀνειράτων legit Valckenærius ad Phœniss. 397. p. 144. cujus notam vide. Pro ἡμῖν Cod. C. ὑμιν: et ita Brodæus, ἡμῖν vel ὑμῖν. Pro κόμπει Miltonus κομπεῖ. Sequor Codices. ἡμῖν vero, ut Soph.

ΑΔ. Σφαλέντες οἰχόμεσθα· πρὸς σὲ δ' ἥκομεν.
ΘΗ. Ἰδίᾳ δοκῆσάν σοι τόδ', ἢ πάσῃ πόλει;
ΑΔ. Πάντες σ' ἱκνοῦνται Δαναΐδαι θάψαι νεκρούς.
ΘΗ. Ἐκ τοῦ δ' ἐλαύνεις ἑπτὰ πρὸς Θήβας λόχους;
ΑΔ. Δισσοῖσι γαμβροῖς τήνδε πορσύνων χάριν.
ΘΗ. Τῷ δ' ἐξέδωκας παῖδας Ἀργείων σέθεν;
ΑΔ. Οὐκ ἐγγενῆ ξυνῆψα κηδείαν δόμοις.
ΘΗ. Ἀλλὰ ξένοις ἔδωκας Ἀργείας κόρας;

Ad. Periimus: ad te igitur peccantes *confugimus.*
The. Utrum hoc tuo privato consilio *fit,* an totius urbis?
Ad. Omnes Danaidæ te suppliciter orant, ut sepelias mortuos.
The. Quare vero duxisti septem cohortes ad Thebas?
Ad. Duobus generis hoc præstans officium.
The. Cui vero Argivorum elocâsti filias tuas?
Ad. Non cum nostra gente contraxi affinitatem domi.
The. An peregrinis dedisti Argivas puellas?

Electr. 274. et Virgilius Æn. V. 391. *ubi nunc* NOBIS *Deus ille,* &c. De articulo interdum præposito propriis nominibus apud Tragicos, ut hic τὸ Ἄργος, dicam ad v. 712. τοῖς Ἐρεχθείδαις. *Markl.*

Τὸ δ' Ἄργος ἡμῖν ποῦ 'στιν;] Ὑμῖν P. ut edidit Musgravius, et sic citat Valckenærius ad Euripid. Phœniss. 1682. *Por.*

Recepi ὑμῖν ex Lib. P. pro veteri ἡμῖν. Mox MSS. et P. κόμποι, quod recepit Marklandus. Mihi præplacet vulgata. *Musg.*

Ἡμῖν] Alias ὑμῖν. Κόμπει pro ἐκόμπει· Miltonus κομπεῖ legit. *Barnes.*

Heath. legit ἢ 'κόμπει. *Beck.*

140. Ἰδίᾳ δοκοῦσάν σοι τόδ',] Ex Aldina recte dedit Barnesius δοκῆσαν, quod firmatur duobus Codd. Paris. A. B. Δοκῆσαν idem est quod δοκοῦν. et τόδε δοκῆσάν σοι ponitur absolute, pro genitivo, τοῦδε δοκήσαντός σοι. Heraclid. 187. ψήφῳ δοκῆσαν, pro ψήφῳ τοῦδε δοκήσαντος, *quandoquidem decreto ratum hoc fuerit.* Xenophon Cyrop. IV. p. 110. E. ὡς καὶ ἐμοὶ τοῦτο συνδοκοῦν· ubi in marg. scribitur τούτου συνδοκοῦντος, ab explicatore. *Markl.*

δοκῆσαν] Ita quidem *Aldi* editio; unde Miltonus noster suum Codicem calamo correxit, quare δοκοῦσαν jam hinc valere jubemus. τὸ δοκῆσαν autem idem valet, quod τὸ δόξαν, quod simpliciter pro δέδοκται· τὸ δοκοῦν idem sonat, sed δοκοῦσαν est accus. fœm. et nihil hic habet. Quin Brodæus legit δοκῆσαν. *Barnes.*

142. Ἐκ τοῦ δ' ἐλαύνεις ἑπτὰ πρὸς Θήβας ὄχους;] Opinor, λόχους, *cohortes.* Statius, *agmina septem.* Sic v. 646, ἑπτὰ δεσποτῶν λόχοι. vide Sophoclem Antig. 145. Noster Phœniss. 1109.

Λόχους ἔνειμεν ἑπτὰ, &c.

et Æschyl. Sept. Theb. 42. 56. Ἐλαύνεις vero pro Ἤλαυνες. et ἐκ τοῦ pro ἐκ τίνος, sc. πράγματος, *quare?* ut Helen. 93. Electr. 246. ubi male vertitur, *Ex quo tempore.* Phœniss. 943. Aristoph. Ran. 773.

Postquam hæc scripseram, comperi in eandem conjecturam venisse virum doctissimum Joan. Piersonum, Verisimil. I. 6. p. 76. *Markl.*

ὄχους;] Optime Piersonus (Veris. p. 76.) et Marklandus λόχους. *Musg.*

144. Τῷ δ' ἐξέδωκας παῖδας, &c.] Sensus videtur poscere, Τίσι δ'—Ἀργείων, propter παῖδας. vide v. 146. Certe absurdum est Τῷ· nemo enim pater *duas* filias collocat *uni* marito. Τοῖς pro Τῷ optime conveniret, si quemadmodum τῷ pro τίνι, ita τοῖς pro τίσι ponerent Tragici. Quod non factum puto. *Markl.*

Τῷ δ' ἐξέδωκας παῖδας Ἀργείων σέθεν;] Emendabat Markl. Τίσι δ'—Ἀργείων. Vulgatum recte defendit Brunckius ad Æschyl. Theb. 474. *Por.*

ΑΔ. Τυδεῖ τε, Πολυνείκει τε τῷ Θηβαγενεῖ.
ΘΗ. Τίν' εἰς ἔρωτα τῆσδε κηδείας μολών;
ΑΔ. Φοίβου μ' ὑπῆλθε δυστόπαστ' αἰνίγματα.
ΘΗ. Τί δ' εἶπ' Ἀπόλλων, παρθένοις κραίνων γάμον;
ΑΔ. Κάπρῳ με δοῦναι καὶ λέοντι παῖδ' ἐμώ.
ΘΗ. Σὺ δ' ἐξελίσσεις πῶς θεοῦ θεσπίσματα;
ΑΔ. Ἐλθόντε φυγάδε νυκτὸς εἰς ἐμὰς πύλας
ΘΗ. Τίς, καὶ τίς, εἰπέ· δύο γὰρ ἐξαυδᾷς ἅμα.

Ad. Tydeo, et Polynici Thebano.
The. Quodnam in desiderium hujus affinitatis veniens?
Ad. Obscura ænigmata Phœbi me induxerunt.
The. Quid vero dixit Apollo, sanciens puellis nuptias?
Ad. Ut darem meas filias apro, et leoni.
The. Quomodo vero tu explicâsti oracula dei?
Ad. Cum venissent exules nocte ad meam portam.
The. Quis, et quis, dic: duos enim dixisti simul.

Nescio, quid argutetur ad h. l. Markl. cui absurda immerito videtur vulgata lectio. *Brunck. ad Æsch. S. C. Th.* 474.

147. τῷ Θηβαιγενεῖ] Correxeram Θηβαγενεῖ ex Hesiodi Theogon. 530. ed. Robinson. et ex Varrone apud Nonium restituto a Cl. Bentleio Epist. ad Joan. Millium, p. 69. *Ismenias* (i. e. *Ismenus*) *Thebogenes fluit scaturex.* Lege, inquit, *Thebagenes*, Θηβαγενής. Et ita Valckenærius (quod ad Θηβαγενεῖ hoc loco Euripidis) ad Ammon. lib. II. cap. 4. p. 98. qui istum locum Hesiodi, et, pro eruditione sua, plures alios advocat. Emenda obiter Dionysium Afrum Περιηγ. 623. ubi legitur Θηβαιγενέος Διονύσου. Sic νοθαγενεῖ Androm. 904. et νοθαγενεῖς 934. Θηβαιγενὴς non magis Græca vox est, opinor, quam δύναιμ' ἂν, pro δύναι' ἂν (i. e. δύναιο ἂν) Phœniss. 410. (418.) ed. Barn. Δύναιμ' ἂν [quod in omnibus quas vidi editionibus legitur] accipitur, opinor, pro δυναίμην ἂν, ut Bacch. 933. Ἀρ' ἂν δυναίμην τὰς Κιθαιρῶνος, &c. cui respondetur, Δύναι' ἂν, εἰ βούλοιο. Sed ubi inveniemus δύναιμ' (i. e. δύναιμι) ἂν, a verbo δύναμαι? Potes δύνωμ' ἂν, si minus placet δύναι' ἄν.

Initio versus Codd. A. B. omittunt τε. *Markl.*

Marklandus corrigit Phœn. 410. δύναι' ἂν *pro* δύναιμ' ἄν. Recte δύναι' ἂν probante Brunckio ad Æschyl. Prometh. 764. Vid. ad Phœn. 418. *Por.*

148. Τιν', etc.] Verte: *quali cupidine hujus affinitatis adductus. Heath.*

149. Φοίβου μ' ὑπῆλθε δυστόπαστ' αἰνίγματα.] De hoc oraculo Adrasto dato vid. Schol. ad Phœniss. v. 420. Alii legunt δυστόχαστα. Δυστόπαστα vero magis arridet, a τοπάζω, conjicio. *Barnes.*

150. κραίνων, *definiens, edicens. Heath.*

151. παῖδ' ἐμώ.] Pro ἐμὰ, cum de *puellis* loquatur. Sed Tragici et Attici ita solent. sic τὼ παῖδε τώδε Sophocl. Antig. 567. de Antigone et Ismene. Et tamen παῖδ' ἐμὼ Phœniss. 1225. est, *filii mei duo.* sed in sensu loci utriusque nemo falli potuit. Sic Isocrates in Panath. p. 523. cum dixisset τὰ πόλεε ταύτα, de Athenis et Lacedæmone, mox de iisdem ponit τὼ πόλεε τούτω. vide Clarkium ad Iliad. E. 778. Ceterum δοῦναι pro δώσειν. Dicam ad Iphig. Aul. v. 91. *Markl.*

155. s. ΑΔ. Ἐλθόντε φυγάδε νυκτὸς εἰς ἐμὰς πύλας —
ΘΗ. Τίς, καὶ τίς, εἰπέ· δύο γὰρ ἐξαυδᾷς ἅμα.

Citat Dawesius, Misc. Crit. p. 50. ad confirmandam suam de numero duali doctrinam. *Por.*

156. Ἦ τοῖς ἔδωκας,] Vel τοῖσδ', *his.* et ita Valckenærius ad Phœniss. 425.

Forte olim invenietur ὁμοῦ pro ἅμα in alterutro versuum præcedentium. vide

ΑΔ. Τυδεὺς μάχην ξυνῆψε, Πολυνείκης θ' ἅμα.
ΘΗ. Ἦ τοῖς ἔδωκας, θηρσὶν ὣς, κόρας σέθεν;
ΑΔ. Μάχην γε δισσοῖν κνωδάλοιν ἀπεικάσας.
ΘΗ. Ἦλθον δὲ δὴ πῶς πατρίδος ἐκλιπόνθ' ὅρους;
ΑΔ. Τυδεὺς μὲν, αἷμα συγγενὲς φεύγων χθονός.
ΘΗ. Ὁ δ' Οἰδίπου παῖς, τίνι τρόπῳ Θήβας λιπών;
ΑΔ. Ἀραῖς πατρῴαις, μὴ κασίγνητον κτάνῃ.
ΘΗ. Σοφὴν ἔλεξας τήν γ' ἑκούσιον φυγήν.

Ad. Tydeus et Polynices pugnaverunt inter se.
The. An his dedisti, ut feris, tuas filias?
Ad. Quoad pugnam duabus feris assimilans.
The. Quomodo vero venerunt relictis finibus patriæ?
Ad. Tydeus quidem fugiens cædem cognatam ex patria.
The. Filius vero Œdipi quomodo *venit* relictis Thebis?
Ad. Propter diras patris, ne interficeret fratrem.
The. Prudens dixisti voluntarium hoc exilium.

Ammonium V. Ἅμα, et Phœniss. 1118. licet alibi reperiantur duo versus continui in eandem vocem desinentes *Markl.*

Ἦ τοῖς] Verum videtur ἦ τοῖσδ', ut legit, præter Marklandum, Valckenærius ad Phœnissas v. 423. *Musg.*

θηρσὶν ὣς,] Adeas Eurip. Scholiast. ad Phœniss. v. 420. Homeri vero Scholiastes, qui vulgo Didymus, aliam rationem affert Iliad. Δ. v. 376. Ἄδραστος δὲ, θεασάμενος ἠμφιεσμένους θηρῶν δοραῖς, Τυδέα μὲν συὸς, Πολυνείκην δὲ Λέοντος, συνέβαλε τὸν χρησμόν. Ἦν γὰρ αὐτῷ δεδομένος, Κάπρῳ καὶ Λέοντι ζεῦξαι τὰς θυγατέρας· καὶ δίδωσι Τυδεῖ μὲν Δηϊπύλην, Ἀργείαν δὲ Πολυνείκει. Vid. Statium Thebaid. L. I. *Brodæus.*

157. Pro δισσοῖν Cod. A. δισσων. non male. neque male legeretur σφε (i. e. αὐτοὺς) pro γε.

Pro Μάχην Reiskius legit Μάχῃ. Quod eodem recidit, si recte capio. *Markl.*

158. πῶς est *quare,* ut v. 196. et sæpe alibi. sic et τίνι τρόπῳ (v. 160.) *quo modo,* est *quare, quamobrem:* ut Sophocl. Œd. Tyran. v. 10. Helen. 1228. πῶς οὖν τόνδ' ἔτ' οἰκήσεις τάφον; *quare igitur,* &c. Aristophan. Plut. 575. *Markl.*

159. Τυδεὺς μὲν, αἷμα συγγενὲς φεύγων. Sic in Œneo Noster: αἷμα συγγενὲς φυγὼν Τυδεὺς —Ὤικησεν Ἄργος. *Markl.*

Τυδεὺς μὲν αἷμα συγγενὲς φεύγων] Διὰ τὸ αἷμα φεύγων. Menalippum fratrem insciens occidit. Hom. Scholiastes prædictus ad Iliad. ξ'. v. 120. Τυδεὺς ὁ Οἰνέως Αἰτωλὸς μὲν ἦν τὸ γένος, ἀνδρειότατος δὲ τῶν κατ' αὐτὸν γενόμενος. Ἔτι νέος ὢν ἐθεάσατο τὸν πατέρα, διὰ γῆρας ὑπὸ τῶν Ἀγρίου παίδων τῆς βασιλείας ἐκβαλλόμενον. Διόπερ ἀναιρεῖ τούς τε ἀνεψιοὺς, καὶ σὺν αὐτοῖς ἀκουσίως ἀδελφόν. Φεύγων δ' εἰς Ἄργος πρὸς Ἄδραστον, βασιλέα τῆς χώρας, καθαρσίων τε τυγχάνει πρὸς αὐτοῦ, καὶ γαμεῖ τὴν αὐτοῦ θυγατέρα Δηϊπύλην. Hæc observavit Joh. Brodæus. Vid. Eustath. in Iliad. fol. 288. lin. 24. et 971. lin. 7. *Barnes.*

160. Ὁ δ' Οἰδίπȣ, τίνι τρόπῳ Θήβας λιπών;] Excidit παῖς. Confer Alcæum Athenæi X. p. 430. D. XI. p. 481. A. In Orest. 1153. παῖς omittit Harl. In Menandro Grot. p. 329. Cleric. p. 64. παίδων omittit Trinc. παῖς om. in Hec. 1115. MS. Par. quem voco G. et 1211. Mosq. 3. Excidit etiam ὁ παῖς post ἠριστηκότες in Dromone Athenæi IX. p. 409. F. παίδων Diodoro Siculo IV. 33. *Por.*

Addidi παῖς, quod deerat. Et sic jam Erfurdtius ad Ajacem p. 628. *Hermann.*

161. Fortasse scribendum κτάνοι. Comparari tamen potest vulgata cum v. 509. *Hermann.*

162. Σοφὴν ἔλεξας τήν γ'.] Codd. A. B. Σοφην γ'. Opinor,

Σοφήν γ' ἔλεξας τήνδ' ἑκούσιον φυγήν.

Prudens saltem dixisti hoc voluntarium exilium,

ΑΔ. Ἀλλ' οἱ μένοντες, τοὺς ἀπόντας ἠδίκουν.
ΘΗ. Ἦπου σφ' ἀδελφὸς χρημάτων νοσφίζεται;
ΑΔ. Ταυτὶ δικάζων ἦλθον, εἶτ' ἀπωλόμην.
ΘΗ. Μάντεις δ' ἐπῆλθες, ἐμπύρων τ' εἶδες φλόγα;
ΑΔ. Οἴμοι, διώκεις μ', ᾗ μάλιστ' ἐγὼ 'σφάλην.

Ad. Sed qui *domi* manebant, absentes injuria afficiebant.
The. Num frater ipsum fraudat patrimonio?
Ad. Hæc ulciscens veni, et sic perii.
The. Vatesne consulisti, et vidisti flammas hostiarum?
Ad. Heu mihi, urges me qua parte ego maxime offendi.

vide ad v. 776. *Markl.*

Ald. prius γὲ omittit, quod suppeditant codd. *Hermann.*

163. Οἱ μένοντες τοὺς ἀπόντας ἠδίκουν] i. e. Ἐτεοκλῆς οἴκοι μένων τὸν ἀπόντα Πολυνείκην ἠδίκει. *Barnes.*

164. Ἦπου σφ' ἀδελφὸς] Cod. B. ita, αρα ηπου. C. αρα σφ' αδελφος. (Hoc foret Ἆρά σφ' ἀδελφός. non male.) Accentus omisi, quia per totam collationem omittebantur. *Markl.*

165. Ταυτὶ διδάξων ἦλθον,] Conjeceram δικάζων: et ita edidi quia ita inveni in Codd. A. B. In Electr. 1095. Φόνον δικάζων φόνος vertitur, *Cædes ulciscens cædem.* In Oreste 573. φόνον δικάζων explicatur *caussam dicens de cæde:* forte, *ulciscens cædem,* sc. patris. at v. 164. ejusd. dramatis, ἐδίκαζε φόνον, vertitur, *pronunciavit, statuit cædem:* adde versioni *ulciscendam esse.* Infra v. 1225. πατέρων ἐκδικάζοντες φόνον, *patrum cædem ulciscentes:* quo sensu ἐκδικοῦντες, usitatius est. Ἦλθον δικάζων, pro δικάσων, ut ἦλθον ἐξαιτῶν pro ἐξαιτήσων, v. 131. vid. D. Luc. xiii. 6. Legi possit Ταῦτ' ἐκδικήσων—*Hæc ulturus.* Sed tutius erat sequi MSS. Suidas: δικάζω, αἰτιατικῇ, τὸ ἐγκαλῶ. ita legitur in Edit. Mediolan. monente doctissimo Toupio, p. 102. Emendat. in Suidam. Vide tamen ad v. 1225. *Markl.*

δικάζων] Ita ambo MSS. pro veteri διδάξων. Verti potest vel *ulciscens,* vel *accusans.* Exempla vide apud Marklandum. *Musg.*

Ταυτὶ διδάξων] Ταυτὶ, ταῦτα Ἀττικῶς Phavorinus. Ταυτὶ, ταῦτα, ἢ τοῦτο Hesych. ultima vero syllaba semper producitur. *Barnes.*

Ald. ταυτὶ διδάξων. Vide Pors. ad Med. 157. MSS. δικάζων. Inde scripsi ταῦτ' ἐκδικάζων. Sic etiam Matthiæ. Marklandus conjicit ταῦτ' ἐκδικήσων. *Hermann.*

167. Scrib. ἐγὼ 'σφάλην, i. e. ἐσφάλην. *Markl.*

Ἐγὼ 'σφάλην scribunt Reisk. et Heath. *Beck.*

Διώκεις μ',] Συνωθεῖς με ἐκεῖ. *Scholiast.*

Τί δὲ πλέον.] An legendum: τὸ δὲ πλέον. *At, quod amplius est.* Nonnus Lib. XXXI. v. 126.

—— εἰς χθόνα Κύπρου
ἀπλανὲς ὄμμα τίταινε, τὸ δὲ πλέον, ὑψόθι Βύβλου
Ἀσσυρίου σκοπίαζε ——

vid. etiam Lib. XVI. v. 334. Lib. XLI. v. 335. Reiskio placet ἔτι δὲ πλέον. Marklandus vulgatam sic explicat: *Quid vero* dicis, me non ivisse Diis faventibus? Imo, quod *majus* est, *ivi Amphiarao invito et repugnante.*

MS. G. et P. post Ἀμφιάρεω addunt γε. *Musg.*

169. Post Ἀμφιάρεω Codd. B. C. inserunt γε.

Præcedentem versus partem, Τί δέ; πλέον, ἦλθον, &c. si recte habet, ita intelligo: *Quid vero* dicis *me non ivisse εὐνοίᾳ Θεῶν?* Imo, quod majus est, *ivi* Deorum interprete *Amphiaräo invito et repugnante.* Distinxi post πλέον. Lapsum Brodæi in explicatione vocum Ἀμφιάρεω πρὸς βίαν, notavit Barnesius. quod in hallucinationibus magnorum virorum fieri æquum est, hoc solum intuitu, ne in errorem minores abripiamur eorum auctoritate. Reiskius legit, Ἔτι δὲ πλέον ἦλθον, *et præterea quoque ivi:* cum anapæsto in secunda

ΘΗ. Οὐκ ἦλθες, ὡς ἔοικεν, εὐνοίᾳ θεῶν.
ΑΔ. Τί πλεῖον; ἦλθον Ἀμφιάρεω γε πρὸς βίαν.
ΘΗ. Οὕτω τὸ θεῖον ῥᾳδίως ἀπεστράφης;
ΑΔ. Νέων γὰρ ἀνδρῶν θόρυβος ἐξέπληξέ με.
ΘΗ. Εὐψυχίαν ἔσπευσας ἀντ' εὐβουλίας.

The. Non ivisti, ut videtur, faventibus diis.
Ad. Quid plus est, ivi invito Amphiarao,
The. Adeone leviter numen repudiasti?
Ad. Juvenum enim virorum tumultus percellebat me.
The. Audaciam sectatus es pro bono consilio.

sede: de qua re dicam in Præfat. ad Iphig. Aulidensem. *Markl.*

Τί πλεῖον; ἦλθον Ἀμφιάρεώ γε πρὸς βίαν.] Legit R. P. Præf. ad Hecub. p. clxxvii. ex duobus MSStis. *Burn.*

ἦλθον Ἀμφιάρεω πρὸς βίαν.] Joh. Brodæus mire hic lapsus est, dum hunc locum exponit: "Ad expugnandas Thebas "profectus sum, ab Amphiarao vate non "modo persuasus, sed etiam impulsus." Poëta enim contrarium statuit, vatem nempe invitum et compulsum una cum eo militasse. Nota est historia, quomodo, quum vates latere studebat, ab uxore Eriphyle proditus et venditus est Polynici, ob Harmoniæ torquem. Unde Homer. Odyss. λ. v. 325. — στυγερὴν Ἐριφύλην, Ἣ χρυσὸν φίλου ἀνδρὸς ἐδέξατο τιμήεντα. Vide Eustath. in locum fol. 1689. lin. 3. et Didym. ad Odyss. λ. v. 325. et 326. *Barnes.*

170. ῥᾳδίως σ' ἀπεστράφη;] Multo animosius videtur, litera transposita:

Οὕτω τὸ Θεῖον ῥᾳδίως ἀπεστράφης;

Tamne negligenter Deos aversabaris?

Et huc spectat Adrasti responsum, non ad vulgatam. Helen. 78. Τί δ', ὦ ταλαίπωρ', ὅστις ὤν, μ' ἀπεστράφης; *Quare vero, O miser, quisquis es, me aversaris?* οὕτω ῥᾳδίως, ut Aristoph. Vesp. 632. et hac Fab. v. 1196. quasi de re *nullius momenti:* ut Androm. 742. τοὺς σοὺς μύθους ῥᾳδίως φέρω. vide locum. Et ita Reiskius, de ἀπεστράφης. Οὕτω cum interrog. ut Matt. xxvi. 40. *Markl.*

Οὕτω τὸ θεῖον ῥᾳδίως σ' ἀπεστράφη;] Proposuit Marklandus ῥᾳδίως ἀπεστράφης;

ἀπεστράφης quoque Tyrwhittus apud Musgrav. Exercitat. Eurip. p. 133. Musgravio probante in loc. Mox Marklandus, "οὕτω ῥᾳδίως, ut Aristoph. Vesp. 632." οὗτος ῥᾳδίως ibi legendum docuit Dawesius Misc. Crit. p. 233. melius exemplum suppeditat ejusdem fabulæ versus 459. *Por.*

ῥᾳδίως σ' ἀπεστράφη;] Legendum ῥᾳδίως ἀπεστράφης, Reiskio, Tyrwhitto, Marklando auctoribus. *Musg.*

172. Εὐψυχίαν ἔσπευσας] Cl. Valckenærius ad Phœniss. 753. inserit γ' post Εὐψυχίαν. perite: utcumque sileant Codices. Solet enim ita fieri post ν longam ante ε, ut v. 162. Σοφήν γ' ἔλεξας, et passim. Saltem ante ε sæpe hoc factum observare licet: unde v. 776. Κἄστρωσέ γ' εὐνὰς maluit dicere quam Κἄστρωσεν εὐνάς. Ratio ejus rei nobis nunc, opinor, ignota est. Idem vir doctus versum proxime sequentem Theseo continuat, et Heathius. Recte puto. *Markl.*

Εὐψυχίαν ἔσπευσας] Legendum, ni fallor, εὐψυχίαν ἤσκησας. *Musg.*

Εὐψυχίαν ἔσπευσας] Semper hic mendum subesse sum suspicatus: quid si legamus Εὐψυχίᾳ ἂν ἔσπεισας, Audaciæ litasti. Certe ᾶ ἂν sæpe in ἂν coaluisse observat H. Stephanus in Notis suis ad Ionem, p. 13, 5. Ἂν γάρ. Vel certe hoc in loco τὸ σπεύδω est μεταβατικὸν, sive verbum transitivum, et significat, colo, eligo, contendo ad, consequor, etc. ut et Homerus Odyss. τ'. v. 137. Οἱ δὲ γάμον σπεύδουσιν, ἐγὼ δὲ δόλους τολυπεύω. Vide Henr. Stephanum Annotatt. in Sophoclem et Eurip. p. 182. *Barnes.*

σπεύδειν sæpe significationem habet transitivam, ut Iphig. Taur. 1351. s. Ion. 378. Heath. cf. Valck. ad Herod. p. 535. *Beck.*

172. s. Valckenærius ad Phœn. 753. εὐψυχίαν γ' ἔσπευσας scribendum putat. Idem versum 173. qui vulgo Adrasti erat, Theseo tribuendum censuit, quod fecit

ΑΔ. Ὃ δῆτα πολλοὺς ὤλεσε στρατηλάτας.
Ἀλλ', ὦ καθ' Ἑλλάδ' ἀλκιμώτατον κάρα,
Ἄναξ Ἀθηνῶν, ἐν μὲν αἰσχύναις ἔχω,
Πιτνῶν πρὸς οὖδας, γόνυ σὸν ἀμπίσχειν χερὶ,
Πολιὸς ἀνὴρ, τύραννος ἰσοδαίμων πάρος·
Ὅμως δ' ἀνάγκη ξυμφοραῖς εἴκειν ἐμαῖς.
Σῶσον νεκρούς μοι, τἀμά τ' οἰκτείρας κακὰ,
Καὶ τῶν θανόντων τάσδε μητέρας τέκνων,
Αἷς γῆρας ἥκει πολιὸν εἰς ἀπαιδίαν.

Ad. Quod profecto jam multos perdidit duces.
Sed, O fortissimum caput Græcorum,
Rex Atheniensium, erubesco quidem
Procidens humi, amplecti tuum genu manu,
Canus vir, Rex, olim felix:
Tamen necesse *est* cedere meæ calamitati.
Serva mortuos meos, et miserans mea mala,
Et has matres mortuorum filiorum,
Quibus senectus cana ad orbitatem pervenit:

etiam Porsonus ad Hec. 13. δή γε in δῆτα mutans. Vide ad Herc. F. 1137. *Hermann.*

173. Hunc versum Valckenærius Theseo cum præcedenti tribuit ad Phœn. v. 161. *Musg.*

176. γόνυ σὸν ἀμπίσχειν χερί,] Hoc est, ἑλίξας ἀμφὶ σὸν χεῖρας γόνυ, Phœniss. 1638. περιπτύξαι γόνυ, Iph. Aul. 992. περίσχετο γούνατα χερσὶ, Apollonius Rhodius III. 706. *Markl.*

177. εὐδαιμονῶν ἴσως πάρος. Pro his Codices A. B. C. dant, τυραννος ευδαιμων παρος. quæ admisi. Offendebat forte vox τύραννος. Sed ea est *rex*, et sensu bono, ut sæpe. Sic qui τύραννος vocatur, v. 439. appellatur βασιλεὺς mox, v. 454. *Markl.*

R. P. Præf. in Hecub. p. cxxi. legit Π. ἀ. τύραννος ἰσοδαίμων πάρος. *Burn.*

εὐδαιμονῶν ἴσως πάρος·] Uterque MS. et P. τύραννος εὐδαίμων πάρος. *Musg.*

Recepi cum Marklando lectionem codicum. Ald. et edd. vett. πολιὸς ἀνὴρ εὐδαιμονῶν ἴσως πάρος, in qua lectione correctoris manum agnoscas. Porsonus in Suppl. Præf. ad Hec. p. cxxi. his vestigiis adductus corrigendum putat, πολιὸς ἀνήρ, τύραννος ἰσοδαίμων πάρος. *Hermann.*

181. Αἷς γῆρας ἥκει πολιὸν εἰς ἀπαιδίαν.] Quod maxime miserabile erat, eas in *cana senectute* liberos amisisse, quum eorum auxilio maxime indigebant: ut illa in Ione 699. Νῦν δ' ἡ μὲν ἔῤῥει συμφοραῖς — Πολιὸν εἰσπεσοῦσα γῆρας. Ἥκει εἰς ἀπαιδίαν, i. e. ἄπαις ἐστὶ, cum tacita significatione prioris εὐπαιδίας. Sic ἐλθεῖν εἰς ἡδονὰς φρενῶν, *venire ad jucunditatem animi* (de potantibus), utpote prius *serii* nimis, Ion. 1180. vide locum. ἐς πτωχηΐην ἀπῖκται, *ad mendicitatem venit;* nempe, ex magnis opibus, Herodotus III. 14. Quam locutionem, cum eadem tacita notione, nos in sermone nostro retinemus, *to come to poverty:* Xenophonti, εἰς ἀπορίαν τῶν ἐπιτηδείων ἔρχεσθαι, lib. V. Ἀπομν. p. 826. A. *Markl.*

Ἐλθεῖν δ' ἔτλησαν] Prior syllaba τοῦ ἔτλησαν brevis est: Vid. quæ nos ad Phœniss. v. 19. *Barnes.*

184. Πρεσβεύματ',] Res seu actio, pro persona. quasi diceres αἱ πρέσβεις, *legatæ.* Centies occurrit. vide Casaubon. ad Athen. I. 9. p. 30. *Markl.*

184. s. Ἀλλ' ὡς νεκροὺς θάψωσιν· ὡς αὐτὰς ἐχρῆν, Κείνων ταφείσας χερσὶν, ὡραίων τυχεῖν.] Cicero de Senectut. 23. *Cujus corpus a me crematum est, quod contra decuit ab illo meum.* Inscript. apud Pierium ad Virgil. Ecl. II. 1. *a patre mæ-*

Ἐλθεῖν δ' ἔτλησαν δεῦρο, καὶ ξένον πόδα
Θεῖναι, μόλις γεραιὰ κινοῦσαι μέλη,
Πρεσβεύματ', οὐ Δήμητρος εἰς μυστήρια,
Ἀλλ' ὡς νεκροὺς θάψωσιν· ὡς αὐτὰς ἐχρῆν,
Κείνων ταφείσας χερσὶν, ὡραίων τυχεῖν.
Σοφὸν δὲ, πενίαν τ' εἰσορᾶν τὸν ὄλβιον,
Πένητά τ' εἰς τοὺς πλουσίους ἀποβλέπειν,
Ζηλοῦνθ', ἵν' αὐτὸν χρημάτων ἔρως ἔχῃ·
Τά τ' οἰκτρὰ τοὺς μὴ δυστυχεῖς δεδοικέναι·

Sustinuerunt autem venire huc, et peregrinum pedem
Ponere, vix moventes senilia membra,
Tanquam legatæ, non ad Cereris mysteria,
Sed ut mortuos sepeliant; sic ut ipsas oportuit
Eorum sepultas manibus justa consequi.
Sapiens autem est, divitem aspicere paupertatem:
Pauperem vero respicere ad divites,
Imitantem *eos*, ut *et* ipsum frugalitatis amor capiat:
Et fortunatos miseranda respicere:

sto Accepit tumulos, quos dare debuerat. Diotim. Epigr. 286. Brunck. I. p. 252. *Por.*

185. ὡς αὐτὰς ἐχρῆν,] Canterus vertit, *quas ipsas:* quasi legisset ἃς αὐτάς. Si quid mutandum, prætulerim, ὧν αὐτὰς ἐχρῆν, &c. scil. ὧν ὡραίων· ut v. 277. ubi eadem omnia, Γραῦς σὺ τυχούσας οὐδὲν ὧν αὐτὰς ἐχρῆν. et Hecub. 416. ὧν μ' ἐχρῆν τυχεῖν. et ita v. 592. ejusdem dramatis. *Markl.*

Abundat ὡς, ut sæpe ante ὄφελον et similia. Hom. Il. χ'. v. 481.

ὡς μὴ ὤφελλε τεκέσθαι.

Odyss. α'. v. 127.

ὡς δὴ ἔγωγ' ὄφελον μάκαρός νυ τεῦ ἔμμεναι υἱός.

Musg.

Legebatur ὡς αὐτάς. Recepi, quod Canterum legisse ex versione ejus conjicit Marklandus, ipse præferens ὧν. *Hermann.*

186. Ὡραίων τυχεῖν] i. e. consequi talem funerationem, quæ cuique suo tempore morienti contingit. Ὡραῖον κῆδος, ὁ καθ' ὥραν τελευτήσας, Hesychius. Salmasius vertit *maturum funus*. Tale autem funus dicitur, cum filius parentem sepelit; immaturum dicitur, quum contra naturæ ordinem mater filium exportat. *Barnes.*

187. Σοφὸν δέ,] Eodem sensu quo Σοφοῦ. sic Orest. 774. δειλὸν τόδε· ubi æque bene scripsisse potuit δειλοῦ. *Markl.*

189. χρημάτων] Legendum puto χρησίμων. *ut illum capiat amor utilium*, i. e. laboris et parsimoniæ, non otii et nequitiæ. *Musg.*

Musgravius conjicit χρησίμων. Ego ἔχῃ in ἕλῃ mutandum puto: quæ frequens aberratio, ut in Phœn. 571. *Hermann.*

190. Τά τ' οἰκτρὰ—δεδοικέναι.] Sensus non potest reprehendi. Sed cum infra v. 201. habeat, Τά τ' οἰκτρὰ δέδορκε, et paullo ante in hac sententia utatur vocibus εἰσορᾶν et ἀποβλέπειν, fieri potest ut hic scripserit δεδορκέναι. Plus vero erit δέρκειν quam simpliciter *videre:* nempe, videre *cum attentione*. unde τὰ οἰκτρὰ δέδορκε (v. 201.) verto, *respicere solet miserias:* ut Agamemnon de seipso dicit τὰ οἰκτρὰ συνετός εἰμι, Iph. Aul. 1245. Omnes *vident* miseranda, sed omnes non δεδόρκασι, secundum significationem vocis δέδορκε versu 201. *Markl.*

Τά τ' οἰκτρὰ τοὺς μὴ δυστυχεῖς δεδοικέναι·] " Δεδορκέναι. vide infra v. 201. Qui se-

Τόν θ' ὑμνοποιὸν, αὐτὸς ἂν τίκτῃ μέλη,
Χαίροντα τίκτειν· ἢν δὲ μὴ πάσχῃ τόδε,
Οὔτοι δύναιτ' ἂν, οἴκοθέν γ' ἀτώμενος,
Τέρπειν ἂν ἄλλους· οὐδὲ γὰρ δίκην ἔχει.

Et Poëtam, si versus ipse pariat,
Gaudentem parere: nisi enim ita sit affectus,
Non poterit, si domi malis afficiatur,
Delectare alios: haud enim æquitatem *hoc* habet.

quuntur quatuor versus tam absurdi sunt, ut non nisi litura sint emendandi." Tyrwhitt. apud Musgrav. p. 133. probante Musgravio in loc. *Por.*

δεδοικέναι·] Optime Tyrwhittus et Marklandus δεδορκέναι, citantes v. 201. [et quod antea in hac sententia εἰσορᾷν et ἀποβλέπειν. *Musg.*

191. ὑμνοποιὸν, αὐτὸς ἂν τίκτῃ μέλη,] Scaliger, Τόν θ' ὑμνοποιὸν αὐτὸν, ἃ ''ν τίκτῃ μέλη, χαίροντα τίκτειν. Ceterum τίκτειν μέλη, ut τίκτειν ῥήματα, Aristoph. Ran. 1091. et *versus male ter* NATOS, Horatio. Hunc, et tres sequentes Iambos, quos ex alia aliqua fabula pedem huc intulisse putat, exigit Reiskius. Certe ad rem Adrasti parum faciunt, utcumque verum dicant. *Markl.*

Hunc et tres sequentes versus delet Tyrwhittus; ex alia fabula in hanc migrasse putat Reiskius. Audiendus tamen Plutarchus: ὁ γοῦν Εὐριπίδης -- φορτικωτάτῃ κέχρηται μεγαλαυχίᾳ, καὶ τῷ συγκαταπλέκειν τοῖς τραγῳδουμένοις πάθεσι καὶ πράγμασι μηδὲν προσήκοντα τὸν περὶ αὑτοῦ λόγον. vid. initium Libri περὶ τοῦ ἑαυτὸν ἐπαινεῖν. Neque imitatore caruit Euripides: siquidem Lyco, coram Alexandro comœdiam docens, στίχον αἰτητικὸν, eodem Plutarcho teste, inseruit. Op. Mor. p. 596. Ed. Steph. *Musg.*

Τόν θ' ὑμνοποιὸν] Scaliger legit τόν θ' ὑμνοποιὸν αὐτὸν, ἅ ''ν etc. acute. Præclare in hanc sententiam Juvenalis Satyr. 7. v. 53.

Sed vatem egregium, cui non sit publica vena,
Qui nihil expositum soleat deducere; nec qui
Communi feriat Carmen triviale moneta;
Hunc, qualem nequeo monstrare et sentio tantum,
Anxietate carens animus facit, omnis acerbi
Impatiens, cupidus sylvarum, aptusque bibendis
Fontibus Aonidum. Neque enim cantare sub antro
Pierio, Thyrsumve potest contingere sana
Paupertas, atque æris inops; quo nocte dieque
Corpus eget. Satur est, cum dicit *Horatius* ohe!
Quis locus ingenio, nisi cum se carmine solo
Vexant et dominis *Cyrrhæ Nisæ*que feruntur
Pectora nostra, duas non admittentia curas?
Magnæ mentis opus, nec de Lodice paranda
Attonitæ, currus et equos, faciesque deorum
Adspicere, et qualis *Rutulum* confundat *Erinnys.*
Nam si Virgilio puer et tolerabile desit
Hospitium, caderent omnes a crinibus hydri;
Surda nihil gemeret grave buccina. ——

Ovidius item 1 Trist. Eleg. 1. *Carmina proveniunt animo deducta sereno*, etc. Super quem locum vid. M. Ant. Mureti Var. Lect. L. IV. c. 10. At nec illius magni viri gravabor attexere sententiam ex eod. libro, capite primo: "*Pausanias* in *Atticis* narrat, Athenienses, quod a Pindaro in quodam ᾄσματι laudati essent, tanti fecisse ampli illius et grandiloqui Poëtæ testimonium, ut et dona ei plurima ob id miserint, et statuam in civitate sua statuerint. Non igitur mirum est, si illis temporibus multi ac præstantes Poëtæ fuerunt; cum, qui ea facultate excellebant, et maximis muneribus honestarentur, et honoribus amplissimis mactarentur. Ætate nostra vocalis ille olim Musarum Chorus conticuit; quæque avaritia marsupia potentium clusit, eadem venas Heliconii liquoris obstruxit." Hæc Muretus. Et nos quoque olim curis vacui et juventa freti heroicum Poëma aggressi sumus, FRANCIADOS dictum, de Edwardo, Walliæ Principe, Nigro cognominato, et nunc octo libris nobile surgit Opus: Sed Mæcenatem, qui nos ad alta tendentes amica manu sublevet, per hos sexdecim annos frustra exspectavimus. Quinetiam historiam de Vita et Gestis Edwardi tertii haud ignava opera edidimus quatuor abhinc annis.

Quæ vero inde seges? Terræ quis fructus apertæ?

Τάχ' οὖν ἂν εἴποις, Πελοπίαν παρεὶς χθόνα,
Πῶς ταῖς Ἀθήναις τόνδε προστάσσεις πόνον;
Ἐγὼ δικαιός εἰμ' ἀφηγεῖσθαι τάδε.
Σπάρτη μὲν ὠμὴ, καὶ πεποίκιλται τρόπους,

Fortasse vero dixeris: Pelopia terra omissa
Quomodo injungis istum laborem Atheniensibus?
Ego, æquum est, ut hæc declarem.
Sparta quidem sæva est et vafra moribus,

Quis dabit Historico, quantum daret acta legenti? *Barnes.*

Mutavi ἂν in ἄν. Hunc et duos sequentes versus, ut ex alia fabula illatos, delet Tyrwhittus, nec, quid sibi velint, intelligere se fatetur Marklandus. Male eos excusat Musgravius. Aliunde illatum nihil persuadeas, nisi quod cur adscriptum fuerit, probabilem rationem reddideris. Sensum hunc esse puto. Unusquisque in alios intueri debet, ut recte res suas gerat: dives in pauperem, ut beneficentiam colat; pauper in divitem, ut opes quærere discat; felix in infelicem, ne sese efferat; poëta in hos, qui ipsum sint audituri, quod nisi ipse, dum versus faciat, læto sit et alacri animo, non possit illos oblectare. *Hermann.*

193. οἴκοθεν, *ipse*, a *seipso:* ut Aristoph. Εἰρήν. 521. οὐ γὰρ εἶχον οἴκοθεν· *non enim habeo a meipso.* οἴκοις, *apud seipsum*, idem quod οἴκοθεν hic, ᾧ μηδέν ἐστ' οἴκοις βαρὺ, Sophocl. Trachin. 743. ἡ οἴκοθεν κρίσις, *internum animi judicium*, Plutarchus De Adul. et Amic. discrim. p. 55. F. οἴκοθεν, ἀντὶ τοῦ, ἀφ' ἑαυτοῦ. Schol. Sophocl. Ajac. 1071. Sic τοὺς οἴκοθεν φαύλους, Josephus Bell. Jud. II. 20: 7. quod male vertitur, *qui domi se improbe gerunt.* sensus est, *qui sibi conscii sunt se esse improbos. Markl.*

ἀτώμενος] Malim ἀσώμενος *tristis. Musg.*

Οὔ τοι δύναιτ' ἂν, τέρπειν ἂν ἄλλους] De ἂν gemino vid. supra Hecub. v. 559. et 1182. Androm. v. 77. et 507. et 926. et Suppl. v. 457. et v. 865. Xenoph. autem Cyropæd. I. V. similiter duplici ἂν utitur: ὅσῳ δ' ἂν κουφότερον συσκευαζώμεθα καὶ εὐτελέστερον, τόσῳ τὰς ἐπιούσας ἡμέρας ἥδιον ἂν ἀριστήσομέν τε καὶ δειπνήσομεν καὶ καθευδήσομεν. Item Plato in Alcib. 2. Ἀλλὰ κἂν εὔξαιτο ἂν γενέσθαι, εἴ τῳ μὴ παρόντα τυγχάνοι. *Barnes.*

194. Pro Τέρπειν. Cod. A. Τρέπειν. B. Τέρπειν γρ. Τρέπειν. *Markl.*

197. Ἐγὼ δίκαιός εἰμ' ἀφηγεῖσθαι τάδε, pro, Δίκαιόν ἐστιν ἐμὲ ἀφηγεῖσθαι τάδε, notissimum est. vide Heraclid. 776. Sic, Οὐχ ἁγνός εἰμι τῷ κτανόντι κατθανών· ibid. v. 1011. *Si occidar, polluam eum qui me occiderit.* et v. 143. ejusd. fab. Xen. H. Græc. I. p. 448. C. Demosth. contr. Aphob. I. versus finem, δίκαιοι δ' ἐστ' ἐλεεῖν, &c. *debetis misereri.* et virum doctissimum Joan. Toupium, Emendat. in Suidam, p. 103. *Markl.*

Ἐγὼ δικαιός εἰμι] Non hæc phrasis inusitata est, δίκαιός εἰμι, pro possum, i. e. jure possum, aut debeo, vel dignus sum, vel paratus; Demosth. in Mid. δίκαιος ὢν ἀπολωλέναι. Aristoph. Nub. ἀπολαβεῖν τἀργύριον δίκαιος εἶ. *Barnes.*

198. Σπάρτη μὲν ἡ 'μὴ, καὶ πεποίκιλται τρόπους.] *Sparta quidem mea*, præter alia, *variis etiam est prædita moribus.* Sic vertunt. Falso autem ab Adrasto dicitur *Sparta mea*, cum ille Argivorum rex esset, non Spartæ, in quam ne minimum quidem juris habuit. Lego, Σπάρτη μὲν ὠμὴ, καὶ, &c. *Sparta quidem sæva est, et moribus varia: Ceteræ vero* Peloponnesi *civitates, parvæ sunt, et infirmæ.* Rationem reddit Adrastus quare Atheniensibus potissimum se applicuerit. Notum autem est ex multis horum dramatum locis, quam libenter Euripides captet occasiones omnes perstringendi Lacedæmonios, Atheniensium æmulos. Sic et Isocrates Panath. p. 496. ὥσπερ ἀπορίας οὔσης, τί ἂν ἔχοι τις εἰπεῖν περὶ τῆς ὠμότητος, καὶ χαλεπότητος τῆς Λακεδαιμονίων. Talis ingenii erat Clearchus, et ipse Lacedæmonius, qui ἀεὶ χαλεπὸς καὶ ὠμὸς ἦν, Xenophon K. A. Lib. II. p. 291. B. Adrastus dicit: Ex Peloponnesi civitatibus, Sparta, quæ sola auxilium nobis ferre potest, *non vult*, ceteræ, *non possunt.* (Cogitavit

Τὰ δ' ἄλλα, μικρὰ, κἀσθενῆ· πόλις δὲ σὴ
Μόνη δύναιτ' ἂν τόνδ' ὑποστῆναι πόνον·
Τά τ' οἰκτρὰ γὰρ δέδορκε, καὶ νεανίαν
Ἔχει σε ποιμέν' ἐσθλόν· οὗ χρείᾳ πόλεις
Πολλαὶ διώλοντ', ἐνδεεῖς στρατηλάτου.
ΧΟ. Κἀγὼ τὸν αὐτὸν τῶδέ σοι λόγον λέγω,
Θησεῦ, δι' οἴκτου τὰς ἐμὰς λαβεῖν τύχας.

Reliqua vero parva, et imbecillia: sed tua civitas
Sola potest sustinere hunc laborem.
Respicit enim miseranda, et juvenem
Habet te rectorem bonum: cujus defectu urbes
Multæ perierunt, indigentes duce.
Cho. Et ego eundem, quem hic, tibi sermonem dico,
Theseu? ut misericordia movearis mearum calamitatum.

Reiskius de Σπάρτη μὲν ἀκμὴς, *vegeta:* vel ἡβᾷ, vel ἀβέβαιος. Heathius mecum emendat ὠμὴ, et ob eandem rationem.

καὶ πεποίκιλται τρόπους] Et *variis* vel *diversis* vel *vafris* moribus utitur; ut ποικίλως αὐδωμένου, Soph. Philoct. 130. Phœniss. 480. Demosthenes in Leptin. p. 42. ed. Taylor. Οὐ γὰρ ἀγνοῶ τοῦθ', ὅτι Θηβαῖοι, καὶ Λακεδαιμόνιοι, καὶ ἡμεῖς, οὔτε νόμοις, οὔτε ἔθεσι χρώμεθα τοῖς αὐτοῖς, οὔτε πολιτείᾳ. Hoc est forte, κεχώρισται τοὺς τρόπους, Herodoto IV. 28. ubi, ut hic, intelligitur κατά. Nota est Lacedæmoniorum ξενηλασία, cui hic forsan alluditur. *Moribus est inconstans,* vertit Heathius. Incerta videri potest significatio utriusque vocis, πεποίκιλται et τρόπους. *Markl.*

ὠμὴ quoque Tyrwhittus apud Musg. p. 133. conferens Androm. 445. 722. *Por.*

Emendationem Tyrwhitti, Heathii, Marklandi non dubitavi recipere. Ed. Ald. Σπάρτη μὲν ἡ 'μή. *Musg.*

Heath. confert Androm. 445. ss.

Prev. cum Musgr. et aliis legit ὠμὴ — quia sensus ipse postulat. *Beck.*

Cogitavi aliquando ἀκμὴς, *integra, vegeta*, ut opponatur sequenti σμικρὰ κἀσθενῆ. item Σπάρτη μὲν ἡβᾷ. Sed non satis illi congruit καὶ sequens; aptius enim ἀλλὰ foret. ἀλλὰ πεποικ. τρ. forte igitur Σπάρτη ἀβέβαιος, *Sparta est infida. Reisk.*

Σπάρτη μὲν ἡ 'μὴ καὶ πεποίκιλται τρόπους] Quod olim conjeceram, hodie teneo, ἤθη pro ἡ 'μὴ, quod sensu caret. Quam alii medicinam adhibuerint, quum constet, non opus est enumerare. *Fæhsc.*

199. κἀσθενῆ, ut ἀσθενεῖς πόλεις Plutarch. Arat. p. 1038. C. Herodot. V. 36. Max. Tyrius Diss. XXXI. 1. ἐν Χηναῖς, σμικρῷ καὶ ἀσθενεῖ πολίσματι. Xenophon. Hist. Græc. III. p. 481. A. *Markl.*

ἀσθενὴς sæpius de infirmis, impotentibus, civitatibus. *Beck.*

200. τόνδ' ὑποστῆναι πόνον·] Sic v. 355. Πρώτη κελεύεις τόνδ' ὑποστῆναι πόνον· [*stare sub hoc labore*, i. e. sustinere, suscipere, subferre.] ὑποστῆναι βέλος, Herc. Fur. 1350. in Stobæo ὑποστᾶναι. ubi monendi sunt futuri Editores Euripidis, versum deesse in impressis exemplaribus, qui restituendus est, et emendandus contextus, ex Stobæi isto loco, Serm. CVI. p. 568. ed. Aurel. Allobrog. 1629. Utar occasione restituendi alium versum, Helen. 561. ubi visa in Ægypto Helena Menelaus obstupescens, quærit ab ea, Ἑλληνὶς εἶ τις, ἢ 'πιχωρία γυνή; Cui illa respondet Ἑλληνίς· ἀλλὰ καὶ τὸ σὸν θέλω μαθεῖν. In vulgatis deest prior versus, adeo ut Helena respondeat sine quæstione. eum restitui ex Aristophanis Thesmophoriaz. v. 914. *Markl.*

τόνδ' ὑποστῆναι πόνον·] In nota Marklandi post *contextus,* addit Porsonus, Sed ibi vulgatam præfert Musgravius, quam citat etiam M. A. Muretus Var. Lect. IV. 2. Mox versum Helenæ 561. restituit Marklandus ex Aristoph. Thesmoph. 914. Ἑλληνὶς εἶ τις, ἢ 'πιχωρία

ΘΗ. Ἄλλοισι δὴ 'πόνησ' ἁμιλληθεὶς λόγῳ
Τοιῷδ'· ἔλεξε γάρ τις, ὡς τὰ χείρονα
Πλείω βροτοῖσίν ἐστι τῶν ἀμεινόνων.
Ἐγὼ δὲ τούτοις ἀντίαν γνώμην ἔχω,
Πλείω τὰ χρηστὰ τῶν κακῶν εἶναι βροτοῖς.
Εἰ μὴ γὰρ ἦν τόδ', οὐκ ἂν ἦμεν ἐν φάει.
Αἰνῶ δ', ὃς ἡμῖν βίοτον ἐκ πεφυρμένου

The. At tu annon errasti, sectatus orationem
Talem? dixit enim quidam: quod mala
Plura sint bonis apud homines:
Ego vero contrariam his sententiam habeo,
Plura bona quam mala esse hominibus
Nisi enim hoc esset, non essemus luce.
Laudo autem *eum*, quisquis nobis vitam a confusa,

γυνή; notat Porsonus, ita edidit Musgravius. *Por.*

201. καὶ νεανίαν] Vel, καὶ νεανιῶν Ἔχει σε ποιμέν' ἐσθλόν. quod multo plus exprimere videtur. ἀστοὶ νεανίαι hi vocantur v. 453. et νέοι, 853. Ποιμένα νεανιῶν ut ποιμένα λαῶν Homero. *Markl.*

Marklandus νεανιῶν. At infra v. 590. νῦν δ' ἔτ' εἶ νεανίας. Id significat ibi ferocem, hic validum. *Hermann.*

202. Ἔχει σὲ ποιμέν' ἐσθλόν] Ποιμὴν pro rege, ab Homero mutuatum, cui frequens hoc de rege, ποιμένα λαῶν. Joh. Brodæus observavit. *Barnes.*

202. s. οὗ χρείᾳ πόλεις Πολλαὶ διώλοντ', ἐνδεεῖς στρατηλάτου.] Quamquam in promtu sit, quo concinnitati sermonis consuleretur, εὐκλεεῖς pro ἐνδεεῖς, quod abundat, legere; tamen ejusmodi abundantiæ genera passim occurrunt apud quosque auctores vel verborum parcos, nedum apud Euripidem verbosum. *Fæhse.*

203. Verba ἐνδεεῖς στρατηλάτου superflua sunt, neque tamen propterea ejicienda, ut in Bibl. Phil. 1. p. 89. putabam. *Beck.*

206. Ἄλλοισι δὴ 'πόνησ'] Sic scribendum, pro ἐπόνησα. Et intelligi quidem hæc possunt: sed mendum verbo 'πόνησ' subesse non dubito. Facile defendi posset, si MSS. haberent, Ἄλλοισι δήποτ' ἦν ἁμιλληθεὶς λόγῳ Τοιῷδ'· *Cum aliis olim disputavi, tali usus argumento*, scil. quod sequitur. ἦν ἁμιλληθεὶς foret ἡμιλλήθην, ut ἐξαρκέσας ἦν pro ἐξήρκεσε v. 521. Pulcra autem est hæc Thesei disputatio, licet paullo abruptius intrusa nonnullis videri possit. Eadem erat summa orationis Themistoclis ante pugnam navalem apud Salamina, Herodot. VIII. 83. *Markl.*

ἄλλοισι δὴ 'πόνησ' ἁμιλληθεὶς] Legendum forte: Ἀλλ' ἦ σὺ δὴ 'πόνεις ὁμιληθεὶς λόγῳ τοιῷδ', *An ergo tu errasti, tali oratione* (qualem sc. mox exponit) *seductus.* ὁμιληθεὶς λόγῳ, ut φιλοσοφίᾳ ὡμιληκὼς Lucian. de Saltat. Ἡρακλειτείου δόξης ἑταῖρος habet Philo Jud. Allegor.

Quod ait Marklandus, eandem summam fuisse orationis a Themistocle ante pugnam Salaminiam habitæ, de qua Herodotus Lib. VIII, c. 83. nec clare docent Herodoti verba, nec ullo modo verisimile est. *Musg.*

Ἄλλοισι δὴ 'πόνησ' cum Heath. scripsit Markl. sed in verbo 'πόνησ' vitium ne censet. *Beck.*

207. Ἔλεξε γάρ τις, ὡς τὰ χείρονα Πλείω βροτοῖσίν ἐστι τῶν ἀμεινόνων] Videtur hic Poëta noster Homerum, tacito licet nomine, laudare, eamque sententiam illius respicere Iliad. α'. v. 576.— ἐπεὶ τὰ χερείονα νικᾷ. Vid. Phœniss. v. 903. *Barnes.*

211. οὐκ ἂν ἦμεν ἐν φάει] *Non fuissemus in vita.* Ipsa *vitæ* nostræ continuatio argumentum est *Bona* esse plura *Malis. Lux* pro *vita* notissimi est usus, tam Græcis quam Latinis. *Markl.*

De phrasi εἶναι ἐν φάει, vide Valckenær. ad Euripid. Phœniss. 1319. adde Hecub.

Καὶ θηριώδους θεῶν διεσταθμήσατο,
Πρῶτον μὲν ἐνθεὶς ξύνεσιν, εἶτα δ' ἄγγελον
Γλῶσσαν λόγων δοὺς, ὥστε γιγνώσκειν ὄπα·
Τροφήν τε καρποῦ, τῇ τροφῇ τ' ἀπ' οὐρανοῦ

Et ferina Deorum discrevit.
Primum quidem induens mentem, deinde vero nunciam
Sermonis linguam dans, ut agnoscamus vocem,
Et sepulturam frugum, et sepulturæ de cœlo

700. (diverso sensu 1196.) Sophocl. Philoct. 1242. *Por.*

Ἐν φάει] Φάος pro βίος. Sic Virgil. Æn. l. IV. v. 31. Anna refert: *O Luce magis dilecta sorori. Barnes.*

212. ἐκ πεφυρμένου Καὶ θηριώδους] Codd. A. B. ἐκπεφυρμενον, una voce: et θηριωδη A. Janus dicitur hoc fecisse Italis antiquis, ἐκ τοῦ θηριώδους καὶ ἀγρίου μεταβαλεῖν τὴν δίαιταν· Plutarch. in Numa, p. 72. F. ubi addidisse potuit βίου, [ut in his omnibus exemplis,] vel scripsisse βίου pro τοῦ. Idem libello Πῶς ἄν τις αἴσθοιτο, &c. p. 75. μεταβαλὼν εἰς θεῖον ἐκ θηριώδους βίον. Noster in Sisypho, ἄτακτος βίος καὶ θηριώδης. *Markl.*

MS. E. ἐκπεφυρμένον, et mox θηριώδη. In priori consentit MS. G. *Musg.*

212. ss. Αἰνῶ δ' ὃς ἡμῖν βίοτον ἐκπεφυρμένου
καὶ θηριώδους θεῶν διεσταθμήσατο,
πρῶτα μὲν ἐνθεὶς σύνεσιν, εἶτα δ' ἄγγελον
γλῶσσαν λόγων δοὺς, ὭΣΤΕ ΓΙΓΝΩΣΚΕΙΝ ἔπος.

Rerum, quas Theseus hoc loco recenset, beneficium ad Prometheum plerumque autorem referri solet. v. Æschylum in Prometh. 447. seqq. unde noster forsitan traxit βίον πεφυρμένον. In hoc autem loco corrigendum suspicor:

γλῶσσαν λόγων δοὺς, ὩΣ ΓΕΓΩΝΙΣΚΕΙΝ ἔπος.

quo, ni fallor, sensus horum verborum valde juvatur. *Linguam Deus dedit, qua verba distincte et explanate, ita ut ab omnibus intelligantur, proferre possemus.* Noster in Electra 808.

δεσπότης δ' ἐμὸς
τὠναντὶ εὔχετ' οὐ γεγωνίσκων λόγους.

pro simplici λέγειν. (Hesych. γεγωνίσκει. λέγει.) Æschylus in Prometh. 628.

τί δῆτα μέλλεις μὴ οὐ γεγωνίσκειν τὸ πᾶν.

v. Dorville in Vanno Critica. p. 150. Interpp. Hesychii. V. Pierson. in Mœrin. p. 114. sq. Cæterum levis est literarum transpositio, cujus simile exemplum habemus in Fragmento Teletis ap. Stobæum Serm. XXXVIII. p. 231. 41. ubi eorum vanitas exagitatur, qui exilium summum malum putant, magnamque, ubi locorum sepeliantur, curam habent. Ἴση, cum Aristippo inquit, καὶ ὅμοια ἡ εἰς ᾅδου ὁδὸς, ἢ τὴν ἀρχὴν εἰ μὴ ταφήσῃ, τί σοι μέλοι; ἀλλ' ἡ περὶ ταφῆς 'ΑΓΝΟΙΑ πολλὰς τραγῳδίας ἐποίησεν. Gesnerus corruptam vocem in πρόνοια mutari vult. Corrigam: ἀλλ' ἡ περὶ ταφῆς 'ΑΓΩΝΙΑ πολλὰς κ. τ. λ. h. ingens timor et trepidatio. Demosthenes pro Cor. οὕτω δ' ἦν ὁ Φίλιππος ἐν φόβῳ καὶ πολλῇ ἀγωνίᾳ. — Mox v. 218. non opus est emendatione Marklandi quam et Musgravius refellit. ἄρδειν *recreare* audit. v. Wyttenbach ad Plut. de S. N. V. p. 117. *Jacobs.*

214. In nonnullis Editt. legitur Πρῶτα μὲν ἐνθείς. Barnesius edidit, nescio an primus, Πρῶτον, prout metrum postulabat. et ita exhibent Codd. A. B. Deinde, ἄγγελον γλῶσσαν λόγων δοὺς: ante quem, Homines erant Mutum *et turpe pecus.*
Markl.

πρῶτον] Ita MS. uterque et P. ut jam recte Barnesius. Olim πρῶτα. *Musg.*

215. Jacobs. et Wakef. S. cr. II. p. 76. ὡς γεγωνίσκειν. *Hermann.*

216. s. Τροφήν τε καρποῦ, τῇ τροφῇ τ' ἀπ' οὐρανοῦ Σταγόνας ὑδρηλάς. Lectori accurato hæc vix satisfacient, utcumque speciosa videantur. Scripsisse potuit:

Τροφήν τε καρποῦ γητραφῆ, κἀπ' οὐρανοῦ
Σταγόνας ὑδρηλὰς, &c.

ut duos magnos divinæ benignitatis fontes innueret, *Terram*, et *Cœlum*, seu *Aërem:* fructus e *terra*, pluviam a *cœlo*. Δοὺς σταγόνας ὑδρηλὰς ἀπ' οὐρανοῦ, est D. Pauli οὐρανόθεν ὑετοὺς διδοὺς, Actor. xiv.

Σταγόνας ὑδρηλὰς, ὡς τάγ' ἐκ γαίας τρέφῃ,
Ἄρδῃ τε νηδύν. πρὸς δὲ τοῖσι, χείματος
Προβλήματ', αἶθον τ' ἐξαμύνασθαι θεοῦ·
Πόντου τε ναυστολήμαθ', ὡς διαλλαγὰς

Stillas humidas, ut alantur, quæ nascuntur ex terra,
Et recreent ventrem: præterea vero adversus hyemem
Munimenta et ad œstum Dei *Solis* arcendum,
Et maris navigationem, et commercia

17. ὕδωρ ἐξ οὐρανοῦ, Plutarch. in Sylla ad fin. et Xenophon. Ἀναβ. IV. p. 319. D. *aqua cœlestis*, Horatio. Τά Τ' scribo pro τά γ', propter Ἄρδῃ ΤΕ. *Markl.*

τροφήν τε καρποῦ, τῇ τροφῇ τ'] Non displiceret ταφήν τε καρποῦ, τῇ ταφῇ τ', ut sementis non ineleganti schemate sepultura frumenti audiat. Plutarcho teste, Ægyptii θάπτεσθαι τὸν Ὄσιριν dicunt, ὅτε κρύπτεται τῇ γῇ σπειρόμενος ὁ καρπός. Op. Mor. p. 671. Qui locus aliam quoque emendationem suggerit, nempe ut legatur κρυφὴν et κρυφῇ. Κατακρυφὰν habet Sophocles Œd. Col. 217. *Musg.*

217. Pro τρέφῃ legendum forte τραφῇ, *nutriantur*. *Musg.*

218. Ἄρδῃ τε νηδύν] *Et ut riget ventrem.* Ventrem *cujus*, vel *quorum?* non *hominum*, neque ceterorum *animalium:* ii enim non ex aqua pluviali, sed ex fontibus et fluminibus (non *ventrem rigant*, sed) *sitim sedant;* unde *pocula Acheloïa*, et istud Lucani, *Satis est populis* fluvius*que*, *Ceresque*. Opinor, Ἄρδῃ τ' ἄνυδρον, scil. γαῖαν, petendam ex præcedenti versu: *et ut riget siccam*. hi enim duo sunt præcipui usus *pluviæ*, quos scimus, nempe, ut *plantas alat*, et ut *riget* (non *ventrem*, sed) *terram siccam* et humore carentem. ἡ ἄνυδρος, sc. γῆ vel χώρα, sæpe occurrit: vid. Herodot. III. 4. 9. (τὴν ξηρὰν Matth. xxiii. 15.) Noster ex Incert. Tragœd. p. 505. ed. Barn. eadem omissione Articuli:

Ἐρᾷ μὲν ὄμβρου γαῖ', ὅταν ξηρὸν πέδον,
Ἄκαρπον αὐχμῷ, νοτίδος ἐνδεῶς ἔχῃ.

vide quæ sequuntur ibi. Codex A. ἄρδει. Τοῖσι pro Τοῖσδε i. e. τούτοις, v. 218.

Ἄρδῃ metaphorice *recreet, reficiat*. Aristides Monod. de Smyrna: αὖξον καὶ τρέφον καὶ ἄρδον (τὰς ὄψεις.) Plut. Op. Mor. τὸ χαῖρον ἄρδεται καὶ τέθηλε p. 848. Ed. H. Steph.

Ἄρδῃ] Porphyr. de Abstinent p. 370. ξηροῦ σώματος, καὶ μὴ χυμοῖς, ἀλλοτρίων σαρκῶν ἀρδομένου. Plato: τὸ λογιστικὸν ἄρδοντος καὶ αὔξοντος, p. 714. Ed. Fic. vid. et 756. C. 1095. A. *Musg.*

Quum codex A. habeat ἄρδει τε, licet suspicari, scriptum olim fuisse, αἷς τά τ' ἐκ γαίας τρέφει, ἄρδει τε νηδύν. *Hermann.*

219. Προβλήματ', αἶθον ἐξαμύνασθαι Θεοῦ·] Exemplaria retinent αἶθον. Forte, χείματος Προβλήματ' αἶθόν τ' ἐξαμύνασθαι Θεοῦ. (Et sic Heathius.) Constructio erit χείματος προβλήματα, προβλήματά τε ἐξαμύνασθαι τὸ αἶθον (*ardens*, i. e. *ardorem*) Θεοῦ. per quæ intelligo *domos* quoque, non *vestes* solum. Plato in Timæo (p. m. 170. ed. Ald. Fol.) citatus a Dion. Longino περὶ Ὕψ. sect. 32. vocat *carnem*, προβολὴν μὲν καυμάτων, πρόβλημα δὲ χειμώνων. De Θεὸς pro *Sole* vide hic Barnesium, et Lud. Carrionem Emendat. II. 1. Herodotus appellat *Solem* τὸν Θεὸν, lib. II. 24. Valckenærius ad Phœniss. 786. "χείματος Προβλήματ', αἶθός τ' ἐξαμύνασθαι θεοῦ· literam τ' omissam adjeci; nec spreverim: Πρόβλημά τ', αἶθός τ' ἐξαμύνασθαι θεοῦ." αἶθόν τ' i. e. αἶθόν τε, Heathius. Τὸ αἶθος habent Lexica, ex Apollonio Rhodio III. 1302. et ita Miltonus quoque ex conjectura, αἶθός τ'. Hæc duo, τροφὴν et πρόβλημα χείματος, &c. duabus vocibus exprimit D. Paulus 1 Tim. vi. 8. διατροφὰς καὶ σκεπάσματα. Cl. Reiskius legit, Πρόβλημα κ' αἶθον—Θεόν. "ὁ αἴθων Θεὸς, inquit, est Sol. Vet. Ed. recte habet αἶθον' cum apostropho." Addo, et ita habere Aldinam. ὁ αἶθος, Auctor Rhesi 990. ναυσὶν αἶθον ἐμβαλεῖν Πέποιθα. *Markl.*

Αἶθον] Recte T. Faber αἶθόν τ'. Exstat vox Rhes. v. 990. *Musg.*

Αἶθον ἐξαμύνασθαι Θεοῦ] Utrum sit τὸ αἶθον a participio αἴθω, uro, ut τὸ φλέγον pro φλέξις, an ὁ αἶθος, (ut τὸ αἶθος apud Apollonium Argon.) an vero corrigatur

Ἔχοιμεν ἀλλήλοισιν, ὧν πένοιτο γῆ.
Ἃ δ' ἔστ' ἄσημα, κοὺ σαφῶς γιγνώσκομεν,
Εἰς πῦρ βλέποντες, καὶ κατὰ σπλάγχνων πτύχας,
Μάντεις προσημαίνουσιν, οἰωνῶν τ' ἄπο.
Ἆρ' οὐ τρυφῶμεν θεοῦ κατασκευὴν βίῳ
Δόντος τοιαύτην, οἷσιν οὐκ ἀρκεῖ τάδε;

Haberemus inter nos, *rerum,* quibus indiget terra.
Quæ autem sunt ignota et non clare cognoscimus,
Intuentes in ignem, et per fibras extorum,
Vates prædicunt, et ex avibus.
Nonne igitur superbi sumus, cum Deus apparatum vitæ
Dederit talem, quibus hæc non sufficiant?

in αἶθος, etc. Vid. Æmil. Portum, qui et τὸ καὶ deesse observat, vel simile quid. Legebatur olim αἶθον'. Θεὸς vero hic absolute pro *sole* ponitur, ut supra Medeæ, v. 353. et infra hujus fab. v. 479. Sic Virgilius pro Venere usurpat, Æn. L. II. v. 632. *Descendo ac ducente deo,* — de Venere loquens. *Barnes.*

Hes. αἶθος· καῦμα. *Beck.*

220. Πόντου τε ναυστολήμαθ', ὡς διαλλαγὰς Ἔχοιμεν] Et maris navigationem, ut commercia habeamus inter nos rerum, quibus indiget aliqua terra, aut provincia: Quod, ut Joh. Brodæus monet, videre hodie licet in his, quæ ex repertis nuper insulis advehuntur, *piper* dico, utramque *cassiam, zingiber,* atque id genus alia, quibus regiones nostræ carent. *Barnes.*

221. Ἔχοιμεν ἀλλήλοισιν, ὧν] Distinctio forte ponenda est post Ἔχοιμεν: et ἀλλήλοισιν sumendum sensu ἀλλήλων: διαλλαγὰς τούτων ὧν γῆ ἀλλήλων πένοιτο· *permutationes earum rerum, quibus terra utriusque indigeret.* [sic v. 686. ἀλλήλων ὄχους. ubi vide.] *Markl.*

222. κοὐ σαφῆ, γινώσκομεν Εἰς πῦρ, &c.] Codices A. B. C. σαφως. præclare. Lege et distingue:

Ἃ δ' ἔστ' ἄσημα, κοὐ σαφῶς γινώσκομεν,
Εἰς πῦρ βλέποντες, καὶ κατὰ σπλάγχνων πτύχας
Μάντεις προσημαίνουσιν, οἰωνῶν τ' ἄπο.

Hæc enim omnia, *Ignispicium, Extispicium,* et *Avispicium* seu *Auspicium,* ad *vates* pertinent. non igitur recte dici potuit γινώσκομεν (ἡμεῖς) εἰς πῦρ βλέποντες, sed μάντεις εἰς πῦρ βλέποντες, &c. προσημαίνουσιν. Reiskius sine MSS. feliciter hunc locum distinxit, κοὐ σαφῆ γινώσκομεν, et recte construxit, καὶ ἃ οὐ σαφῆ γινώσκομεν, οἱ μάντεις, βλέποντες εἰς πῦρ — προσημαίνουσιν. *Markl.*

σαφῶς] Ita MSS. ambo et P. Vulgo σαφῆ, cum distinctione inter σαφῆ et γινώσκομεν. *Musg.*

Reisk. jam distinctionem post σαφῆ tollendam viderat. *Beck.*

Sic Marklandus ex MSS. Ald. et edd. vett. κοὐ σαφῆ, γινώσκομεν. *Hermann.*

227. Ἡ φρόνησις] Hoc in loco pro τὸ φρόνημα, elatio animi. Joh. Brodæus exponit, *ratio* ac *judicium humanum,* non, ut mihi videtur, recte in hoc loco. Idem autem alio vocabulo *Poëta* proximo in versu τὸ γαῦρον vocat. *Barnes.*

228. τὸ γαῦρον δ' ἐν χεροῖν κεκτημένοι,] Χεροῖν est conjectura Canteri, a Barnesio tacente in contextum admissa. Editiones priores habent χερσὶ, unde feceram φρεσίν. Et ita inveni in Codd. A. B. C. et ex conjectura Reiskius. Sic τοῖς φρονήμασι γαῦροι, Plutarchus Mario, p. 416. C. Aliud est κόμπον ἐν χεροῖν ἔχων apud Æschylum Sept. ad Theb. 479. i. e. βραχίοσιν: de quo vide infra ad v. 478. *Markl.*

Ed. Ald. χερσὶν, pro quo Editores, præeunte Cantero, χεροῖν. MS. uterque et P. φρεσὶν, ut felicissime emendaverat Reiskius. *Musg.*

229. Δοκοῦμεν εἶναι Δαιμόνων σοφώτεροι] Descriptionem hic habes morbi, quo nullus nunc frequentior aut magis fatalis est inter homines qui alioquin intellectu et animi dotibus præcellere existimantur. Sic *Dei sapientia* olim videbatur Ἕλλησι μωρία. Rationem hujus rei videbis in

Ἀλλ' ἡ φρόνησις τοῦ θεοῦ μεῖζον σθένειν
Ζητεῖ· τὸ γαῦρον δ' ἐν φρεσὶν κεκτημένοι,
Δοκοῦμεν εἶναι δαιμόνων σοφώτεροι.
Ἧς καὶ σὺ φαίνει δεκάδος· οὐ σοφὸς γεγώς,
Ὅστις κόρας μὲν, θεσφάτοις Φοίβου ζυγεὶς,
Ξένοισιν ὧδ' ἔδωκας, ὡς ζώντων θεῶν.

Sed animus *noster* plus posse quam Deus
Quærit: fastum autem mentibus habentes,
Videremur esse sapientiores diis.
Quo e numero tu quoque, videris *esse* non sapiens existens,
Qui filias, oraculis Phœbi constrictus,
Sic dedisti peregrinis, ut vaticinantibus diis.

versu præcedenti, nempe *Fastum* sive *Superbiam*. *Markl.*

229. Δοκοῦμεν εἶναι δαιμόνων σοφώτεροι.
Ἧς καὶ σὺ φαίνῃ δεκάδας, οὐ σοφὸς γεγὼς
Ὅστις κόρας μὲν θεσφάτοις φοίβου ζυγεὶς
Ξένοισεν ὧδ ἔδωκας ΩΣ ΖΩΝΤΩΝ ΘΕΩΝ.

Varie hunc locum impugnant et defendunt. Heathius quidem recte vidit antithesin esse in his verbis — ὡς ζώντων θεῶν et v. 240. seqq. sensum tamen non satis expedit. Euripides hæc sine dubio voluit: Adrastum parum constantis animi virum modo obsecutum esse Deorum oraculis, (ut, cum filias Tydeo et Polynici daret,) modo illis morem gerere noluisse — θέσφατ' εἶτ' ἀτιμάσας

βίᾳ παρελθὼν θεοὺς, κ. τ. λ.

In eundem sensum dicta sunt hæc Sophoclis in Œdipo Col. 277.

καὶ μὴ, θεοὺς τιμῶντες, εἶτα τῶν θεῶν
ὥραν ποιεῖσθε μηδαμῶς.

Verba: ὡς ζώντων θεῶν qui defendunt, sic explicant: *ac si Dii revera existerent, et omnia eorum potestati subjecta essent.* Sed de eo ne dubitare quidem poterat Adrastus; id autem et facere potuit et fecit, ut quamvis Deos esse et omnia gubernare sciret, illis tamen dicto audire nollet. Legendum forsitan, ut justa sit antithesis:

Ὅστις κόρας μὲν θεσφάτοις φοίβου ζυγεὶς
Ξένοισιν ὧδ' ἔδωκας ΩΣ ΣΩΖΩΝ ΤΑ ΘΕΩΝ.

Filias tuas hospitibus dedisti, ut Phœbus jusserat, tanquam Deorum mandata exsequuturus: postea autem vatum, Deorum voluntatem interpretantium, responsa neglexisti, tibi ipse contradicens, modo obtemperans Diis, modo eorum imperium detrectans. σώζειν hoc sensu sexcenties apud Euripidem occurrit. v. 536, 7. σώζων νόμον πανελλήνων, v. 574. δίκης σώζων φάος. In v. θεῶν est synizesis, quæ in medio versu frequentissima, in fine quoque locum habere potest. v. 491.

ὅταν γὰρ ἔλθῃ πόλεμος εἰς ψῆφον πόλεως.

Sophoclis Antig. 289.

οὐκ ἔστιν ἀλλὰ ταῦτα καὶ πάλαι πόλεως.

adde Œdip. Col. 47.

Qui locus hunc sequitur, etiam corrupte legitur. *Jacobs.*

230. Ἧς καὶ σὺ φαίνῃ δεκάδος·] *Ex qua decuria tu quoque es:* i. e. ex quo numero. sumtum a Militia. Hesychius: Δεκάδες· οἱ ἐκ τῆς τάξεως τῶν δέκα στρατιωτῶν συνεστῶτες. Homer. Iliad. B. 126. Oppian. Halieut. I. 443. πολλὰς εἰς ἐτέων δεκάδας, in Epigrammate: id est, *ad magnum numerum annorum*, et Antholog. VII. p. 463. ed. Steph. ἐτέων ἡ δεκὰς οὐκ ὀλίγη. Ejusdem est metaphoræ *cohors amicorum*. Sueton. Ner. c. 8. Legi quoque et distingui hic posset, Ἧς καὶ σὺ φαίνῃ δεκάδος οὐ σοφῆς γεγώς· Ὅστις, &c. *Ex quo numero non-sapiente tu quoque videris esse; Qui* &c. *Markl.*

231. θεσφάτοις Φοίβου ζυγείς,] Sic ὁρκίοισι ζυγεὶς, *jurejurando devinctus*, Med. 735. κλοπῇ τε κἀνάγκῃ ζυγεὶς, *coactus, ad-*

Λαμπρὸν δὲ θολερῷ δῶμα συμμίξας τὸ σὸν,
Ἥλκωσας οἴκους. χρῆν γὰρ οὔτε σώματα
Ἄδικα δικαίοις τὸν σοφὸν ξυμμιγνύναι,

Miscens autem splendidam familiam tuam pollutæ,
Vulnerasti domos: oportet enim neque corpora
Injusta justis miscere justum,

actus, Sophocles Philoct. 1053. Quæ noto, ne quis, sine MSS. necesse putet θέσφατ' εἰς Φοίβου ζυγεὶς, quia ea constructio habetur infra v. 832. δέμας ἐζύγη εἰς εὐνὰν ἀνδρός. *Markl.*

232. ὡς ζώντων Θεῶν.] *Ut viventibus Diis.* Non intelligo quid velit. Scaliger legit, ὡς λώντων Θεῶν, *ut volentibus Diis:* et ei assentitur Barnesius. Non abnuerim, si indubitate verbum λῶ pro θέλω alibi in Euripidis iambis, vel in ullo alio Attico scriptore invenissem. Sed Doriensibus proprium opinor. vide Aristoph. Lysistrat. 95. et Acharn. 749. Epicharmum apud Athen. VI. 8. Anacreont. Od. X. Alii hic legunt δόντων Θεῶν· quod probabilius puto: Hippolyt. 1432. Athenæus XIII. p. 576. B. ὡς κατὰ Θεὸν γενομένης τῆς δόσεως, in re nuptiali. Oraculorum vero fidem hic leviter stringit Euripides sub persona Thesei: quod et alibi facit: Tu putabas *oraculi* Apollinis jussum, idem esse quod Deorum jussum: σὺ σοφὸς γεγώς. Apertius hoc facit Sophocles Œdip. Tyran. 730. sub persona Jocastæ. Ζώντων recte habere putat Reiskius: [" *Ita dedisti filias tuas* " *in matrimonium suasu oraculi ut con-* " *stet te, deos esse et vivere et curare hu-* " *manas res, existimasse.* Apodosis ad " MEN (v. 223.) habetur v. 240. εἰς ΔΕ " στρατείαν. saltim tenendum δὲ v. 233. " (pro quo conjicit τε) non esse apodosin " præcedentis μέν." Et sic post eum Heathius, hoc sensu: Oraculi monitu, dedisti filias tuas hospitibus, quasi Dii fuissent: sed contra, Argivos in expeditionem eduxisti, contemto oraculo, quasi nulli Dii fuissent.] (et post eum Heathius.) *Markl.*

ζώντων θεῶν.] Verba postrema ridicula sunt: et tamen non desunt qui defendant. Alii λώντων, alii δόντων θεῶν. Utrumque pravum, et non hujus loci. De Phœbo enim solummodo hic sermo est. Rescribo certissima, opinor, emendatione: ξένοισιν ὧδ' ἔδωκας, ὡς ξὺν τῷ θεῷ. Soph. Aj. 382. ξὺν τῷ θεῷ πᾶς καὶ γελᾷ κὠδύρεται. Toup. Em. Suid. T. I. p. 457. Mihi neque λώντων, neque δόντων, neque ζώντων, neque ξὺν τῷ, neque χρώντων placet. Quod ait Noster, de Phœbo solo sermonem esse, id quidem nullius momenti est. Recte dicuntur Dei in genere id præcipere aut vetare quod Phœbus ex tripode præcipit aut vetat. Cæteris igitur conjecturis accedat mea, ξένοισιν ὧδ' ἔδωκας ὡς ΕΩΝΤΩΝ θεῶν. Notus versiculus apud Plutarch. Cic. p. 874. D. Apophthegm, p. 205. C. ΦΟΙΒΟΝ ποτ' οὐκ ΕΩΝΤΟΣ ἔσπειρεν τέκνα. in Append. ad Toup. T. IV. p. 461. *Por.*

ὡς ζώντων θεῶν.] Marklandus, ὡς δόντων θεῶν. Malim ὡς χρώντων, i. e. *tanquam Diis ipsis oracula edentibus.*

Retinendum forte ζώντων, et pro μέγα δυναμένων accipiendum. Confer Soph. Electr. 1441. Œd. Tyr. 490. Antig. 463. *Musg.*

ὡς ζώντων θεῶν.] Quasi mortalem vitam degentibus diis. Sensus hic loci: Tu Phœbi oracula interpretatus es in tuum malum, nescius, deos immortales et non nobis similes, nec velle malum, multo minus hominibus suadere, quod illis in damnum cedat. Mallem autem cum Scaligero legere λώντων θεῶν, diis volentibus. Hesych. λῶ, θέλω. Et λῶσα, θέλουσα. Alii legunt δόντων. *Barnes.*

Scal. legit λώντων, sed hæc vox Dorica. Alii δόντων, nulla inde accedente sententiæ perspicuitate. Si quid mutandum, melius foret ὄντων. μὲν in v. 231. refertur ad δὲ v. 240. et v. 233, 239. quasi in parenthesi. Sic perspicua evadet sententia: *Qui filias quidem, oraculis Phœbi constrictus, hospitibus ita dedisti, ac si viverent dii.* (i. e. ac si dii revera existerent et omnia eorum potestati subjicerentur) — *in expeditionem vero omnes Argivos ducens, cum vates contra eam pronunciassent, tunc, oraculis contemtis, diisque et eorum mandatis violenter posthabitis, civitatem perdidisti. Heath.*

Eodem modo struit et explicat verba Reisk. *Beck.*

Εὐδαιμονοῦντας δ' εἰς δόμους κτᾶσθαι φίλους,
Κοινὰς γὰρ ὁ θεὸς τὰς τύχας ἡγούμενος,
Τοῖς τοῦ νοσοῦντος πήμασιν διώλεσεν

Et florentes domibus quoque comparare amicos.
Deus enim, communes fortunas gubernans,
Sontis calamitatibus perdidit,

Marklandus conjicit δόντων, Porsonus in Append. ad Toup. in Suid. p. 461. ἐώντων. At sincera est vulgata. Tu, inquit, filias hospitibus dedisti, oraculo monitus, ideoque sic, ut qui esse deos crederes: mox autem expeditionem suscepisti, neglectis vatum monitis, ut si nulli essent dii. Refertur hoc, ζώντων θεῶν, ad ἀτιμάσας θεούς, v. 241. *Hermann.*

233. δῶμα συμμίξας τὸ σόν.] Codd. A. B. σωμα pro δῶμα, frequenti commutatione literarum σ et δ. sumta forte hæc vox ex versu sequenti. λαμπρὸν et θολερὸν metaphorica sunt a fluviis vel aqua. Polemon apud Macrobium Saturnal. V. 19. τὸ δὲ ὕδωρ ἐστὶ θολερὸν αὐτῶν. Neque spernerem θολερῷ ποταμῷ apud Herodot. VII. 35. quamquam scio quomodo δολερῷ ibi explicari possit. λαμπρῶν ὑδάτων Xenophon Hist. Græc. lib. V. p. 564. B. Æschyl. Eumen. 702. et Apocalyps. xxi. 1. In Max. Tyrio Dissert. XVI. 9. καθαρὸς et διαυγὴς opponuntur θολερῷ et τεταραγμένῳ. *Markl.*

δῶμα.] MS.] uterque σῶμα. *Musg.*

δέ. f. τε. Saltem tenendum, hoc δὲ non esse apodosin præcedentis μέν. Reisk.

234. Per σώματα ἄδικα *personas sontes*, intelligit Tydea et Polynicem: per δικαίοις σώμασι, *insontibus personis*, filias Adrasti, Argian et Deïpylen, istorum uxores. Δίκαιος, *insons*, ut Sophocl. Œd. Col. 1047. D. Lucas xxiii. 47. ὄντως ὁ ἄνθρωπος οὗτος δίκαιος ἦν. Ἤλκωσας οἴκους, ut φρένας ἥλκωσεν, Alcest. 899. Hanc mixturam Metaphorarum in Poëta hodierno vix ferremus, λαμπρὸν, θολερὸν, et ἥλκωσας. *Markl.*

236. Εὐδαιμονοῦντας δ' εἰς φόβους κτᾶσθαι φίλους.] Codices omnes Paris. pro φόβους habent δόμους: ut εὐτυχοῦντας δόμους, Electr. 398. et εὐτυχησάντων δόμων, in Erectheo, apud Stobæum Tit. 42. Mallem quoque, Εὐδαιμονοῦντάς τ', propter οὔτε præcedens, ut v. 338. 339. *Markl.*

φόβους interpretor κινδύνους, sive tempora timoris et periculi plena, ut εὐδαιμονοῦντας cum φίλους conjungatur. MSS. ambo et P. δόμους, quod, licet a Marklando receptum, non expedio. *Musg.*

Εἰς φόβους κτᾶσθαι φίλους.] i. e. amicos comparare potentes contra bellorum metus, ac adversa, quæ nobis impendent. *Brodæus.*

εἰς φόβους Heath. cum Brod. reddit: *Terrorum remedia.* *Beck.*

In Ald. εἰς φόβους. *Hermann.*

237. ἡγούμενος,] *Existimans.* Hoc dictum videtur ex vulgari opinione; non enim pie neque vere supponi potest Deum ita revera existimare, (nam sic tolleretur Providentia, præter mentem Thesei et Euripidis) sed loquitur Theseus ex eventu rerum non infrequenti. Sic in isto ad Λὼτ, Genes. xix. 25. Ἔξελθε, ἵνα μὴ καὶ σὺ συναπόλῃ ταῖς ἀνομίαις τῆς πόλεως. Si Lot, vir bonus, non exiisset, futurum erat (culpa quidem sua post istud monitum, sed tamen futurum erat) ut vir bonus cum ceteris Sodomitis periisset. *Existimans* igitur hoc loco videtur velle, qui *putari potest existimare*, qui res agi sæpe permittit, *quasi* existimaret. Ita v. 354. Theseus de matre sua Æthra dicit, ὑπερορρωδοῦσ' ἐμοῦ, *metuens pro me.* Atqui Æthra ipsa testata fuerat supra v. 337. se *non metuere* pro Theseo in hac caussa. Sed quia matres metuere solent pro filiis suis, ὑπερορρωδοῦσ' ἐμοῦ significabit, quæ *existimari potes*, more matrum, *metuere pro me*, mater pro filio. Sic ἤθελε παρελθεῖν αὐτοὺς, *voluit eos præterire*, Marc. vi. 48. scil. ut ipsi putabant: non enim *revera* voluit eos præterire.

ἡγούμενος,] Vertendum puto: *regens*, *gubernans*: non, ut Marklandus, *existimans*. Quis enim unquam dixit, Deum *existimare* communes esse fortunas, sive populi, sive domus. Mecum facit Philoctet. v. 100. *Musg.*

330. Pro πήμασιν διώλεσεν exspectasses πήμασι ξυνώλεσεν, vel πήμασιν συνώλεσε. Sed Libri non variant.

Τὸν οὐ νοσοῦντα, κοὐδὲν ἠδικηκότα.
Εἰς δὲ στρατείαν πάντας Ἀργείους ἄγων,
Μάντεων λεγόντων, θέσφατ᾽ εἶτ᾽ ἀτιμάσας,
Βίᾳ παρελθὼν θεοὺς, ἀπώλεσας πόλιν,
Νέοις παραχθείς· οἵτινες τιμώμενοι
Χαίρουσι, πολέμους τ᾽ αὐξάνουσ᾽ ἄνευ δίκης,
Φθείροντες ἀστοὺς, ὁ μὲν ὅπως στρατηλατῇ,
Ὁ δ᾽, ὡς ὑβρίζῃ, δύναμιν εἰς χεῖρας λαβὼν,

Qui insons est et nihil peccavit.
Ducens autem omnes Argivos in expeditionem,
Deinde oracula, vatibus edentibus, contemnens,
Per vim neglectis diis, perdidisti civitatem,
A juvenibus seductus. Qui honoribus-aucti
Gaudent, et augent bella sine jure,
Corrumpentes cives, alius quidem ut fiat imperator,
Alius vero ut contumeliose se gerat, nactus potentiam:

230. Τὸν συννοσοῦντα. Lego, Τὸν οὐ νοσοῦντα: ex sensu, et proclivi literarum ο et σ mutatione. Τὸν οὐ νοσοῦντα est *insontem*. Pulcherrime Æschylus Ἑπτ. ἐπ. Θηβ. 608.

Ἢ γὰρ ξυνεισβὰς πλοῖον εὐσεβὴς ἀνὴρ, &c.
Ὄλωλεν ἀνδρῶν σὺν θεοπτύστῳ γένει.

vide cetera. Scriptor qui vocatur Phocylides, Νουθετικ. v. 128.

Πολλάκι συνθνήσκουσι κακοῖς οἱ συμπαρεόντες.

Horatius: *sæpe Diespiter Neglectus incesto addidit integrum.* Διώλεσεν (v. 238.) est *perdere solet*. Hanc conjecturam in contextum admittere ante statueram. confirmavit me Cl. Piersonus Verisimil. I. 6. producto etiam Horatii loco, qui est Carm. III. 2. 29. Pro Τὸν συννοσοῦντα Reiskius Οὐ συννοσοῦντα, eodem sensu. Tale fere mendum emaculabis ex Clem. Alexandr. Pædag. II. 4. p. 194. si scribas, συνῳδικὸς δέ ἐστιν οὖ, pro absurdo συμποτικὸς δέ ἐστι νῦν. *interdum autem concentibus est appositus:* sc. ὁ λόγος. *Markl.*

Τὸν οὐ νοσοῦντα, κοὐδὲν ἠδικηκότα.] Recte legunt (*pro* τὸν συννοσοῦντα) Τὸν οὐ νοσοῦντα Piersonus, Marklandus, Musgravius. quod dudum legit Stanleius ad Æschyl. Theb. 605. et ante eum Lambinus ad Horat. Carm. III. 2. 29. *Por.*

οὐ νοσοῦντα,] Ita optime Marklandus, ex Piersoni [Ver. p. 76.] conjectura. Ed. Ald. et MSS. συννοσοῦντα. *Musg.*

241. Μάντεων λεγόντων,] Hoc esse potest vel προλεγόντων, *vatibus prædicentibus* eventum; vel ἀντιλεγόντων, *vetantibus:* ut Electr. 65. ἐμοῦ λέγοντος, *me vetante*, i. e. *dicente* ne faceres. τῶν μάντεων ἀπαγορευόντων, Herodot. III. 124. τῶν μάντεων οὐκ ἐώντων, Plutarch. Pelopid. p. 295. [Sequitur: Θέσφατ᾽ εἶτ᾽ ἀτιμάσας, Βίᾳ παρελθὼν Θεοὺς—Distingui potest, ἀτιμάσας Βίᾳ, παρελθὼν Θεοὺς, &c. *deinde responsis* eorum *per vim contemtis:* ut adludatur ad v. 169. ἦλθον Ἀμφιάρεώ γε πρὸς βίαν. Παρελθὼν Θεοὺς, ut παρέρχεσθε —τὴν ἀγάπην τοῦ Θεοῦ, D. Lucas xi. 42. παρελθὼν τὸν νόμον, Lysias contr. Andocid. p. 129. ed. Tayl. Θεοὺς ὑπεκδραμούμενοι, Phœniss. 887. "Recte Vet. ed. sic distinguit, Μαντέων λεγόντων θέσφατ᾽, εἶτ᾽ ἀτιμάσας, *quamvis vates oracula creparent, nihilominus pensi non habens.*" Reiskius. Et ita Heathius, de distinctione.] (Quæ sequuntur, varie distingui possunt, et varie distincta sunt a viris doctis.) *Markl.*

Ex voce εἶτ᾽ mihi probabile fit Euripidem scripsisse:

μάντεων ἐρευνῶν θέσφατ᾽, εἶτ᾽ ἀτιμάσας.

Musg.

Μάντεων λεγόντων] Λεγόντων pro ἀντιλεγόντων. Vates enim, et præcipue Amphiaraus, vetabant, ut supra ad v. 169. ostendimus, et Phœbi oracula, quæ per hæc θέσφατα Euripides intelligit. *Barnes.*

Ἄλλος δὲ, κέρδους οὕνεκ', οὐκ ἀποσκοπῶν
Τὸ πλῆθος, εἴ τι βλάπτεται πάσχον τάδε.
Τρεῖς γὰρ πολιτῶν μερίδες· οἱ μὲν ὄλβιοι,
Ἀνωφελεῖς τε, πλειόνων τ' ἐρῶσ' ἀεί·
Οἱ δ' οὐκ ἔχοντες, καὶ σπανίζοντες βίου,
Δεινοὶ, νέμοντες τῷ φθόνῳ πλεῖον μέρος,
Εἰς τοὺς ἔχοντας κέντρ' ἀφιᾶσιν κακὰ,
Γλώσσαις πονηρῶν προστατῶν φηλούμενοι.

Alius vero quæstus gratia, non considerans
An populus aliquid detrimenti accipiat, dum hæc patitur.
Tres enim *sunt* partes civium: alii quidem *divites*,
Et inutiles sunt, et semper plura expetunt:
Alii vero *pauperes*, et indigentes victu,
Vehementes, indulgentes livori
Emittere malos aculeos in divites,
Linguis malorum præsidum decepti.

241. μαντέων ΛΕΓΟΝΤΩΝ, θέσφατ' εἶτ' ἀνιμάρας βίᾳ παρελθὼν θεοὺς, ἀπώλεσας πόλιν,] Μαντέων λεγόντων pro ἀντιλεγόντων. Sic Barnesius. Aliis hoc persuadeat, ἐγὼ δὲ τις εὐ ταχυπείθης. Hoc voluisse videtur Euripides, Adrastum vates consuluisse quidem, sed cum eorum responsa, contra quam voluerit, cecidissent, illis obtemperare noluisse. Hic sensus ut restituatur, corrigendum arbitror:

μαντέων τ' ἘΡΩΤΩΝ θέσφατ', εἶτ' ἀτιμάσας
βίᾳ παρελθὼν θεοὺς, ἀπώλεσας πόλιν.

vatum vaticinia consulens. Phœniss. 15. ἐλθὼν ἐρωτᾷ Φοῖβον Hercules F. 1128.

ἐρωτᾷς δ' ἄθλι' ἑρμηνεύματα.

Deinde jungo ἀτιμάσας θεοὺς Deorum nullam rationem habens, cum illis olim in omnibus obtemperandum esse (σώζειν τὰ θεῶν) putasset. Neque igitur opus est, ut cum Cl. Beck. legas: βίᾳ παρελθὼν θεῶν. cum ad βίᾳ, αὐτῶν subintelligere possis. *Jacobs.*

242. Beck. Bibl. Ph. I. p. 90. legit βίᾳ παρελθὼν θεῶν, i. e. *invitis diis in bellum progressus.* *Beck.*

243. οἵτινες τιμώμενοι Χαίρουσι,] Τιμώμενοι χαίρουσι Hippolyt. 8. *Por.*

247. Pro μὲν B. C. γαρ. De ἀποσκοπῶν vid. Cl. Sallier. ad Tho. Magistrum V. Ἀποσκοποῦμαι, p. 101. *Markl.*

248. πάσχον] Cod. B. πασχων, schemate διανοίας, quasi τὸν δῆμον, non τὸ πλῆθος, præcessisset. *Markl.*

249. Τρεῖς γὰρ πολιτῶν μερίδες·] Pulchra et vera sunt hæc: utrum ad rem præsentem sint, dubitari potest. Hujusmodi emblemata, seu Locos Communes, paratos verosimile est Poëtas domi habuisse, cuilibet dramati vel operi inserendos, pro argumento vel libitu suo. Sed ad illationem istam Thesei (v. 257.) Κἄπειτ' ἐγώ σοι ξύμμαχος γενήσομαι; (*Et deinde ego tibi auxiliator ero?*) Adrastus jure videtur respondere potuisse, Quidni? licet enim tria sint genera civium, et licet omnia quæ supra dixisti vera sint? hæc tamen non obstant, Theseu, quo minus nobis auxilio esse possis, et Argivorum occisorum cadavera a Thebanis repetas. *Markl.*

250. Ἀνωφελεῖς] *Inutiles:* nempe si comparentur cum civibus mediæ conditionis. Loquitur Theseus ut Atheniensis. Et hanc rem di putat Xenophon De Rep. Athen. initio. ubi dicit, οἱ κυβερνῆται, καὶ οἱ κελευσταὶ, καὶ οἱ πεντηκοντάρχοι, καὶ οἱ πρωρᾶται, καὶ οἱ ναυπηγοὶ, οὗτοί εἰσιν οἱ τὴν δύναμιν περιτιθέντες τῇ πόλει, μᾶλλον ἢ οἱ πολῖται (f. πλούσιοι) καὶ οἱ γενναῖοι, καὶ οἱ χρηστοί. Plura ibi vide. T' post πλειόνων delendum censet Reiskius. *Markl.*

Stob. Serm. XLIII. ed. Trinc. ἔρως. *Hermann.*

Τριῶν δὲ μοιρῶν ἡ 'ν μέσῳ σώζει πόλεις,
Κόσμον φυλάσσουσ', ὅντιν' ἂν τάξῃ πόλις.
Κἄπειτ' ἐγώ σοι ξύμμαχος γενήσομαι;
Τί πρὸς πολίτας τοὺς ἐμοὺς λέγων καλόν;

Trium vero partium illa, quæ *est* in *medio*, servat civitates,
Disciplinam conservans, quam constituerit lex.
Et deinde ego tibi auxiliator ero?
Quid honesti dicens ad meos cives?

253. ἀφιᾶσιν] Legendum puto ἀφιέναι, ut constructio sit δεινοὶ ἀφιέναι. Exempla vel in Lexicis habes. *Musg.*

254. προστατῶν φηλούμενοι] Nonnullæ Editt. φελούμενοι. perperam. Codex A. φηλουμενοι. et ita Miltonus vid. Lycophron. Cassandr. 785. Æschyl. Agamemn. 501. Scholiast. Apollon. Rhod. III. 982. Flor. Christian. ad Aristoph. Pacem v. 1165. Codd. B. C. Ald. et Brubach. edit. φιλούμενοι. vide Græv. Lection. Hesiod. c. xix. hoc maluit Brodæus. φυσούμενοι Reiskius. Per προστατῶν hic intelligi possunt ii homines populares qui a Demosthene et vett. Oratoribus appellantur 'Ρήτορες et Δημαγωγοί. *Markl.*

258. ss. Γλώσσαις πονηρῶν προστατῶν φηλούμενοι.
Τριῶν δὲ μοιρῶν ἡ 'ν μέσῳ σώζει πόλεις,
Κόσμον φυλάττουσ', ὅντιν' ἂν τάξῃ πόλις.

Γλώσσῃ Stobæus, ut mox ἡ μέση. τὰ μέσῳ pro τὰν μέσῳ Antiphanes Athenæi XI. p. 471. C. Lege φυλάσσουσ' cum Stobæo. *Por.*

φηλούμενοι] Ita MS. E. et P. Ed. Ald. et MS. G. φιλούμενοι. *Musg.*

Προστατῶν] Δημαγωγῶν, qui populum artibus suis turbant ac commovent. Φηλούμενοι. φηλόω (et φιλόω, prima longa: bifariam enim scribitur) *Decipio* sonat, ut φηλώσας πρόμον pro ἀπατήσας, Lycophron; hinc φιλήτης Hom. Hym. in Mercur. v. 445. — Νόσφι σέθεν, φιλῆτα, Διὸς καὶ Μαιάδος υἱέ. Omnino autem tollendum φελούμενοι. Vide Eustath. in φηλῶ. *Barnes.*

φυσούμενοι, *inflati*, Reisk. emendat.

In Stob. S. 39. p. 240. Gesn. est: — ἀφιᾶσι κακὰ Γλώσσῃ, πονηρῶν προστατῶν φιλούμενοι. Consentit ed. Trincav. sed paullo ante ea habet ἔρως ἀεί. *Beck.*

255. Stobæus Tit. 43. p. 248. ἡ μέση legit, et versu sequenti δόξῃ πόλει. *Musg.*

256. τάξῃ πόλις] Non objici debet vocem πόλεις in versu antecedenti occurrere; nam Euripides et ceteri Tragici sæpe ita faciunt. Quamquam non dubito quin in multis locis meliora exemplaria hanc ταυτολογίαν sublatura sint. Hic bene scripsisse potuit τάξῃ νόμος: vid. v. 322, 323. Stobæus vero Tit. XLI. p. 240. hos duos Iambos ita citat:

Τριῶν δὲ μοιρῶν ἡ μέση σώζει πόλιν,
Κόσμον φυλάσσουσ' ὅντιν' ἂν δόξῃ πόλει.

Nonnullæ editt. habent τάξῃ πόλεις. Exemplum vero repetitionis ejusdem vocabuli hoc habe, ex Alcest. 712. (718.) ed. King.

Τοῖς μὴ θέλουσι δρᾷν τάδ', αὐτὸς ὢν ΚΑΚΟΣ;
Σίγα· νόμιζε δ', εἰ σὺ τὴν σαυτοῦ φιλεῖς
Ψυχὴν, φιλεῖν ἅπαντας· εἰ δ' ἡμᾶς ΚΑΚΩΣ
'Ερεῖς, ἀκούσῃ πολλὰ, κοὐ ψευδῆ ΚΑΚΑ.
ΧΟ. Πλείω λέλεκται νῦν τε, καὶ τὰ πρὶν, ΚΑΚΑ.
Παῦσαι δὲ, πρέσβυ, παῖδα σὸν ΚΑΚΟῤῥοθῶν.
Markl.

Legendum puto, de quo et Marklandus cogitavit, ὅντιν' ἂν τάξῃ νόμος. Κόσμος est forma et status reipublicæ, quem incolæ urbium, saltem vetustarum, non definiunt ipsi, sed a majoribus traditum accipiunt. *Musg.*

258. Codd. καλῶν. *Hermann.*

259. Χαίρων ἴθι, μὴ οὐ γὰρ βεβούλευσαι καλῶς, &c.] Deest syllaba versui; nam μὴ οὐ in Tragicis semper est monosyllabon, non obstante Diogene Laërtio (qui hoc videtur nescivisse) ad finem vitæ Cleanthis. Codices A. B. C. habent χαιρων ιθι δη μη γαρ, &c. Conjici posset Χαίρων ἴθ'· οὐ δὴ γὰρ—Phœniss. 935. Vel cum Heathio, Χαίρων ἴθ'· οὐ μὴ γὰρ—Vel Χαίρων ἄπιθι, quod frequenter occurrit in Aristophane et aliis, (vel, χαίρων ἴθι σύ· μὴ, &c.) Nulla est difficultas in sensu; et tutissimum erat edere Manuscriptorum lectionem, utcumque mendosam, cum tot conjecturis locus sit. Βεβούλευσαι καλῶς,

Χαίρων ἴθ᾽, οὐ γὰρ μὴ βεβούλευσαι καλῶς
Αὐτὸς, πιέζειν τὴν τύχην ἡμᾶς λίαν.
ΧΟ. Ἥμαρτεν· ἐν νέοισι δ᾽ ἀνθρώπων τόδε
Ἔνεστι· συγγνώμην δὲ τῷδ᾽ ἔχειν χρεών.

Lætus abi: nec si non recte deliberâsti
Ipse, ut nos cruciet fortuna, postula.
Cho. Male fecit. In juvenibus autem hominibus hoc
Peccabatur: veniam igitur huic dare decet.

ut Soph. Œdip. Tyran. 1580. Isocrat. Æginet. initio. εὖ βουλεύεσθαι, Herodot. I. 116.

Versu antecedenti pro καλὸν omnes Codd. καλων· male. Demosthenes contr. Aristocrat. p. 301. ed. Taylor. καὶ τί δήπου φήσομεν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, καλὸν, εἰ τῶν Ἑλλήνων, &c. Noster Orest. 1092. τί γὰρ ἐρῶ καλόν ποτε, &c. Herc. Fur. 577. ἢ τί φήσομεν καλὸν, &c. Καλὸν, *speciosum.*

Sensus duorum Chori iamborum qui sequuntur, Ἥμαρτεν· ἐν νέοισι, &c. ambiguus esse potest. De νέοισι *juvenibus*, vide quid dicat, v. 171. 243. In hos Chorus videtur culpam conferre: *Sit quidem ut peccaverit Adrastus: attamen non tam in eo culpa hujus peccati residet, quam in Juvenibus, qui eum ad hoc bellum impulerunt: huic autem veniam dari æquum est.* Τῷδε, *huic*, Adrasto, opponitur νέοισι. Præceptum Horatii exequitur Chorus, *Ille bonis faveatque, et consilietur amice*: et, *Ille tegat commissa.* Ad τόδε sumo ἁμάρτημα, petendum ex verbo ἥμαρτεν. νέοισιν ἀνθρώπων, ut νέοισιν ἀστῶν, v. 853. *Markl.*

"μὴ οὐ *in Tragicis semper est monosyllabon.*" Markland. Fere, non semper inquit Brunckius ad Euripid. Orest. 598. *Por.*

Sequor cum Marklando MSS. et P. Ed. Ald. χαίρων ἴθι· μὴ οὐ γὰρ βεβούλευσαι. Locus tamen nondum integer est, quem sic fortasse sanaveris:

> χαίρων ἴθ᾽ οὐδ᾽, εἰ μὴ βεβούλευσαι καλῶς·
> αὐτὸς, πιέζειν τὴν τύχην ἐμ᾽ ἀξίου.

Bonis avibus abi; neque, si malum ipse consilium cepisti, æquum puta, ut ego infortunio macter. *Musg.*

Exhibui lectionem codicum. Aldina, χαίρων ἴθι· μὴ οὐ γὰρ βεβούλευσαι καλῶς. Scribendum videtur: χαίρων ἴθ᾽· εἰ δὲ μὴ βεβούλευσαι καλῶς Αὐτός, πιέζειν σὴν τύχην ἡμᾶς τί δεῖ; *Hermann.*

260. πιέζειν, etc.] Verte: *Fortunam tuam nos etiam opprimere nimium est.* *Heath.*

261. νέοισι.] Quam absurdum hoc de sene Adrasto, qui ipse (v. 177.) se πολιὸν appellavit? Sed obliviosus et contradictionum plenus est Euripidis et decorum non curat. *Reiskius.*

Alii forsan aliter conclusissent; nempe, νέοισι non posse intelligi de Adrasto, quia ipse (v. 177.) se πολιὸν appellaverat. Sane, si tam enormiter peccat Euripides, quam eum accusat vir clarissimus, non jam sapientissimi, prout semper habitus est, sed stupidissimi Poëtarum apud Veteres et recentiores appellationem jure meritus fuisset. Si probari quidem potuit, Euripidem, sic ut Virgilium in Æneïde, morte, vel casu aliquo præventum, has Tragœdias imperfectas et inemendatas reliquisse, et nunquam publicasse; de illius erroribus quidlibet concedi posset. Sed hoc nunquam, quantum scimus, illi objectum fuit. Hoc autem loco, νέοισι non potest intelligi de Adrasto: nam τῷδε clare opponitur τῷ νέοισι: τῷδε vero non potest alium denotare quam Adrastum. Hac igitur parte Euripides certissime culpa vacat. Qui hos magnos Veteres errorum incusamus, sæpe circumspicere ac nosmet ipsos intueri oportet, ne damnare videamur quæ male intelligimus. Hæc non studio virum doctissimum (et ingeniosissimum) culpandi, sed Euripidem defendendi, invitus dico. Sam. Petitus Miscell. III. 17. pro νέοισι legit νόσοισι. satis commode, ut opinatur Heathius. Ἥμαρτεν, *sit ut peccaverit*, ut Τέθνηκα, *sim mortua, sim interfecta*, Androm. 335. Cum potentiali et ἂν, Helen. 1041. Πείσαιμ᾽ ἄν: *sit ut persuadeam.* Cum futuro indicativi, eodem sensu, Iphig. Aul. 1185. Εἶεν· θύσεις δὲ τὴν παῖδ᾽· *Esto: sit ut mactaveris filiam.* [Cum præterito rursus Helen. 1059. Καὶ δὴ παρεῖχεν, vel παρῆκεν

ΑΔ. Οὔτοι δικαστήν σ' εἱλόμην ἐμῶν κακῶν,
'Αλλ' ὡς ἰατρὸν τῶνδ', ἄναξ, ἀφίγμεθα·
Οὐδ', εἴ τι πράξας μὴ καλῶς εὑρίσκομαι,
Τούτων κολαστὴν κἀπιτιμητὴν, ἄναξ,

Ad. Atqui ad te, ut ad Medicum horum, O Rex, venimus:
Non quidem judicem te eligentes meorum malorum,
Neque, si quid deprehendar non recte fecisse,
Istorum punitorem, et objurgatorem, O rex,

Fac eum concessisse, ut vertitur. accuratius, *Et sane sit ut concesserit. Markl.*

νέοισι.] "Quam absurdum hoc," inquit Reiskius, "de sene Adrasto, qui ipse se πολιὸν appellavit v. 177?" Si hic substitisset vir doctissimus, laudarem: sed pergit Euripidem propter hanc unam vocem stuporis incusàre, quasi ignoraret, quam lubrica res sit MSS. scriptura, quamque prodigiose nonnunquam a Librariis erratum sit. Quanquam neque illud nescire debuit, quo absurdius aliquid est, eo minus probato Auctori imputandum esse, nisi invictis argumentis constet, ejus, non Librarii, culpam esse. Quod ad hunc locum attinet, aërem procul dubio pulsat Criticus, cum in promtu sit non inelegans emendatio:

ἥμαρτεν· ἐννοίαισι δ' ἀνθρώπων τόδε
ἔνεστι.

Emendabat jam olim S. Petitus [Misc. 3, 17.] ἐν νόοισι, non male, si constaret, νοῦς in plurali usurpatum fuisse. Denique pro ἔνεστι legendum forte ἐνοσεῖτο, i. e. *peccatum est*, ἡμαρτήθη. Confer v. 171. *Musg.*

'Εν νέοισι δ' ἀνθρώπων τόδε ἔνεστιν] i. e. τὸ ἁμαρτάνειν. Euripides ad illud Homeri respexit Iliad. γ'. v. 108. Αἰεὶ δ' ὁπλοτέρων ἀνδρῶν φρένες ἠερέθονται, et illud Iliad. ψ'. v. 589. Οἶσθ', οἷαι νέου ἀνδρὸς ὑπερβασίαι τελέθουσι, etc. *Barnes.*

Heath. probat Petiti conjecturam. *Beck.*

Libri ἐν νέοισι. Recepi emendationem Musgravii. *Hermann.*

262. Mutavi τῷδ' in τῶνδ'. *Hermann.*

263. Οὔτοι δικαστὴν εἱλόμην, &c.] Hoc responsum Adrasti ad fastosam, uti videbatur, Thesei orationem, animosum est et pulcrum, et Principe, in infortuniis posito, dignum. Barnesius, opinor, supplevit σ' ante εἱλόμην· quod quidem satis necessarium videtur, sed incertum est an ibi collocari debeat; poni enim potest ante ἀφίγμεθα, (vel ante ἐμῶν.) Hi duo Iambi, hic et proxime sequens, inverso ordine olim legebantur. eos recte restituit Barnesius, auctoribus Scaligero, Heinsio, Duporto. [Pro 'Αλλ' ὡς ἰατρὸν Reiskius legit, Οὐδ' ὡς. Sed, 'Αλλ' ὡς ὀναίμην v. 267. probat Euripidem hic scripsisse, 'Αλλ' ὡς ἰατρόν.] V. 265. (276.) πράξας μὴ καλῶς ambigua est locutio; nam de *passione* æque bene intelligi potest ac de *actione. Markl.*

Οὔτοι, etc.] Hi duo versus ordine inverso hactenus legebantur, et alteruter Choro adnumeratus: sed Scaligeri Heinsiique auctoritate, et Duporti, in locum et ordinem suum jam reduximus. *Barnes.*

264. Hunc locum sic non male constitui posse puto:

ἀλλ' ὡς ἰατρὸν τῶνδ', ἄναξ, σ' ἀφίγμεθα,
οὔτοι δικαστὴν ἑλόμενοί σ' ἐμῶν κακῶν,
οὐδ' εἴ τι πράξας μὴ καλῶς εὑρίσκομαι,
τούτων κολαστὴν κἀπιτιμητὴν, ἄναξ,
ἀλλ' ὡς ὀναίμην,

Non rarum est, ῥῆσιν a voce ἀλλὰ inchoari. Exempla habes Hippolyt. v. 936. Platon. Criton. c. 17. ejusdem Phædon. c. 2. σ' ἀφίγμεθα sine præpositione, ut apud Homerum μνηστῆρας ἀφίκετο, Odyss. α'. v. 332. et tribus præterea locis. Adde Odyss. φ'. v. 25.

ἐπειδὴ Διὸς υἱὸν ἀφίκετο καρτερόθυμον.

Connexio autem clara et venusta est: σὲ, ὡς ἰατρὸν, ἀφίγμεθα, οὐ δικαστὴν σὲ ἑλόμενοι, ἀλλ' ὡς ὀναίμην. Videamus nunc, quomodo Scaligero et Barnesio successerit, qui ordinem versuum immutarunt. Secundum illos ita scripserit Euripides:

οὔτοι δικαστήν σ' εἱλόμην ἐμῶν κακῶν,
ἀλλ' ὡς ἰατρὸν τῶνδ', ἄναξ, ἀφίγμεθα·
οὐδ', εἴ τι πράξας μὴ καλῶς εὑρίσκομαι,

Ἀλλ' ὡς ὀναίμην. εἰ δὲ μὴ βούλει τάδε,
Στέργειν ἀνάγκη τοῖσι σοῖς· τί γὰρ πάθω;
Ἄγ', ὦ γεραιαὶ, στείχετε, γλαυκὴν χλόην
Αὐτοῦ λιποῦσαι φυλλάδος καταστροφῇ,

Sed ut adjuver. Si autem non vis hæc *facere*,
Necesse *est me* tuis decretis acquiescere. Quid enim agam?
Sed, O anus, ite viridem herbam
Relinquentes hic, frondium inversione

τούτων κολαστὴν κἀπιτιμητὴν, ἄναξ,
ἀλλ' ὡς ὀναίμην.

In his dubitari non potest, quin δικαστὴν, κολαστὴν, ἐπιτιμητὴν in appositione sint, et ab eodem verbo εἱλόμην regantur. Sed hæc, si versus ex mente Scaligeri ordinentur, interposito verbo ἀφίξομαι..., a se invicem divelluntur. Deinde et negativa particula οὐδ' ostendit, aliam negativam præcessisse, non diversativam ἀλλά. Videntur igitur hujus emendationis auctores nihil aliud egisse, nisi ut locum non admodum planum, qualem exhibent MSS., valde impeditum et salebrosum redderent. Non est omittendum, Adrasti ῥῆσιν, quam a v. 264. inchoavi, in MSS. non nisi a versu sequenti incipere. *Musg.*

Addidi pronomen σ' cum Musgravio. Hunc versum, post sequentem collocant Scaliger, Heinsius, Barnesius, Marklandus, non sine magna specie veri. Melior tamen vulgata videtur. *Beck.*

268. τοῖσι σοῖς·] Vix possum credere Scaligerum conjecisse τοῖς ἴσοις: quia hæc lascivia judicio Scaligeri indigna est. τοῖσι σοῖς, *tuis rebus* vel *verbis*, est, tuis conditionibus, tua sententia, eo quodcumque tu statueris. Iphig. Aulid. 1167. ἤ με χρὴ λέγειν τὰ σά; *aut oportet me dicere tua?* i. e. pro te loqui. τἀπό σου, Electr. 280. *tua verba.* In singulari Sophocles Ajac. 1283. εἶμ', ἐπαινέσας τὸ σόν· *abeo, tuam comprobans sententiam*, vel *quod tu dicis:* ut τὰ σὰ ibid. v. 1284. De locutione τί γὰρ πάθω, vide Gatakerum ad M. Antonin. XII. 16. Pessime accepta fuit in versione apud Herodot. IV. 118. nam ubi verti debuit, *Quid enim facere possimus*, τί γὰρ πάθωμεν; &c. nunc vertitur, *Quid enim cladem subeamus*, &c. *Markl.*

τί γὰρ πάθω;] De hac locutione remittit Marklandus ad Gatakeri Comment. in M. Antonin. Lib. XII. c. 16. *Musg.*

Στέργειν ἀνάγκη] Στέργω in hoc loco *contentus sum, acquiesco*, et dativum habet, aliquando etiam accusativum, ut Isocrates ad Demon. στέργε τὰ παρόντα. Scaliger legit τοῖς ἴσοις, non bene. Τί γὰρ πάθω;] Hic πάσχω pro πράττω, *patior* pro *ago*. Vide Hecub. v. 612. et Orest. v. 531. *Barnes.*

269. Ἄγ', ὦ γεραιαί,] Interpretes videntur legisse, Ἀλλ', ὦ γεραιαί· vertentes, *Sed, O anus:* ut v. 369. *Markl.*

270. καταστροφῇ] Vertitur, *in reditu*. Brodæus, *ultimæ parti, postremo actui;* quod non intelligo. Conjeceram καταστεφῆ. sed prius idem fecerant Scaliger et Duportus, probante Heathio. γλαυκὴν χλόην φυλλάδος καταστεφῆ est descriptio τῆς ἱκετηρίας seu *rami supplicis*. per γλαυκὴν χλόην φυλλάδος intelligit *frondem virentem olivæ:* per καταστεφῆ lana *redimitam* seu *cinctam*. vide Barnes. ad v. 10. Æschylum Eumen. 43. Supplic. 22. [Quidnam vero sit *viridem herbam frondium*, in Canteri et Barnesii; vel *viridem herbam ramis obductam*, in versione Heathii, non intelligo. Reiskius legit φυλλάδας καραστεφεῖς, *folia quibus caput cingitur et tegitur.*] Sed Supplices hæ *tonsæ* erant (v. 108.) non *coronatæ*. Athenæus lib. XV. c. 5. p. 675. A. de iis qui in luctu sunt: ὁμοιοπαθεῖς τοῦ κεκμηκότος, πολιβοῦμεν ἡμᾶς αὐτοὺς τῇ τε κουρᾷ τῶν τριχῶν, καὶ τῇ τῶν στεφάνων ἀφαιρέσει. Quin et στέμματα quæ gerebant Supplices, et quibus dicuntur ἐξεστεμμένοι apud Soph. Œd. Tyr. 3 et alibi, non in capitibus, sed in manibus gestabantur. Notum Homeri istud, Στέμματ' ἔχων ΕΝ ΧΕΡΣΙΝ. Ἐξεστεμμένοι ibi verti debuit *instructi*, non obstante Triclinio: vel totus versus, *Ramos supplicatorios gestantes*. Sic et Heraclid. 227. Ἀλλ' ἀντομαί σε, καὶ κατὰ στεφῶν χεροῖν, *Sed supplico tibi, et per coronas in manibus meis:* male legitur Καταστέφω. *Markl.*

Pro καταστροφῇ emendat Scaliger καταστεφῆ, probatum etiam ab Heathio et

Θεούς τε, καὶ γῆν, τήν τε πυρφόρον θεὰν
Δήμητρα θέμεναι μάρτυρ', ἡλίου τε φῶς,
Ὡς οὐδὲν ἡμῖν ἤρκεσαν λιταὶ θεῶν.

Et Deos, et terram, et igniferam Deam
Cererem facientes testes, et solis lumen,
Quod nihil profuerunt nobis preces Deorum.

Marklando. Mihi suspicio incidit, nullo sane adhuc testimonio comprobata, Veteres, quoties spreta esset θαλλοῦ ἱκετηρίου religio, non modo illum relinquentes abiisse, sed frondes quoque deorsum, tanquam contumeliæ acceptæ indicium, vertisse. Hæc si probaveris, facilis emendatio est:

αὐτοῦ λιποῦσαι, φυλλάδος κάτω στροφῇ —
Δήμητρα θέμεναι μάρτυρ', ἡλίου τε φῶς,
ὡς οὐδὲν ἡμῖν ἤρκεσαν λιταὶ θεῶν.

Favet conjecturæ, quod in luctu certe funebri mos erat arma aliaque insignia deorsum versa tenere. vid. Æneid. XI. 92. Stat. Thebaid. VI. 214. Pedo Albinov. ad Liviam 142. Tacit. Annal. III. 2. Aliter Tydeus, utpote bellum denuncians, Thebaid. II. 478.

De ramo supplicatorio singulare quiddam habet Porphyr. de Antro Nymph. p. 72. *Musg.*

At Supplices hæ erant tonsæ, non coronatæ. Lugentes se tondebant, coronasque capite detrahebant. v. Athen. 15, 5. p. 675. A. στέμματα autem gerebant in manibus. cf. Heracl. 227. Per γλαυκὴν χλόην φυλλάδος intelligit frondem virentem olivæ, per καταστεφῆ *lana redimitam* vel *vinctam*. *Heath.*

271. Recte explicat Barnesius πυρφόρον Θεὰν, *flammiferam Deam*, Cererem: ob lampada, quam manu gestans, filiam Proserpinam quæsivit. Non igitur opus πυροφόρον, licet ita alibi Ceres, et καρποφόρος (Aristoph. Ran. 385.) appelletur. Antoninus Imp. VI. 43. Μήτι ὁ Ἥλιος τὰ τοῦ Ὑετίου ἀξιοῖ ποιεῖν, μήτι ὁ Ἀσκληπιὸς τὰ τῆς Καρποφόρου; ita forte legendum. vulgo, ὑετοῦ: et καρποφόρου vertitur *telluris.* De Jove Ὑετίῳ sive *Pluvio*, vide Bergler. ad Alciphron. III. 35. *Markl.*

πυρφόρον θεὰν] *Flammiferam deam:* ita Ceres dicta, ut et Orpheo λαμπαδόεσσα, eo quod Proserpinam filiam, a Plutone raptam, per totum orbem lampadem manu gestans quæsiverat. Vid. Claudian. de raptu Proserpinæ et Ovidium Metam. l. V. c. 7. — *Illa duabus Flammiferas Pinus manibus succendit ab Ætna, Perque pruinosas tulit irrequieta tenebras,* etc. Item Apollodorum Biblioth. l. I. et Joh. Meursii Eleusinia c. 3. Item Statium Theba. l. XII.

Qualis ab Ætnæis accensa lampade saxis
Orba Ceres magnæ variabat imagine flammæ
Ausonium Siculumque latus, vestigia Nigri
Raptoris vastosque legens in pulvere sulcos:
Illius insanis ululatibus ipse remugit
Enceladus, ruptoque vias illuminat igni.

Alias scribitur πυροφόρον, i. e. *Frugiferam.*
Barnes.

272. μάρτυρας, ἡλίου τε φῶς,] Lego μάρτυρ', ad evitandum anapæstum in 4° loco. Consentiunt omnes Codd. Gallici: et ita conjecerat Scaliger. *Markl.*

μάρτυρ' Ita MSS. ambo et P. Vulgo μάρτυρας. *Musg.*

273. Post hunc versum interciderunt complura; nec damnum reparat supplementum hoc, a Philippo Melanchthone olim scriptum, et in Editione Brubachiana ex ejus versione repetitum:

τῶν συγγενῶν δ' αἰδεῖσθαι δάκρυά σε χρεὼν,
οἷς οὐ παθοῦσιν ἄξι' ἀμύνειν εὐσεβές.
ἡ γὰρ τεκοῦσά σ' ἐστὶ θυγάτηρ Πιτθέως.

Putabat scilicet vir doctissimus, nihil hic deesse, nisi initium argumenti a sanguinis conjunctione deducti. At si quis superiora cum sequentibus conferat, videbit, ni fallor, illa dignitatem et nobilem, ut in malis, ferociam spirare, hæc autem supplicum plane verba esse, obnixe humiliterque orantium: nec proinde dubitabit ad Chori vel Semichori ῥῆσιν referre, quæ hunc hiatum sequuntur. Cum autem prolixus esse soleat in hujusmodi precibus Euripides, subit suspicari, perorationem tantum esse, quæ nunc ex ea supersunt.
Musg.

Post θεῶν deest versus, quem restituere ex libris non datur, sed, quum sensus ejus sit in propatulo, tale quid addendum crede — Ἡ σὴ δὲ μήτηρ Πιτθέως ἔφυ τέκνον,

* * * * * * * *

Ὃς Πέλοπος ἦν παῖς. Πελοπίας δ' ἡμεῖς χθονὸς
Ταυτὸν πατρῷον αἷμά σοι κεκτήμεθα.

* * * * * * * *

Qui erat filius Pelopis, et nos ex terra Pelopia
Possidemus eundem sanguinem paternum tecum.

Ὃς Πέλοπος, etc. Quod Æthra vero, Thesei mater, filia fuerit Pitthei, et Pittheus filius Pelopis, vide Plutarch. in Theseo ad Princip. *Barnes.*

Reisk. hos versus ex ed. Brub. refert sic:

τῶν συγγενῶν δ' αἰδεῖσθαι δάκρυα χρεὼν
τοῖς οὐ παθοῦσιν ἄξι' ἀμύνειν εὐσεβὲς,
ἡ γὰρ τεκοῦσά σ' ἐστὶ μήτηρ Πιτθέως.

Sed ipse eos ita transponit: ὡς οὐδὲν ἡμῖν — τοῖς οὐ παθοῦσιν — τῶν συγγενῶν — ἡ γὰρ τεκοῦσα — ὃς Πέλοπος — Ultima syllaba in αἰδεῖσθαι corripitur, quia αι et οι ancipites sunt.

Petit. Misc. 3, 17. nihil deesse, sed tantum legi debere, censet:

Ὡς Πέλοπος ἦν παῖς, Πελοπίας δ' ἡμεῖς χθονός.

ut hæc cum versu præced. pendeant a verbis θέμεναι μάρτυρας, et παῖς sit *pronepos.*

Prev. illud supplementum recepit, quod post Melanchthonem et alii probarunt, reddiditque: " Ah! respecte les liens du sang, ta mère est fille de Pitthée."

Beck.

Hic luxatum esse suum codicem dicit Brodæus. Lacunam Philippus Melanchthon tribus versibus insertis expleverat, quos habet ed. Brubachiana. Illud vero fugerat criticos, quod recte attendenti facile persuadebitur, hanc non esse Adrasti, sed chori orationem. *Hermann.*

274. Ὃς Πέλοπος ἦν παῖς.] Ante hunc versum deesse aliquid quivis videt. Brodæus notat, " Hic luxatus est meus Codex." Canterus supplevit, *Tua tamen mater, Theseu, erat filia Pitthei:* quod Barnesius vertit, Ἡ σὴ δὲ μήτηρ Πιτθέως ἔφυ τέκνον, Ὃς Πέλοπος ἦν παῖς· &c. Mihi videntur deesse plura. (Vide Heraclid. 208. Nam tres istos Iambos, quos pro Supplemento in edit. priore posueram, jam didici ex cl. Musgravii Lection. Eurip. I. 20. esse Philippi Melancthonis.)

[Postquam hæc scripseram, ab amico mittebatur mihi supplementum hujus loci in tribus iambis, sumtum ex editione veteri in 12° duobus tomis, cujus neque Locus neque Tempus impressionis nominabatur. initio secundi tomi inerat hoc signum, $\frac{P}{B}$, quod putatur esse Petri Brubachii, typographi Francofurtensis, cujus Editionem Sophoclis in 4° Francofurt. 1544. memorat Cl. Fabricius Biblioth. Græc. T. I. p. 633. et Aristophanis eod. anno. 8°. In ceteris congruere mihi narrabatur (sed non ita est) hæc editio cum Aldina 1503. excepto hoc Supplemento, quod Aldinæ deest:

Τῶν συγγενῶν δ' αἰδεῖσθαι δάκρυά σε χρεὼν,
Τοῖς οὐ παθοῦσιν ἄξι' ἀμύνειν εὐσεβές.
Ἡ γὰρ τεκοῦσά σ' ἐστὶ θυγάτηρ Πιτθέως,
Ὃς Πέλοπος ἦν παῖς· etc.

Duo priores versus in metro mendosi sunt. Primus ita legendus videtur, Τῶν συγγενῶν δὲ δάκρυά σ' αἰδεῖσθαι χρεών. Secundus reformari potest, vel ita, Τοῖς τ' οὐ παθοῦσιν ἄξι' ἀμυνεῖν εὐσεβές· vel, Τοῖς τ' οὐ παθοῦσ' ἄξι' ἐπαμύνειν εὐσεβές. quia secunda in ἀμύνειν vel ἐπαμύνειν longa est, in ἀμυνεῖν (in Futuro) brevis. hoc pendebit ex Codicibus, (si qui forte hos versus olim exhibituri sint) ut et istud, utrum secundus Iambus primo præponi debeat: quo casu, invenietur forte scriptum, Τοῖς δ' οὐ — et, Τῶν συγγενῶν τε δάκρυά σ' αἰδεῖσθαι. Ratio hujus transpositionis erit, quia γὰρ istud sequi debet Τῶν συγγενῶν, utpote ab eo pendens. Ceterum, genuini mihi videntur hi versus, et eos, sicut erant, cum versione edidi: precario tamen, prout oportuit, donec ab aliis exemplaribus stabiliantur. quamobrem nihil mutavi in numeratione versuum. De stemmate quod hic memoratur, vide Heraclid. 208.

Nactus jam Animadversiones doctissimi Reiskii in Euripidem, in versu primo, ex citatione ejus, deesse video Pronomen σε: rectene, an casu, et errore Typothetæ, nescio. si recte, mallem Τῶν συγγενῶν δὲ δάκρυ' 'αἰδεῖσθαι χρεὼν, quam Τῶν συγγενῶν δ' αἰδεῖσθαι δάκρυα χρεὼν, correpta, ut ille, ultima syllaba in αἰδεῖσθαι ante consonam:

Τί δρᾷς; προδώσεις ταῦτα; κἀκβαλεῖς χθονὸς
Γραῦς οὐ τυχούσας οὐδὲν ὧν αὐτὰς ἐχρῆν;
Μὴ δῆτ᾽. ἔχει γὰρ καταφυγὴν, θὴρ μὲν πέτραν,
Δοῦλος δὲ βωμοὺς θεῶν· πόλις δὲ πρὸς πόλιν
Ἔπτηξε, χειμασθεῖσα. τῶν γὰρ ἐν βροτοῖς
Οὐκ ἔστιν οὐδὲν διὰ τέλους εὐδαιμονοῦν.
ΧΟ. Βᾶθι, τάλαιν᾽, ἱερῶν δαπέδων ἀπὸ Περσεφονείας,

Quid agit? prodes hæc, et ejicies ex terra
Has anus nihil consecutas *eorum*, quæ ipsas *consequi* decebat?
Nequaquam. Habet enim refugium, fera quidem petram,
Servus vero aras Deorum: civitas vero ad civitatem
Fugit, jactata tempestatibus. Rerum enim humanarum
Nihil est perpetuo beatum.
Cho. Vade, O misera, a sacro solo Proserpinæ,

quod in iambo Tragico factum nunquam vidi ne ante vocalem quidem. Fortibus certe argumentis opus erit, ut probetur, contra omnem antiquitatem, "rem va-"nam et imaginariam (ut Ille ait, ad "Iphig. Taur. 727.) esse Metrum;" in quo, *si paullum modo offensum est, ut aut contractione brevius fiat, aut productione longius, theatra tota reclamant*, ait Cicero de Orator. III. 50. Nostris forte auribus perinde sonat, sive spondeus, seu dactylus, vel etiam trochæus, sit quartus pes versus iambici. Sed aliis auribus has res audiebant Veteres: neque Græci, quantum licet ex eorum scriptis colligere, magis tulissent πολυθρῆνοι διαπτυχαὶ in clausula Iambi (Iph. Taur. 727.), quam cultiores Latini in eadem, *O lucis alma rectrīx, ĕt cœli decus*, pro *alme rectŏr;* aut in Heroö, *Regia Solis erat sublimibus altăm cŏlumnis*, pro *alta* vel *apta*. "Diph-"thongum αι ante consonam non posse "corripi, nemo paulo humanior est, qui "hodie dubitet:" *Pierson.* ad Mœrin. Atticist. V. Σμώμενος, p. 355. Post hoc Ciceronis effatum de Metro (et multo plura adjici possent ex aliis Antiquis qui hanc rem optime intellexerunt) nemo, opinor, sua præjudicia tali testimonio opponet. Idem et de Choricis Tragicorum, æque ac de Senariis et Trochaïcis, verum esse comperietur: vide locum Dionys. Halicarnassensis citatum infra ad v. 377. Facile fieri potest, et sine aliqua culpa nostra, ut nos metrum Tragicorum non intelligamus: sed fieri vix potest, ut res sit imaginaria istud de quo tot magni viri aliter pronunciaverint. *Markl.*

275. Ταυτὸν πατρῷον αἷμα, &c.] Id est, *eandem patriam* (non *paternam*, quod falsum esset) *originem*, idem genus, eundem ortum, quod ad *patriam* attinet. Sic πόλει πατρῴᾳ, *patriæ*, Noster Autolyco, ed. Barn. p. 459. quod est πάτριον πέδον hac Fab. 375. Hemsterhusius ad Lucian. (T. I. p. 384. col. 1.) notat, "castiga-"tissimi Veterum scriptores aliquando "πάτρια et πατρῷα promiscue deprehen-"duntur usurpasse." Vide Bergler. ad Alciphron. II. 4. p. 264. Euripidem Heraclid. 877. Helen. 88, 90. [Pro κεκτήμεθα Reiskius κεκτημέναι. Sensus æque bonus videtur in vulgata, et consentiunt exemplaria. *Markl.*

276. Τί δρᾷς; προδώσεις ταῦτα; Forte ex Æschyli Ἑπτ. ἐπὶ Θήβ. 105. Τί ῥέξεις, προδώσεις παλαίχθων Ἄρης τὰν σὰν γᾶν; *Markl.*

277. Reisk. corrigit οὐδενὸς ὤν. *Beck.*

278, s. Hos versus laudans Jos. Scaliger ad Tibullum, p. 158. ed. 1582. memoriæ vitio Andromachæ tribuit. *Por.*

279. Δοῦλοι δὲ βωμοὺς Θεῶν·] Codices A. B. C. δοῦλος, ut θὴρ et πόλις. quod admisi. Plutarchus De Superstit. p. 166. E. ἔστι δούλῳ φεύξιμος βωμός. Stobæus tamen Tit. CIII. retinet Δοῦλοι. Θεῶν est monosyllabon. *Markl.*

Δοῦλος] Ita ambo MSS. et P. Ed. Ald. δοῦλοι. *Musg.*

Ita codd. sed Ald. et edd. vet. et Stobæus Grotii tit. CV. δοῦλοι. *Hermann.*

Βᾶθι, καὶ ἀντίασον, γονάτων ἐπὶ χεῖρα βαλοῦσα,
Τέκνων τε θνατῶν κόμισαι δέμας. ὦ μελέα 'γὼ,
Οὓς ὑπὸ τείχεσι Καδμείοισιν ἀπώλεσα κούρους.
Ἰώ μοι. λάβετε, φέρετε, πέμπετε·
Κρίνετε ταλαίνας χέρας γεραίας.
Πρός σε γενειάδος, ὦ φίλος, ὦ δοκιμώτατος Ἑλλάδι,
Ἄντομαι, ἀμφιπιτνοῦσα τὸ σὸν γόνυ καὶ χέρα, δειλαίαν

Vade, et supplica genibus imponens manum,
Filiorum mortuorum recipere cadavera: O me miseram eorum,
Quos juvenes perdidi sub mœnibus Cadmeis.
Hei mihi, prehendite, afferte, mittite:
Extendite miseras manus seniles.
Per genam, O charissime et præstantissime in Græcia
Precor, cadens ad tua genua, et manum, miseram

281. *Οὐκ ἔστιν οὐδὲν διὰ τέλους εὐδαιμονοῦν*] Vide Iphig. Aul. v. 161. Hoc Horatius ad verbum fere ita effert: Nihil est ab omni parte beatum. *Barnes.*

διὰ τέλους Stob. Grot. XLIII. p. 165. *Burn.*

282. *Βᾶθι, τάλαιν', ἱερῶν,* &c.] Una aliqua ex Choro ceteras alloquitur, hic, ut unam personam; alibi, ut plures: quod fieri solet. *Markl.*

283. Totus locus sic legi et distingui potest:

Βᾶθι, καὶ ἀντίασον, γονάτων ἔπι χεῖρα βαλοῦσα,
Τέκνων τεθνεώτων κομίσαι δέμας, (ὦ μελέα 'γὼ)
Οὓς ὑπὸ τείχεσι, etc.

Vulgo plene distinguitur post *βαλοῦσα*, et legitur *τε θνατῶν κόμισαι δέμας. ὦ μελέα,* &c. *Τεθνεώτων* (*τεθνώτων* pro *τεθναότων* legit Heathius) est trisyllabum, ut apud Homerum et Apollonium Rhodium III. 747. *Μητέρα τεθνεώτων,* &c. ubi vide Hen. Stephanum. *ἀντίασον κομίσαι* (non *κόμισαι*) *supplica illi ut referat, reportet,* (vel *ad sepulturam efferat*) *filiorum mortuorum corpora,* ut v. 137. *Κομίσαι σε, Θησεῦ, παῖδας Ἀργείων θέλων.* Interjectio vocum, *ὦ μελέα ἐγὼ,* similis est in Soph. Œd. Col. 785. 1402. Nostro Phœniss. 1627. ed. King. Aristoph. Thesmophor. 1047. *Οὓς,* quasi præcessisset *υἱῶν,* pro *τέκνων*: vide ad v. 44. Pro *δέμας* Cod. B. *παῖδας.* Legi quoque posset—*δέμας, ὦ μελέα 'γὼ Οὓς ὑπὸ,* &c. sine parenthesi, ut Hecub. 233. Reiskius pariter legit *τεθνεώτων,* et remittit ad v. 137. *Markl.*

284. *τε θνατῶν*] Reiskius et Marklandus *τεθνεώτων.* Malim, quod propius ad vulgatam accedit, *τεθναότων.* *Musg.*

θνατῶν] *Τεθνηκότων.* Et Phavorinus: *θνητὸς, ὁ φθαρτός.* *Barnes.*

Etiam Reisk. *τεθνεώτων κομίσαι.* Heath. *τεθνάτων* pro *τεθναότων.* *Beck.*

286. s. Ita horum versuum metra constituenda,

Ἰώ μοι.
Λάβετε, φέρετε, πέμπετε, κρίνετε
Dimeter Trochaïcus.
Ταλαίνας χέρας γεραιὰς
Glyconius. *Heathius.*

Sed quid sit *κρίνετε* (vel Reiskii *κλίνετε*) *χέρας,* nescio. *λάβετε, φέρετε, πέμπετε,* eodem ordine occurrunt Hecub. 62. adeo ut formula esse videri possit. Vide ibi Paraphrasten Græcum, qui videtur ea intellexisse non magis quam ego intelligo. *Markl.*

286. *πέμπετε, Κρίνετε.*] Legendum puto:

πέμπετ', ἐκ-
τείνετε ταλαίνας χέρας γεραιάς.

ἐκτείνειν χέρας adeo solenne est supplicantibus, ut velut synonymum supplicationis habitum sit. Polybius: *πρὸς ἑτέρους ἐκτείνοντες χεῖρας,* p. 133. B. *Musg.*

Ex Hecub. v. 62. Beck. Bibl. Phil. I. p. 75. hic legit *Αἴρετε.* nam Musgr. correctio propterea ipsi improbatur, quod *ἐκτείνειν* manus suas ipsi precantes dicuntur, non alii manus precantum. *Beck.*

Οἴκτισαι ἀμφὶ τέκνων μ' ἱκέτιν,
Ἤ τιν' ἀλάταν, οἰκτρὸν ἰήλεμον, οἰκτρὸν ἱεῖσαν.
Μὴδ' ἀτάφους, τέκνον, ἐν χθονὶ Κάδμου, χάρματα θηρῶν,
Παῖδας ἐν ἡλικίᾳ τᾷ σᾷ κατίδῃς, ἱκετεύω.
Βλέψον ἐμῶν βλεφάρων ἔπι δάκρυον, ἃ περὶ σοῖσιν
Γούνασιν ὧδε πιτνῶ, τέκνοις τάφον ἐξανύσασθαι.

Miserere pro liberis me supplicem,
Velut erronem edentem lugubre carmen, miserabile.
Et fili, ne insepultos in terra Cadmi ludibria ferarum
Filios in tua ætate videas, suppliciter oro,
Aspice lachrymas in meis palpebris, quæ ad tua
Genua hic cado, sepulturam liberis ut consequar.

287. Vulgatum κρίνετε ex notissimo Hecubæ loco in ἀείρετε mutavi. Fortasse etiam με addendum. *Hermann.*

288. Πρὸς γενειάδος, ὦ φίλος, ὦ δοκιμώτατος Ἑλλάδι Ἄντομαι, etc.] Forte, quia hi plerique hexametri sunt,

Πρὸς σὲ γενειάδος, ὦ φίλος, ὦ δοκιμώτατος Ἑλλά-
δ' ἄντομαι, ἀμφιπιτνοῦσα, &c.

Primus est integer hexameter, ultima syllaba in Ἑλλάδι projecta in sequentem versum, ut Phœniss. 814.

Ὦ ζαθέων πετάλων πολυθηρότα-
τον νάπος, Ἀρτέμιδος χιονοτρόφον ὄμμα, Κι-
θαιρών.

Vide Hephæstionem, p. 14. In Iambis, (ut probabo ad Iph. Aul. 929.) hoc interdum fit; in anapæstis, sæpissime. Πρὸς σὲ γενειάδος, ut Hippol. 601. πρὸς σὲ δεξιᾶς, et 603. Ὦ πρὸς σὲ γονάτων, &c. Plura vide apud Valckenærium ad Phœniss. 1659. Ναὶ, πρὸς σὲ τῆσδε μητρός. Heathius legit. Πρὸς γε γενείαδος, &c. *Markl.*

Emendat Marklandus propter metrum:

Πρός σε γενειάδος, ὦ φίλος, ὦ δοκιμώτατος Ἑλλά-
δ' ἄντομαι, &c. *Musg.*

289. Scaliger distinguit, Γόνυ καὶ χέρα δειλαίαν, &c. præcedentia distingui possent:

Ἄντομαι ἀμφιπιτνοῦσα τὸ σὸν γόνυ
Καὶ χέρα, δειλαιὰν
Οἴκτισαι, &c.

et ita Heathius. Sed non opus est mutare positionem vocis. Γόνυ. *Markl.*

Scaliger legit: Γόνυ καὶ Χέρα· δειλαίαν Οἴκτισαι ἀμφὶ τέκνων μ', ἱκέταν ὡς, etc. *Barnes.*

290. ἱκέταν,] Lego ἱκέτιν· fœmina enim loquitur, et titulus dramatis est Ἱκέτιδες non Ἱκέται. Hanc vocem pariter depravatam Plutarcho restituit Gronovius Observat. IV. 5. *Markl.*

ἱκέταν,] Marklandus non male ἱκέτιν. Sed neque desunt exempla, ubi Chorus, licet ex fœminis constans, masculino genere de se ipso loquitur. vide modo Hippol. v. 1107. et 1108. *Musg.*

Legebatur ἱκέταν ἤ τιν' ἀλάταν. Marklandus ἱκέτιν. Musgravii ᾗ τίν' ἀλάταν recepi. Ἱκέταν servandum duxi, conjungendumque cum ἰήλεμον. *Hermann.*

291. Ἤ τιν' ἀλάταν, οἰκτρὸν ἰηλεμὸν οἰκτρὸν ἱεῖσαν] Ἀλάταν, *erronem* se appellat Chorus, quia ab Argis huc, ad Eleusina, vagatus est: si sanus sit versus: mendum vero subesse puto: saltem in distinctione. *Markl.*

ἤ τιν' ἀλάταν] Legendum puto: ᾗ τιν' ἀλάταν, *velut erronem aliquem.* Nobiles Argivæ, ex quibus Chorus constat, quanquam supplices, non erant errones. *Musg.*

Ἰήλεμον οἰκτρὸν ἱεῖσαν] Ἡ ἐν γάμοις ᾠδὴ, Ὑμέναιος, ἐν δὲ πένθεσιν Ἰάλεμος, Λίνος δὲ καὶ Αἴλινος, ἔν τε πένθεσι καὶ ἐπ' εὐτυχεῖ δὲ μολπῇ κατ' Εὐριπίδην. Eustath. in Hom. fol. 1164. lin. 7. etc. *Barnes.*

292. τέκνον,] Chorus appellat Thesea τέκνον, quemadmodum Nutrix Hippolytum, Hippol. 607. 611. quod fere blandientium est. interdum mitis animi indicium, ut in isto Abraami ad Divitem in inferno, Luc. xvi. 25. *Markl.*

Abresch. Anim. ad Æsch. I. p. 152.

ΘΗ. Μῆτερ, τί κλάεις, λέπτ' ἐπ' ὀμμάτων φάρη
Βαλοῦσα τῶν σῶν; ἆρα δυστήνους γόους
Κλύουσα τῶνδε; κἀμὲ γὰρ διῆλθέ τι.
Ἔπαιρε λευκὸν κρᾶτα, μὴ δακρυῤῥόει
Σεμναῖσι Δηοῦς ἐσχάραις παρημένη.
ΑΙ. Αἶ, αἶ. ΘΗ. Τὰ τούτων οὐχὶ σοὶ στενακτέον.

The. Mater, quid ploras, tenue peplum super oculos
Tuos ponens? num miserabilem querelam
Harum audiens? nam me quoque permovit nonnihil.
Attolle canum caput, ne lachrymas funde,
Assidens sanctis focis Cereris.
Æth. Heu, heu. *The.* Istorum *mala* non sunt tibi ingemiscenda.

putat, hoc sumtum e Soph. Antig. 29.

Ἐᾶν δ' ἄκλαυστον, ἄταφον, οἰωνοῖς γλυκὺν
Θησαυρὸν, εἰσορῶσι (ἐνθορούσι edidit Brunck.)
πρὸς χάριν βορᾶς. *Beck.*

293. ἐν ἡλικίᾳ τῇ σῇ.] *In tuo tempore:* utpote indignum seculo Thesei. De locutione vide Horat. Vitringæ Animadv. ad Vorstium, p. 215. in calce Observationum Lamberti Bos. *Markl.*

294. ἐπιδάκρυον,] Forte disjunctim ἐπὶ δάκρυον. et disjungunt Portus, Reiskius, et Heathius. hic tamen ita, ut ἐμῶν βλεφάρων regatur a præpositione ἔπι, post posita. Aliter D. Lucas ix. 38. ἐπίβλεψον ἐπὶ τὸν υἱόν μου· quod et hic verum puto, nempe, βλέψον ἐπὶ δάκρυον ἐμῶν βλεφάρων, non βλέψον δάκρυον ἐπὶ ἐμῶν βλεφάρων.

περὶ σοῖσιν Γούνασιν ὧδε πιτνῶ.] Quod est περιπτύξαι γόνυ, Iph. Aul. 992. ἀμπίσχειν γόνυ χερὶ, supra hac Fab. 176. et ἀμφιπιτνεῖν γόνυ, 288. *Markl.*

Cum ἐπιδάκρυον alibi non occurrat, disjunctim legunt Interpretes recentiores, ἐπὶ δάκρυον. Dissentiunt tamen de præpositione ἐπὶ, quam Reiskius et Heathius ad βλεφάρων referunt, Marklandus ad δάκρυον, ut constructio sit βλέψον ἐπὶ δάκρυον: quod et ego melius puto. *Musg.*

Alias ἐπὶ δάκρυον· Vel subaudi τὸ ad ἐπιδάκρυον. *Barnes.*

295. Γούνασιν] De hac forma vide Markland. ad Euripid. Iph. Aul. 1221. Iph. Taur. 36. adde Hec. 740. 827. Alcest. 968. Androm. 527. 852. *Por.*

296. Μῆτερ, τί κλαίεις;] Eadem sententia Iph. Aul. 1122. Τέκνον, τί κλαίεις; confer cætera: et vide ad v. 121. de peplo oculis obtento, in luctu. *Markl.*

φάρη] Prior syllaba hic corripitur præter solitum: Homero semper producitur. Hesiodo semel corripitur, ut Ἔργα καὶ Ἡμέραι, v. 196. Λευκοῖσιν φαρέεσσι καλυψαμένη χρόα καλόν. *Barnes.*

297. δυστήνους γόους Κλύουσα τῶνδε] Vel δυστήνων—τῶνδε; *harum infelicium.* *Markl.*

298. κἀμὲ γὰρ διῆλθέ τι.] Hoc est, verbis Herodoti III. 14. ἐσῆλθε οἶκτός τις. Usus particulæ τι, cum quis se affectu aliquo commotum sentit. Plutarchus Nicia, p. 541. C. τοιαῦτα τοῦ Νικίου λέγοντος, ἔπαθε μέν ΤΙ καὶ πρὸς τὴν ὄψιν αὐτοῦ, καὶ πρὸς τοὺς λόγους, ὁ Γύλιππος. Sic et Lysandro, p. 434. A. Xenophon Conviv. p. 873. D. οὐδεὶς οὐκ ἔπασχέ ΤΙ τὴν ψυχὴν ὑπ' ἐκείνου. Athenæus VIII. 7. p. 546. προσπεπονθέναι ΤΙ δεῖ, *tangi aliquo affectu.*

Istud γὰρ similiter poni videtur Phœniss. 975. Κρέον, τί σιγᾷς; — κᾀμοι ΓΑΡ οὐδὲν ἧττον ἔκπληξις πάρα. Hic vero tota sententia subintelligitur, *Non tamen miror:* NAM *et me aliquid pervasit,* commovit: (vid. ad v. 8.) id est, commotum me sentio: et ita forte in loco Phœnissarum. *Markl.*

300. ἐσχάραις] Ald. et Cod. A. εσχατιαις. quod sequitur Brodæus. B. αισχατιαις. male omnes. Vetat autem Theseus matrem *flere dum assideret aris* (ἐσχάραις) *Cereris,* quia nihil triste conveniebat sacrificantibus. unde Chorus ad Clytæmnestram (Iphig. Aulid. 1487.) dicit, *non lacrymari decet in sacris.* vide Plutarchum in Fabio, p. 184. E. Sed præcipue in Cereris sacris hoc cavebatur: Livius XXXIV. 6. *quia Cereris sacrificium, lugentibus omnibus matronis, intermissum erat, Senatus finiri luctum trigin-*

ΑΙ. Ὦ τλήμονες γυναῖκες. ΘΗ. Οὐ σὺ τῶνδ᾽ ἔφυς.
ΑΙ. Εἴπω τι, τέκνον, σοί τε καὶ πόλει καλόν;
ΘΗ. Ὡς πολλά γ᾽ ἐστὶ κἀπὸ θηλειῶν σοφά.
ΑΙ. Ἀλλ᾽ εἰς ὄκνον μοι μῦθος, ὃν κεύθω, φέρει.
ΘΗ. Αἰσχρόν γ᾽ ἔλεξας, χρήστ᾽ ἐπικρύπτειν φίλους.
ΑΙ. Οὔτοι σιωπῶσ᾽, εἶτα μέμψομαί ποτε
Τὴν νῦν σιωπὴν, ὡς ἐσιγήθη κακῶς·

Æth. O miseræ mulieres. *The.* Non tu una es illarum.
Æth. Dicamne, fili, aliquid tibi, et urbi honestum?
The. *Dic*, quia multa sunt etiam a mulieribus sapienter dicta.
Æth. Sed sermo, quem celo, ad verecundiam fert.
The. Turpe dixisti, bona celare Amicos.
Æth. Non sane tacens, deinde reprehendam aliquando
Præsens silentium, quod turpiter sit tacitum:

ta diebus jussit. et XXII. 56. *adeoque totam urbem opp'evit luctus, ut sacrum anniversarium Cereris intermissum sit; quia nec lugentibus id facere est fas, nec ulla in illa tempes ate ma rona expers luctus fuerat. Markl.*

ἐσχάραις] Male Ed. Ald. et MSS. ἐσχατιαῖς. Præclare hic Marklandus: "Vetat Theseus matrem flere, dum assideret aris Cereris, quia nihil triste conveniebat sacrificantibus — Sed præcipue in Cereris sacris hoc cavebatur: Livius XXXIV. c. 6. *quia Cereris sacrificium lugentibus omnibus matronis intermissum erat, Senatus finiri luctum triginta diebus jussit.* et XXII. c. 56. *adeoque totam urbem opplerit luctus, ut sacrum anniversarium Cereris intermissum sit, quia nec lugentibus id facere est fas, nec ulla in illa tempestate matrona expers luctus fuerat.*"
Musg.

Δηοῦς] Δήμητρος.—Ἐσχάραις] Alias ἐσχατιαῖς. Ita Aldus: sed ἐσχάραις præplacet. *Barnes.*

302. οὐ σὺ τῶνδ᾽ ἔφυς.] Ἔφυς, *es*, ut Bacch. 645. Aristoph. Acharn. 978. πέφυκας idem, Phœniss. 84. Ἔφυ, ib. v. 205. 479. et passim. Interrogationem recte omisit Barnesius. Theseus dicit Matri, *Tu ex illarum numero non es*; i. e. non es *misera.* nam illa modo dixerat, *O miseræ mulieres!* sic ὧν ἐφευρεθεὶς, *ex quorum numero tu inventus*, Electr. 952. Plena locutio est, Οὐ σὺ ἔφυς (i. e. εἶ, *es*) ἐκ τοῦ ἀριθμοῦ τῶνδε. Heathius vertit, *non tu harum gnata es.* Barnesius, *non tu illorum* (i. e. *mortuorum*) *mater es.* Mirum videtur quemquam, qui Poëtas legit, ambigere potuisse de sensu hujus loci. Herodot. V. 92. p. 319. Ἀμφίονι δὲ, ἐόντι τουτέων τῶν ἀνδρῶν, γίνεται θυγάτηρ χωλή· i. e. ὄντι ἐκ τοῦ ἀριθμοῦ τούτων τῶν ἀνδρῶν. Sic τρίτος τῶνδ᾽ Ἱππομέδων, i. e. ἐκ τῶνδε, vel ἐκ τοῦ ἀριθμοῦ τῶνδε, hac Fab. 891. et τούτων γενοῦ μοι. Aristoph. Νεφ. 107. *Markl.*

303. Εἴπω τὶ, τέκνον,] Vir Cl. Sam. Clarkius ad Homer. Iliad. A, 51. dicit, si recte intelligo, vocem τέκνον in Iambis Tragicorum et Comicorum primam syllabam semper corripere. Hoc loco certe τέκνον primam producit, et 465. Phœniss. 538. 1275. Iphig. Aulid. 1465. Bacch. 1310. Med. 873. Ὦ τέκνα, τέκνα, δεῦτε, λείπετε στέγας. Heraclid. 48. Ὦ τέκνα, τέκνα, δεῦρο, λαμβάνεσθ᾽ ἐμῶν Πέπλων.
Markl.

305. εἰς ὄκνον—μῦθος—φέρει.] Neque εἰς vacat, ut putabat Brodæus; neque εἰς ὄνκον φέρει est εἰσφέρει ὄκνον, ut voluit Barnesius: sed φέρει εἰς ὄκνον significat, *tendit, spectat, fert ad cunctationem*, id est, *cunctari me facit.* Locutio Ionibus cum Atticis communis (lingua enim Ionica erat vetus Attica) sicut multæ aliæ quas falso docemur esse mere Atticas. Herodotus VIII. 142. φέρει εἰς πᾶσαν τὴν Ἑλλάδα· *pertinet ad totam Græciam.* Idem I. 10. ἐς αἰσχύνην φέρει· *tendit ad probrum.* ubi vide doctiss. Jac. Gronovium, qui notat hoc esse Herodoteum. Imo et Euripideum, ut Herodoti plera-

Οὐδ' ὡς ἀχρεῖον τὰς γυναῖκας εὖ λέγειν
Δείσασ', ἀφήσω τῷ φόβῳ τοὐμὸν καλόν.
Ἐγὼ δέ σ', ὦ παῖ, πρῶτα μὲν τὰ τῶν θεῶν
Σκοπεῖν κελεύω, μὴ σφαλῇς ἀτιμάσας·
Σφαλῇ γὰρ ἐν τούτῳ μόνῳ, τἆλλ' εὖ φρονῶν.
Πρὸς τοῖσδε δ', εἰ μὲν μὴ 'δικουμένοις ἐχρῆν
Τολμηρὸν εἶναι, κάρτ' ἂν εἶχον ἡσύχως·

Neque quod sit inutile, mulieres aliquid boni dicere
Timens, amittam meum pulchrum consilium metu.
Ego vero te, O fili, primum quidem deorum placita
Considerare jubeo, ne offendas his neglectis;
Nam in hoc solo offendes, alioqui recte sentiens.
Præterea vero, si non oporteret injuste afflictorum causa
Audacem esse, omnino tacuissem:

que. nam ita rursus scribit Iphig. Aulid. 562. (et Helen. 1064. — κελεύει, 'ς οὐδὲν ἡ σκῆψις φέρει· sic legendum puto, φέρει ἐς οὐδέν. vulgo, κελεύει σ', οὐδὲν, &c.) Quin et ob eandem rationem Sophocleum: vide Œdip. Tyran. *525*. *527*. 1010 Plura videas apud Herodotum, III. 135. IV. 90. VI. 19. et alibi. Sed et Plutarchus ita scribit in Lucullo, p. *506*. E. οὐκ εἶχε συμβαλεῖν εἰς ὅ, τι φέροι. ut jam non Ionum, vel Atticorum, sed Græcorum sit. Et ita aliæ locutiones, quæ non sunt mere Atticæ, vel Ionicæ, sed Græcæ. *Markl.*

Exemplis a Marklando allatis "adde Œd. Col. 1420. Scholiast. ad Æschyl. Prometh. 1065. Procop. apud Suid. v. ἐπιεικῶς. Jo. Antiochen. Excerpt. Valesii, p. 834." *Por.*

Ita ordinetur hic versus: Ἀλλά μοι μῦθος, ὃν κεύθω, ὄκνον εἰσφέρει. Quare τὸ εἰς non, ut Brodæus putabat, vacat. *Be...*

306. χρήστ' ἐπικρύπτειν φίλοις.] Usitatius φίλους, quod et maluit Barnesius, et remittit ad Schol. Hecub. *568*. qui, post citatum Sophoclis locum. pergit, καὶ ἄλλος· Μή τοι με κρύψῃς τοῦτο, ὅπερ μέλλω παθεῖν. ubi recte corrigit τοῦθ', ὅτι περ. Addo, pro ἄλλος scribi debere Αἰσχύλος: est enim versus 626. Promethei Vincti. Sic Hippol. 919. κρύπτειν φίλους δυσπραξίας, *celare amicos calamitates.* Si aliter sumas, constructio erit χρηστὰ φίλοις. *Markl.*

Αἰσχρόν γ' ἔλεξας, χρήστ' ἐπικρύπτειν φίλοις.] "Usitatius φίλους quod et maluit Barnesius, et remittit ad Schol. Hecub. *568*. qui, post citatum Sophoclis locum, pergit, καὶ ἄλλος." Markl. Edidit Αἰσχύλος Παλ. Musgravius, Kingius. φίλους quoque Brunckius ad Æschyl. Prometh. 630. (Vid. ad Hec. 1161. *Por.*

φίλοις.] Legendum cum Barnesio et Marklando φίλους. vid. Hippol. v. 919. *Musg.*

φίλοις] Mallem φίλους. Vide Hecub. v. *568*. in Scholiis. *Barnes.*

Etiam Brunck. ad Æsch. Prom. 631. legit φίλους, et docet, verbum κρύπτειν cum duplici construi Acc. personæ et rei.

Consentientibus omnibus Criticis legi Br. ad Æsch. Prom. 630. vult:

αἰσχρόν γ' ἔλεξας, χρήστ' ἐπικρύπτειν φίλους.

Idem ib. illustrat hanc constructionem verbi κρύπτειν, ostenditque, se etiam in Hipp. 330. malle: κἄπειτα κρύπτεις χρηστὰ θ' ἱκνουμένην ἐμέ. *Beck.*

χρήστ' ἔπη κρύπτειν φίλοις.] Sic emendavi vulgatam χρήστ' ἐπικρύπτειν. *Hermann.*

309. εὖ λέγειν *perite dicere*, ut Aristoph. Nub. 1141. Noster. Bacch. 265. Dicit Æthra, neque metuens vulgarem opinionem, quæ est, perniciosam rem fore, si fœminæ permittentur [illegible], amittam, &c. ἀχρεῖον, *inutile*, per μείωσιν vult *damnosum, perniciosum*. *Markl.*

ἀχρεῖον] Per. μείωσιν vult damnosum, perniciosum, ut recte Marklandus. *Musg.*

Νυνὶ δέ σοί τε τοῦτο τὴν τιμὴν φέρει,
Κἀμοὶ παραινεῖν οὐ φόβον φέρει, τέκνον,
Ἄνδρας βιαίους, καὶ κατείργοντας νεκροὺς
Τάφου τε μοίρας, καὶ κτερισμάτων λαχεῖν,
Εἰς τήνδ' ἀνάγκην σῇ καταστῆναι χερὶ,
Νόμιμά τε πάσης ξυγχέοντας Ἑλλάδος
Παῦσαι. τὸ γάρ τοι ξυνέχον ἀνθρώπων πόλεις
Τοῦτ' ἔσθ', ὅταν τις τοὺς νόμους σώζῃ καλῶς.

Nunc vero et tibi hoc gloriam augebit,
Et mihi hortari *te* non affert metum, O fili,
Ut viros violentos, et qui impediunt mortuos,
Ne sepulturæ debitam partem, et parentalia consequantur,
Ad hanc *officii* necessitatem tu compellas manu,
Et qui totius Græciæ mores confundunt,
Compescas. Quod enim continet hominum urbes
Hoc est, quando quis leges servat accurate.

τοὐμὸν καλὸν, *quod mei est officii.* *Brodæus.*

311. Cod. C. εγωγε pro Ἐγὼ δέ. et 313. σφαλης A. C. pro Σφαλῇ: [quasi legissent, Σφάλῃς γὰρ ἂν (non ἐν) τούτῳ μόνῳ, *Offendere enim poteris hac una re, quamquam in aliis recte sentiens.*] *Markl.*

314. 'δικουμένοις] Vertitur hæc vox a Brodæo et interpretibus, quasi ad *personas* spectaret. Sed si argumentum propius intuearis, videri potest significare, *ob res injuste factas:* nempe a Creonte et Thebanis, ut τοῖσιν ἡμαρτημένοις, Orest. 455. τῷ σταυρῷ, *ob crucem*, Galat. vi. 12. Infra v. 1052. Androm. 911. et pro δ' melius opinor legi posset σ', i. e. Πρὸς τοῖσδε, σ' εἰ μὲν μὴ 'δικουμένοις, etc. Τολμηρὸν εἶναι, est *Confidere*, bene sperare, μεστὸν ἐλπίδων ἀγαθῶν, Xenophon Ἑλλην. III. p. 500. A. Vera hæc puto. *Markl.*

μὴ 'δικουμένοις] Bene Marklandus: videri potest significare *ob res injuste factas:* nempe a Creonte et Thebanis, ut τοῖσιν ἡμαρτημένοις, Orest. v. 455. *Musg.*

315. εἶχον ἡσύχως.] Vel εἶχον ἥσυχος, *tacuissem.* Vide ad Iph. Aul. 1133. Herodot. VIII. 65. ἄλλ' ἔχ' ἥσυχος. Medea 550. ἀλλ' ἔχ' ἥσυχος. Sic ἄφοβος ἔχε, Orest. 1268. *Markl.*

316. τὴν τιμὴν φέρει,] Non placeret ΤΗΝ τιμὴν, nisi scirem a Veteribus notatum, Atticos in accusativo *solo*, nonnunquam ponere articulum πλεονάζοντα. Reiskius conjicit aut πρὸς τιμὴν, aut aliquid quod sensu πολλὴν reddat. *Markl.*

τὴν τιμὴν φέρει,] Non de nihilo est τήν. Legendum enim τὴν τιμὴν ἀρεῖ, *honorem augebit.* Soph. Ajac. v. 193. κακὰν φάτιν ἄρῃς. in quem locum Schol. ἄρῃ καὶ περιποιήσῃ, ἤτοι ἐπάρῃς, αὐξήσῃς, ubi duo postrema verba τοῦ ἄρῃς explicatio sunt, περιποιήσῃ autem alius lectionis, nempe ἄρῃ. Cæterum, ἀρεῖ hic in Euripide reponentes, repetitionem etiam vitamus. *Musg.*

Vulgata, νυνὶ δὲ σοί τε τοῦτο τὴν τιμὴν φέρει; vitiosa habita est et ob νυνί, (vide Pors. ad Med. 157.) et ob τήν, pro quo Reiskius πρὸς conjicit. Videtur scribendum esse, νῦν δ' οὐχὶ σοί τε τοῦτο τὴν τιμὴν φέρει; Articulum nihil est quare quis vitiosum putet. Sensus est enim: *nunc nonne qui cum illa re conjunctus honor est, is tuus erit?* *Hermann.*

320. καταστῆναι] "Καταστῆσαι, ob sequens παῦσαι. nam si καταστῆναι probum esset, deberet quoque παύσασθαι legi. quod metrum non sinit. *Reiskius.*" [Minore adhuc mutatione rem confeceram, ut putavi; nempe, repetendo] (Repetiveram) σ post συγχέοντας versu 321. συγχέοντάς σ' Ἑλλάδος Παῦσαι. Et tunc constructio foret, ἄνδρας βιαίους καταστῆναι εἰς τήνδ' ἀνάγκην σῇ χερὶ, σέ τε παῦσαι [τοὺς] συγχέοντας [τὰ] νόμιμα πάσης Ἑλλάδος· *ut viri violenti compellantur ad hanc necessitatem tua manu, et ut tu compescas eos qui confun-*

Ἐρεῖ δὲ δή τις, ὡς ἀνανδρίᾳ χερῶν,
Πόλει παρόν σοι στέφανον εὐκλείας λαβεῖν,
Δείσας ἀπέστης. καὶ συὸς μὲν ἀγρίου
Ἀγῶνος ἥψω, φαῦλον ἀθλήσας πόνον·
Οὗ δ' εἰς κράνος βλέψαντα, καὶ λόγχης ἀκμὴν,
Χρῆν ἐκπονῆσαι, δειλὸς ὢν ἐφευρέθης.
Μὴ δῆτ' ἐμός γ' ὢν, ὦ τέκνον, δράσῃς τάδε.
Ὁρᾷς, ἄβουλος ὡς κεκερτομημένη,
Τοῖς κερτομοῦσι γοργὸν ὡς ἀναβλέπει

Dicet vero aliquis, quod ob ignaviam manuum,
Cum liceret tibi gloriæ coronam urbi comparare,
Timens omiseris. Et suis quidem agrestis
Certamen attigisti, tolerans laborem inglorium.
Ubi vero in galeam intuentem, et in aciem hastæ,
Oportebat laborare, sis inventus timidus.
Nequaquam meus existens, O fili, hæc feceris.
Videsne, derisa tanquam imprudens
Ut in derisores suos torvum aspiciat

dunt instituta totius Græciæ. Herodotus V. 23. Σὺ τοίνυν τοῦτον τὸν ἄνδρα παῦσον ταῦτα ποιεῦντα. *Markl.*

καταστῆναι.] Legendum cum Reiskio, καταστῆσαι. *Musg.*

322. Pro τὸ γάρ τοι Stobæus Tit. 41. τὸ μέν τοι. et pro νόμους (v. 323.) αὐτοὺς in contextu. quæ mira est variatio. *Markl.*

Stobæus tit. XLIII. τὸ μὲν γάρ. Ed. Trinc. τὸ γάρ. *Hermann.*

παῦσαι.] Lege παῦσον. *Faehse.*

324. Ἐρεῖ δὲ δή τις,] Idem hemistichium Phœniss. 589. *Markl.*

326. Συὸς μὲν ἀγρίου] Suis Cromyoniæ, cujus nomen Phæa. Hanc Theseus occidit in Cromyone, Corinthii agri vico. Vide Plutarch. in Theseo. *Barnes.*

329. Χρῆν ἐκπονῆσαι,] Opinor, χρῆν σ' ἐκπονῆσαι. Versu præcedenti, εἰς κράνος βλέψαντα, καὶ λόγχης ἀκμὴν, ut Electr. 378. τίς δὲ πρὸς λόγχην βλέπων, etc. Sed sensu diverso, licet eadem locutione. *Markl.*

331. s. Ὁρᾷς ἄβουλος, etc.] Constructio est, ut puto: Ὁρᾷς, σὴ πατρὶς κεκερτομημένη (ἦν) ὡς ἄβουλος, τοῖς κερτομοῦσιν, ὡς ἀναβλέπει Γοργόνα· *Vides, patria tua irrisa* (fuit) *quasi consilii expers, ab iis qui subsannantes dicunt, cum* ASPICERE GORGONEM. Γοργόνα βλέπειν, vel ἀναβλέπειν, *Gorgonem aspicere,* videtur significare idem quod stupidus fieri, lapis fieri, metu et stupore amittere omnem sensum, et potestatem agendi: unde Orestes servo dicit (Orest. 1535.) Μὴ πέτρος γένῃ δέδοικας, ὥστε Γόργον' εἰσιδών; *Num metuis ne lapis fias, sicut qui aspexit Gorgonem?* vide et Alcest. 1137. Electra 856. Κάρα 'πιδείξων, οὐχὶ Γοργόνος φέρων, Ἀλλ' ὃν στυγεῖς, Αἴγισθον. Sic legendum, non, Κάρα γ' ἐπιδείξων. Æque perspicuum fuisset Ὁρᾷς, ἄβουλον ὡς, κεκερτομημένην—Σὴν πατρίδ'. De Γοργὼ et Γοργὼν erudita vide apud Editorem Phœnissarum nuperum, ad v. 458, 459. Pro re aliqua terribili ponit Heliodorus Æthiopic. IV. 7. ἡ δὲ, ὥσπερ τὴν Γοργοῦς θεασαμένη κεφαλὴν—ἀνέκραγεν. Politicum vero aliquid huic sententiæ subesse opinor, et Euripidem hic respicere ad sui temporis περιστάσεις et occasiones, quod et alibi sæpe facit.

γόργον' ὡς ἀναβλέπει] Brodæus legit Γοργὼν ὡς, cum spondeo in 4° loco: sed voluit Γοργὼ Reiskio judice. quod non multo melius est. Barnesius, ἀναβλέπει τοῖς κερτομοῦσιν, ὡς Γοργόνι τινὶ, *derisores suos, tanquam Gorgonem, aspiciat.* Dubito an Græce dicatur ἀναβλέπειν τινὶ, *aspicere aliquem,* sic ut ἐμβλέπειν τινί. Certe

Σὴ πατρίς. ἐν γὰρ τοῖς πόνοισιν αὔξεται·
Αἱ δ' ἥσυχοι σκοτεινὰ πράσσουσαι πόλεις,
Σκοτεινὰ καὶ βλέπουσιν, εὐλαβούμεναι.

Tua patria? nam in laboribus crescit.
At ociosæ urbes obscure agentes,
Obscurum quoque aspectum habent nimium timentes.

exemplum locutionis desideratur. Invenio quidem Bacch. 1298. *Ὧι δῶμ' ἀνέβλεπεν*: quod tamen sensu longe diverso ibi vertitur, *In quem respiciebat domus.* qui sensus huic loco prorsus alienus est. Melius etiam forte ibi verti potuit, *Ὧι δῶμ' ἀνέβλεπεν*, *Per quem familia mea revixit*, vel, *lumen rursus aspexit:* nam ex familia Cadmi nulla præter Penthea soboles restabat mascula. Et hoc verum esse evinci videtur loco Ionis v. 1465. in re simili:

Ἀνηβᾷ δ' Ἐρεχθεύς, ὅ, τε γηγενέτας
Δόμος οὐκέτι νύκτα δέρκεται,
Ἀλίου δ' ἀναβλέπει λαμπάσι.

rursus autem tuetur (vel *reviviscit*) *Solis facibus* illustrata. non, *rursus autem tuetur Solis faces:* quod foret, *ἀναβλέπει λαμπάδας*, ut *φῶς ἀναβλέψεσθε*, Herc. Fur. 562. Ceterum non dubito quin his verbis, *Γοργόνα ἀναβλέπει*, alluserit Euripides ad dicterium aliquod alicujus jactum in Atheniensium torporem et *ἀπραξίαν*, auditoribus isto tempore bene notum. Reiskius dicit Euripidem scripsisse, "*Γοργὸν ὡς πόνον βλέπει*, *respicit ad objectum laborem vultu confidenti, securo, alacri, intrepido, rectis oculis.*" Accipit *ὡς πόνον* pro *εἰς πόνον*. Sed *ὡς* pro *εἰς* rarissime invenitur nisi cum *ἐμψύχοις*. vide Valckenær. ad Phœniss. 1409. et inde emendandus Sophocles Trachin. 369. *καὶ νῦν* (f. *νιν*, *eam*) *ὡς ὁρᾷς*, *ἥκει δόμους Ὡς* (f. *Ἐς*) *τούσδε πέμπων.* Heathius, *Γοργὼ ὡς*, de quo hiatu vide ad v. 120.] (Ex omni parte difficillimum puto hunc locum. De eo vide Hemsterhusium.) *Markl.*

Ὁρᾷς ἄβουλος ὡς κεκερτομημένη Τοῖς κερτομοῦσι, Γοργόν' ὡς ἀναβλέπει.] *Ὁρᾷς, ἄβουλος ὡς, κεκερτομημένη Τοῖς κερτομοῦσι, γοργὸν ὡς ἀναβλέπει.* Toup. in Suid. III. p. 213. mox *πράσσουσιν*, Stob. XXVII. p. 196. *Por.*

Temeritatis Athenienses arguebant, qui gloriæ eorum minus favebant, quod plerumque infirmiori parti se adjungerent. Isocrates in Panegyrico: *διὸ καὶ κατηγοροῦσί τινες ἡμῶν, ὡς οὐκ ὀρθῶς βουλευομένων, ὅτι τοὺς ἀσθενεστέρους εἰθίσμεθα θεραπεύειν.* vid. infra v. 588. Heracl. v. 177. Ad eandem calumniam pertinet *ἄβουλος ὡς κεκερτομημένη*, quod inverso ordine construendum *κεκερτομημένη ὡς ἄβουλος.* Sequentia, ut nunc quidem scribuntur, difficultate non carent; sed legendum *γοργὸν* ab adjectivo *γοργὸς*, terribilis. *ὁρᾷς* inquit illa:

— *γοργὸν ὡς ἀναβλέπει*
σὴ πατρίς; ἐν γὰρ τοῖς πόνοισιν αὔξεται.

Vides, patria tua quam terribilem adspectum habeat? nempe in ipsis laboribus augescit. Hemsterhusius structuram sic instituit: *ὁρᾷς, ὡς γοργὸν ἀναβλέπει τοῖς κερτομοῦσι*, et vertit: *vides, quam torvos attollat oculos adversum irrisores. Musg.*

Nondum locus persanatus. Legerem:

Ὁρᾷς; ἄβουλος ὡς, κεκερτομημένη
Τοῖς κερτομοῦσι, γοργὸν εἴς σ' ἀναβλέπει
Σὴ πατρίς;

Viden', ut Athenæ jam omnis consilii expertes, quæ jam non vident, quomodo maledictis, quibus petuntur, occurrant (nempe, quod dicuntur ignavæ esse) *te obstupefactæ intuentur, timidæ exspectant, quid acturus sis*, i. e. sperant, et volunt te tueri antiquam Athenarum gloriam, juvando Adrasto. *ὁρᾷς*; plane in ed. Commel. — *Beck. Bibl. Phil.* I. p. 87.

Legebatur *ἄβουλος* et deinde *Γοργόν' ὡς.* Corrigunt quidam *γοργὸν ὡς.* In sensu expediendo omnes laborarunt. Quum *τοῖς κερτομοῦσι* frigidissimum sit, nisi *κεκερτομημένη* adverbium adjunctum habeat, *ἀβούλως* scripsi. *Vides*, inquit, *ut inconsiderate vituperent patriam tuam, qui ei Gorgoneum spectum exprobrant.* Respexisse Euripidem ad dictum quodpiam tum temporis celebratum, in priore editione recte observaverat Marklandus. Nescio cur hæc in altera deleverit. Non autem inertia, opinor, eo dicto Atheniensibus exprobrabatur, sed nimia in bellis movendis celeritas.

Οὐκ εἶ, νεκροῖσι, καὶ γυναιξὶν ἀθλίαις
Προσωφελήσων, ὦ τέκνον, κεχρημέναις;
Ὡς οὔτε ταρβῶ ξὺν δίκῃ σ᾽ ὁρμώμενον,

Non ibis mortuis, et miseris mulieribus,
O fili, opem laturus indigentibus?
Quia neque timeo tibi justa de causa proficiscenti,

Stobæus Grotii tit. XXIX. citat versus 331—335. sed edd. vett. tantum versus 333—335. habent, ita scriptos, ut in Aldina. *Hermann.*

Lego et distinguo:

Ὁρᾷς, ἄβουλος ὡς, κεκερτομημένη
Τοῖς κερτομοῦσι, γοργὸν ὡς ἀναβλέπει
Σὴ πατρίς —

ἀναβλέπειν est *suspicere, oculos erigere*, ut Longin. de Subl. S. 44. ἄβουλος ὥς, ut κακὸς ὥς, Iliad. Θ. 94. Male audiebant Athenienses ἀβουλίας nomine, quod ex Suida V. Ἀθηναίων δυσβουλία et ex Aristoph. notum. *Toup. Emendd. in Suid.* P. III. p. 213.

332. Γοργόν᾽ ὡς] Errat hoc in loco Brodæus, quod mavult legere γοργῶν ὥς, cum in quarto loco spondeus esse non possit. Quare retinendum Γοργόν᾽ pro Γοργόνι, et sic ordinanda lectio; Ὁρᾷς, ὡς σὴ πατρὶς κεκερτομημένη ἀναβλέπει τοῖς κερτομοῦσιν, ὡς Γοργόνι τινὶ, ἄβουλος οὖσα. *Barnes.*

Si ἀνὰ præpositio abesset, posset γοργόν᾽ ὡς defendi, foretque *horrendum tueri.* Sed scripsit Eurip. γοργὸν ὡς πόνον βλέπει, *respicit ad objectum laborem vultu confidenti, securo, alacri, intrepido, rectis oculis. Reisk.*

333. τοῖς πόνοισιν αὔξεται] Scil. πατρίς. Tacitus Annal. I. 31. *suis victoriis augeri rempublicam.* sic αὔξειν πατρίδα, v. 517. αὔξειν πόλιν, Soph. Antig. 197. μείζω πόλιν αὔξει, Noster Iph. Aul. 572. *Markl.*

334. σκοτεινὰ πράσσουσιν] Codices A. B. C. πράσσουσαι, quod eorum auctoritate admisi. Σκοτεινὰ πράττειν non est *obscura* facinora *facere*, quemadmodum vertunt; sed *obscure degere*, humili et *obscura sorte uti.* nam, ut observat Cl. Kusterus ad Aristoph. Plut. 341. "πράττειν apud Atticos (Græcos dixisse potuit) interdum significat *fortunam aliquam experiri*, vel, *sorte aliqua uti.* sic Aristoph. Ecclesiaz. v. 104. πράττει τὰ μέγιστα significat, *ad summum fortunæ pervenit:* non, ut ibi Interpres, *res maximas gerit.*" Vide ibi plura et certiora. πράσσει εὐδαίμονα ad fin Electræ Euripidis, *feliciter vivit.* Aristoteles Rhet. II. 8. οἱ μεγάλα πράττοντες καὶ εὐδαιμονοῦντες, φθονεροί εἰσι. ubi itidem male vertitur *magna agentes.* Noster Helen. 719. πράξας τ᾽ ἀγαθὰ, *in optima conditione.* vide Demosthenem De Coron. p. 54. ed. Oxon. in Decreto Chersonesitarum: Aristoph. Ὀρν. 801. ἐξ οὐδενὸς Μεγάλα πράττει· *ex nullius momenti homine Magnus evasit et fortunatus:* uti vertit Interpres Græcæ linguæ peritissimus. Plutarchus in Cat. Maj. p. 352. A. de Carthagine: εὑρὼν δὲ τὴν πόλιν—οὐ ταπεινὰ πράττουσαν, ἀλλὰ πολλῇ μὲν εὐανδροῦσαν ἡλικίᾳ, etc. et Lysandro, p. 436. B. πόλεις μοχθηρὰ πραττούσας, *civitates afflictas.* vide Agid. et Cleom. p. 796. D. et sæpissime ita scribit Plutarchus. Recte vero Kusterus posuit, *interdum.* non enim *semper* ita est. nam apud Xenophontem Ἀναβ. II. p. 91. D. μεγάλα πράττειν significat *gerere res magnas.* et ita sumi potest in loco Aristoph. Ecclesiaz. v. 104. supra citato. Hecub. 1232. πράσσειν τὰ μὴ καλὰ est *facere inhonesta* vel *mala*, ut πράσσειν κακὰ, Med. 1238. πράσσων πρᾶγμα μέγα, *rem magnam moliens*, Sophocl. Electr. 322. πρήγματα μεγάλα κατεργάζεσθαι, Herodot. V. 24. Andromach. 387. μεγάλα πράσσων *magna* facinora *faciens.* ἔπραξε δεινὰ, *mala patravit*, Eurip. Electr. 957. Nimius sum. sed Junioribus hæc dicta sint, quibus notandæ sunt hæ argutiæ et differentiæ, sine quarum intellectu Scriptores Græci intelligi non possunt. Initio versus Reiskius scribit Αἳ, *Quæ. Markl.*

πράσσουσαι] Ita uterque MS. et P. Vulgo πράσσουσιν. *Musg.*

Codd. πράσσουσαι, ideoque, puto, etiam αἱ sine accentu. Ald. αἵδ᾽ ἥσυχοι, σκοτεινὰ πράσσουσιν πόλεις. *Hermann.*

πράσσουσιν Stob. Grot. XLIII. p. 169. *Burn.*

338. ταρβῶ σὺν δίκῃ σ᾽ ὁρμώμενον,] Ταρβῶ σε ὁρμώμενον est *metuo te proficiscentem*, ut v. 553. Iphig. Aul. 517. 1012. Sensus autem videtur poscere, *metuo tibi jus-*

Κάδμου δ' ὁρῶσα λαὸν εὖ πεπραγότα,
Ἔτ' αὐτὸν ἄλλα βλήματ' ἐν κύβοις βαλεῖν
Πέποιθ'· ὁ γὰρ θεὸς πάντ' ἀναστρέφει πάλιν.
ΧΟ. Ὦ φιλτάτη μοι, τῷδέ τ' εἴρηκας καλῶς,
Κἀμοί· διπλοῦν δὲ χάρμα γίγνεται τόδε.
ΘΗ. Ἐμοὶ λόγοι μὲν, μῆτερ, οἱ λελεγμένοι,
Ὀρθῶς ἔχουσ' εἰς τόνδε, κἀπεφηνάμην
Γνώμην, ὑφ' οἵων ἐσφάλη βουλευμάτων.
Ὁρῶ δὲ κἀγὼ ταῦθ', ἅπερ με νουθετεῖς,
Ὡς τοῖς ἐμοῖσιν οὐχὶ πρόσφορον τρόποις

Et Cadmi populum videns *jam* fortunatum,
Alium alia ipsum adhuc jacturum
Confido: nam deus omnia solet retro vertere.
Cho. O charissima mihi, et isti recte dixisti hoc,
Et mihi, duplexque gaudium hoc est.
The. Mea quidem verba, mater, *a me* dicta,
Recte se habent adversus *istum*, et dixi
Sententiam, quibus peccarit consiliis.
Video autem et ipse hæc, quæ me mones,
Quod meis moribus non sit consentaneum,

ta de caussa proficiscenti. hoc foret, ταρβῶ σοι δίκῃ γ' ὁρμωμένῳ, vel tale quidpiam. δίκῃ absque σὺν, ut Soph. Philoct. 1263. et alibi. [Nescio an scribi possit ταρβῶ σὺν δίκῃ σοι 'ρμωμένῳ, ut μοι 'στὶν pro μοι ἐστίν. nam σ' pro σοι, et μ' pro μοι poni, nondum mihi liquet in Tragicorum Iambis.] *Markl.*

σὺν δίκῃ σ' ὁρμώμενον,] Nihil mutandum. Cognata phrasis est χαίρω δέ σ' ἐληλυθότα in Sisypho: et χαίρω δέ σ' εὐτυχοῦντα, Rhes. v. 391. vid. et Hippol. v. 1336. Gemella vero: ταρβεῖν τὸν εὖ πράσσοντα, μὴ σφάλῃ ποτὲ, Soph. Trachin. v. 301. *Musg.*

Accusativum Partic. ὁρμώμενον non pendere a ταρβῶ, sed ab ὁρῶσα, quod e sequ. versu huc sit retrahendum, ostendit Br. ad Arist. Equ. 783. quo loco docet, non raro ὁρῶν sic a Tragicis et Comicis omitti. *Beck.*

340. ἄλλα βλήματ' ἐν κύβοις βαλεῖν] In re militari notissima metaphora. Æschyl. Ἑπτ. ἐπ. Θήβ. 420. ἔργον δ' ἐν κύβοις Ἄρης κρινεῖ. Auctor Rhesi v. 183. Ψυχὴν προβάλλοντ' ἐν κύβοισι Δαίμονος· et v. 446. κυβεύων τὸν πρὸς Ἀργείους Ἄρην. Hinc ἀναρρίψαι τὴν μάχην, Plutarch. Cæs. p. 727. D. vide et Brut. p. 1002. D. et Arat. p. 1040. F. Notum istud Cæsaris, *jacta esto alea. Markl.*

Ἔτ' αὐτὸν ἀλλὰ βλήματ' ἐν κύβοις βάλειν Πέποιθ'·] H. Stephanum Thes. I. p. 666. confutavit Pet. Wesselingius ad Herodot. III. 35. *Por.*

341. πάντ'] Superscribitur in MS. G. ταῦτ'. *Musg.*

342. Ὦ φιλτάτη μοι, τῷδέ τ' εἴρηκας καλῶς, Κἀμοί· διπλοῦν, etc.] Nihil mutant exemplaria: mendum tamen subesse puto, quia Tragici non solent dicere ὦ φιλτάτη μοι, sed ὦ φιλτάτη solum; nisi aliam vocem addant, ut Ὦ φιλτάτη μοι σύγγον', Iphig. Taur. 795. vid. et Ion. 1437. Potuit forte esse:

Ὦ φιλτάτη, σοὶ, τῷδέ τ' εἴρηκας καλῶς·
Κἀμοὶ διπλοῦν δὲ χάρμα γίγνεται τόδε.

Εἴρηκας καλῶς σοι, ut εἴπω καλόν σοι, 303. Pro μοι forte quis malit τοι, vel παῖ, ut Ion. 1018. cum vulgata distinctione. Si TRES personas retineas, σοὶ, τῷδε, et κἀμοὶ, debuisset potius esse τριπλοῦν quam διπλοῦν χάρμα, [secundum vulgatam distinctionem.]

Versu antecedenti Cod. B. sic, πάντ' (superscr. ταυτ').

Φεύγειν τὰ δεινά. πολλὰ γὰρ δράσας καλὰ,
Ἔθος τόδ' εἰς Ἕλληνας ἐξελεξάμην,
Ἀεὶ κολαστὴς τῶν κακῶν καθεστάναι.
Οὔκουν ἀπαυδᾷν δυνατόν ἐστί μοι πόνους.
Τί γάρ μ' ἐροῦσιν οἵ γε δυσμενεῖς βροτῶν,
Ὅθ' ἡ τεκοῦσα, χὐπερορρωδοῦσ' ἐμοῦ,
Πρώτη κελεύεις τόνδ' ὑποστῆναι πόνον;
Δράσων τάδ' εἶμι, καὶ νεκροὺς ἐκλύσομαι,
Λόγοισι πείσων· εἰ δὲ μὴ, βίᾳ δορὸς
Ἤδη τόδ' ἔσται, κοὐχὶ σὺν φθόνῳ θεῶν.

Fugere pericula. Nam multis rebus honeste gestis,
Elegi hunc morem inter Græcos,
Ut semper essem punitor malorum:
Non igitur recusare possibile est mihi labores.
Quid enim de me dicent mortales infensi *mihi*,
Quando tu mater, et timens pro me,
Prima jubes me suscipere hunc laborem?
Vado ista facturus, et cadavera redimam,
Verbis persuasurus, sin minus, armorum vi,
Jam hoc erit, diis tantum non invidentibus.

Non male ταῦτ', *hæc*, vel *res hujusmodi*. *Markl.*

Assentior Marklando legenti σοὶ, servata tamen, quæ ab illo mutatur, vulgari interpunctione. διπλοῦν de tribus forte posset dici, quemadmodum ἀμφοτέρα, Phalar. Epist. 18. Vel quia potuit dicere, "Et vobis pulchre locuta es, et nobis" ideo proximam sententiam eadem forma enunciat, quasi revera ita dixisset. *Musg.*

345. κἀπεφηνάμην Γνώμην,] Vel, κἀπέφην' ἐμὴν Γνώμην, etc. quia ἀποφαίνομαι, voce media, nunquam, si recte observavi, utitur Euripides; ἀποφαίνω aliquoties, sed sæpius ἐκφαίνω. Nihil tamen muto in contextu: nam ἀποφαίνομαι ab aliis Atticis scriptoribus in voce media sæpe usurpatur, et ἀποφήνασθαι γνώμην, in Epistola Isocratis ad Philipp. p. 827. et Ionico Herodoto VII. 152. IX. 5. et sæpissime: qui et ἐκφήνας γνώμην habet V. 36. Vide Plutarch. in Timoleon. ad fin. Pro ἐσφάλη, Cod. A. et Aldina εσφαλην. *Markl.*

346. ἐσφάλη] Ita MS. G. et P. Ed. Ald. ἐσφάλην. *Musg.*

350. Ἔθος τόδ' εἰς Ἕλληνας ἐξελεξάμην,] Hoc verbum, si recte habeat (et exemplaria non discrepant) *prægnans* est, ut loquuntur, et significat, *ex* aliis *eligens induxi* hunc morem in Græcos. Sic ἐξηκόντισα, *ex* me ejaculata sum, Iph. Taur. 362. ἐξορμήσας ἐς τὴν Ἰβηρίαν, *ex* Africa *Iberiam profectus*, Lucian. Dial. Mort. p. 286. Alii forte proponent εἰσελεξάμην, vel εἰσεδεξάμην. [Cl. Reiskius dicit, εἰς Ἕλληνας construendum esse cum δράσας καλὰ, versu antecedenti: et Euripidem non formidare trajectiones quantumvis duras et contortas. Sed probandum erat exemplo, δρᾷν εἴς σε καλὰ æque Græce dici posse, ac δρᾷν σε καλά. aliter, nihil agitur, et frustra Euripides incusatur.] Si quid mutandum, præposuerim εἰσεδεξάμην, ut Herodot. I. 44. 206. Xenophon Ἑλλην. I. p. 430. C. Demosth. Adv. Bœot. p. m. 187. *Markl.*

ἐξεδειξάμην] Sic scripsi pro vulgato ἐξελεξάμην. *Hermann.*

352. ἀπαυδᾷν πόνους.] Quod est ἀπειπεῖν πόνους, Alcest. 503. *Markl.*

354. Ὅθ' ἡ τεκοῦσα σὺ, χ' ὑπερορρωδοῦσ' ἐμοῦ,] Pronomen furcillis ejicito. Vide Phœniss. 53. Alc. 168. Androm. 413. Erecth. apud Lycurg. p. 221. a Valcke-

Δόξαι δὲ χρήζω καὶ πόλει πάσῃ τάδε·
Δόξει δ', ἐμοῦ θέλοντος· ἀλλὰ τοῦ λόγου
Προδοὺς, ἔχοιμ' ἂν δῆμον εὐμενέστερον.
Καὶ γὰρ κατέστησ' αὐτὸν εἰς μοναρχίαν,
Ἐλευθερώσας τήνδ' ἰσόψηφον πόλιν.
Λαβὼν δ' Ἄδραστον δεῖγμα τῶν ἐμῶν λόγων,
Εἰς πλῆθος αὐτῶν εἶμι· καὶ πείσας τάδε,
Λεκτοὺς ἀθροίσας δεῦρ' Ἀθηναίων κόρους

Hæc autem et a tota civitate decerni cupio,
Decernet autem, me volente: nam deliberandi
Facultatem proponens, habebo populum magis æquum.
Ego enim constitui ipsum in principatu,
Liberam faciens hanc urbem, habentem æquale jus suffragii.
Assumpto autem Adrasto meorum verborum documento,
Ad multitudinem ipsorum ibo, et cum hæc ipsis persuasero,
Ubi lectos Atheniensium juvenes collegero, huc

nærio emendatum ad Phœn. 1022. quam correctionem pro sua venditavit Brunckius ad Aristoph. Ran. 1405. *Por.*

Melius decurret versus, si scripseris ἴθ' ἡ τοκὰς σὺ — τοκὰς, *mater*, ut, Hipp. 559. *Musg.*

357. Λόγοισι πείσων·] Et ita factum fuisse plerique tradunt, scil. *induciis*, non *prælio:* et Philochorus ap. Plutarch. Vit. Thes. p. 14. A. narrat, σπονδὰς de tollendis cæsis eas *primas* fuisse. Vid. ad v. 662. Sequitur: εἰ δὲ μὴ, βίᾳ δορὸς, scil. ἀναγκάσων: quod oppositum petendum est ex πείσων, ut Heb. II. 17. ἵνα ἐλεήμων γένηται [τὰ πρὸς τοὺς ἀνθρώπους], καὶ πιστὸς ἀρχιερεὺς τὰ πρὸς τὸν Θεόν. Plura dixi ad Iphig. Aulid. v. 23. Aliter Cl. Reiskius: "punctum post δορὸς delendum. Constructio est, εἰ δὲ μὴ (πείσω λόγοις), τότε ἤδη ἔσται τοῦτο (id est τότε πείσω) βίᾳ δορός." Dubitari potest, an aliquis serio dici posset *persuaderi* hastæ vi. Comicorum videtur ista licentia et πειθανάγκη. *Markl.*

358. κοὐχὶ σὺν φθόνῳ] Forte, Ἤδη τόδ' ἔσται, μὴ 'υχὶ (i. e. οὐχὶ) σὺν φθόνῳ Θεῶν· *Statim hoc fiet, modo absit invidia* (vel *ira*) *Deorum.* Vertitur, *et quidem propitiis Diis:* quod dici non potuit in *re incerta:* vid. v. 604. Pro μὴ οὐχὶ scriptum videtur μ' οὐχὶ, ut ostenderent vocalem η elidi debere, ut putabant, in pronunciatione: cujus moris scribendi exempla multa in promtu sunt. ex non intellecto μ' οὐχὶ factum videtur κ' οὐχί. Eadem res videtur exprimi Alcest. 1154. per φθόνος δὲ μὴ γένοιτό τις Θεῶν! in Aristophane, Τύχη μόνον προσείη, Avib. 1315. Θεῶν ἵλεων ὄντων, Aristides Panath. p. 182. ed. Jebb. Eodem sensu καλοῦμεν δὲ Ἀδράστειαν, Idem Προσφων. Σμυρν. p. 272. προσκυνῶ δὲ τὴν Νέμεσιν, Alciphron lib. I. epist. 33. ubi vide Berglerum. σὺν δ' Ἀδραστείᾳ λέγω, Auctor Rhesi 468. Vera elisio est μὴ 'υχὶ, ut alibi dicam, duarum syllabarum, μὴυ' χί. *Markl.*

κ' οὐχὶ σὺν φθόνῳ] Marklandus μὴ 'χὶ (i. e. οὐχὶ). Malim:

ἤδη τόδ' ἔσται γ', οὐχὶ σὺν φθόνῳ θεῶν.

Musg.

Punctum post δορὸς delendum. Constructio est: εἰ δὲ μὴ (πείσω λόγοις) τότε ἤδη ἔσται τοῦτο (i. e. πείσω) βίᾳ δορός. *Beck.*

Pro ἤδη malim ἦ δὴ, *profecto.* *Beck.*

Marklandi emendationem μὴ οὐχὶ pro vulgato κοὐχὶ exhibui. *Hermann.*

360. s. τοῦ λόγου Προδούς,] Scaliger, Canterus, Duportus, Προσδούς. Vulgatam recte non mutant Barnesius, et Reiskius. Vide Boyleum Dissert. in Epistt. Phalaridis, p. 62. qui probat ex Xenophonte, Demosthene, et Aristotelis (et ita Beza ad Rom. xi. 35.) Œconomic. II. προδιδόναι pro *ante dare* esse bene Græcum. Intellige τὶ ante τοῦ λόγου. Quid hic

Ἥξω· παρ' ὅπλοις θ' ἥμενος, πέμψω λόγους
Κρέοντι, νεκρῶν σώματ' ἐξαιτούμενος.
Ἀλλ', ὦ γεραιαὶ, σέμν' ἀφαιρεῖτε στέφη
Μητρὸς, πρὸς οἴκους ὥς νιν Αἰγέως ἄγω,
Φίλην προσάψας χεῖρα. τοῖς τεκοῦσι γὰρ,
Δύστηνος, ὅστις μὴ 'ντιδουλεύει, τέκνων·
Κάλλιστον ἔρανον δοὺς γὰρ, ἀντιλάζυται
Παίδων παρ' αὐτοῦ τοιάδ', ἃν τοκεῦσι δῷ.

Veniam: et sedens ad arma, mittam nuncios
Creonti, repetens corpora mortuorum.
Sed, O anus, auferte sacras coronas
A matre: ut eam ducam ad domum Ægei,
Attingens charam manum. Nam parentibus
Filius qui vicissim non servit, infelix est:
Pulcherrimo enim dono dato, vicissim accipit
A suis liberis talia, quæ dederit parentibus.

appellatur προδιδόναι τοῦ λόγου, Xenophon vocat διδόναι λόγον, Hist. Græc. lib. V. p. 555. E. Sequitur: ἔχοιμ' ἂν δῆμον εὐμενέστερον. expressum forte ex Æschyli Supplic. 497. (in re simili:) Ὑμῖν δ' ἂν εἴη δῆμος εὐμενέστερος. *Markl.*

361. Προδοὺς,] Male Scaliger et Canterus προσδούς. *Musg.*

Duportus προσδοὺς sua manu scripsit, sed vetus lectio προδοὺς omnino præferenda est, licet *Canterus* illi præibat quem simul secutus Scaliger. *Barnes.*

προδοὺς λόγους est, postquam prius retulero ad populum, antequam facere instituam, ejusque sententiam prius rogavero. *Reisk.*

364. Λαβὼν δ' Ἄδραστον δεῖγμα τῶν ἐμῶν λόγων.] Nempe, in demonstrationem veritatis eorum quæ populo dicturus sum, de inhumanitate Thebanorum, et de necessitate succurrendi miseris supplicibus. *Markl.*

365. Εἰς πλῆθος αὐτῶν εἶμι.] Αὐτῶν, scil. πολιτῶν, Ἀθηναίων. vide doctiss. Hemsterhusium ad Lucian. Nigrin. p. 37. et Homer. Odyss. IX. 40. Æschylus dixit ἀστῶν in argumento simili, Supplic. v. 373.

Ἐγὼ δ' ἂν οὐ κραίνοιμ' ὑπόσχεσιν πάρος,
Ἀστῶν δὲ πᾶσι τοῖσδε (τῇσδε Canter.) κοινώσας πέρι.

et Eumenid. 490.

Κρίνασα δ' ἀστῶν τῶν ἐμῶν τὰ βέλτατα
Ἥξω.

Noster Heraclid. 336.

Κἀγὼ μὲν ἀστῶν σύλλογον ποιήσομαι.

Sed non idcirco legerem ἀστῶν hoc loco nisi ita MSS. neque Orest. 897.

Πιθανὸς ἔτ' αὐτοὺς περιβαλεῖν κακῷ τινι.

ubi bene scribi posset ἀστοὺς: vide locum. et Spanhem. ad Aristoph. Nub. 219. Pro πέμψω λόγους (v. 367.) Cod. A. λέξω λογους. *Markl.*

367. παρ' ὅπλοις θ' ἥμενος,] Tangit hunc locum, et morem explicat ex v. 674. 684. et aliis auctoribus, Summus Wesselingius, Dissert. Herodot. cap. ix. p. 126. *Markl.*

369. Ἀλλ', ὦ γεραιαὶ, σέμν' ἀφαιρεῖτε στέφη Μητρός,] Hinc apparet quare supra v. 39. Æthra dixerit, Ἡ τάσδ' ἀνάγκας ἱκεσίους λύσῃ, *Aut ut* Theseus *has necessitates supplicatorias solvat* vel *finiat*: et v. 33. Μένω πρὸς ἁγναῖς ἐσχάραις. Illa enim religionis necessitate tenebatur ne posset ab ara discedere antequam Supplices eam liberassent, auferendo τὰς ἱκετηρίας, quod fieri solebat concesso isto quod petebatur: Sophocles Œdip. Tyran. 142, 143. Quamobrem Theseus eas orat, ut ramos supplices auferant, ut ita ipse matrem domum reducat. Si Theseus negasset quod petebatur, necesse videtur

ΧΟ. Ἱππόβοτον Ἄργος, ὦ πάτριον ἐμὸν πέδον, στρ. α'.
Ἐκλύετε τάδε γ', ἐκλύετ' ἄνακτος,
Ὅσια περὶ θεοὺς, καὶ μεγάλα
Πελασγία, καὶ κατ' Ἄργος.

Cho. Argos equis alendis aptum, O meum patrium solum,
Audivistis hæc, audivistis regis
Sancta erga deos, et magni æstimanda
In regione Pelasgorum, et circa Argos.

ut Sacrificio averteret iram Διὸς Ἱκεσίου, vel Θεῶν Ἱκεσίων (supra v. 40.) et Supplicantes abiissent, relictis post se ramis supplicibus, v. 269. in testimonium contra Thesea, v. 271. Στέφη male explicat Brodæus, "quibus supplicum more coronata erat" scil. Æthra. [neque enim Supplices, neque Æthra, coronatæ erant.] (Supplices enim non coronatæ erant. Æthra coronabatur utpote sacrum factura.) *Markl.*

373. Κάλλιστον ἔρανον Thucyd. II. 43. Dionysius Hal. Art. Rhet. II. p. 236. *Por.*

374. αὐτοῦ τοιάδ', ἂν τοκεῦσι δῶ.] Pro αὐτοῦ scribo αὑτοῦ. Deinde, Aldina, Scaliger, Canterus, Portus, et Heathius, legunt ἃ ἂν, i. e. ἃ ἂν, Barnesio ἂν tuente: cujus rationem vide. Ego hic sequor Aldinam, quia his similia alibi invenio: ut v. 746. ἃ ἂν σὺ τυγχάνῃς, etc. sic edidit Barnesius, cum in Editt. esset ἂν σὺ, et monere omisit ἃ ἂν fuisse conjecturam Canteri, quem vide ad hunc locum. Sic ἂν λέγῃς nunc legitur pro ἃ ἂν λέγῃς, in Sophoclis Philoct. 579. Παρ' ἡμῶν ἂν λάβῃ, pro ἃ ἂν, Aristoph. Lysistrat. 1056. Ἂν μὴ θέλωσιν pro Ἃ ἂν. Sophocl. Œd. Tyr. 289. κἂν δέῃ, pro χ' ἃ ἂν δέῃ, i. e. καὶ ἃ ἂν δέῃ, Aristoph. Thesmophor. 96.

Sententiam eandem habet Dicæogenes apud Stobæum Tit. LXXVII. Vide et duos Iambos Antiphanis Tit. LXXXI. p. 474. Ceterum sumta videtur hæc γνώμη ex dicto Thaletis quod memorat Laërtius in ejus Vita, c. 37. Οὓς ἂν ἐράνους εἰσενέγκῃς τοῖς γονεῦσι, τοὺς αὐτοὺς προσδέχου καὶ παρὰ τῶν τέκνων. Præclare Aristotles in Œconom. I. 3. ἃ γὰρ ἂν δυνάμενοι εἰς ἀδυνάτους ποιήσωσι, πάλιν κομίζονται παρὰ δυναμένων ἀδυνατοῦντες ἐν τῷ γήρᾳ. *Markl.*

Marklandus emendat Ἃ ἂν μὴ θέλωσιν pro ἂν μὴ θέλωσιν in Sophocl. Œd. Tyr. 289. Ita dudum Heathius apud Burtonum. Ἃ ἂν quoque H. Stephan. Alexis apud Athen. I. p. 23. D. Οὔτε γὰρ ὕπνος δήπουθεν οὐδέν' ἂν λάβοι. Οὐδ', ἃ ἂν λέγῃ τις, οὐδαμῶς μάθοιμεν ἄν. vulgo, οὐδὲν ἂν λάβοι. Οὐδ' ἂν—in loco Sophoclis Ἃ ἂν μὴ θέλωσιν edidit Brunckius. Alexis apud Athen. III. p. 107. E. ἃ ἂν θέλῃ τις μανθάνειν. Vulgo, ἂν θέλῃ. *Por.*

Ἂν] Alii, inter quos Æmil. Portus, legunt ἃ ἂν, sed in hoc loco nulla videtur ejus lectionis necessitas, cum bona tantum referri notantur, ἃ ἂν vero sive bona, sive mala, continet: Et tamen Aldi editio sic habet; et sic Scaliger emendat. *Barnes.*

Vers. hunc et præc. spurios censet B. Bibl. Ph. I. p. 90. Sententia finitur, v. 372. et γὰρ nimis est trajectum. *Beck.*

Leg. ἃ ἂν (ἃ ἂν): nam *bona* tantum hic intelligi possunt, non *bona* et *mala*. *Heath.*

375. Ἱππόβοτον Ἄργος, ὦ πάτριον ἐμὸν πέδον,
ἐκλύετε τάδε, ἐκλύετ' ἄνακτος
ὅσια περὶ θεοὺς καὶ ΜΕΓΑΛΑ
ΠΕΛΑΣΓΙΑ ΚΑΙ ΚΑΤ' Ἄργος.

Difficilis locus, de cujus sinceritate primus Reiskius dubitationem injecit. Alii aliter eum constituunt; mihi in mentem venit

— καὶ ΜΕΓ' ἈΝΑ.
ΠΕΛΑΣΓΙΟΝ ΑΙΝΕΤ' Ἄργος.

junge: μέγ' αἰνετά. *et magnifice per Pelasgium Argos prædicanda.* *Jacobs.*

376. Ἐκλύετε] Non ab ἐκλύω, sed a κλύω; et licet Scaliger legat, κλύετε τάδε γε κλύετε, nos veterem lectionem confirmamus: sic enim hic versus secundo primæ antistrophæ respondebit, non alias. *Barnes.*

377. καὶ μεγάλα Πελασγία, καὶ κατ' Ἄργος.] Quid sit καὶ κατ' Ἄργος, nescio. scio tamen non posse significare, *et circa Argos sita regio*, quemadmodum vertitur: nam hoc foret χ' ἃ κατ' Ἄργος, sc. χώρα.

Εἰ γὰρ ἐπὶ τέρμα, καὶ τὸ πλέον, ἐμῶν κακῶν ἀντ. α΄.
Ἱκόμενος, ἔτι ματέρος ἄγαλμα
Φόνιον ἐξέλοι, γᾶν δὲ φίλαν
Τὰν Ἰνάχου θεῖτ᾽ ὀνήσας.

Utinam vero ad metam meorum malorum, et ultra
Veniens, matris decus
Cruentum tollat, et terram amicam
Inachi faciat juvans.

Bene legi potest, *καὶ μεγάλα Πελασγία γᾶ κατ᾽ Ἄργος, et magna Pelasgia terra juxta Argos:* i. e. ea pars Peloponnesi quæ vicina erat Argis, et cui Adrastus imperabat. Nam Peloponnesum olim Πελασγίαν dictam fuisse tradit Ephorus apud Strabonem, lib. V. p. 338. C. Πελασγία γᾶ, ut Μολοσσίαν γῆν, Androm. 1237. Μεγάλα Πελασγία γᾶ est ἁ μεγάλα Δωρὶς νᾶσος, Sophocli Œdip. Colon. 728. Ἑλλὰς ἡ μεγίστη, Nostro Iphig. Aulid. 1378. ut ibi probabiliter legendum esse notabo, pro ἡ. De κατὰ, *juxta*, vide Bezam ad Act. Apostol. xxvii. 5. [Reiskius legit, "καὶ μέγαρα Πελάσγια, καὶ τὰ κατ᾽ Ἄργος." Sed metrum adversatur. nam, ut ait Dionysius Halicarnass. περὶ Συνθέσ. sect. 19. p. 152. ed. Upton. τὸ μὲν τῶν στροφῶν τι καὶ ἀντιστρόφων οὐχ οἷόν τε ἀλλάξαι μέλος· ἀλλ᾽—ἐν πάσαις δεῖ ταῖς στροφαῖς τε καὶ ἀντιστρόφοις τὰς αὐτὰς ἀγωγὰς φυλάττειν. Si vero inseratur τὰ, hæc regula perdetur, ut et legendo μέγαρα pro μεγάλα.

Sequentem Antistrophen obscurissimam reddidit versio. Duas res ibi optat Chorus, nempe, *Ut* Theseus *referat a Thebis filios earum occisos;* et, *Ut fœdus amicitiæ ineat cum Argivis.* Ματέρος ἄγαλμα φόνιον ἐξέλοι vertunt, *matris statuam funestam tollat.* quod quis potest intelligere? Ad verbum est, *matris oblectamentum cruentum efferat*, id est, *meos filios occisos efferat*, scil. ex terra Thebana. nam ματέρος (Chorus Argivarum matronarum loquitur) est ἐμοῦ ματέρος, mei, *quæ sum* eorum *mater*, ut mox v. 387. Ἄμυνε ματρὶ, πόλις, *succurre matri*, (i. e. *mihi*) *O civitas*, Athenæ. et ἄγαλμα, *oblectamentum*, frequenter dicitur *de liberis*. Sic (infra 1174. ἄγαλμα ματρὸς, de *filia*, et) Iphig. Taur. 273. Νηρέως ἀγάλματα, de Nerei quinquaginta *filiabus:* et δόμων ἄγαλμα *filiam* suam Iphigeniam appellat Agamemnon apud Æschylum Agam. 216. et Καδμείας νύμφας ἄγαλμα, καὶ Διὸς γόνος, Bacchus, apud Sophoclem Antig. 1127. Vide locum in Schol. Aristophan. Σφηκ. v. 312. et viros summæ eruditionis, Dorvillium τὸν μακαρίτην, ad Chariton. p. 12. et Ruhnkenium ad Timæi Lexicon Platonicum, p. 5, 4. Porro, ἐξέλοι, *efferat*, ut infra 581. γῆς ἐξελὼν Ἀσωπίας, sc. νεκρούς. Herodotus I. 36. ὡς ἄν μιν ἐξέλωμεν ἐκ τῆς χώρας· *ut eam* (belluam) *e regione tollamus.* [Pro ἔτι ματέρος ἄγαλμα, Reiskius conjicit, στιβαραῖς χερσὶν ἄγαλμα. mecum interpretatur (ut et Heathius) φόνιον ἄγαλμα, *cruentum meum oblectamentum*, id est, *filios occisos*. nam conjecturam ejus metrum Strophes non patitur: cujus rei summam ego semper rationem habendam opinor.] Pro Ἰνάχου, mox, scribo Τὰν Ἰνάχου. vox Τὰν periit, opinor, in præcedentibus γᾶν φίλαν. Τὴν Ἰνάχου; Heathius. *Markl.*

378. Πελασγία,] Legendum Πελασγίᾳ: *Pia erga Deos et magni æstimanda in Pelasgia et ad Argos. Musg.*

Beck. B. Ph. I. p. 91. corrigit:

— καὶ μεγάλα
Γᾶ τῶν Πελασγῶν κατ᾽ Ἄργος.

et magna Argolis circa, vel *juxta Argos sita*. Ordo verborum erit: Ἱππόβοτον Ἄργος, πατρ. ἐμὸν πέδον καὶ μεγάλα γᾶ τῶν Πελασγ. κατ᾽ Ἄργος ἐκλύετε τάδε, scil. λέγοντος. Legerat quis Orest. 950. Argolidem dici Πελασγίαν, id ille vocabulum hic adscripsit interpretationis causa, hinc in texta venit. Argiva regia Πελασγία dicta a Pelasgo, antiquo Argivorum rege. v. Spanh. ad Call. in Pall. T. II. p. 607. ss. Duplex fuit Argos Pelasgicum, vetus Peloponnesi, quod tenebant Pelasgi et Achæi, alterum in Thessalia, quo migrarunt Pelasgi. v. Reinold. Hist. Gr. Litt. p. 18. — Paullo ante nunc non necesse puto ut scribatur Ὅσια πρὸς θεοὺς, quia possunt pedes pedibus non accurate

Καλὸν δ' ἄγαλμα πόλεσιν εὐσεβὴς πόνος, στρ. β'.
Χάριν τ' ἔχει τὰν ἐσαεί.
Τί μοι πόλις κρανεῖ ποτ'; ἆρα φίλιά μοι
Τεμεῖ, καὶ τέκνοισιν ταφὰς ληψόμεθα;

Præclarum monimentum est urbibus pius labor,
Et perpetuam gratiam habet
Cultor civitatis. An vero decernet amica Fatum
Mihi, et liberis nostris sepulturam obtinebimus?

respondere, modo metra metris respondeant; duæ vero breves syllabæ pares sunt longæ. *Beck.*

Legebatur καὶ μεγάλα Πελασγία. Emendavit Musgravius. Pertinet ad hunc dativum et ad sequentia vocabulum ὅσια. *Hermann.*

380. ματέρος ἀγάλματα, *matris deliciæ*, solenni Poëtarum usu dicuntur liberi. vid. infra v. 1174. et citante Marklando, Iphig. in Taur. v. 273. Æschyl. Agamem. v. 216. Soph. Antigon. v. 1127. Sequitur φόνιον ματέρος ἄγαλμα esse *mortui filii cadaver sanguinolentum. Musg.*

Forsitan, ἱκόμενος στιβαραῖς χερσὶν ἄγαλμα. *utinam suscipiens id, quod curarum atque votorum meorum terminus est atque complementum, validis manibus eriperet* (hosti) cruentum meum oblectamentum, i. e. filios cæsos. Reisk. Repugnat metrum. *Beck.*

Interpunctionem, quæ post ἱκόμενος erat, post ἔτι collocavi, ut καὶ τὸ πλέον ἔτι jungantur: quæ verba eo spectant, quod chorus etiam fœdere jungi Argivos et Athenienses optat. *Hermann.*

381. Usus est Jos. Scaliger in Catull. p. 79. ed. 1582. simul excitans v. 377. *Por.*

382. Ἰνάχου.] Marklandus propter metrum τὰν Ἰνάχου. *Musg.*

Jam Heath. sic emendaverat. Versus enim est periodicus. *Beck.*

384. τὰν εἰσαεί.] Scribendum τὰν ἐσαιεί. cui in Antistrophe respondet, μὴ μιαίνειν. Barnesii editio, τὰν ἐσσαιεί. *Markl.*

τὰν ἐσαιεί.] Ita recte Marklandus, metro jubente. Vulgo τὰν εἰσαεί.

Sententiam turbat vox Τιμόπτολις, nusquam alibi, quod sciam, occurrens. Ergo neque hic locum habere arbitror, sed legendum:

——— τὰν ἐσαιεί.
Τί μοι πτόλις κρανεῖ ποτ'; ἆρα φίλιά μοι
Νεμεῖ, καὶ τέκνοισιν ταφὰς ληψόμεθα;

Quid tandem Urbs mihi decernet? an mihi gratificabitur, et sepulturam filiis consequemur? φίλια νέμειν, Julian. Imp. p. 291. δίκαια νέμειν, idem p. 408. A. Ed. Spanh. *Musg.*

384. s. Χάριν τ' ἔχει τὰν ἐσαιεί. Τί μοι πόλις κρανεῖ πότ'; ἆρα φίλιά μοι] Sic emendavi vulgatam τὰν εἰσαεὶ τιμόπτολις. κρανεῖ ποτ' ἆρα φίλιά μοι τεμοῖ. Marklandus signo interrogandi post ἆρα distinxit. Τεμεῖ codices præbuerunt: ἐσαιεὶ Marklandus. *Hermann.*

386. Τιμόπτολις.] Scil. πόνος, *honorem adferens* civitati, Grotius. sic Σωσίπολις λεὼς, *salutem adferens civitati populus*, Aristoph. Acharn. 162. ubi pro ἂν ὁ metrum postulat ἂν γ' ὁ.

κρανεῖ ποτ' ἆρα; φίλιά μοι Τεμοῖ, καὶ τέκνοισι ταφὰς ληψόμεθα;] Pro Τεμοῖ Codd. A. C. τεμει. post quam lectionem, nullus mihi de sensu hujus loci restat scrupulus, legenti et distinguenti:

κρανεῖ ποτ' ἆρα; φίλιά μοι
Τεμεῖ, καὶ τέκνοισι ταφὰς ληψόμεθα;

Duas res in præcedenti Antistrophe, ut prius notaveram, Chorus optaverat, nempe, ut Theseus repeteret filiorum cadavera ex terra Thebana; et, ut fœdus cum Argivis faceret. Hæc tam magni momenti et præter spem videbantur Choro, ut de iis dubitans, et vix credens, quærat, *Perficietne hæc unquam* Theseus? *fœdus mecum Faciet, et filiis meis sepulturam obtinebo?* κρανεῖ ποτ' ἆρα, ut ἆρ' εἰς τοσόνδ' ἀφίξομαι; Cyclop. 619. *unquamne ad tantam felicitatem perveniam?* vel, Ἄρά γε τοῦτ' ἆρ' ἐγὼ Πότ' ὄψομαι; Aristoph. Νεφ. 465. Τέμνειν φίλια, *secare amica*, est, *secando* partes victimarum *facere amicitiam* seu fœdus. ἀρθμὸν καὶ φιλίαν τέμνειν, Callimacho Fragm. Bentl. 199. sic ὅρκια τέμνειν, et σπονδὰς τέμνειν, quæ ex Homero et Euripide adduxit Barnesius, quem hic vide. τέμνειν ὅρκιον, Herodotus VII. 132.

Ἄμυνε ματρὶ, πόλις, ἄμυνε, Παλλάδος, ἀντ. β'.
Νόμους βροτῶν μὴ μιαίνειν.
Σύ τοι σέβεις δίκαν· τὸ δ' ἧσσον ἀδικίᾳ
Νέμουσ', ἀεὶ τὸν δυστυχῆ πάντα ῥύῃ.

Succurre mortuis, civitas, succurre, Palladis,
Ne pollue leges hominum.
Tu colis justitiam, et minus injustitiæ
Tribuens semper, injuste afflictum quemlibet liberas.

et passim. et *ταμόντες*, absolute, absque *ὅρκια*, Idem IV. 201. *Φίλια τέμνειν* adumbratum opinor ex Homero Iliad. Γ. 73. *φιλότητα καὶ ὅρκια πιστὰ ταμόντες.* ubi Scholiastes: *φιλίαν καὶ ὅρκους πιστοὺς δι' ἐντόμων ποιήσαντες.* [De Brodæi *Τεμένῃ* pro *Τεμοῖ* non jam opus est ut dicam. Video nunc Aldinam ponere notam interrogationis post *ληψόμεθα.* Aliter de his Cl. Reiskius, *φιλίας μοί τ' ἐμοῖς τε τέκνοισι ταφὰς* — *amicas et mihi, et filiis meis, exsequias nanciscemur.*] *Markl.*

Hos versus, una literula mutata, sic refingo:

κρανεῖ ποτ' ἆρα φίλια Μοῖρ'
Ἐμοὶ, καὶ τέκνοισιν ταφὰς ληψόμεθα;

Musg.

Τεμοῖ] Æmil. Portus *τε μοι* legit, et de ea lectione satis frigide et inconstanter disserit. Nihil ego muto, sic autem interpungo — *κρανεῖ ποτ' ἆρα· φίλιά μοι τεμοῖ,* quod expono, fœdus mecum inibit. *φίλια* vero *τέμνειν* idem sonat, quod alibi apud hunc nostrum auctorem in Helena, v. 1235. *σπονδὰς τέμνειν.* Homerum autem hæc phrasis imitatur, Iliad. Β'. v. 124. *Ὅρκια πιστὰ ταμόντες.* In quem locum vide Eustathium. *τέμνειν ὅρκια, ἤγουν δι' ἐντομῆς θυμάτων συνθήκας ποιεῖσθαι κατά τι ἔθος ἀρχαῖον.* *Τεμοῖ* autem est Optativi modi, Futuri secundi temporis. Brodæus quod legit *τεμένῃ*, nihil illi repugnarem; nisi mensura Carminis aliud suaderet, ut conferenti patebit. *Barnes.*

Reisk. scribit: *φιλίας μοί τ' ἐμοῖς τε τέκνοισιν ταφὰς*, *perficiet profecto*, quæ cupio. *amicas et mihi et filiis meis exsequias nanciscemur.* *Beck.*

ληψόμεσθα] Legebatur *ληψόμεθα.*
Hermann.

387. *ματρὶ* interpretantur omnes de matribus Argivis. Nec sane inauditum est ad multitudinem significandam singularem numerum adhiberi. Ovid. de Tristibus, Lib. V. Eleg. II. v. 26.

Quot tenerum pennis aëra pulsat Avis.

Sic plerique explicant *πεύκην*, Hippol. v. 1249. Malim nihilominus *ἄμυνε δματαῖς*, *succurre mortuis.* Sic *τὸν νεόδμητον νεκρὸν* habetur Rhes. v. 890. *Musg.*

Ἄμυνε ματρὶ] Vel hic intelligi potest Æthra, mater Thesei, quæ bellum contra Thebas suadebat; vel per synecdochen numeri omnes illæ Argivæ matres, quarum filii insepulti jacebant. *Barnes.*

Distinguendum post *ματρὶ*, non post *πόλις*, *succurre matri* (i. e. ei, quæ maternos affectus experta est), *succurre, civitas Palladis.* Fallitur Scaliger ad Catull. 68, 34. cum vocem *ματρὶ* ita accipit, quasi Argos Athenarum diceretur metropolis. Athenienses se autochthonas esse jactabant. *Heath.*

388. *Νόμους βροτῶν μὴ μιαίνειν.*] Id est, *ὥστε μὴ μιαίνειν*, *ut Thebani ne polluant jura hominum.* Unde Aristides Panath. p. 117. dicit hanc Thesei expeditionem susceptam fuisse *ὑπὲρ τῆς φύσεως ἁπάσης τῆς ἀνθρωπείας.* et mox, *ὑπὲρ τοῦ κοινοῦ νόμου.* Apud Statium Theb. XII. 642. Theseus milites suos, ad hanc expeditionem profecturos, ita alloquitur:

Terrarum leges, et mundi fœdera mecum
Defensura manus, dignas insumite mentes
Cœptibus.

Versu antecedenti, pro *ματρὶ* Reiskius conjicit *μακαρία.* quæ vox non stabit in hoc Iambo. *Markl.*

μὴ μιαίνειν, *ne viola.* Infinitivus est pro imperativo, cujus Enallages exempla passim apud Hesiodum occurrunt. *Musg.*

390. *Νέμεις αἰεὶ, τὸν,* &c.] Lego et distinguo:

Σύ τοι σέβεις δίκαν· τὸ δ' ἧσσον ἀδικίᾳ
Νέμουσ' αἰεὶ τὸν δυστυχῆ πάντα ῥύῃ.

Quando quis propendet ad aliquid, vel

ARGUMENTUM ACTUS SECUNDI.

Theseus, nuncium Thebas ad amice petenda cæsorum cadavera missurus, prævenitur a Rege Creonte et Thebanis, qui, per præconem, Theseum vetant in Atticam admittere Adrastum, aut, si jam admiserit, expellere jubent. Hujus denunciationis insolentiam ægre fert Theseus. Disputatur ab eo et præcone de Regimine Monarchico et Populari: pulcherrimeque et humanissime a Theseo agitur de Mortuis sepeliendis. Præco minatur Theseo; qui, minis ejus contemtis, ad repetenda cadavera exercitum contra Thebanos ducit. Chorus timet, dubitat, precatur.

ΘΗ. Τέχνην μὲν ἀεὶ τήνδ' ἔχων, ὑπηρετεῖς
Πόλει τε κἀμοὶ, διαφέρων κηρύγματα.
Ἐλθὼν δ' ὑπέρ τ' Ἀσωπὸν, Ἰσμηνοῦ θ' ὕδωρ,

The. Habens semper hanc artem, servis
Urbi, et mihi variis in locis nuncians edicta.
Profectus igitur trans Asopum et Ismeni aquam,

contra, eleganter dicitur πλέον vel ἧσσον νέμειν seu διδόναι isti rei. Sic τὸ πλεῖστον διδοὺς τῷ πλούτῳ, v. 417. intellige μέρος, quod exprimitur, v. 251. νέμοντες τῷ φθόνῳ πλεῖον μέρος· ubi mire Brodæus, vir tantus, explicat, *divitum bona invicem partientes;* pro, *tribuentes plus* (i. e. plus æquo) *invidiæ.* vide Helen. 917. s. Hec. 856. Γνώσομαι εἴ τι νέμεις ἀγαθοῖς πλέον, in Epigrammate Theocriti. πλεῖστον διδόντες μέρος τῷ, &c. Philo περὶ ἀρετ. p. 556. Auctor Orat. in Phœnipp. inter Demosthenicas, p. m. 218. Heathius dicit ἧσσον νέμειν significare *deprimere, inhibere, pœnam infligere.*

Codd. A. B. legunt ἀεὶ pro αἰεί. ceperunt forte Librarii hunc versum quoque pro Iambo. Vide Strophen. Canterus, ut jam video, conjecerat Νέμουσ' αἰεὶ, tacente Barnesio de hac conjectura. *Markl.*

νέμεις] Recte Canterus νέμουσ'. τὸ ἧσσον νέμειν est *minoris facere,* ut τὸ πλέον νέμειν *pluris.* vid. Hec. v. 856. Helen. v. 917. s. Theocrit. Epigram. 15. indicata a Marklando omnia. *Musg.*

391. Τέχνην μὲν αἰεὶ, &c.] Præconem alloquitur Theseus. *Phegea* hunc appellat Statius Theb. XII. 596. Voces μὲν αἰεὶ sensui parum prosunt. *Markl.*

Vel frigidum est, vel mutilum hujus ῥήσεως exordium. Mihi non ineptum videbatur:

Τέχνην μὲν ἀδεῆ τήνδε, Κοιν', ὑπηρετεῖς.

Artem quidem hanc periculi expertem, O minister publice, exerces serviens. Κοινὸν quemvis *ministrum publicum* significare, etsi certo exemplo non comperi, suspicari tamen licet ex Aristoph. Vesp. 912. Helladii Chrestomath. apud Photium, p. 874. *Musg.*

Ὑπηρετεῖς] Theseus alloquitur præconem suum. *Barnes.*

Voces μὲν αἰεὶ displicent Marklando. Non inepte Musgravius suspicatus est, mutilum hoc exordium esse. Ita pro μὲν conjicias γὰρ scriptum fuisse. *Hermann.*

393. ἐλθὼν δ' ὑπέρ τ' Ἀσωπὸν, &c.] Vertunt *trans Asopum, et Ismeni aquam.* Ab Eleusine petentibus arcem Cadmeam, πύργον διδύμων ποταμῶν, Phœniss. 838. s. regiam Creontis, nescio quidem an necesse esset, forte erat, ut transirent Asopum et Ismenum fluvios: vide Strabon. lib. IX. p. 627. A. De locutione, Josephum Bell. Jud. I. 16: 3. II. 3: 1. Æque satisfaceret, si in MSS. esset, Ἐλθὼν δὲ παρά τ' Ἀσωπὸν, vel, δ' ἐπὶ τὸν Ἀσωπὸν, ut v. 900. ἐλθὼν δ' ἐπ' Ἰνάχου ῥοάς. Sed non ideo mutandus est contextus sine illis: præsertim in præpositionibus. *Markl.*

Recte ὑπέρ τ' Ἀσωπὸν, Ἰσμηνοῦ θ' ὕδωρ. Uterque enim fluvius ad Austrum erat Thebas incolentibus. Statius de Argivo exercitu Thebas proficiscente:

> Jam ripas, Asope, tuas, Bœotaque ventum
> Flumina.

Pausan. p. 285. l. 12. Ed. Sylb. ἀποκρίνει δὲ καὶ νῦν ἔτι ἀπὸ τῆς Θηβαίων τὴν Πλαταιΐδα ὁ Ἀσωπός. Et hic quidem ab

Σεμνῷ τυράννῳ φράζε Καδμείων τάδε·
Θησεύς σ' ἀπαιτεῖ πρὸς χάριν θάψαι νεκρούς,
Ξυγγείτον' οἰκῶν γαῖαν ἀξιῶν τυχεῖν,
Φίλον τε θέσθαι πάντ' Ἐρεχθειδῶν λεών.
Κἂν μὲν θέλωσιν αἰνέσαι, παλίσσυτος
Στεῖχ'· ἢν δ' ἀπιστῶσ', οἵδε δεύτεροι λόγοι,
Κῶμον δέχεσθαι τὸν ἐμὸν ἀσπιδηφόρον.

Superbo Cadmeorum tyranno hæc dic:
Theseus a te amice petit ut sepelias cadavera,
Habitans vicinam terram, dignam hoc consequi,
Et facere amicum totum populum Atheniensem.
Et siquidem *postulatis* annuant, retrogradus
Veni: si vero parere nolint, hæc *erunt* secunda verba,
Commessationem meam scutiferam ut expectent.

urbe plusquam decem stadia aberat. Pausan. p. 281. l. 10. Διαβεβηκότι δὲ ἤδη τὸν Ἀσωπὸν, καὶ τῆς πόλεως δέκα μάλιστα ἀφεστηκότι σταδίους. Ismeni autem cursus juxta Portas Electras (de quibus vide ad v. 655.) erat. Pausan. p. 989. l. 24. *Musg.*

394. Voces Σεμνῷ τυράννῳ ambiguæ sunt. Vertunt, *Superbo tyranno.* Ironice dictas capit Brodæus. Bono sensu mihi videntur sumendæ, propter πρὸς χάριν, ut Sophocl. Œdip. Tyran. 1172. Σὺ πρὸς χάριν μὲν οὐκ ἐρεῖς, κλαίων δ' ἐρεῖς. Vocem σεμνὸς amavit Euripides, ut de voce σοφὸς in eo notant Veteres. Verterem, *Venerabili Regi.* *Markl.*

σεμνόν, τυράννῳ] Sic scripsi pro vulgato σεμνῷ τυράννῳ. *Hermann.*

395. θάψαι νεκρούς,] Non vult Theseus, ut Creon eos *sepeliret;* sed ut *aliis sepelire eos permitteret.* eandem rem eodem modo petit Adrastus a Theseo, v. 141. Athenienses volebant eos θάψαι, i. e. *cremare*, v. 569. sed Matres eorum plus appetebant, et cupiebant θάψαι eos χθονὶ, v. 17. i. e. *inhumare* eos, seu cineres eorum terra condere. Si construas, Θησεὺς ἀπαιτεῖ σε νεκροὺς [εἰς τὸ, vel ὥστε] θάψαι, difficultas erit in connexione sequentium. *Markl.*

396. Συγγείτον' οἴκων γαῖαν] Quo argumento utitur Chremes iste humanus *Heautontimor.* init. *Vicinitas, Quod ego in propinqua parte amicitiæ puto.* Constructio, opinor, est, Θησεὺς ἀπαιτεῖ σε θάψαι νεκροὺς, θέσθαι τε πάντα, &c. hoc versu, Συγγείτον' οἰκῶν, &c. quasi in parenthesi posito. *Markl.*

Lego ἀξίαν τυχεῖν, *dignam, quæ hoc consequatur.* *Musg.*

Forte, ἀξίων τυχεῖν. *Beck.*

398. θέλωσ' αἰνέσαι,] Metrum vult θέλωσιν. [Reiskius legit θέλωσι συναινέσαι: "alias significabit, inquit, hic loci simplex verbum idem atque compositum." Immo, et ita significat, Iphig. Taur. 1073. et sæpissime in aliis verbis. θέλωσιν est] Scil. *Creon* et *Thebani,* mutato numero. V. 397. pro Ἐρεχθειδῶν λεὼν sonus suaderet Ἐρεχθείδην λεών: sed MSS. stant contra. Ἐρεχθείδης λεὼς forte dici posset, ut ἀνὴρ Περσείδης, Herodoto VII. 220. Ἀτρείδης Μενέλαος, Homer. Odyss. Γ. 257. et sæpe. Id quod Noster φίλον θέσθαι appellat hoc versu, Herodotus φίλον προσθέσθαι, Lib. I. 69. *Markl.*

399. ἢν δ' ἀπιστῶσ'.] Joan. Leunclavius not. ad Xenophon. Cyropæd. lib. I. p. 6. et alibi, hoc verbum semper scribendum esse contendit ἀπειστεῖν, quando significat, ut hic, *non obedire, immorigerum esse.* Huic assentitur Æmil. Portus, et exinde multa Tragicorum loca mutat, in not. p. 1160. Reiskius quoque in Iph. Taur. 1476. pro ἄπιστος legit ἄπειστος. Nihil hic notat. *Markl.*

ἀπιστῶσ',] Æmilius Portus ἀπειστῶσ'. *Musg.*

400. Κῶμον δέχεσθαι τὸν ἐμὸν ἀσπιδηφόρον.] Magis Poëticum ἀσπιδηφόρων, ut infra v. 931. τὸν ἐμὸν μόχθον ἀθλίας· et Horatius, *mea scripta timentis,* i. e. scripta

Στρατὸς δὲ θάσσει, κἀξετάζεται παρὼν,
Καλλίχορον ἀμφὶ σεμνὸν, εὐτρεπὴς ὅδε.
Καὶ μὴν ἑκοῦσά τ' ἀσμένη τ' ἐδέξατο
Πόλις πόνον τόνδ', ὡς θέλοντά μ' ᾔσθετο.
Ἔα· λόγων τίς ἐμποδὼν ὅδ' ἔρχεται;
Καδμεῖος, ὡς ἔοικεν, οὐ σάφ' οἶδ' ὅτι,

Exercitus enim sedet et recensetur præsens,
Circa Callichorum *puteum* sanctum paratus ille.
Et quidem volens, et libens suscepit
Civitas hunc laborem, postquam sensit me velle.
Ehem, quis iste, *qui nostris* sermonibus intervenit?
Thebanus, ut videtur, non *enim* certe *scio* an *sit*.

mei timentis. Notum hoc omnibus. Sed non ita notum hoc Sophoclis mendum Œdip. Tyran. 257. *οἴκοισιν — ἐν τοῖς ἐμοῖς γένοιτο μὴ οὐ συνειδότος· in meis ædibus non conscii*, id est, in domo *mei* nescientis. vulgo legitur, *γένοιτ' ἐμοῦ συνειδότος·* contra sensum loci, ut mihi videtur.

Pro *δέχεσθαι*, Cod. A. *δέχεσθε*, non male: ut directus sit sermo, non obliquus. De qua *ἀντιμεταστάσει* vide Longinum *περὶ Ὕψ.* sect. 27.

Κῶμος pro quavis multitudine, ut *κῶμος πελειῶν*, Ion. 1197. unde firmatur *ἀσπιδηφόρων*. Paullo aliter de hoc loco Illustriss. Spanhemius ad Aristoph. Plut. 1041. *Markl.*

Κῶμον ἀσπιδηφόρον] *Κῶμος* proprie est comessatio, figurate comessantium turba, in hoc loco ponitur pro juvenum turba, ad bellum, quasi ad convivium, euntium. Et queis bellum etiam magis placet, quam convivium; ut Hesiod. in Scuto v. 114. — *λιλαιόμενοι πολέμοιο Φυλόπιδα στήσειν, τά σφιν πολὺ φίλτερα θοίνης.* *Barnes.*

402. Mallem *εὐτρεπὴς ὅδε*, *paratus ille* (vulgo *εὐπρεπὴς*) ut Hecub. 563. *πάρεστι λαιμὸς εὐτρεπὴς ὅδε.* Æschylus *Ἑπτ. ἐπ. Θήβ.* v. 89. *ὄρνυται λαὸς εὐπρεπής·* ubi Stephanus notat scribi *εὐτρεπής*. Valckenærius quoque ad Phœniss. 801. præfert *εὐτρεπὴς* hoc loco Euripidis. Dubitat Hemsterhusius (ad Lucian. Dial. Marin.) utra vox sit præferenda. *Ὅδε* est pleonasticum, ut Med. 355. *λέλεκται μῦθος, οὐ ψευδὴς ὅδε:* et supra hac Fab. v. 21.

De Callichoro, puteo Atticæ, vide Barnesium, et Alciphron. lib. III. epist. 69. ob morem, notatu dignum. Uxor enim, stupri accusata, ducit maritum suum ad Callichorum puteum, et ibi jurat se esse insontem. Vide Herodot. VI. 74. de aqua Stygis, in re aliquatenus simili, *Dii cujus jurare timent, et fallere numen.* Veteres enim, *Θεοὺς πηγὰς καὶ ποταμοὺς ἐνόμιζον, μεγίστους τε καὶ πρώτους, καὶ ἔτι γε νάματα*, ut de iis refert Aristides Isthmic. T. I. p. 18. ed. Jebb. unde in Rheso Chorus jurat *per fontes Simoentis*, v. 826. *Markl.*

εὐπρεπὴς ὅδε] "Mallem *εὐτρεπὴς ὅδε*, *paratus ille.*" Markl. *εὐτρεπὴς* quoque Brunckius ad Æschyli locum. (Sept. C. Theb. 89.) *Por.*

εὐπρεπὴς] Recte Marklandus *εὐτρεπής*. De Callichoro, puteo in Eleusinis vicinia, consulendi Callimachi Interpretes ad Cerer. v. 16. *Musg.*

Καλλίχορον ἀμφὶ σεμνὸν,] Frigide olim hæc reddebantur: *circa templum, ubi fiunt pulchri Chori;* quum vertendum esset, ut nos nunc scripsimus, *circa Callichorum* puteum. Est enim puteus istius nominis in Attica, cujus meminerunt Pausan. in Atticis, fol. 36. lin. 38. et Apollodorus in Bibliotheca L. I. item Nicander in Theriacis — *τὸν μέν τ' ἐρέει φάτις οὕνεκ' Ἀχαιὴ Δημήτηρ ἔβλαψεν, ὅθ' ἄψεα σίνατο παιδὸς Καλλίχορον περὶ φρεῖαρ, ὅτ' ἐν Κελεοῖο θεράπναις Ἀρχαίη Μετάνειρα θεὴν δείδεκτο περίφρων.* Callimachus quoque Hymno in Cererem: *Τρὶς δ' ἐπὶ καλλίστης νήσου δράμες ὀμφαλὸν Ἔνναν, Τρὶς δ' ἐπὶ Καλλιχόρῳ χαμάδις ἐκαθίσσαο φρητί.* Vide Annæ, Tanaquil. Fabri filiæ, Notas in locum; item Pausaniæ locum in Notis nostris ad Androm. v. 130. quem locum vidi nunc obi-

Κῆρυξ. ἐπίσχες, ἤν σ' ἀπαλλάξῃ πόνου,
Μολὼν δ' ὑπαντᾷ τοῖς ἐμοῖς βουλεύμασιν.

ΚΗΡΥΞ.

Τίς γῆς τύραννος; πρὸς τίν' ἀγγεῖλαί με χρὴ
Λόγους Κρέοντος; ὃς κρατεῖ Κάδμου χθονὸς,

Præco, expecta, si *iste* te liberet hoc labore,
Profectusque *huc*, occurrat meis consiliis.

PRÆCO.

Quis *est* tyrannus terræ? ad quem oportet me nunciare
Verba Creontis, qui imperat Thebis,

ter a Brodæo quoque observatum. Ante omnes vero Joh. Meursii Eleusinia c. 5. *Barnes.*

Observat. Br. ad Æsch. S. C. Th. 91. εὐτρεπὴς, ἐκπρεπὴς, et εὐπρεπὴς, inter se sæpius permutari, atque hoc loco εὐτρεπὴς scribit. *Beck.*

403. καὶ μὴν ἑκοῦσά γ'] Sic scripsi pro ἑκοῦσά τ'. Eodem modo, ut postea comperi, emendavit cel. Matthiæ. *Hermann.*

405. Dum Theseus missurus est præconem suum ad Thebas, subito illi alius adest præco ex Thebis: Ut certissime colligitur ex præcedenti sermone, quo usus est ad præconem suum, et nunc illum exspectare jubet, ut videat, quid hic Thebanus præco dicturus sit. *Barnes.*

406. Interrupta parumque expedita est constructio; cujus scabritiem forte tollas, legendo:

Καδμεῖος, ὡς ἔοικεν οὐ σάφ' εἰδότι,
Κῆρυξ.

Musg.

407. Heath. jubet Κῆρυξ cum Καδμεῖος jungi, non in Voc. accipi. *Beck.*

408. Μολὼν δ' ὑπαντᾷ] Omittunt δ' Codd. A. B. Quod si fiat, scribendum videretur ἀπαλλάξων, v. 407. Simplicius est Μολών θ' ὑπαντᾷ, si quid mutandum. Scaliger (probante Reiskio) hunc versum ponit inter Ἔα et Καδμεῖος, quæ vox melius jungi potest cum Κῆρυξ, hac distinctione:

Καδμεῖος, ὡς ἔοικεν, οὐ σάφ' οἶδ' ὅτι,
Κῆρυξ. ἐπίσχες, ἤν, &c.

ex caduceo enim novit eum esse *præconem*, sed non certe novit utrum esset Thebanus præco, necne. et ita distinguit Heathius, et Hervagiana, post Κῆρυξ. ['Επίσχες, sine vocativo expresso, ut Phœniss. 90. Electr. 758, 962. et alibi.] Aldina quoque tollit omnem distinctionem post ὅτι, et ponit minimam post Κῆρυξ, quam vocem hic scribit Κῆρυξ, et ita alibi, secundum istud Prisciani lib. VII. p. 753. *Oportet tamen scire, quod Græci υ ante χ, brevem esse volunt, etiamsi in obliquis producatur, ut* φοῖνιξ φοίνικος, βόμβυξ βόμβυκος· Scribe, *ι et υ ante* ξ: et *breves,* et *producantur.* Sensus et Prisciani duo exempla hanc scripturam postulant. (Res falsissima est, et mira hallucinatio. Tota enim antiquitas, collatis viribus, non potest efficere ut ultima in Κήρυξ (i. e. Κήρυκς) sit brevis. In Κῆρυς (pro Κήρυκς) Κήρυκος potest: et ita in φοῖνις, φοίνικος, βόμβυς, βόμβυκος; nunquam in φοίνιξ et βόμβυξ.)

Pro ὅτι Reiskius ἔτι. *Markl.*

Μολὼν δ' ὑπαντᾷ, etc.] Hunc versum Scaliger inter versus Ἔα λόγων — et Καδμεῖος — ponit, non recte, ut mihi videtur. *Barnes.*

409. Τίς γῆς τύραννος;] Præconum genus non amavit Euripides. unde eos ut ineptos, nonnunquam ut malos homines inducit. vide Heraclid. 48. seqq. Hunc, absurdum, et abrupte ingredientem facit, Τίς γῆς τύραννος; quod in actione fabulæ proculdubio spectatoribus apparuit. Cassandra in Troas. 427. dicit, Præcones unum habere nomen generale, nempe, ἀπέχθημα πάγκοινον βροτοῖς, *odium commune hominibus.* neque de eorum virtute et constantia melius judicavit Noster Orest. 886.

Ἐτεοκλέους θανόντος ἀμφ' ἑπταστόμους
Πύλας, ἀδελφοῦ χειρὶ Πολυνείκους ὕπο.
ΘΗ. Πρῶτον μὲν ἤρξω τοῦ λόγου ψευδῶς, ξένε,
Ζητῶν τύραννον ἐνθάδ'· οὐ γὰρ ἄρχεται
Ἑνὸς πρὸς ἀνδρὸς, ἀλλ' ἐλευθέρα πόλις,
Δῆμος δ' ἀνάσσει διαδοχαῖσιν ἐν μέρει
Ἐνιαυσίαισιν, οὐχὶ τῷ πλούτῳ διδοὺς
Τὸ πλεῖστον, ἀλλὰ χὠ πένης ἔχων ἴσον.
ΚΗ. Ἓν μὲν τόδ' ἡμῖν, ὥσπερ ἐν πεσσοῖς, δίδως

Eteocle interfecto apud septemplices
Portas a manu fratris Polynicis?
The. Primum quidem cœpisti orationem falso, hospes,
Quærens hic tyrannum: non enim regitur *hæc*
Ab uno viro, sed est libera civitas:
Populus enim imperat successione per vices
Annua, non divitiis tribuens
Plurimum, sed etiam pauper habens jus æquale.
Præ. Unum quidem hoc nobis, ut in talorum ludo, das

> Τὸ γὰρ γένος τοιοῦτον· ἐπὶ τὸν εὐτυχῆ
> Πηδῶσ' ἀεὶ κήρυκες.

Et Scholiast. ad v. 903. citat gnomen Euripidis ex alia aliqua Tragœdia, σπέρμα κηρύκων λαλόν. In Heraclid. 115. Copreus, Eurysthei præco, (de quo Apollodorus Biblioth. II. 4.) similiter quærit, Τίς δ' ἐστὶ χώρας τῆσδε, καὶ πόλεως ἄναξ; sed non tam abrupte quam hic præco. Facetum est istud Archestrati in Gastronomia apud Athenæum, lib. III. cap. 13.

> τοὺς κήρυκας δ' ἐπιτρίψαι
> Ὁ Ζεὺς, τούς τε θαλασσογενεῖς, καὶ τοὺς ἀγοραίους,
> Πλὴν ἑνὸς ἀνθρώπου.

Κῆρυξ enim est nomen piscis, vilis tamen secundum Archestratum. *Markl.*

410. Κρέοντος;] Quomodo Creon, exstinctis Polynice et Eteocle, in regnum Thebarum successit, vide Phœniss. etc. *Barnes.*

411. s. ἀμφ' ἑπταστόμους Πύλας, &c.] Eteocles non moriebatur ἀμφ' ἑπταστόμους πύλας (qui potuit?) sed ἀμφ' ἑπτάστομον πόλισμα (Bacch. 907) *apud urbem septem habentem portas:* nempe apud Thebas, et signanter apud portas Electras, unam ex septem, Phœniss. 1586. Quæritur an aliquæ, aut quidnam sint ἑπτάστομοι πύλαι. ἑπτὰ πύλαι ab omnibus agnoscitur; sed ἑπτάστομοι πύλαι *portæ sunt quæ septem portas habent;* non idem quod ἑπτάστομον πόλισμα vel ἑπτάστομον πύργωμα. *Markl.*

412. Post χειρὶ comma poni debet, alias ὑπὸ redundat. *Beck.*

414. s. οὐ γὰρ ἄρχεται Ἑνὸς πρὸς ἀνδρὸς, ἀλλ' ἐλευθέρα πόλις,] Male, vitio forsan memoriæ, citat Valckenærius ad Euripid. Phœniss. 396. Ἑνὸς ὑπ' ἀνδρός. *Por.*

419. Ὥσπερ ἐν πεσσοῖς,] Ingeniose observat Brodæus, Atheniensium magistratus sortito plerumque deligi, quomodo in talorum ludo fieri solet; quod ab Aristotele aliisque merito reprehenditur; quia sic omnia Fortunæ arbitrio committi videntur. Affine est huic Terentianum illud in Adelphis:—

> Ita vita est hominum, quasi cum ludas tesseris:
> Si illud, quod maxime est opus jactu, non cadit,
> Illud, quod cecidit forte, id arte ut corrigas, necesse est.

Barnes.

419. s. Verte: *Unum quidem hoc nobis, sicut in calculorum ludo, das auctarii loco.* Metaph. est sumta a legibus lusoriis, ubi sæpe peritus imperitiori unum, duo vel plura, in ludi computo puncta gratis concedit, antequam incipiat ludus, ut ejus

Κρεῖσσον. πόλις γὰρ, ἧς ἐγὼ πάρειμ' ἄπο,
Ἑνὸς πρὸς ἀνδρὸς, οὐκ ὄχλῳ κρατύνεται·
Οὐδ' ἔστιν αὐτὴν ὅστις ἐκχαυνῶν λόγοις,
Πρὸς κέρδος ἴδιον, ἄλλος ἄλλοσε στρέφει·
Ὁ δ' αὐτίχ' ἡδὺς, καὶ διδοὺς πολλὴν χάριν,
Εἰσαῦτις ἔβλαψ', εἶτα διαβολαῖς νέαις
Κλέψας τὰ πρόσθε σφάλματ', ἐξέδυ δίκης.
Ἄλλως τε, πῶς ἂν μὴ διορθεύων λόγους,
Ὀρθῶς δύναιτ' ἂν δῆμος εὐθύνειν πόλιν;

Melius: civitas enim, a qua ego venio,
Regitur ab uno viro, non a turba:
Neque est, qui eam verbis inanibus tumefaciens,
Ad suam utilitatem, alius alio vertat.
Qui jam gratus, et multum gratificatus
Rursus lædit: deinde novis calumniis
Tegens priora errata, effugit pœnam:
Alioqui, quomodo non recte rationes examinans,
Recte posset populus regere civitatem?

imperitiæ velut supplementum sint, et partes exinde æquentur. *Heath.*

421. οὐκ ὄχλῳ κρατύνεται·] MSS. omnes οχλων· opinor quia præcessit genitivus ἀνδρός. non recte tamen ὄχλων. Licet enim ceteri scriptores ponant οἱ ὄχλοι pro *populus* vel *plebs*, (vide Plutarch. Sylla p. 453. B. Agid. et Cleom. 795. C. et alibi sæpe: etiam Attici. Xenophon. Memorabil. III. p. 775. D. Isocrates Orat. ad Nicoclem, versus finem. Æschines contr. Timarch. p. 56. ed. Taylor.) Tragici tamen in singulari efferunt semper, nisi fallor. Recte igitur ὄχλῳ. *Markl.*

ὄχλῳ] Uterque MS. et P. ὄχλων. Non male: vide loca a Marklando indicata. *Musg.*

422. ἐκχαυνῶν λόγοις,] Id est, qui facit cives εἶναι χαυνοπολίτας, ut loquitur Aristophanes Acharn. 635. *Markl.*

Οὐδ' ἔστιν] Orator scilicet quispiam, ab Atheniensium sociis, aut eorum hostibus, corruptus, ut Demosthenem a rege Persarum, Æschinem a Philippo, literarum monumentis proditum est. *Brodæus.*

423. s. ἄλλος ἄλλοσε στρέφει· Ὁ δ' αὐτίχ' ἡδὺς, etc.] Hi quatuor versus ita forte legendi et distinguendi sunt:

Οὐδ' ἔστιν, αὐτὴν ὅστις ἐκχαυνῶν λόγοις
Πρὸς κέρδος ἴδιον, ἄλλοτ' ἄλλοσε στρέφει·
Οὐδ' αὐτίχ' ἡδὺς, καὶ διδοὺς πολλὴν χάριν,
Εἰσαῦτις ἔβλαψ', εἶτα διαβολαῖς νέαις
Κλέψας, &c.

Οὐδ' αὐτίχ' ἡδὺς, est, Οὐδ' ἔστιν ὅστις αὐτίχ' ἡδὺς εἰσαῦτις ἔβλαψεν, εἶτα, etc. Vulgo plene distinguitur post ἔβλαψ', pendente sententia, ut mihi videtur. Εἰσαῦτις est *postea*, non *rursus*. ἄλλοτ' (non ἄλλος) ἄλλοσε, ut Troad. 1195. Medea 1188. Ceterum his quinque versibus describit Euripides, sub persona Præconis Thebani, mores Rhetorum et δημαγωγῶν sui temporis; quibus similia occurrunt in Aristoph. Equitibus, et alibi. Sæpe ita facit Noster, et sensum suum sub larva effert. *Markl.*

423. ἄλλος ἄλλοσε στρέφει.—] Ἄλλοτ' ἄλλοσε στρέφει, Markl. Probante Valckenærio Diatrib. XXIII. p. 257. *Por.*

Marklandus scribendum putabat ἄλλοτ' ἄλλοσε, quod etsi non improbo, tamen etiam vulgatam defendi posse arbitror. *Hermann.*

424. Ὁ δ' αὐτίχ' ἡδὺς,] Marklandus οὐδ' αὐτίχ' ἡδύς. omnino male. Dicendum enim erat, οὐδ' ὃς αὐτίχ' ἡδύς. *Musg.*

427. μὴ διορθεύων λόγους,] Hæc non intelligo. Vel ambigua sunt, vel mendum latet in διορθεύων, aut in λόγους: forte in utroque. Casaubonus ad Aristoph. Equit.

Ὁ γὰρ χρόνος μάθησιν ἀντὶ τοῦ τάχους
Κρείσσω δίδωσι· γηπόνος δ' ἀνὴρ πένης,

Tempus enim doctrinam, quam celeritas,
Meliorem dat. Labori enim deditus vir pauper,

v. 382. hæc habet: λόγων ἐν πόλει] "λόγους vocat *rationes administrandæ reipub.* vel se gerendi in administratione reipublicæ." Hoc secutus sum in versione, ut sensum aliquem exhiberem, ignarus quid sit διορθεύειν λόγους (ὀρθεύειν δέμας, *erigere corpus*, idem quod ὀρθοῦν, occurrit Orest. 399.) suspicans aliquid de διοπτεύων, *perspiciens:* certus tamen vulgarem interpretationem, "*Non recte proferens verba*, nec eloquens," non esse veram, propter observationem Velleii Paterculi, citati ad v. 436. Heathius vertit, *non bene discernens rationes.* quod quid sit nescio, propter ambiguitatem verborum. νόμοι et λόγοι commutantur, Bacch. 476. *Markl.*

διορθεύειν credo esse ad normam vel canonem veritatis exigere. λόγοι sunt argumenta utrinque in disceptando allata. Persius Sat. IV. v. 11.

Rectum discernis, ubi inter
Curva subit, vel cum fallit pede regula varo.

Musg.

429. ἀντὶ τοῦ τάχους Κρείσσω] Abundare videri potest ἀντὶ, ut sæpe. Sophocles Trachin. 586. ἀντί σου πλέον, *magis quam te.* Antig. 188. Aristoph. Eccles. 920. Plato in Timæo, p. m. 146. Sed, si vere dicendum est, hæc ratio est grammatica omnium hujusmodi genitivorum. Exempli causa, cum dicimus, ἐγώ εἰμι κρείσσων σοῦ, plena, opinor, locutio, et ratio genitivi est præpositio ἀντί· ἐγώ εἰμι κρείσσων [ἀντί] σου. et ita in cæteris: ut *præ* Latinis, *ego melior sum* [*præ*] *te.*

Markl.

430. γαπόνος δ' ἀνὴρ] Ita edidit Barnesius, ex emendatione Scaligeri et Canteri, cum prius esset δίδωσι γᾶ· πόνος δ' ἀνήρ. sed γαπόνος, est Doricum: neque istud forte male, (nam in loquelam Atticam ex Dorica frequenter sumebatur) ut γαπόνους τιμὰς in Iambo Æschyli Pers. 623. et alibi. γαμόρων, Idem Supplic. 621. ποδαγὸς, Sophocl. Antig. 1210. κυναγὸς passim in Euripide. Sed cum Codd. A. B. C. consentiant in Attico γηπόνος, illud admisi. *Markl.*

430. s. πένης, Εἰ καὶ πένοιτο,] Speciosum est quod idem vir doctus edidit ex conjectura Scaligeri, Canteri, et sua:

γαπόνος δ' ἀνὴρ, πένης
Εἰ καὶ γένοιτο, &c.

Et tamen forte retineri potest vel debet, (cum omnibus codicibus) alia distinctione:

γηπόνος δ' ἀνὴρ, πένης
(Εἰ καὶ πένοιτο), κἀμαθὴς ἔργων ὕπο, &c.

agricola vero, pauper (*Si* ita accidat ut *etiam pauper sit*), *et illiteratus ob opera rustica*, &c. hanc autem exceptionem inferre potuit, quia omnes γηπόνοι non sunt pauperes. Plerisque tamen placebit conjectura; aliis mecum quærentibus, unde vox notissima γένοιτο mutaretur in πένοιτο, quam etiam constanter retinent exemplaria? nam πένοιτο facile abit in γένοιτο, et hoc sæpe accidit; sed non contra. Argumentum vero Præconis, quod nunc incertum redditur a vocibus διορθεύων λόγους, videtur olim hujusmodi fuisse: "Præterea, quomodo potest plebeius, μὴ διορθεύων λόγους, (quodcumque istud sit) recte administrare publicas res? non enim cito hæc ars discitur, sed tempore et experientia opus habet. operarius vero, pauper, et illiteratus ob occupationes, non habet tempus hanc artem discendi, neque potest commodis vel negotiis publicis animum intendere, utpote rerum suarum privatarum satagens, et victui quotidiano prospiciens." Ἔργων (v. 431.) *opera rustica*, proprie, ut in titulo poëmatis Hesiodei, Ἔργα καὶ Ἡμέραι. Reiskius legit, Εἴ τις γένοιτο. Caussam denotat ὑπὸ, ut v. 1127. ὑπὸ πένθους, vide ad v. 1135. *Markl.*

γηπόνος] Ita uterque MS. et P. Ed. Ald. γᾶ· πόνος, pro quo Canterus γαπόνος. Locum hunc vexatissimum sic restitui posse puto:

— γηπόνος δ' ἀνὴρ, πένης
ψυχὴν γένοιτο, κἀμαθὴς, ἔργων ὕπο
κ' οὐκ ἂν δύναιτο πρὸς τὰ κοιν' ἀποβλέπειν.

πένης ψυχὴν, *hebes, excors*, vel, ut loqui amant Latini, *inops mentis.* Noster Electr. 374.

Λιμόν τ' ἐν ἀνδρὸς πλουσίου φρονήματι,
Γνώμην τε μεγάλην ἐν πένητι σώματι.

Empedocles apud Clem. Alex. p. 615.

Εἰ καὶ πένοιτο, κἀμαθὴς ἔργων ὕπο,
Οὐκ ἂν δύναιτο πρὸς τὰ κοίν᾽ ἀποβλέπειν.

Etiamsi qui laboret, et rerum imperitus ob opera,
Non posset ad publica *commoda* respicere.

Ὄλβιος, ὃς θείων πραπίδων ἐκτήσατο πλοῦτον,
Δειλὸς δ᾽ ᾧ σκοτόεσσα θεῶν περὶ δόξα μέμηλεν.

In quæ sic commentatur Clemens: γνῶσιν καὶ ἀγνωσίαν ὅρους εὐδαιμονίας κακοδαιμονίας τε θείως ἐδήλωσεν. Vide et ad v. 917. Quo sensu dixerit Plato ἀνὴρ πένης τὴν ψυχὴν, p. 1284. A. minus certum est. Iterum eandem locutionem adhibuit Empedocles in fragmento, quam in Vit. Pythag. citat Porphyrius. *Musg.*

Κρείσσω δίδωσι· γαπόνος δ᾽ ἀνὴρ πένης,] Miror, hactenus scriptum mansisse in omnibus editionibus, idque a nemine notatum, Κρείσσω δίδωσι γᾶ· πόνος, etc. cum neque sensus ullus ex iis verbis elici possit, et ex nostris facillime omnis tollatur dubitatio, γαπόνος autem, pro γηπόνος, idem quod γεωπόνος. Attici autem erant optimi terræ cultores. Video nunc, hæc a Cantero prius notata Novar. Lect. L. II. c. 17. Et procul dubio ita sunt hæc legenda: γαπόνος δ᾽ ἀνὴρ, πένης Εἰ καὶ γένοιτο, κἀμαθὴς, etc. Quare et his auctoribus (Scaliger enim Cantero accedit) pro πένοιτο substituo γένοιτο, et audaciæ meæ optimos judices fauturos confido. *Barnes.*

Ald. edd. vett. γᾶ· πόνος. Canterus γαπόνος. Prætuli tamen, quod codd. habent γηπόνος, et ob γηπονεῖν in Rheso v. 75. et ob Hesychium, qui non γαπόνος habet, sed γηπόνος. γεωργός, γεωμόρος. *Hermann.*

— γάπονος δ᾽ ἀνὴρ, πένης
ΕΙ ΚΑΙ ΠΕΝΟΙΤΟ κἀμαθὴς ἔργων ὕπο
Οὐκ ἂν δύναιτο πρὸς τὰ κοίν᾽ ἀποβλέπειν.

Præconis verba sunt, qui liberum Athenarum imperium elevans, illud imprimis vituperat, quod omnibus publice dicendi copia esset. Verba εἰ καὶ πένοιτο, Marklandus parentheseos signis includi jubet, hoc sensu: *Agricola vero pauper si modo accidat ut etiam pauper sit:* Hoc autem admodum jejunum est. Neque tamen magis placet Musgravii conjectura — πένης, εἰ καὶ πονοίη. *pauper etiamsi laboret.* Nihil enim ad sensum facit, utrum laboret pauper an otiosus sedeat. Languent hæc verba et orationis nervos incidunt. Conjectura nostra, quam tibi jam proponimus, quamvis paulo audacior, sensum tamen haud absonum efficit:

— γάπονος δ᾽ ἀνὴρ πένης
ΕΙΚΗ ΛΕΓΟΙ Τ᾽ ἊΝ, κἀμαθὴς ἔργων ὕπο
Οὐκ ἂν δύναιτο πρὸς τὰ κοίν᾽ ἀποβλέπειν.

Pauper autem, qui manu victum quærit, cum in publicum prodierit, vana et temeraria loquetur, et rerum imperitus, quæ sint e republica, perspicere non poterit. εἰκῆ saltem pro εἰ καὶ verum puto. εἰκῆ. μάτην. Hesychius. et μάταια βάζειν est in Hipp. v. 118. Nihil frequentius in Codicibus invenias hac ex prava pronunciatione orta permutatione diphthongorum αἰ pro ε et η, εἰ pro η et ι raro pro εὐ. Plurima hujus permutationis exempla proferentur in sequentibus, hic Ionis Tragici locum mihi emendandum sumam, qui corruptissime legitur ap. Plutarch. in Consol. ad Apollon. T. II. p. 113. ed. Frcf. T. VI. p. 430. ed. Reisk. Τούτων γὰρ τοὺς μὲν εἰς βόθρους τινὰς καταδύντας ἱστοροῦσιν ἐπὶ πλείους ἡμέρας μένειν μὴ δὲ τὸ τοῦ ἡλίου φῶς ὁρᾶν βουλομένους, ἐπειδὴ καὶ ὁ τετελευτηκὼς ἀπεστέρηται τούτου. Ἴων οὖν ὁ τραγικὸς ποιητὴς, οὐκ ἀνήκοος ὢν τῆς τούτων συνηθείας, πεποίηκέ τινα λέγουσαν: Ἐξῆλθον ἩΜΩΝ ΚΑΙ ΤΑ ἩΜΩΝ τρόφος παίδων βόθρους λιποῦσα πενθητηρίους. Verba Tragici pessime corrupta vidit Xylander, qui in Msc. sic ea invenit scripta: Ἐξῆλθον ἩΜΩΝΗΤΑΙ καὶ τοὺς ἡμῶν τρόφος. Quæ si cum vulgata scriptura comparas, primum satis apparet τοὺς ἡμῶν aberrationem librarii esse pro τλήμων, cujus verbi vestigia in vulgata latent: τα ημων. Reliqua sic scribenda, ni fallor:

Ἐξῆλθον Ἡ ΜΟΝΗ ΤΕ ΚΑΙ ΤΑΗΜΩΝ τρόφος
παίδων βόθρους λιποῦσα πενθητηρίους.

Verba sunt nutricis in scenam prodeuntis, et prologo fortasse agentis. Novi certe acti initium constituunt. conf. Iphigen. in Aul. 1098. Ἐξῆλθον οἴκων προσκοπουμένη πόσιν. — μόνη *relicta* est *ab omnibus* et *auxilio privata.* Medea, 512.

εἰ φεύξομαι δὲ γαῖαν ἐκβεβλημένη
φίλων ἔρημος, σὺν τέκνοις μόνη μόναις.

Jacobs.

451. πένοιτο,] Legendum puto πονοίη. πένης εἰ καὶ πονοίη. *Pauper etiamsi laboret. Musg.*

Ἢ δὴ νοσῶδες τοῦτο τοῖς ἀμείνοσιν,
Ὅταν πονηρὸς ἀξίωμ' ἀνὴρ ἔχῃ,
Γλώσσῃ κατασχὼν δῆμον, οὐδὲν ὢν τοπρίν.
ΘΗ. Κομψός γ' ὁ κῆρυξ, καὶ παρεργάτης λόγων.
Ἐπεὶ δ' ἀγῶνα καὶ σὺ τόνδ' ἠγωνίσω,
Ἄκου'· ἅμιλλαν γὰρ σὺ προὔθηκας λόγων.

Porro mala res est hæc præstantioribus,
Quando improbus vir consequitur dignitatem,
Detinens populum lingua, qui prius nihil fuit.
The. Festivus *est* iste præco, et facundiæ per otium studiosus.
Postquam autem tu quoque in hoc curriculo te exercuisti,
Audi: tu enim certamen instituisti sermonum.

Εἰ καὶ γένοιτο μὴ 'μαθής, ἔργων ὕπο,] Recepi præclaram emendationem Erfurdtii, nisi quod non in fine versus, sed post ἀμαθὴς interpunxi. Legebatur, εἰ καὶ πένοιτο, κἀμαθὴς ἔργων ὕπο. οὐκ ἂν, etc. *Hermann.*

433. Ἢ δὴ νοσῶδες τοῦτο τοῖς ἀμείνοσιν, Ὅταν, &c.] *Porro mala res est* hæc *præstantioribus, Quando*, &c. Voluit Euripides, opinor:

Ἢ δὴ νοσῶδες, ταυτὸ τοῖς ἀμείνοσιν
Ὅταν πονηρὸς ἀξίωμ' ἀνὴρ ἔχῃ, &c.

Vide versionem, et Hecub. 506, 7, 8. Hoc est aliud argumentum. Noster in Plisthene: Πόλει γὰρ εὐτυχοῦντες οἱ κακοὶ, νόσος. *Markl.*

Emendat Marklandus:

ἦ δὴ νοσῶδες, ταυτὸ τοῖς ἀμείνοσιν
ὅταν πονηρὸς ἀξίωμ' ἀνὴρ ἔχῃ.

Ego vulgatam retineo, et νοσῶδες pro *odiosum* accipio.

τοῖς ἀμείνοσιν,] Plato: οἱ ἀμείνονες νικῶσι τὸ πλῆθος. De Legg. I. p. 770. *Musg.*

435. τὸ πρίν.] Stob. Grot. CVI. p. 443. *Burn.*

435. ss. Habet Stob. Gesn. p. 565. ubi est ἤδη (sic etiam in Musgr. ed. in emend. Markl. perperam exhibebatur) — In v. 437. Stob. Gesn. habet, ut vulgo editur, Γλώσσῃ κατασχὼν δῆμον, sed in Trincav. est, Γλώσσης κατάρχων δόμων. *Beck.*

436. καὶ παρεργάτης λόγων.] Id est, qui præter ἔργον (*ministerium* suum, seu officium *Præconis*) etiam *Oratoriam* et *Facundiam* ἐν παρέργῳ, *obiter*, et post res magis serias, coluit et exercuit. Irrisorie. apud Thebanos enim nullus honor *eloquentiæ:* nam *nemo Argivus*, Thebanus, *Lacedæmonius Orator, aut, dum vixit, auctoritate, aut post mortem, memoria dignus existimatus fuit;* ut observat Velleius Paterculus I. 18. Non recte vertitur *prodigus verborum:* neque opus est Barnesii περιεργάτης, quod etiam anapæstum facit in quarto loco. sed hunc pedem ille admitti ibi, et secundo loco, posse censebat. Vox elegantissima παρεργάτης non potuit verti sine circumlocutione. [Aliter hanc vocem interpretatur Reiskius: " παρεργάτης λόγων est, qui de rebus disserere neque doctus, neque aptus natus, tamen id audet invita Minerva, &c. παρὰ in compositis *pravum* notat." et ita fere post eum Heathius.] *Markl.*

καὶ παρεργάτης λόγων.] Optime Marklandus: " id est, qui præter ἔργον (ministerium suum, seu officium Præconis) etiam Oratoriam et Facundiam ἐν παρέργῳ, obiter, et post res magis serias, coluit et exercuit. Irrisorie: apud Thebanos enim nullus honor eloquentiæ. vid. Vellei. Patercul. I. c. 18." *Musg.*

παρεργάτης] Mallem περιεργάτης. *Barnes.*

438. ἅμιλλαν γὰρ σὺ προὔθηκας λόγων.] Medea 546. Ἔλεξ'· ἅμιλλαν γὰρ σὺ προὔθηκας λόγων. *Markl.*

Ἄκου'· ἅμιλλαν γὰρ σὺ προὔθηκας λόγων.] " Medea 546. Ἔλεξ'· ἅμιλλαν γὰρ σὺ προὔθηκας λόγων." Markl. Hos locos jam contulerat Valckenærius ad Euripid. Phœniss. 937. *Por.*

Herodotea L. III. c. 80. confert Wessel. p. 238. *Beck.*

439. τυράννου] *Regem* intelligit. nam

Οὐδὲν τυράννου δυσμενέστερον πόλει·
Ὅπου, τὸ μὲν πρώτιστον, οὐκ εἰσὶν νόμοι
Κοινοὶ, κρατεῖ δ' εἷς, τὸν νόμον κεκτημένος
Αὐτὸς παρ' αὑτῷ· καὶ τόδ' οὐκέτ' ἔστι σοι.
Γεγραμμένων δὲ τῶν νόμων, ὅ τ' ἀσθενὴς
Ὁ πλούσιός τε τὴν δίκην ἴσην ἔχει·

Nihil est infestius civitati, quam tyrannus:
Ubi primum quidem non sunt leges
Communes, unus vero imperat, legem possidens
Ipse apud se, et hoc non jam æquale est.
Scriptis vero legibus, et imbecillus
Et dives jus æquum habet.

hic ipse appellatur βασιλεὺς, v. 454. et disputatio est de *Monarchica* sive *unius* potestate, collata cum *Statu populari*: quamquam nonnullis in locis videri potest confundere *Regnum* cum *Tyrannide*; invidiæ caussa, opinor. *Markl.*

441. κεκτημένος Αὐτὸς π. α. forte ex Æsch. Prometh. 186. ubi Jupiter dicitur παρ' ἑαυτῷ τὸ δίκαιον ἔχων. — Possunt hæc diversimode distingui, quia ambiguum est κρατεῖ, unde melius legi possit κρατεῖ τοῦ νόμου — vel τῶν νόμων, ut Iph. Aul. 1095.

441. ss. Excerpsit Stob. Gesn. p. 345. In ed. Trincav. πόλει post δυσμενέστερον omittitur. *Beck.*

442. καὶ τόδ' οὐκέτ' ἔστι σοι.] *Et hoc facere non etiam tibi licet.* Opinor, καὶ τόδ' οὐκέτ' ἔστ' ἴσον· *et hæc res* (sc. *Lex*) *non amplius* est *æqualis* omnibus: quemadmodum omnes Leges esse debent. Vide sequentia, quæ hanc scripturam confirmant, et v. 418. Demosthenes in Aristocrat. p. 288. ed. Tayl. ὥσπερ γὰρ τῆς ἄλλης πολιτείας ἴσον μέτεστιν ἑκάστῳ, οὕτως ᾤετο δεῖν καὶ τῶν νόμων ἴσον μετέχειν πάντων ὁ θεὶς αὐτόν. Ista autem, κεκτημένος Αὐτὸς παρ' αὑτῷ, forte sumuntur ex Æschyli Prometh. 186. ubi Jupiter dicitur παρ' ἑαυτῷ τὸ δίκαιον ἔχων. vide ibi Scholiasten. Neutrum vero τόδε, *hæc res*, cum præcederet νόμος, Euripidi solitum est. sic infra v. 605. ταῦτα, cum antecederet Θεοὺς: et centies alibi reperies, ut et in Herodoto: vide VII. 125. Κυναστραίην ἄκρην, ΤΟ δὴ, &c. Præcedentia, κρατεῖ δ' εἷς τὸν νόμον κεκτημένος, &c. diversis modis distingui possunt, quia ambiguum est κρατεῖ: unde non male (melius, ut mihi videtur) legi posset κρατεῖ—τοῦ νόμου, vel τῶν νόμων, *superior est Legibus*, ut Iph. Aul. 1095. [Reiskius putat "versum deesse, in quo declaratum fuerit quid sit illud τόδε. vel, si istud displiceat, minimo motu sententiam sic posse integrari, καὶ νόμου οὐ μέτεστί σοι, *legis partem habes nullam*." De hiatu isto, νόμου οὐ, dixi ad v. 120. Heathius vertit, "*Et hoc tibi non adhuc existit.* hoc, *Leges scilicet*, &c."] *Markl.*

Καὶ τόδ' οὐκέτ' ἔστι σοι.] Τόδ' οὐκέτ' ἔστ' ἴσον. Markland. Tyrwhitt. Musgrav. οὐ μέτεστί σοι, Toup. in Suid. III. p. 212. *Vix* (inquit Musgravius) *potuit magis contra mentem auctoris.* *Por.*

οὐκέτ' ἔστι σοι.] Legendum cum Marklando, οὐκέτ' ἔστ' ἴσον. Emendat tamen Toupius [Em. in Suid. P. III. p. 212. s.] οὐ μέτεστί σοι. Vix potuit magis contra mentem Auctoris. *Musg.*

Heath. reddit vulgatum: *Et hoc tibi non adhuc existit*, leges scilicet, "quarum non adhuc copia tibi est facta, ut eas cognoscas, et juxta eas actiones tuas dirigas et jura tua tueare; quippe quæ sub tyrannide nullæ sunt certæ et stabiles, sed pro petulanti tyranni voluntate in horas mutantur, et ab ejus nutu pendent." *Beck.*

Post σοι videtur versus aliquis deesse, in quo declaratum fuerit, quid sit illud τόδε, quod hic appellat; e. c. ἰσηγορεῖν, καὶ τὸν ἀδικοῦνθ' ὑπάγειν δίκῃ. Quod si displiceat, minimo motu sententia sic poterit integrari: καὶ νόμου οὐ μέτεστί σοι, *legis partem habes nullam.* *Reisk.*

καὶ τόδ' οὐκέτ' ἔστ' ἴσον.] Sic Marklandus, pro καὶ τόδ' οὐκέτ' ἔστι σοι. Ad τόδε non debebat νόμον, sed τὸ κρατεῖν intelligere. *Hermann.*

443. Γεγραμμένων δὲ τῶν νόμων, &c.]

Ἔστιν δ' ἐνισπεῖν τοῖσιν ἀσθενεστέροις
Τὸν εὐτυχοῦντα ταὖθ', ὅταν κλύῃ κακῶς·
Νικᾷ δ' ὁ μείων τὸν μέγαν δίκαι' ἔχων.
Τοὐλεύθερον δ' ἐκεῖνο, ΤΙΣ ΘΕΛΕΙ ΠΟΛΕΙ
ΧΡΗΣΤΟΝ ΤΙ ΒΟΥΛΕΥΜ' ΕΙΣ ΜΕΣΟΝ ΦΕΡΕΙΝ, ΕΧΩΝ;
Καὶ ταῦθ' ὁ χρῄζων, λαμπρὸς ἔσθ'· ὁ μὴ θέλων,

Et licet imbecillibus respondere
Potenti eadem quando male audit:
Et vincit minor potentem, habens justam causam.
Illud etiam *est* liberum, Quis vult Reipublicæ
Bonum aliquod consilium habens in medium proferre?
Et qui hæc vult, clarus est, qui non vult,

Longe aliter hæc citantur Stobæo, Serm. XLII. p. 276. Γεγραμμένων τῶν νόμων, est, *cum extant leges, scripto commissæ.* *Markl.*

Citatur hic locus a Stobæo Tit. 44. omissis, additis, immutatis etiam nonnullis. Locum non exscribo, quia in omnibus longe præstat vulgata Lectio. *Musg.*

Ap. Stobæum hi versus ita exhibentur:

Οὐκ ἔστιν οὐδὲν κρεῖσσον, ἢ νόμοι πόλει
Καλῶς τεθέντες. ὅ τε γὰρ ἀσθενέστερος
Ὁ πλούσιός τε τὴν δίκην ἴσην ἔχει.
Νικᾷ δ' ὁ μείων τὸν μέγαν δίκην ἔχων.

Beck.

445. τοῖσιν ἀσθενεστέροις] Neutrius generis, a recto τὰ ἀσθενέστερα (idem quod οἱ ἀσθενέστεροι) propter κλύῃ, quod alioqui fuisset κλύωσι. Sic τὰ ἔχθιστα pro τοὺς ἐχθίστους, Iphig. Aul. 1170. Sequor distinctionem Barnesii: scriberem solummodo ταὔθ', i. e. ταυτὰ, pro ταῦθ', quod est ταῦτα. Ἀσθενεστέροις est *pauperioribus*, ut paullo ante, ubi ἀσθενὴς et πλούσιος opponuntur. et ita Electr. 267. in Herodoto passim, et aliis. οἱ ἀσθενοῦντες sic videtur intelligendum Actor. xx. 35. *Markl.*

446. Scribit Reiskius, Τὸν εὐτυχοῦνθ' ἐνταῦθ', ὅταν, &c.] Heathius pro ταῦθ' malit τοῦθ', i. e. τοῦτο: et vertit, *Et potenti, cum male audit, licet imbecillioribus hoc exprobrare.* Sensus contrarium videtur postulare, *et licet pauperioribus, quando a divitibus incessuntur conviciis, eadem divitibus ingerere.* Ἔστιν est ἔξεστιν, *licet.* ἐνισπεῖν κακὰ τὸν εὐτυχοῦντα, cum duplici accusativo, ut Medea 61. Ὦ μῶρος, εἰ χρὴ δεσπότας εἰπεῖν τόδε· non δεσπόταις, ut vulgo legitur, ab interpolatore, qui nescivit ultimam accusativi pluralis in prima declinatione simplicium longam esse. Sophocles Electra 990. Τοιαῦτά τοι νῷ πᾶς τις ἐξερεῖ βροτῶν. *Markl.*

Citat Marklandus Med. 61. "Ὦ μῶρος, εἰ χρὴ δεσπότας εἰπεῖν τόδε· *non* δεσπόταις, *ut vulgo legitur ab Interpolatore, qui nescivit ultimam accusativi pluralis in prima declinatione simplicium, longam esse.*" δεσπότας edidit Musgravius ex MSS. Paris. Ed. Florent. et Brunckius, qui nihil tamen de diversitate lectionis notat. *Por.*

κλύῃ] Supplendum est ex sensu loci τις. ὅταν κλύῃ τις κακῶς. vid. infra v. 458. *Musg.*

Ταὖθ'] i. e. τὰ αὐτὰ, ut sit hic sensus: Ἔξεστι τοῖς πένησιν, ὅταν τις αὐτῶν κακῶς ἀκούῃ, τὰ αὐτὰ, δηλονότι κακῶς, εἰπεῖν τὸν πλούσιον. *Barnes.*

448. Τοὐλεύθερον δ' ἐκεῖνο, Τίς θέλει, &c.] Ex Aldina ita edidit Barnesius, præcedentibus Scaligero et Duporto: et confirmavit loco Orest. 876. et Demosth. de Coron. §. 53. ἠρώτα μὲν ὁ κήρυξ, Τίς ἀγορεύειν βούλεται; Ante erat;—ἐκεῖνο, εἴ τις θέλει. Adde Aristoph. Acharn. 45. Thesmophor. 386. et Kusterum ad Ecclesiaz. 130. Aristid. Serm. Sacr. I. p. 277. *Markl.*

Exprimit formulam Præconum, τίς ἀγορεύειν βούλεται, ut vidit etiam Barnesius. *Musg.*

Τίς θέλει πόλει, etc.] Vide similem locum supra ad Orest. v. 876. et Demosthenes de Corona; ἠρώτα μὲν ὁ κῆρυξ, τίς

Σιγᾷ. τί τούτων ἔστ᾽ ἰσαίτερον πόλει;
Καὶ μὴν ὅπου γε δῆμος εὐθύντης χθονὸς,
Ὑποῦσιν ἀστοῖς ἥδεται νεανίαις·
Ἀνὴρ δὲ βασιλεὺς ἐχθρὸν ἡγεῖται τόδε,
Καὶ τοὺς ἀρίστους, οὓς ἂν ἡγῆται φρονεῖν,
Κτείνει, δεδοικὼς τῆς τυραννίδος πέρι.

Tacet: quid est æqualius civitati quam hæc?
Et quidem ubi populus princeps *est* terræ,
Delectatur succrescentibus civibus fortibus:
At vir tyrannus putat hoc sibi inimicum,
Et præstantissimos, quos putat sapere,
Interficit, metuens *suæ* tyrannidi.

ἀγορεύειν βέλεται; Nostra autem lectio ab Aldina editione confirmatur, et sensu ipso, et magno Scaligero Duportoque, et metri necessitate consentientibus. *Barnes.*

450. *ὁ μὴ θέλων,*] Ὁ δὲ μὴ θέλων. *Reisk.*

λαμπρὸς] Ed. Ald. *λαμπρὸν*, quod recte emendavit Canterus. *Musg.*

Ἐστ᾽ pro *ἐστίν*. *Faehse.*

451. *τί τούτων ἐστὶν ἰσαίτερον πόλει;*] Duportus, *ἔστ᾽ ἰσαίτερον*, ne sit anapæstus in quarta sede Iambi. Recte, ut mihi videtur, consentiente Heathio. Potest etiam legi *ἐστὶν ἰσότερον*. *Markl.*

ἐστὶν ἰσαίτερον] Assentior Duporto legenti *ἔστ᾽ ἰσαίτερον*. *Musg.*

Ἐστὶν ἰσαίτερον, πόλει;] Duportus legit *ἐστ᾽ ἰσαίτερον*, nulla necessitate, nam Anapæstus in quarto loco potest stare et solet non semel. *Barnes.*

452. *αὐθέντης χθονός,*] Αὐθέντης pro *δεσπότης* Suidas ait esse *ἀκυρολεξίαν*. et Eustathius ad Iliad. Ω. citatus a Valesio ad Harpocrat. p. m. 27. dicit *αὐθέντης* non esse *δεσπότης*, prout refert Ælius Dionysius. Ipse Harpocration, *ὁ αὐθέντης αὐτόχειρα δηλοῖ*, *qui manu sua cædit.* et verbum *αὐθεντεῖν* improbat Thomas Magister, pro eo Atticis commendans *αὐτοδικεῖν*. vide notas ibi. Semper alibi pro *interfectore* hac voce utitur Euripides, Androm. 172. Iph. Aul. 1190. et passim. Unde hic forte scribendum *εὐθυντὴς χθονὸς*, *rector terræ:* ut *εὐθύνων λαὸν*, *regens populum*, init. Hecubæ. *εὐθύνων πόλιν*, Sophocl. Antig. 184. et Noster supra v. 428. *ἀπευθύνων πόλιν*, Œdip. Tyran. 104. unde *σκῆπτρον εὐθυντήριον*, Æschyl. Pers. 766. *ναυκληρεῖν πόλιν*, Idem Sept. Theb. 658. eodem sensu, et *ναυκλήρου χερὸς* de rectore *currus*, Hippol. 1219: eadem metaphora: ut et *κυβερνήτης* hac Fab. v. 890. Operæ pretium duxi exscribere ex Budæi Commentar. Ling. Græcæ, p. 813. notam Theod. Gazæ, qui "in Libro *περὶ μηνῶν* ait hoc vocabulum olim tantum significasse *τὸν αὐτόχειρα*: postea vero, et supra mille annos, *αὐθέντην* Græce hoc significare cœpisse quod apud Latinos *auctor* significat. Id quod ideo dicit factum, ut Græci unam dictionem haberent, quæ plane responderet dictioni Latinæ, hoc est, huic nomini, *auctor:* vel, ut apud eum legitur, *αὔτορ*. Inde Αὐθεντία, *auctoritas.* quod verbum in Pandectis sæpe legitur, &c." vide ibi cetera. Heathius remittit ad Abresch. in Miscell. Observ. T. V. p. 109. *Markl.*

Καὶ μὴν ὅπου γε δῆμος αὐθέντης χθονός,]—"*hic forsan scribendum εὐθύντης χθονός.*" Markl. Probante Valckenærio Diatrib. XVIII. p. 188. *Por.*

αὐθέντης] Legendum cum Marklando *εὐθύντης*. Alterum eo sensu veteribus Græcis ignotum erat. Vide loca ab ipso citata. *Musg.*

Marklandus conjicit *εὐθυντής*. Non ausim mutare vulgatum. Vide interpp. ad Hesych. v. *αὐθέντης*. *Hermann.*

453. *ὑπῦσιν*] Lego, una litera adjecta, *ὑποφύσιν* *succrescentibus* *Musg.*

ὑπῦσιν est, i. q. *ὑπάρχουσιν*, *in promtu positis.* *Reisk.*

455. *οὓς ἂν ἡγῆται*] Οὕς τ᾽ ἂν ἡγῆται, opinor. *ἀνὴρ βασιλεὺς* (v. 454.) ut apud Herodot. I. 90. *ἄνθρωπος βασιλεὺς*, Matt. xviii. 23. *ἀνὴρ ἀδελφὸς*, et *γυνὴ ἀδελφὴ* in

Πῶς οὖν ἔτ' ἂν γένοιτ' ἂν ἰσχυρὰ πόλις,
Ὅταν τις, ὡς λειμῶνος ἠρινοῦ στάχυν,
Τόλμας ἀφαιρῇ, κἀπολωτίζῃ νέους;
Κτᾶσθαι δὲ πλοῦτον καὶ βίον τί δεῖ τέκνοις,
Ὡς τῷ τυράννῳ πλείον' ἐκμοχθῇ βίον;
Ἢ παρθενεύειν παῖδας ἐν δόμοις καλῶς,
Τερπνὰς τυράννοις ἡδονὰς, ὅταν θέλῃ,

Quomodo igitur civitas possit esse firma,
Quando aliquis, sicut ex prato verno spicam,
Aufert audaces cives, demetit juvenes?
Quid igitur opus est liberis comparare opes, et victum,
Ut tyranno vitam opimam paret?
Aut filias virgines in ædibus honeste educare,
Jucundas tyranno voluptates, quum voluerit,

N. T. alibi. φρονεῖν *spiritus generosos gerere* vertit Heathius. (Pro τῆς τυραννίδος, v. 456. scripsisse potuit ἧς *suæ*.) *Markl.*

οὖς] Marklandus, non male, οὔς τ'. *Musg.*

457. Πῶς οὖν ἔτ' ἂν γένοιτ' ἂν, etc.] Vide supra ad v. 195. *Barnes.*

458. Λειμῶνος ἠρινοῦ] Ἔαρ et ἦρ, ver, ἐαρινὸς et ἠρινὸς, vernus. Sensus est: quando *tyrannus* præstantissimos quosque gladio demetit, ut tot præcipuos flores in verno prato; quomodo Tarquinius per papaverum demessa culmina significabat, eandem rem a filio in Gabiis fieri debere. *Barnes.*

Conf. exemplum Thrasybuli ap. Herodot. V. 6. p. 422. ibique Valck. et Wessel. *Beck.*

459. Τόλμας ἀφαιρῇ,] Vel τόλμης, quod foret τι τόλμης, ut Iph. Aul. 1609. Λύπης δ' ἀφαίρει. Sed non opus. Pro ἠρινοῦ potuit et ἠρινὸν στάχυν· "Constructio est ἀφαιρεῖ τοὺς νέους τὰς τόλμας, *adimit juvenibus audaciam, eosque deflorat.*" Reiskius. *Markl.*

Τόλμας] Pro τολμηροὺς. Abstractum, quod aiunt, pro concreto. *Musg.*

Τόλμας] i. e. τοὺς εὐτολμοτέρους τῶν πολιτῶν. Κἀπολωτίζῃ] Proprie *lotum* curiosius carpo, hinc quodvis gramen, aut florem; et figurate *selectiores homines nece demeto.* Vide postea ad v. 727. *Barnes.*

461. Ὃς τῷ τυράννῳ πλείον' ἐκμοχθῇ βίον;] Mallem βίαν πλείονα. *majorem violentiam,* i. e. facultatem violentiæ. [Reiskius. "λεῖον βίον, *mollem,* proprie *lævem,* glabram, trajectu facilem, expeditam, tranquillam. Ludit, inquit, in gemino significatu vocis βίος *vitæ* et *divitiæ.*" Exemplum locutionis, λεῖος βίος, desideratur.] Pro ὃς MSS. A. B. C. ὡς, quod admisi. Τί δεῖ (v. 460.) est *quid prodest,* ut Androm. 765. Iphig. Aulid. 1035. *Markl.*

Offendisse Marklandum videtur repetitio vocis βίον. Emendat igitur βίαν, illectus, credo, levitate mutationis; interpretatur autem *majorem facultatem violentiæ.* Verum neque verba, quod voluit Marklandus, exprimunt, nec, si vel maxime exprimerent, eam mentem Auctoris fuisse puto. Magis placeret, si MSS. præberent:

ὡς τῷ τυράννῳ πίον' ἐκμοχθῇ βίον.

Pro ὡς, quod est in utroque MS. et P. Ed. Ald. ὅς. *Musg.*

462. καλῶς,] *Cum cura,* ut Iph. Aul. 738. Alcest. 323. Soph. Trachin. 588. "καλὰς, Reiskius." *Markl.*

Malim: παῖδας ἐν δόμοις καλούς. Non enim παῖδες quicunque, sed καλοὶ tantum, expeti solent. Hoc autem nomine tam Puellæ, quam Pueri, venire possunt. *Musg.*

463. Τερπνὰς τυράννοις ἡδονὰς, ὅταν θέλῃ,] Grammatica suggerit, τύραννος ἡδονὰς ὅταν θέλῃ· et in tota ῥήσει de tyranno loquitur in singulari numero. Constructio est ἡδονὰς [τυράννῳ] ὅταν τύραννος θέλῃ· et ἡδονὰς appositivum est ad παῖδας, ut et δάκρυα,

Δάκρυα δ' ἑτοιμάζουσι; μὴ ζώην ἔτι,
Εἰ τἀμὰ τέκνα πρὸς βίαν νυμφεύεται.
Καὶ ταῦτα μὲν δὴ πρὸς τάδ' ἐξηκόντισα.
Ἥκεις δὲ δὴ τί τῆσδε γῆς κεχρημένος;
Κλάων δ' ἂν ἦλθες, εἴ σε μὴ 'πεμψεν πόλις,
Περισσὰ φωνῶν· τὸν γὰρ ἄγγελον χρεὼν
Λέξανθ', ὅσ' ἂν τάξῃ τις, ὡς τάχος πάλιν

Lachrymas vero parentibus? Ne vivam amplius,
Si meæ filiæ per vim *alicui* nubant.
Et hæc quidem adversus tua sum ejaculatus.
Quid vero petitum ab hac terra jam venis?
Lachrymaturus enim venisses, si te non misisset civitas,
Cum supervacanea loquaris: nam nuncium oportet
Dictis *iis*, quæ quis *dici* jusserit, quam celerrime retro

v. 464. Reiskius quoque mavult τύραννος. *Markl.*

τυράννοις] Marklandus τύραννος. *Musg.*

Marklandus et Reiskius τύραννος legunt, sublata interpunctione post ἡδονάς. At sequentia repugnant. *Herman.*

464. Δάκρυα δ' ἑτοιμάζουσι;] Ἑτοιμάζουσι, scil. ἡδονὰς, *illis qui voluptates istas parent Tyranno*, i. e. parentibus. idem ac si scripsisset Δάκρυα δὲ τοῖς γονεῦσι, vel τοῖς τεκοῦσι. sic ἑτοιμάζειν βουλὴν, Heraclid. 473. Ἡδονὰς et δάκρυα opponuntur.

μὴ ζώην ἔτι,] Formula μὴ νῦν ζώην, Aristoph. Lysistrat. 530.

Σίγ' ὦ κατάρατε. ΠΡ. Σιωπῶ 'γὼ καὶ ταῦτα,
κάλυμμα φορούσῃ
Περὶ τὴν κεφαλήν; μὴ νῦν ζώην. ΛΥ. Ἀλλ' εἰ
τοῦτ, &c.

Sic personis distinguendus est iste locus. Contextum restituit Dawesius Miscell. Crit. p. 76. Μὴ νῦν ζῴην est *Mallem mori quam hoc pati.* Noster Orest. 1146. μὴ γὰρ οὖν ζώην ἔτι Εἰ μὴ 'πὶ 'κείνῃ φάσγανον σπάσω μέλαν. Homer. Odyss. Ω. 439. Aristoph. Νεφ. 1257. *Markl.*

μὴ ζώην ἔτι] Marklandus: "Formula μὴ νῦν ζώην, Aristoph. Lysistrat. 530. Σίγ' ὦ κατάρατε. ΠΡ. Σιωπῶ 'γὼ, καὶ ταῦτα, κάλυμμα φορούσῃ Περὶ τὴν κεφαλήν; μὴ νῦν ζῴην. ΛΥ. Ἀλλ' εἰ τοῦτ', κ. τ. λ."

Eodem modo emendat Joan. Taylorus (Toupio probante) apud Toupium in Suid. Cur. Noviss. p. 82. (III. p. 117. ed. nov. ubi vid. Porson. in Append. IV. p. 503.) *Por.*

466. πρὸς τάδ' ἐξηκόντισα] Opinor, πρὸς τὰ σ' ἐξηκόντισα, vel, τὰ σὰ 'ξηκόντισα, et eodem modo in similibus exemplis mox citatis. *Et hæc quidem ad tua* VERBA *respondeo.* Sic Troas. 911. τὰ σ' αἰτιάματα, i. e. τὰ σά. vide et Sophocl. Œd. Tyr. 413. Noster Cyclop. 229. ὅτι τάδ' οὐκ εἴων φέρειν· ubi Cod. Par. No. 2887. legit τα σ ουκ ειων—hoc est τὰ σά. et eodem dramate, v. 266. μὴ τάδ' ἐξοδᾷν ἐγὼ, idem codex, et item alter No. 2817. exhibent τα σ εξοδαν, i. e. τὰ σὰ, *tuas* RES: ut in D. Lucæ cap. vi. 30. Παντὶ δὲ τῷ αἰτοῦντί σε, δίδου· καὶ ἀπὸ τοῦ αἴροντος ΤΑ ΣΑ, μὴ ἀπαίτει. Ubi Παντὶ est *ulli, cuilibet*, scil. ex qualibet *gente* vel *secta*, sit licet *Ethnicus* vel *Samaritanus*: quæ est frequens significatio vocis πᾶς in *Novo Fœdere*. Beza recte vertit *cuivis*. Judæi vero dare non solebant nisi Judæis. extensiorem benignitatem Jesus præcipit in eo quod tibi non deest, alteri deest. Ἀπὸ τοῦ αἴροντος, non est *ab eo qui aufert* vel tollit *per vim* (sic enim *latronibus* et *furibus* consultum foret); sed, ab eo qui *sumit, accipit* id quod tu sponte tua dedisti. vide Marc. vi. 8. xv. 24. Actor. xxi. 11. Τὰ σὰ, *tuas res*, tuam eleemosynam, istud quod tuum erat antequam ei donasti. Μὴ ἀπαίτει, *ne repetito*: quia eo pacto non *donum* sive *eleemosyna* erit, sed *mutuum*. In nostro idiomate sic intelligo: *Give to any man* (i. e. to a man of any

Χωρεῖν. τολοιπὸν δ' εἰς ἐμὴν πόλιν Κρέων
Ἧσσον λάλον σου πεμπέτω τιν' ἄγγελον.
ΧΟ. Φεῦ, φεῦ, κακοῖσιν ὡς ὅταν δαίμων διδῷ
Καλῶς, ὑβρίζουσ', ὡς ἀεὶ πράξοντες εὖ.
ΚΗ. Λέγοιμ' ἂν ἤδη· τῶν μὲν ἠγωνισμένων,
Σοὶ μὲν δοκείτω ταῦτ', ἐμοὶ δ', ἐναντία.
Ἐγὼ δ' ἀπαυδῶ, πᾶς τε Καδμεῖος λεὼς,
Ἄδραστον εἰς γῆν τήνδε μὴ παριέναι·
Εἰ δ' ἔστιν ἐν τῇ, πρὶν θεοῦ δῦναι σέλας,

Abire: posthac igitur Creon in meam urbem
Nuncium aliquem te minus loquacem mittat.
Cho. Vah, vah, ut, quando fortuna dat malis
Res secundas, sunt insolentes, quasi semper felices sint futuri!
Præ. Dicam jam: ac de disputatis quidem
Tibi videantur hæc: mihi vero secus,
Ego autem interdico et totus populus Thebanus,
Ne admittas Adrastum in hanc terram.
Si autem est in hac, ut, antequam Dei occidat jubar,

nation, or *sect*) *who asketh of thee: and of him who receiveth thy gift, demand it not again.* *Markl.*

ἐξηκόντισα] Vide Joan. Burton. ad Sophocl. Antigon. 1098. *Por.*

τάδ'] Legendum cum Marklando τά σ', i. e. τὰ σά. vid. Sophocl. Œd. Tyr. v. 413. Nostrum Troad. v. 911. *Musg.*

470. ὡς τάχος πόλει Χωρεῖν.] Vertunt, *quam celerrime ex urbe excedere.* Sed hoc Græce esset ἐκ πόλεως χωρεῖν, vel ἐκχωρεῖν πόλεως, non πόλει. Lego, ὡς τάχος πάλιν Χωρεῖν. Heraclid. 835. Bacch. 754. Phœniss. 1415. Aristoph. Lysistrat. 739. Herodot. V. 72. Non fugit hoc Valckenærium ad Phœniss. 1409, 1410. p. 476. neque Reiskium, probante Heathio, qui citat ὡς ἂν τάξῃ τις, pro ὅσ' ἂν, verbis præcedentibus. *Markl.*

ὡς τάχος πόλει Χωρεῖν.] Legit Markl. ὡς τάχος πάλιν Χ. πάλιν quoque Tyrwhittus apud Musgrav. p. 135. *Por.*

πόλει] Legendum cum viris doctis, quotquot Euripidem nuper illustrarunt, πάλιν. *Musg*

473. s. Hoc chori monitum ad Creontem et Thebanos pertinet, quorum legatus tam superbe fuerit locutus. *Beck.*

474. Pro Καλῶς Codd. A. C. κακῶς. et A. omittit φευ secundo loco, v. 473. *Markl.*

475. s. Ap. Stob. Grot. CVI. p. 443. *Burn.*

476. Σοὶ μὲν δοκείτω ταῦτ', ἐμοὶ δὲ τἀναντία.] Lego:

Σοὶ μὲν δοκείτω ταῦτ', ἐμοὶ δ' ἐναντία.

Tibi quidem videantur hæc, mihi vero, illa.

Proverbialiter. Euenus ap. Stobæum Serm. LXXX. et Athenæum IX. 1.

Καὶ πρὸς μὲν τούτους (τούτοις Athen.) ἀρκεῖ,
λόγος ὡς (εἷς Athen.) ὁ παλαιὸς,
Σοὶ μὲν ταῦτα δοκοῦντ' ἐστὶν, ἐμοὶ δὲ τάδε.

Noster Alcest. 545. Σὺ τῇδε κρίνεις, κείνῃ δ' ἐγώ. Sophocl. Ajac. 1063. Κεῖνός τ' ἐκεῖνα στεργέτω, κἀγὼ τάδε. ubi Scholiast. notat proverbiale esse. Quod vero Cl. Barnesius dicit, "Bacchium (δὲ τᾰ-νᾱντ) in quinto loco "non inusitatum," ego nullum ejus rei exemplum novi. Heathius, δ' ἐναντία, et idem mecum observat de Bacchio. *Markl.*

Pro τᾶν [αν] τία lege TANTIA. Marklandi, exemplis adde Suid. v. Θεόπομπος. Εἰ δὲ ἄλλος νοεῖ ἑτέρως, κρατείτω τῆς ἑαυτοῦ γνώμης, ἐμὲ δὲ μὴ ἐνοχλείτω. *Por.*

ἐμοὶ δὲ τἀναντία.] Lego cum Marklando ἐμοὶ δ' ἐναντία. *Musg.*

Λύσαντα σεμνὰ στεμμάτων μυστήρια,
Τῆσδ' ἐξελαύνειν, μηδ' ἀναιρεῖσθαι νεκροὺς
Βίᾳ, προσήκοντ' οὐδὲν Ἀργείων πόλει.
Κἂν μὲν πίθῃ μοι, κυμάτων ἄτερ πόλιν
Σὴν ναυστολήσεις· εἰ δὲ μὴ, πολὺς κλύδων
Ἡμῖν τε, καὶ σοὶ, ξυμμάχοις τ' ἔσται, δορός.
Σκέψαι δὲ, καὶ μὴ τοῖς ἐμοῖς θυμούμενος
Λόγοισιν, ὡς δὴ πόλιν ἐλευθέραν ἔχων,
Σφριγῶντ' ἀμείψῃ μῦθον· ἐκ βραχιόνων

Solutis sacris coronarum mysteriis
Hinc *eum* expellas, neque tollere conaris mortuos
Vi, qui nihil attingis civitatem Argivorum.
Et si mihi parueris, sine fluctibus civitatem
Tuam gubernabis: sin minus, magna procella
Belli erit nobis, et tibi, et sociis.
Considera autem, et non iratus meis
Dictis, tanquam habens liberam civitatem,
Superbum reddas responsum ex brachiis.

Ἐμοὶ δὲ τἀναντία] Bacchius in quinto loco, quod non inusitatum; vel legi potest — δ' ἐναντία. *Barnes.*

Heathius et alii ἐμοὶ δ' ἐναντία pro vulgata ἐμοὶ δὲ τἀναντία. Facilius videbatur, τἀντία scribere. Vide v. 209. *Hermann.*

477. Ἐγὼ δ' ἀπαυδῶ, πᾶς τε Καδμεῖος λεώς.] Hoc est istud, *Ego et Rex meus.* Perite quoque ab Euripide ridicula hujus Præconis insolentia exponitur versu antecedenti, ΣΟΙ μὲν δοκείτω ταῦτ', ΕΜΟΙ δ' ἐναντία· quasi Thesei et Præconis æquali sententia, et pari jure: et v. 483. Pro δ' non male scriberetur τ', et v. 475, 476. τῶν γὰρ, (non μὲν) ἠγωνισμένων, &c. in parenthesi includi possent. nam ista, Λέγοιμ' ἂν ἤδη, respondent ad Thesei quæstionem v. 467. *qua de caussa veniret?* quod jam tandem dicturus est Præco, post tot verba nihil ad rem spectantia. Ita:

Λέγοιμ' ἂν ἤδη· (τῶν γὰρ ἠγωνισμένων
Σοὶ μὲν δοκείτω ταῦτ', ἐμοὶ δ', ἐναντία)
Ἐγώ τ' ἀπαυδῶ, πᾶς τε, &c.

Markl.

479. Εἰ δ' ἐστὶν ἐν τῇ.] Ἐν γῇ Auct. Libelli cui Titulus, *De Græcorum Quinta Declinatione imparisyllabica*, &c. p. 45. seqq. Vide Dorvill. ad Chariton. p. 160. Et ita legit Reiskius, [qui tamen dicit, "non nescio ἐν τῇ, pro ἐν αὐτῇ, bene dici."] Πρὶν Θεοῦ δῦναι σέλας, est, πρὸ δύντος ἡλίου, Herodot. V. 50. Vide Herald. ad Arnob. lib. I. p. 31. *Markl.*

Εἰ δ' ἐστὶν ἐν τῇ, πρὶν θεοῦ δῦναι σέλας,] Εἰς τήνδ' Phœn. 1202. (sed vide ipsius editionem Phœnissarum, v. 1202.) *Por.*

ἐν τῇ,] Marklandus ἐν γῇ. Sed ferri potest τῇ pro αὐτῇ, ut non raro est apud Æschylum. *Musg.*

Θεοῦ δῦναι σέλας,] Θεὸς absolute pro ἥλιος. Vide supra ad v. 219. et Medeæ v. 353. *Barnes.*

Εἰ δ' ἔστιν ἐν τῇ,] Forte εἰ δ' ἔστι τῇδε. *Fuhse.*

480. Λύσαντα σεμνὰ, &c.] Id est, *Posthabita et omissa supplicum religione.* De voce μυστήρια vide hic Reiskium. *Markl.*

μυστήρια,] Quamvis rem sanctam μυστήριον dici docent ex Herodiano Lexica: Sic et Scholiastes Pindari: τὰς ψυχὰς διά τινων μυστηρίων ἀνακαλεῖσθαι. In Pyth. IV. Stroph. 8. *Musg.*

στεφάνων μυστήρια sunt *venerabilia et non violanda supplicationum sacramenta.* Quia supplicantes *corollas* in signum suæ obtestationis protendebant, hinc dicti sunt

Ἐλπὶς βροτοῖς κάκιστον, ἣ πολλὰς πόλεις
Ξυνῆψ', ἄγουσα θυμὸν εἰς ὑπερβολάς.
Ὅταν γὰρ ἔλθῃ πόλεμος εἰς ψῆφον πόλεως,
Οὐδεὶς ἔθ' αὑτοῦ θάνατον ἐκλογίζεται,
Τὸ δυστυχὲς δὲ τοῦτ' ἐς ἄλλον ἐκτρέπει.
Εἰ δ' ἦν παρ' ὄμμα θάνατος ἐν ψήφου φορᾷ,

Spes enim est pessima, quæ multas urbes *bello*
Commisit, efferens iracundiam extra modum.
Quum enim venit bellum ad suffragia civitatis,
Nullus amplius suam mortem reputat:
Sed hoc infortunium in aliud avertit.
Si vero esset ante oculos mors in calculo ferendo,

στέφανοι pro *ἱκετίαις*, signum rei pro re significata. *μυστήριον* autem est omne venerabile, sacrum, non violandum. Sic Herodian. VIII. 7. militare Romanorum sacramentum dicitur *μυστήριον*. *Reisk.*

482. *προσήκοντ' οὐδέν*] [" *Προσῆκόν γ' οὐδὲν, quum non oporteat, competat.* Reiskius." Immo] Id est *σὲ, οὐδὲν προσήκοντα*, ut Herodot. I. 91. *τὴν ἐκείνου τιμὴν οὐδέν οἱ* (i. e. *αὐτῷ*) *προσήκουσαν.* et III. 14. *τὸν δὲ πτωχὸν, οὐδέν σοι προσήκοντα.* Æschyl. Agam. 1089. *Markl.*

484. *πολὺς κλύδων—ἔσται, δορός.*] Heraclid. 160. in argumento simili, *εἰς πάλην καθίσταται Δορὸς τὸ πρᾶγμα.* *Markl.*

487. *ὡς δὴ πόλιν ἐλευθέραν ἔχων.*] Irrisorie alludit ad istud Thesei, v. 415. *ἀλλ' ἐλευθέρα πόλις.* patet hoc ex particula *δὴ*, *scilicet.* *Markl.*

Optime Marklandus: " irrisorie alludit ad istud Thesei, v. 415. *ἀλλ' ἐλευθέρα πόλις.* patet hoc ex particula *δὴ* *scilicet.*" *Musg.*

488. s. *Σφριγῶντ' ἀμείψῃ μῦθον ἐκ βραχιόνων. Ἐλπὶς γάρ ἐστι κάκιστον, ἣ*, &c.] Vertitur, *Superbum reddas responsum, paucioribus* prolatum. Sed voces *βραχίονος, βραχιόνων*, et ceteri casus, sunt a recto *βραχίων*, *brachium*, non a comparativo adjectivi *βραχὺς*, *brevis:* [quæ vox *βραχίων*, *brevior*, nescio an in usu sit, vel extet.] (quod hoc modo comparari videtur, *βραχὺς, βραχύτερος*, (non et *βραχίων*, istud est, *brachium*) *βραχύτατος*, et *βράχιστος*.) Distinguendum opinor:

Σφριγῶντ' ἀμείψῃ μῦθον' ἐκ βραχιόνων
Ἐλπὶς γάρ ἐστι κάκιστον, ἣ πολλὰς, &c.

Βραχίονες Græcis, ut *brachia* et *lacerti* Latinis, *robur* et *vires* denotat: *Fidens juventus horrida brachiis*, Horat. III. Carm. iv. 50. et *νέῳ βραχίονι*, Noster Hecub. 15. Hac fab. 748. *νέοι βραχίοσιν.* Notum est *βραχίων Κυρίου*, et *βραχίων ὑψηλός.* Pro *γάρ ἐστι κάκιστον*, Stobæus Tit. CIX. citat *βροτοῖς κάκιστον.* Duportus legit, *γὰρ αὖ κάκιστον*: quare, nescio; nisi metuebat anapæstum in 3o loco. Accuratam notionem vocis *σφριγῶντα* pete ex doctissimo commentario Dav. Ruhnkenii in Timæi Lexicon Platonicum. *Σφριγῶντα θυμὸν*, Æschyl. Prometh. 380. ubi Scholiast. *νεάζοντα καὶ αὐξάνοντα.* Pro *ἐκ βραχιόνων* scribi potuit *ἢ 'κ*, i. e. *ἢ ἐκ*, ut *ἢ 'ν* pro *ἢ ἐν* v. 255. et Iph. Taur. 770. nisi quod *ἢ* istis locis Linguæ necessaria est: non ita hic. [*ἀμείψῃ* Reiskius interpretatur, " *efficias tibi responderi.* id est, *vide ne efficias verbis contumeliosis, ut urbs nostra tibi respondeat sermonem robustum e brachiis torosis.*" Heathius: " ne lasciviens mihi reddas responsum ex lacertis, id est, ad lacertos, vel ad vim, rem deducens."] *Markl.*

Σφριγῶντ' ἀμείψῃ μῦθον' ἐκ βραχιόνων Ἐλπὶς γάρ ἐστι κάκιστον.] Marklandus, " Pro *γάρ ἐστι κάκιστον*, Stobæus Tit. CIX. *citat βροτοῖς κάκιστον.*" Et Muretus ad Ronsardum, Opp. T. IV. p. 473.

" *Σφριγῶντα θυμὸν*, Æschyl. Prom. 380. ubi Scholiast. *νεάζοντα καὶ αὐξάνοντα.*" Adde Steph. Bergler. ad Alciphron. III. 19. Euripid. Androm. 195. Philostrat. Icon. XV. p. 887. Nonnum XLVIII. 363. XLV. p. 773. Suid. v. *ἀκμαῖος.* *Por.*

ἐκ βραχιόνων, *ex brachiis.* Interpretor *ex virium fiducia.* Marklandus hæc cum

Οὐκ ἄν ποθ' Ἑλλὰς δοριμανὴς ἀπώλλυτο.
Καί τοι δυοῖν γε πάντες ἄνθρωποι λόγοιν
Τὸν κρείσσον' ἴσμεν, καὶ τὰ χρηστὰ καὶ κακὰ,
Ὅσῳ τε πολέμου κρεῖσσον εἰρήνη βροτοῖς·
Ἣ πρῶτα μὲν μούσαισι προσφιλεστάτη,
Γόοισι δ' ἐχθρά· τέρπεταί τ' εὐπαιδίᾳ,

Nunquam Græcia furens cupiditate belli periisset.
Et duarum omnes homines rationum
Meliorem scimus, et bona et mala,
Quantoque pax melior sit hominibus, quam bellum:
Quæ primum quidem est gratissima Musis,
Cædibusque inimica, et delectatur procreatione sobolis,

sequentibus connectit, quod non imiter. *Musg.*

489. ἢ πολλὰς πόλεις Συνῆψε.] Absolute συνῆψε, ut Herodot. IV. 80. μελλόντων δὲ αὐτέων συνάψειν, &c. scil. μάχην. Hic intelligitur πολέμῳ vel μάχῃ. Sic Phœniss. v. 1395. s. Latinis *committere. Markl.*

Legendum puto: ἐλπὶς γὰρ ἓν κάκιστον, i. e. ἓν τῶν κακίστων. *Musg.*

Ἐλπὶς γάρ ἐστι κάκιστον] Hic Duportus αὖ legit pro ἐστι, contra omnium exemplarium fidem; ne anapæstus in tertio loco legatur, quem etiam quarto legi nonnunquam diximus ad v. 451. *Barnes.*

Stob. S. 109. Ἐλπὶς βροτοῖς (deberet esse βροτοῖσι) κ. V. sequ. Stob. ed. Gesn. cum Edd. Eurip. ἄγουσα, sed in ed. Trinc. ἔχουσα.

Reisk. conjicit συνέτριψε. *Beck.*

Legebatur ἐλπὶς γάρ ἐστι κάκιστον, quod mutavi in ἐλπίς γέ τοι κάκιστον. Nam quod Stobæus Serm. CXI. præbet, ἐλπὶς βροτοῖς κάκιστον, non adducor, ut ab Euripide profectum credam. *Herman.*

491. εἰς ψῆφον πόλεως.] Πόλει margo Barnesii. εἰς ψῆφον, λεὼ, Stobæus Serm. LIII. p. 368. Ceterum ex his quæ citavi et citaturus sum ex Stobæo, observare licet, quantum descrepuerint exemplaria Euripidis, etiam Stobæi ævo, ab iis quæ nunc in manibus versantur. Πόλεως pro iambo est; de cujus vocis pronunciatione dicam alibi. Ita invenitur ad finem versus iambici Sophocl. Antig. 295. et πόλεος Nostro Ion. 932. πόλεως Æschylo Ἑπτ. ἐπὶ Θήβ. v. 2. 57. et alibi. Sophocles Œdip. Colon. 771. Τὰ τοῦδε πενθεῖν πήματα πλεῖστον πόλεως· Sic scribendum puto pro πήματ', ἢ πλεῖστον. mutatum ab aliquo qui metro frustra metuebat, sensum non curabat. *Markl.*

Sophocles Œdip. Colon. 771. Τὰ τοῦδε πενθεῖν πήματα πλεῖστον πόλεως· *Sic scribendum puto pro* πήματ', ἢ πλεῖστον." Markl. Sic conjecerat Cl. Mudge apud Heathium. *Per.*

Πόλεως.] Stobæus Tit. 53. λεώ. Alterum in fine versus, vid. Soph. Ant. v. 293. indicante Marklando. *Musg.*

Πόλεως, ut dissyllabum, per συνίζησιν legendum, ne sit in sexto anapæstus. *Barnes.*

492. Stobæi ed. Trinc. ἔτ' αὐτȣ͂. *Herman.*

494. Εἰ δ' ἦν παρ' ὄμμα.] Priores Editt. ἦ. mutavit Barnesius: et firmat Cod. B. Ἠ esset primæ personæ, Attice: Aristoph. Ὀρν. 1563. et Kuster. ad Plut. 77. *Markl.*

495. δοριμανὴς ἀπώλετο.] Stobæus, δορυμανὴς ἀπόλλυτο. Codex Par. A. δορυμανης απωλλυτο. C. απωλλυτο. et sic edidi. δουρομανὴς πόλεμος, Antholog. Reiskii, p. 146. *Markl.*

ἀπώλετο.] Bene ambo MSS. P. et Stobæus supra, ἀπώλλυτο, quod et Marklandus. *Musg.*

496. Καὶ τοῖν δυοῖν γε] Forte, Καί τοι δυοῖν γε· *Atqui* vel *Et tamen.* Alterum non bene connecti videtur. Et ita inveni in Stobæo, Καί τοι δυοῖν γάρ. Codex B.
οι οι ει
δυειν λογων. et C. λογων. Per δυοῖν vero λόγοιν innuit ἄμφω τὼ λόγω, Τὸν κρείττον'

Χαίρει δὲ πλούτῳ. ταῦτ' ἀφέντες οἱ κακοὶ,
Πολέμους ἀναιρούμεσθα, καὶ τὸν ἥσσονα
Δουλούμεθ' ἄνδρες ἄνδρα, καὶ πόλις πόλιν.
Σὺ δ' ἄνδρας ἐχθροὺς θεοῖς, θανόντας ὠφελεῖς,
Θάπτων, κομίζων θ' οὓς ὕβρεις ἀπώλεσαν.
Οὔτ' ἂν γ' ἔτ' ὀρθῶς Καπανέως κεραύνιον

Et gaudet divitiis. Hæc dimittentes, improbi
Bella suscipimus, et inferiorem
Virum viri redigimus in servitutem, et urbs urbem.
Tu vero homines Deorum hostes, mortuos juvare vis,
Sepeliens, et curans, quos *sua* justitia perdidit.
Non ergo recte Capanei fulmine ictum

ὅστις ἐστὶ, καὶ τὸν ἥττονα, Aristoph. Nub. 112. et 882. et Isocrates accusabatur ab Lysimacho, quod τοὺς ἥττους λόγους posset facere κρείττους, Orat. De Permutat. p. 618. V. 497. Pro κακὰ Reiskius καλά. *Markl.*

καί τοι pro veteri καὶ τοῖν recepi ex Stobæo, qui et γὰρ legit pro γέ. *Musg.*

Stob. Gesn. κρείττον' (Trinc. κρείττονα) et mox κρεῖττον. — Pro κακὰ Reisk. καλά. *Musg.*

500. Ποιναῖσι δ' ἐχθρά] Dubitantibus quo bono sensu Pax dicatur Pœnis vel Furiis inimica, satisfaciet Stobæi Γόοισι δ' ἐχθρὰ, *Luctibus vero inimica.* de quo dubitari vix potest. Pro τ' hoc versu, Idem, et Cod. A. δ'. [Reiskius conjicit, Ποίμναισι δὲ θαλεραῖς τέρπεται τ' εὐπαιδίᾳ. ubi, opinor, ι istud in Ποίμναισι est a Typotheta.] Τέρπεταί τ' εὐπαιδίᾳ, sc. εἰρήνη· unde κουροτρόφος Θεὰ appellatur Pax, Bacch. 414. Deinde, Χαίρει δὲ πλούτῳ· ob quod Εἰρήνη βαθύπλουτε vocatur Nostro in Cresphonte. *Markl.*

Ποιναῖσι] Stobæus, ubi supra γόοισι, quod melius. Vel sic tamen malim, φοναῖσι. *Musg.*

Ποιναῖσι] Non recte Canterus reddidit *pœnis,* quare nos posuimus Furiis; aperte enim id Ποιναὶ in hoc loco significat: dicit enim Poëta, *pacem* esse Musis gratissimam, Furiis autem invisam. Nec novum hoc est; Pausanias enim in Laconicis ait: ὅτι τὰς Τιμωρίας οἱ παλαιοὶ τῶν ἀνθρώπων ὠνόμαζον Ποινάς. Idem Synes. in Epist. et Hesychius: Ποιναῖς, ἐφικταῖς Ἐριννύσι, τιμωρίαις. Eadem verba Phavorinus. *Barnes.*

εὐπαιδίᾳ Stob. Trinc. *Beck,* Ald. Brub. ποιναῖσι δ', Stobæus γόοισι δ'. Hinc ex conjectura dedi πόνοισι δ'. Stobæus et cod. A. τέρπεται δ'. *Hermann.*

501. s. Confer Aristophan. Pac. 622. 623. *Por.*

502. πολέμους ἂν αἱρούμεσθα, Stobæus. male. Xenophon. Ἀναβ. V. p. 366. ἀνελέσθαι πόλεμον ᾧ ἂν βούλησθε. Isocrates περὶ Εἰρήν. p. 320. Herodot. V. 36. ubique occurrit. *Markl.*

Stobæi ed. Trinc. ἂν αἱρέμεθα καὶ τὸν ἥττονα. *Hermann.*

504. ἐχθροὺς ΚΑΙ θανόντας.] Quibus ἐχθρούς? Sensus, non Lingua, dicit hostes *nobis, Thebanis:* Linguæ, Argumento, et sequentibus multo melius convenisset:

Σὺ δ' ἄνδρας ἐχθροὺς ΘΕΟΙΣ, θανόντας ὠφελεῖς·

monosyllabice posito Θεοῖς, ut sæpe. Libri non adjuvant. Sonus Iambi non objici debet, non magis quam infra v. 1211.

Ἐν τῷδε λαιμοὺς τρεῖς τριῶν μήλων τεμών.

Et alii æque absoni inveniri possunt. Καὶ videtur additum fuisse vocabulo θανόντας, *etiam mortuos,* ut magis emphaticum videretur: non considerantibus ambiguitatem vocis ἐχθροὺς ita nude positæ. Vid. Aristoph. Νεφ. 581. Βατραχ. 967. *Markl.*

ἐχθροὺς καὶ] Lego cum Marklando ἐχθροὺς θεοῖς, quod sequentia mire confirmant. Frequentatum est a multis, præcipue vero a Demosthene, ἐχθρὸς θεοῖς. *Musg.*

505. οὓς ὕβρις ἀπώλεσεν.] Metrum suggereret, οὓς ὕβρεις ἀπώλεσαν. Atticum est ὕβρεις, ut Herc. Fur. 739. Bacch. 243. Demosth. πρὸς Πανταίνετ. ad finem.

Δέμας καπνοῦται κλιμάκων ὀρθοστάτων,
Ἃς προσβαλὼν πύλαισιν, ὤμοσεν πόλιν
Πέρσειν, θεοῦ θέλοντος, ἤν τε μὴ θέλῃ·
Οὐδ' ἥρπασεν χάρυβδις οἰωνοσκόπον,
Τέθριππον ἅρμα περιβαλοῦσα χάσματι·
Ἄλλοι τε κεῖνται πρὸς πύλαις λοχαγέται,

Corpus fumat *in* scalis erectis,
Quas admovens portis, juravit se urbem
Deleturum, volente et nolente Deo.
Neque *recte* rapuit Charybdis augurem,
Quadrijugum currum circumplexa voragine.
Aliique duces jacent ad portas,

Transponendo sanat Barnesius, ὕβρις οὓς ἀπώλεσεν. monere omisit. Cum tribus modis hæc refingi possint, (legi enim potest οὓς ὕβρις γ' ἀπώλεσεν) vulgatam, licet mendosam, reliqui. De sensu Verbi κομίζειν vide doctissimum Joan. Taylorum ad Lysiæ Epitaph. &c. p. 30. ed. Lond. 4o. 1739. Θάπτων est *sepelire volens:* et ita κομίζων. *Markl.*

κομίζων θ' οὓς ὕβρις ἀπώλεσεν.] "Metrum suggereret, οὓς ὕβρεις ἀπώλεσαν." Markl. *Ejus exemplis addit Porsonus*, Heraclid. 927. Potes etiam, ὕβρις διώλεσεν. sed vera videtur Musgravii emendatio, ὕβρισμ' ἀπώλεσεν. ipso citante, Herc. Fur. 180. adde Orest. 1037. 1659. διώλεσαν pro ἀπώλεσαν metrum postulat in senario apud Dion. Cass. citato a Gatakero Advers. Miscell. Posthum. X. p. 528. D. *Por.*

οὓς ὕβρις ἀπώλεσεν.] Metro succurrit Barnesius legendo ὕβρις οὓς. Marklando placet οὓς ὕβρεις ἀπώλεσαν, ut Bacch. v. 243. Herc. Fur. v. 739. Malim, οὓς ὕβρισμ' ἀπώλεσεν. vid. Herc. Fur. v. 180. *Musg.*

506. Οὔτ' ἂν γ' ἔτ' ὀρθῶς.] Cod. A. ουτ' αν ετ—Forte, Οὔτ' ἆρ' ἔτ' ὀρθῶς, *Neque igitur jam recte*, &c. nam ἂν parum hic agere videtur, et prima in ἄρα interdum longa est. Utcumque sit, hæc loquitur Præco ex persona Thesei, et quasi Theseus ita judicaret. Pro Καπανέως Ald. Καππανέως. Reiskius, Οὐκοῦν ἔτ' ὀρθῶς. est interrogatio, inquit, ironica.

Versu proxime sequenti, Δέμας καπνοῦται κλιμάκων, Brodæus intellexit ἐκ ante κλιμάκων, sine mentione ullius mutationis in contextu. Scio ἐκ et ἀπὸ et διὰ sæpe reticeri: hoc loco forte fuerit, καπνοῦται 'κ κλιμάκων· quod usitatius scribitur καπνοῦτ' ἐκ κλιμάκων. Facile omitti potuit κ ante eandem literam; vide Phœniss. 1195. De Verbo καπνόω, quod Sylburgius vertit *fumo macero* vel *infesto*, vide eum in notis ad Clenard· et Antesignanum, p. 480. ed. 4to. Non occurrit in Lexicis vulgaribus. Reliqui versionem Canteri et Barnesii, qui eodem fere modo vertunt καπνοῦται, Troad. v. 8. 588. Ceterum ex hoc facto Capanei, quivis qui expedite scalas ascendebat, quasi ex formula Capaneus vocabatur: Aristophon apud Athenæum VI. 9. [p. 238. c.] *Markl.*

οὔτ' ἂν γ' ἔτ'] MS. E. οὔτ' ἂν ἔτ'. Sensus vero nec ἄν, nec οὔτε, pati potest. Legendum puto:

οὐκ ἆρ' ἔτ' ὀρθῶς Καπανέως κεραύνιον
δέμας καπνοῦτ' ἐκ κλιμάκων ὀρθοστάτων.

Ubi ἆρ' pro ἂν et καπνοῦτ' ἐκ pro καπνοῦται Marklando debeo. *Musg.*

Lege, οὐκοῦν ἔτ' ὀρθῶς, *non igitur recte deinceps fumat corpus Capanei?* est interrogatio ironica. Reisk.

507. κλιμάκων ὀρθοστάτων,] Subaudiri potest ἐπὶ, ut cum Ἄργεος, Odyss. III. 251. cum πυρᾶς, Soph. Electr. 909. cum νεὼς ejusd. Philoct. 647. *Musg.*

αι
508. Cod. C. πυλῃσιν. *Markl.*

509. Θεοῦ θέλοντος, &c. ex Æschyl. Sept. Theb. 433. Θεοῦ τε γὰρ θέλοντος ἐκπέρσειν πόλιν, Καὶ μὴ θέλοντος, φησίν. *Mark.*

510. Χάρυβδις] *Terræ hiatus* in hoc loco.

Πέτροις καταξανθέντες ὀστέων ῥαφάς.
Ἦ νυν φρονεῖν ἄμεινον ἐξαύχει Διὸς,
Ἢ θεοὺς δικαίως τοὺς κακοὺς ἀπολλύναι.
Φιλεῖν μὲν οὖν χρὴ τοὺς σοφοὺς πρῶτον τέκνα,
Ἔπειτα τοκέας, πατρίδα θ', ἣν αὔξειν χρεὼν,
Καὶ μὴ κατάξαι. σφαλερὸν, ἡγεμὼν θρασὺς,
Νεώς τε ναύτης· ἥσυχος καιρῷ, σοφός.
Καὶ τοῦτό μοι τἀνδρεῖον, ἡ προμηθία.
ΑΔ. Ἐξαρκέσας ἦν Ζεὺς ὁ τιμωρούμενος·

Contriti saxis ossium suturas.
Aut igitur glorieris te plus sapere quam Jovem,
Aut deos perdere malos æquum puta.
Oportet igitur sapientes primum quidem amare liberos,
Deinde parentes, et patriam: quam oportet augere,
Et non frangere. Lubrica *res est*, dux *nimis* audax,
Gubernatorque navis placidus pro tempore, est sapiens:
Et hoc mihi fortitudo, prudentia utique.
Ad. Satis erat Jupiter vindicans *scelera:*

Scyllæ et Charybdis nota est Fabula ex Homero. οἰωνοσκόπον] Amphiaraum notat Poëta, qui absorptus a terra periit ad Thebas. Vide ad hujus Fab. v. 936. et Statium Thebaid. L. VII. *Barnes.*

Ἄλλει τε κεῖνται, &c.] Repete οὐκ ὀρθῶς, ex v. 506. Et adhuc præco loquitur quasi ex Thesei opinione, quam ipse finxerat. satis insolenter. Alioquin legi forte posset Ἄλλως, *frustra.* De τεθρίππῳ ἅρματι Amphiaraï hic, et v. 937. quod hoc tempore nondum in usu fuisse scribit Philostratus, vide Valckenærium ad Phœniss. 44, 5. *Markl.*

513. Πέτροις καταξανθέντες] Sophocles Ajac. 744. πέτροισι καταξανθείς. Noster Troas. 511. Δακρύοις καταξανθεῖσα. Phœniss. 1161. πρὶν κατεξάνθαι βολαῖς. *Markl.*

514. Ἦ νῦν φρονεῖν ἄμεινον ἐξαύχει Διός,] Videtur deese pronomen, Ἦ νυν φρονεῖν σ' ἄμεινον, &c. Hoc loco νυν est encliticum, *igitur,* ut sæpe in Tragicis et Herodoto: vide III. 122. ubi, ut hic, male scribitur σὺ νῦν. pro σύ νυν. Sequitur: Ἢ Θεοὺς δικαίως τοὺς κακοὺς ἀπολλύναι. Vertunt: *Aut deos juste perdere malos* fatearis. Suppleverunt *fatearis,* quia ἐξαύχει non potuit repeti commode ante Θεοὺς ἀπολλύναι. Non damno: et fieri solet; vide v. 557. Sed forte propius erat remedium, Ἢ Θεοὺς δικαίου, &c. *Aut æquum censeto* (concede) *Deos perdere malos homines.* sic v. 556. Θάψαι δικαιῶ, *justum censeo sepelire.* Herodot. I. 89. Favet hic versus conjecturæ superiori ad v. 450. ἐχθροὺς Θεοῖς pro ἐχθροὺς καὶ: quod ad sensum attinet. ut et v. 521. Ζεὺς ὁ τιμωρούμενος. *Markl.*

Ἢ νυν φρονεῖν ἄμεινον ἐξαύχει Διός.] Pessime pronomen (φρονεῖν σ' ἄ.) infercit Marklandus, eadem iterum chorda oberrans ad Nostri Iph. Aul. 475. *Por.*

Ald. et edd. vett. ἢ νῦν. *Hermann.*

515. Marklandus præter necessitatem conjicit. δικαιῶ.

516. Vertunt: *aut Deos juste perdere malos* fatearis. Suppleverunt *fatearis,* quia ἐξαύχει non potuit repeti commode ante θεοὺς ἀπολλύναι. Non damno: et ita fieri solet: vid. v. 557. Sed forte propius erat remedium ἢ θεοὺς δικαίου. *aut æquum censeto* (concede), *Deos perdere malos homines.* Sic v. 558. θάψαι δικαιῶ, *justum censeo sepelire.* Herodot. I. 89. Ex Marklando. Herodoti verba sunt: δικαιῶ, εἴ τι ἐνορῶ πλέον, σημαίνειν σοί. *Musg.*

517. πατρίδα θ', ἥν. Scribi potest, πατρίδα θ' ἥν, et *patriam suam,* ab ὅς, *suus.*

Ὑμᾶς δ' ὑβρίζειν οὐκ ἐχρῆν τοιάνδ' ὕβριν,
Ὦ παγκάκιστε. ΘΗ. Σῖγ', Ἄδραστ', ἔχε στόμα,
Καὶ μὴ 'πίπροσθε τῶν ἐμῶν τοὺς σοὺς λόγους
Θῇς· οὐ γὰρ ἥκει πρὸς σὲ κηρύσσων ὅδε,
Ἀλλ' ὡς ἔμ'· ἡμᾶς κἀποκρίνασθαι χρεών.
Καὶ πρῶτα μέν σε πρὸς τὰ πρῶτ' ἀμείψομαι.
Οὐκ οἶδ' ἐγὼ Κρέοντα δεσπόζοντ' ἐμοῦ,
Οὐδὲ σθένοντα μεῖζον ὥστ' ἀναγκάσαι
Δρᾶν τὰς Ἀθήνας ταῦτ'· ἄνω γὰρ ἂν ῥέοι

Vos vero non oportebat tam contumeliose agere,
O pessime. *The.* Tacite, Adraste, comprime os,
Et non ante meos sermones tuos
Ponas: non enim venit ad te iste præco,
Sed ad me: *ergo* nos etiam oportet respondere.
Ac primum quidem ad prima tibi respondebo.
Non agnosco ego Creontem dominum meum,
Neque plus posse, ut cogat
Athenas ista facere. Sursum enim fluerent

De verbo αὔξειν vide magnum animadversorem in Athenæum, lib. IV. 15. *Markl.*

518. Distinguit non male Marklandus:

σφαλερὸν ἡγεμὼν θρασὺς,
Νεώς τε ναύτης. ἥσυχος καιρῷ, σοφός.

Musg.

519. Νεώς τε ναύτης ἥσυχος καιρῷ σοφός.] Distinguenda hæc videntur:

σφαλερὸν ἡγεμὼν θρασὺς,
Νεώς τε ναύτης. ἥσυχος καιρῷ, σοφός.

In versu qui hunc sequitur, putidum istud MOI notabis, ut v. 476. Νεώς τε ναύτης, sc. θρασὺς, est σφαλερὸν χρῆμα. Sententia hæc ita effertur in Eurip. Antiope:

ἐγὼ γὰρ οὔτε ναυτίλον φιλῶ
Τολμῶντα λίαν, οὔτε προστάτην χθονός.

Markl.

520. τἀνδρεῖον est τὸ ἀνδρεῖον, ut 896. et alibi. Quando ο et α concurrunt, sæpe coalescunt in ω: hoc foret τὠνδρεῖον. *Markl.*

521. Ante Ἐξαρκέσας, Cod. C. præfigit Αδρ. et omittit eum v. 523. Recte. et ita Heathius, ex conjectura. V. 522. pro τοιάνδ' A. τοιαυτην. *Markl.*

Ἐξαρκέσας ἦν Ζεὺς ὁ τιμωρούμενος.] Personas recte quoque distinxit Tyrwhittus apud Musgrav. p. 134. Ἐξαρκέσας ἦν τιμωρούμενος. ut Iph. Aul. 1427. ἀρκεῖ μάχας τιθεῖσα, ex vera et eleganti Hardionis emendatione. Orest. 1609. ἀρκέσω δ' ἐγὼ λέγων. *Por.*

Ab hoc versu inchoatur Adrasti ῥῆσις in Put. quem sequor. In vulgatis Præconi tribuitur cum sequenti etiam versu. Verum viderant Tyrwhittus et Heathius. *Musg.*

Eleganter Matthiæ conjicit Ζεύς σφε τιμωρούμενος. Defendi tamen vulgata potest. *Hermann.*

523. Σῖγ', Ἄδραστ', ἔχε στόμα,] De phrasi, σῖγ' ἔχειν et σῖγ' ἔχειν στόμα, vide Valckenær. ad Euripid. Hippolyt. 657. adde Bacch. 1073. *Por.*

526. ἡμᾶς] Id est, ἐμὲ, ut passim. hic non aliter esse potest, neque v. 1081. neque Iphig. Taur. 605. Vide supra v. 110. *Markl.*

Ἀλλ' ὡς ἔμ'] Ὡς pro εἰς. Vide Notas ad Hippolytum v. 1293. *Barnes.*

527. Καὶ πρῶτα μέν σε πρὸς τὰ πρῶτ'

Τὰ πράγμαθ' οὕτως, εἰ 'πιταξόμεσθα δή.
Πόλεμον δὲ τοῦτον οὐκ ἐγὼ καθίσταμαι,
Ὃς οὐδὲ σὺν τοῖσδ' ἦλθον εἰς Κάδμου χθόνα.
Νεκροὺς δὲ τοὺς θανόντας, οὐ βλάπτων πόλιν,
Οὐδ' ἀνδροκμῆτας προσφέρων ἀγωνίας,
Θάψαι δικαιῶ, τὸν Πανελλήνων νόμον

Res ita, si jussi agemus scilicet.
Bellum autem hoc ego non incipio,
Qui neque cum istis in Cadmi terram ivi,
Sed mortuorum cadavera, non lædens urbem,
Neque afferens certamina, in quibus occumbant viri,
Sepelire justum duco, communem Græcorum legem

ἀμείψομαι. Similia vide apud Valckenær. ad Euripid. Hippolyt. 996. *Por.*

528. Οὐκ οἶδ' ἐγὼ Κρέοντα δεσπόζοντ' ἐμοῦ. *Non agnosco.* Confer cum hac locutione istam D. Pauli de Anania, Actor. xxiii. 5. Οὐκ ᾔδειν, ἀδελφοὶ, ὅτι ἐστὶν ἀρχιερεύς. Cyclop. 320. Οὐδ' οἶδ' ὅ, τι Ζεὺς ἔστ' ἐμοῦ κρείσσων Θεός. i. e. καθ' ὅ, τι, *in qua re.* vulgo ὅτι, *quod. Markl.*

530. ἄνω γὰρ ἂν ῥέοι.] Allusum ad proverbium, ἄνω ποταμῶν χωροῦσι πηγαὶ, cum rerum et naturæ ordo invertitur: vide Scholiast. Med. 411. et Barnesium ibi, et quos advocat Berglerus ad Alciphron. lib. III. epist. 33. Ceterum tota subsequenti Thesei oratione splendidius aliquid aut humanius frustra quæsiveris. Ingenium Euripidis et bonitatem naturæ eximie illustrat. *Markl.*

Menander Κεκρυφ. I. fr. inc. 54. Cicero de Offic. I. 26. Justin. XXIII. 3. Eurip. ut videtur, Plut. II. p. 481. B. *Por.*

531. εἰ 'πιταξόμεσθα δή.] Cod. A. επιτευξόμεσθα. male. Notabis vero particulam δὴ, cum significatione, uti videtur, ironica vel irrisoria, ut *nimirum* et *scilicet* Latinis: *id populus curat scilicet*, Terentius. Sic Iph. Taur. 1338 ὡς φόνον νίζουσα δή· *quasi cædem abluens scilicet.* Electra 653. Πότερα πάλαι τεκοῦσαν, ἢ νεωστὶ δή; *an nuper scilicet?* sic et Æschylus Prometh. 954. Sophocles Antig. 731. ubi Creon indignabundus dicit, Οἱ τηλικοίδε καὶ διδαξόμεσθα δὴ φρονεῖν; *docebimurne scilicet sapere?* fere quemadmodum δῆθεν Nostro passim, Herodoto I. 59. et alibi sæpe, et aliis. Idem usus particulæ δὴ in Plutarch. Vit. Æmil. p. 271. A. ὡς ἐπ' αὐτὸ δὴ τοῦτο, &c. et passim. Fere negligitur in versionibus, ut in ea Herodoti II. 121. p. 134. τὸν δὲ πεισθῆναί τε δὴ, καὶ καταμεῖναι. vide locum, et hac fab. 487. Ἐπιταξόμεθα pro ἐπιταχθησόμεθα, fut. med. pro passivo. vide Piersonum V. Cl. ad Mœridem Atticist. V. Ἀπαλλάξονται. *Markl.*

533. ἦλθον εἰς Κάδμου χθόνα.] Scil. *ut hostis*, vel *in armis:* hoc enim sæpe est ἔρχεσθαι πόλιν, infra v. 1205. 1217. quod plene in Ion. v. 1292. est, ξὺν ὅπλοις ἔρχεσθαι εἰς χθόνα. Sic πόλιν ἥξεις, Heraclid. 374. et ἥκεις ἐπὶ τήνδε γαῖαν, eodem sensu hostili, v. 805. et Isocrates De Bigis, p. 693. τοὺς βαρβάρους τοὺς ἐπὶ πᾶσαν ἐλθόντας τὴν Ἑλλάδα. Herodotus IX. 81. ὃς τοιήνδε δίαιταν ἔχων, ἦλθε ἐς ἡμέας οὕτω ὀϊζυρὴν ἔχοντας ἀπαιρησόμενος. quod est ἔρχεσθαι ἐπ' αὐτὸν, D. Luc. xiv. 31. Vide Valckenærium ad v. 46. admirabilis istius editionis Phœnissarum. Et tamen ἥκει εἰς γῆν, Orest. 53. et Æschylo citato supra ad v. 479. nihil tale innuit; neque ἔλθοι πόλιν, Sophocl. Œd. Col. 439. nec ἦλθες εἰς τήνδε χθόνα, infra hac fab. v. 1059. Adeo a semet ipsis variant Tragici in usu locutionum earundem, secundum sensum locorum. Καθίσταμαι πόλεμον, voce media, versu præcedenti, rariorem puto locutionem. mens videtur esse, *instituo*, vel *committo bellum.* vide Budæum Comm. Ling. Græc. p. 484, 485. *Markl.*

535. ἀνδροκμῆτας] Æschylo frequentata vox. vide Χοηφ. 889. Eumenid. 961. Supplic. 686. In Agamemn. 823. ἀνδροθνῆτας Ἰλίου φθοράς. *Markl.*

Σώζων. τί τούτων ἐστὶν οὐ καλῶς ἔχον;
Εἰ γάρ τι καὶ πεπόνθατ' Ἀργείων ὕπο,
Τεθνᾶσιν· ἠμύνασθε πολεμίους καλῶς,
Αἰσχρῶς τ' ἐκείνοις· χ' ἡ δίκη διοίχεται.
Ἐάσατ' ἤδη γῇ καλυφθῆναι νεκρούς·
Ὅθεν δ' ἕκαστον εἰς τὸ σῶμ' ἀφίκετο,

Servans. Quid istorum non recte se habet?
Etenim si quid passi estis ab Argivis,
Mortui sunt, *et* ulti estis hostes præclare,
Turpiter autem ipsis et vindictæ jus perit.
Sinite jam terra tegi mortuos,
Unde autem unaquæque *pars* venit in vitam,

ἀνδροκμῆτας] Marklandi exemplis adde Æsch. Eumenid. 248. *Por.*

536. Θάψαι δικαιῶ] Ante erat Θάψας. mutavit Barnesius ex auctoritate Scaligeri, Canteri, et ipsius Poëtæ, v. 681. Addo nunc Codices Gallicos A. B. [Sequitur, τὸν Πανελλήνων νόμον, pro quo Reiskius, τὸν δὲ Πανελλήνων. De voce Πανέλληνες vide Grævium Lect. Hesiod. c. 12. (Ἔργ. 528.) *Markl.*

Θάψαι] Ita MS. uterque et P. ut recte Barnesius pro veteri θάψας. *Musg.*

Θάψαι] Ita lego pro θάψας, Canteri, Scaligeri, et ipsius Poëtæ auctoritate, qui paulo post v. 681. iisdem fere verbis utitur. Τὸν Πανελλήνων νόμον σώζων] De hoc loco, de pietate populi Atheniensis, et de totius Græciæ praxi in sepeliendis mortuis, vide Jacobi Nicolai Loensis Miscellan. Epiphyllid. L. III. c. 19. ubi egregie ex Oratorum et Poëtarum locis ostendit, hanc humanitatis notam Græcis universis placuisse, ante omnes Atheniensibus. *Barnes.*

537. τί τούτων ἐστὶν οὐ καλῶς ἔχον;] Ita Erectheo Fragm. p. 468. τί τούτων οὐχὶ δέξασθαι καλόν; (In antiquitate profana pulchrius aliquid tota sequente ῥήσει vix inveneris.) *Markl.*

τί τούτων ἐστὶν οὐ καλῶς ἔχον;] Heraclid. 745. Eriph. Athen. IV. p. 134. C. Theoph. ib. p. 165. B. Menand. Stobæi p. 109. ubi lege ἄρ' ἐστιν. *Por.*

538. Pro πεπόνθατ', A. B. C. habent πέπονθέ γ', ad πόλιν vel Κρέοντα respicientes, non ad omnes Thebanos. quod admisi ex eorum auctoritate, licet vulgatam prætulerim. *Markl.*

πεπόνθατ'] Uterque MS. et P. πέπονθέ γ' minus recte. *Musg.*

540. Mallem, Αἰσχρῶς δ' ἐκείνοις quam τ'. [" Ante χ' ἡ δίκη locandum comma. *ulti eos estis, ita ut laudem atque decus inde tuleritis, illi tulerint infamiam. et ita pervasit,* diremit vos et vestra jurgia, *justitia.*" Reiskius.] Atqui verba, χ' ἡ δίκη διοίχεται, non possunt exprimere, *et ita pervasit,* diremit vos et vestra jurgia, *justitia.* Dicit Theseus, *Turpiter vero justitia quoque illis perit,* seu *denegabitur.* Vocat *justitiam,* jus sepulturæ. Ad rem Lysias Orat. Funebr. in Soc. Corinth. p. 32. ed. Taylor. νομίζοντες (Ἀθηναῖοι) ἀνδρῶν μὲν ἀγαθῶν εἶναι ζῶντας τοὺς ἐχθροὺς τιμωρήσασθαι, ἀπιστούντων δὲ σφισιν αὐτοῖς, ἐν τοῖς τῶν τεθνεώτων σώμασι τὴν εὐψυχίαν ἐπιδείκνυσθαι. ubi plura vide de hac re. Heathius quoque legit δ' pro τ'. *Markl.*

Distinguo:

αἰσχρῶς τ' ἐκείνοις· χ' ἡ δίκη διοίχεται.

Turpiter vero illis: adeoque vestrum jus ultionis perit. i. e. statis jam ulti estis, nullum ultra jus habetis.

χ' ἡ δίκη διοίχεται.] Aristides: οὐκοῦν καὶ δεδώκασι δίκην Θηβαίοις Λακεδαιμόνιοι; τοῦτ' ἔχει τέλος ἡ μέμψις. II. p. 59. Ed. Canter. Ultimum hujus loci comma commentarii in Euripidem vicem, meo saltem judicio, præstat. *Musg.*

Αἰσχρῶς δ' ἐ.] Sic Marklandus pro vulgato αἰσχρῶς τ'. Verba χ' ἡ δίκη διοίχεται significant, *et vindicta finita* est. Sic in Soph. Œd. Col. 574. χὠ λόγος διοίχεται, (ita enim legendum) *nihil, quod dicam, reliquum est.* Ex hoc usu explicandus locus in

Ἐνταῦθ' ἀπελθεῖν, πνεῦμα μὲν πρὸς αἰθέρα,
Τὸ σῶμα δ' εἰς γῆν· οὔτι γὰρ κεκτήμεθα
Ἡμέτερον αὐτὸ, πλὴν ἐνοικῆσαι βίον·
Κἄπειτα τὴν θρέψασαν αὐτὸ δεῖ λαβεῖν.
Δοκεῖς κακουργεῖν Ἄργος, οὐ θάπτων νεκρούς;
Ἥκιστα· πάσης Ἑλλάδος κοινὸν τόδε,
Εἰ τοὺς θανόντας νοσφίσας ὧν δεῖ λαχεῖν,

Eo redire, Spiritum quidem in ætherem,
Corpus vero in terram. Haud enim possidemus
Ipsum *nobis* proprium, nisi ut incolamus id dum vivimus,
Deinde oportet *terram*, quæ aluit, ipsum recipere.
Putasne te malo afficere Argivos, non sepeliens mortuos?
Nequaquam. Ad totam Græciam hoc pertinet,
Si fraudans mortuos *iis*, quæ debent consequi,

Iphig. Aul. 956. in quo frustra laborarunt interpretes: *τίς δὲ μάντις ἔστ' ἀνήρ; ὃς ὀλίγ' ἀληθῆ, πολλὰ δὲ ψευδῆ λέγει, τυχών· ὅταν δὲ μὴ τύχῃ, διοίχεται*: i. e. *τὸ δὲ μὴ τυχεῖν διοίχεται*: *qui pauca vera, multa autem falsa dicit, casu verax: sin erraverit, res sic abit, nihil curatur.*

Hermann.

542. *Ὅθεν δ' ἕκαστον εἰς τὸ σῶμ' ἀφίκετο, Ἐνταῦθ' ἀπῆλθε, πνεῦμα*, &c.] *Ἕκαστος*, scil. *αὐτῶν* vel *νεκρῶν*, et *ἀπέλθῃ*, *abeat, redeat.* Auctor libelli supra citati ad v. 479. p. 44. *Markl.*

Ὅθεν δ' ἕκαστον εἰς τὸ σῶμ' ἀφίκετο, Ἐνταῦθ' ἀπῆλθε, πνεῦμα μὲν πρὸς αἰθέρα.] *Ἀπελθεῖν* Gataker. ad M. Antonin. VII. 48. recte. pro *σῶμ'* lege *φῶς*, ut bene legit in Hel. 297. Musgr. *πρὸς τὸ φῶς*, Soph. Stob. Gr. p. 509. *εἰς τὸ φῶς*, Alexis Athenæi XI. p. 463. E. *τὸ ζῆν*, (*pro τὸ σῶμ'*) Toup. in Suid. II. p. 6. conferens Sophocl. Œd. Col. 1525. *ἀπελθεῖν*, idem ex Stobæi Tit. 122. et ita edidit Musgravius. Toupium sequitur Valckenærius Diatrib. Eurip. cap. VI. p. 55.

Por.

Emendat Marklandus *ἕκαστος*, et, licet cunctanter, *τὰ ζῶντ'* pro *τὸ σῶμ'*. Malim cum Toupio, qui feliciter hic, si uspiam versatus est: [vid. Emend. in Suidam, Vol. II. p. 6.]

> *ὅθεν δ' ἕκαστον εἰς τὸ ζῆν ἀφίκετο,*
> *ἐνταῦθ' ἀπελθεῖν.*

Ubi *ἀπελθεῖν* Stobæo debetur, qui ita citat Tit. CXXII. Marklandus tamen, *ἀπέλθῃ*. *Musg.*

543—546. Ap. Stob. Grot. CXXIV. p. 505. ubi in margine *Moschio. Burn.*

543. s. *Πνεῦμα μὲν πρὸς αἰθέρα, Τὸ σῶμα δ' εἰς γῆν*] Ita fere nostræ literæ: *Corpus ad pulverem rediit, Anima ad Deum, qui dedit.* Præclare itaque in hanc sententiam Phocylides, etiam *resurrectionis* mentionem faciens, v. 98. *Καὶ τάχα δ' ἐκ γαίης ἐλπίζομεν ἐς φάος ἐλθεῖν Λείψαν' ἀποιχομένων· ὀπίσω δὲ θεοὶ τελέθονται· Ψυχαὶ γὰρ μίμνουσιν ἀκήριοι ἐν φθιμένοισι· Πνεῦμα γάρ ἐστι θεοῦ χρῆσις θνητοῖσι καὶ εἰκών· Σῶμα γὰρ ἐκ γαίης ἔχομεν, καὶ πάντες ἐς αὐτὴν Λυόμενοι κόνις ἐσμέν· Ἀὴρ δ' ἀνὰ πνεῦμα δέδεκται.* De Æthere autem, quod locus sit animarum separatarum, vid. quæ nos infra ad v. 1150. *Barnes.*

543. s. Harlesius in Fabricii Bibl. Gr. vol. I. p. 722. Menandro tribuit, in errorem inductus a vett. edd. Stobæi.

Hermann.

545. *πλὴν ἐνοικῆσαι βίον*] Id est, *πλὴν εἰς τὸ*, vel *ὥστε*, *βίον ἐνοικῆσαι*· sed in hunc finem, *ut vita in eo habitet*, tanquam in aliena domo pro qua *ἐνοίκιον* penditur. erudite, si Poëta istud voluit: quomodo Theophrastus dicebat, *πολὺ τῷ σώματι τελεῖν ἐνοίκιον τὴν ψυχήν*· apud Plutarch. De Sanitat. tuend. p. 135. E. Noster Telepho: *Σμικρὸν θέλοιμ' ἂν καὶ καθ' ἡμέραν ἔχων Τροφὴν, ἐνοικεῖν μᾶλλον, ἢ πλουτῶν νοσεῖν.*

Versui præcedenti, *οὔτε γὰρ κεκτήμεθα*

Ἀτάφους τις ἕξει· δειλίαν γὰρ εἰσφέρει
Τοῖς ἀλκίμοισιν, οὗτος ἢν τεθῇ νόμος.
Κἀμοὶ μὲν ἦλθες δείν' ἀπειλήσων ἔπη,
Νεκροὺς δὲ ταρβεῖτ', εἰ κρυβήσονται χθονί;
Τί μὴ γένηται; μὴ κατασκάψωσι γῆν
Ταφέντες ὑμῶν; ἢ τέκν' ἐν μυχῷ χθονὸς
Φύσωσιν, ἐξ ὧν εἶσί τις τιμωρία;

Retinebit aliquis insepultos. Afferet enim timiditatem
Fortibus, si talis ponatur lex.
Et mihi quidem venisti minans atrocia verba,
Mortuos vero formidatis, si tegantur terra?
Quid ne accidat? ne effodiant terram *scilicet*
Vestram sepulti? an ne in cavernis terræ liberos
Gignant, a quibus veniat aliqua ultio?

ἡμέτερον αὐτὸ, paria habet de Divitiis, Phœniss. 565. Seneca ad Marc. c. x. *mutuo accepimus: ususfructus noster est.* Pro οὔτι bene legi posset οὔτε, propter sequens καὶ in Κἄπειτα· ut Latinis *neque—et.* sic v. 337, 338. Iph. Taur. 591, 592. Herodot. V. 49, 51. Orest. 287, 288. ubi pro Ἐγὼ δ' scrib. Ἐγὼ θ'. [Reiskius mavult, οὐχὶ γάρ. aut, inquit, "οὔτι pro simplici οὐ positum est; aut pro οὔτοι."] Pro βίον (v. 545.) legi posset μικρὸν, et pro τὴν θρέψασαν, γῆν θρέψασαν. neutrum tamen eorum necessarium puto: neque variant exemplaria, quantum scio. *Markl.*

πλὴν ἐνοικῆσαι βίον. ἐνοικῆσαι μόνον, Toup. in Suid. II. p. 6. *Por.*

ἐνοικῆσαι βίον est ἐνοικῆσαι τὸν χρόνον τοῦ βίου. Non male tamen Toupius in Suid. II. p. 6. ἐνοικῆσαι μόνον. *Musg.*

549. s. νοσφίσεις, ὧν δεῖ λαχεῖν, Ἀτάφους τίς ἕξει;] Mutatione unius literæ et distinctionum, hic locus ex non intelligibili in integrum restituitur:

πάσης Ἑλλάδος κοινὸν τόδε,
Εἰ τοὺς θανόντας νοσφίσας ὧν δεῖ λαχεῖν,
Ἀτάφους τις ἕξει· δειλίαν γὰρ εἰσφέρει, &c.

Hoc adeo evidens est, ut in contextum receperim, omissis quæ Scaliger et alii de hoc loco dixerunt. Heathius tamen ita videtur legisse, qui scribit Ἀτάφους τις ἕξει, *insepultos quis patietur.* Eleganter quoque εἰσφέρει, utpote de νόμῳ: quasi dixisset, Si quis hanc legem εἰσφέρει, non tam νόμον quam δειλίαν εἰσφέρει. vide Androm. 176, 177. Κοινὸν πάσης Ἑλλάδος, *spectat ad universam Græciam,* non ad Argos solum. sic v. 859. λόγοι κοινοὶ τῶν ἀκουόντων καὶ τοῦ λέγοντος· *sermones qui spectant* vel *pertinent ad auditores æque ac ad narratorem.* Cum dativo Troas. 54.

Pro δεῖ Cod. C. χρην. [Bene.] *Markl.*

549. Recepi felicissimam Marklandi emendationem. Ed. Ald. et MSS. νοσφίσεις, ὧν δεῖ λαχεῖν. Pro δεῖ Lib. P. χρῆν. *Musg.*

550. Ἀτάφους] Scaliger legit τάφους. rectius, ut puto. Sed et alias ἀτάφους stabit *Quis insepultos esse homines asseret, quum talis usus fortibus viris animum adimet?* *Barnes.*

Reisk. probat Scal. conjecturam, τάφους, post τόδε punctum ponit. Sequentia reddit: *Nam si mortui supremis honoribus excidant, quis tandem tuebitur sepulchra majorum?* "Potest ἕξει defendi, mallem tamen ἕρξει, *defendet, tuebitur,* ab insultu hostium. Si ea lex recipiatur, ut in bello cæsi hostes absque sepulturæ honore jaceant, inderet pavorem fortibus adeo, ut nemo pro patria pugnare vellet." *Beck.*

552. δείν' ἀπειλήσας ἔπη,] MSS. A. B. C. απειλησων, *minitaturus.* Recte. eo enim proposito venit Præco, ut ex tota ejus negotiatione liquet. Sophocles Ajac. 314. δείν' ἐπηπείλησ' ἔπη. Æschylus Sept. Theb. 432. ἀπειλεῖ δείν', sine ἔπη. *Markl.*

Σκαιόν γε τἀνάλωμα τῆς γλώσσης τόδε,
Φόβους πονηροὺς καὶ κενοὺς δεδοικέναι.
Ἀλλ', ὦ μάταιοι, γνῶτε τἀνθρώπων κακά·
Παλαίσμαθ' ἡμῶν ὁ βίος· εὐτυχοῦσι δὲ
Οἱ μὲν τάχ', οἱ δ' ἐσαῦθις, οἱ δ' ἤδη, βροτῶν.

Inepta certe *est* hæc expensa mollitiei
Timere vanos et inanes metus.
Sed, O stulti, cognoscite hominum mala.
Nostra vita *est* lucta : sunt autem fortunati,
Alii quidem mortales olim, alii vero postea, alii jam.

ἀπειλήσων] Ita MS. uterque et P. Vulgo *ἀπειλήσας*. *Musg.*

554. *μὴ κατασκάψωσι γῆν Ταφέντες ὑμῶν ;*] Hoc non est, *ne effodiant terram vestram ;* sed, *ne evertant civitatem vestram.* et absurdum augetur voce Ταφέντες, *postquam sepulti fuerint.* Vide Iphig. Aul. 64, 92, 635.

Τί *μὴ γένηται ;*] *Quid ne fiat ?* Sophocles Ajac. 77. iisdem verbis ; quæ male vertuntur, *Quare hoc non fiat ?* pro, *Quid ne accidat ? Markl.*

555. *ἐν μυχῷ χθονός*] Lego, *μυχοῖς*. Dicuntur esse *ἐν μυχοῖς χθονὸς* vel qui vivi *sub terra* sunt, ut Hercules (quando inferos adiit) ; vel qui mortui et *humati.* sic v. 956. *ἀναρπάσαντες εἰς* ΜΥΧΟΥΣ ΧΘΟΝΟΣ. Troad. 945. *θανὼν* ΓΗΣ *ἦλθ'* Ἀλέξανδρος ΜΥΧΟΥΣ. vide Herc. Fur. 37. et Sophocl. Ajac. 575. Nisi addatur adjectivum vel substantivum locale, ut Cyclop. 290. *γῆς ἐν Ἑλλάδος μυχοῖς·* et 296. tunc enim significat *recessus Græciæ.* Aliud est *ἐν μυχῷ χθονὸς*, nempe, *in angulo* aliquo *terræ :* non *sub terris,* quod est *ἐν μυχοῖς χθονὸς*, ut et *in terris,* Propertio, id est, *apud inferos,* quibus opponuntur *superi,* seu *viventes,* et in terra adhuc versantes, apud (Virgilium et) eundem. τὸ *tellure repostos* Virgilii est *τοὺς ἐν μυχοῖς χθονὸς*, ut et Homeri *ὑπὸ κεύθεσι γαίης,* Odyss. Ω. 203. Φήμη *τὸν ἐσθλὸν κἀν* ΜΥΧΟΙΣ *δείκνυσι* ΓΗΣ· ita legitur ap. Suidam V. Φήμη. *etiam post mortem.* Idem vult *ᾅδου μυχοὶ*, Heraclid. 219. et *γῆς σκότῳ κρύπτεσθαι*. Helen. 61. Ion. 1239. (*ἐς γαίας μυχοὺς κρύψον* hac fab. 1216. *sub terra abde,* ubi *ἐν μυχῷ* mentem loquentis non, opinor, expressisset.) *Markl.*

ἐν μυχῷ] Emendat Marklandus *μυχοῖς*. Atque ita quidem Veteres loqui amant. Vide loca ab ipso citata. *Musg.*

556. *εἰσί τις τιμωρία ;*] " Τισὶ, *quibusdam,* pro consueto Atticorum *ἀστεϊσμῷ καὶ αἰνιγμῷ*. quando nimirum *mihi* aut *tibi* aut *nobis vobisve* volunt tecte significare, dicunt *alicui,* aut *quibusdam.*" Reiskius. Non opus. Τις, *τιμωρία*, ut *τινα μωρίαν*, Heraclid. 148. *aliquam stultitiam.* *παρουργίᾳ τινὶ*, Æsch. Sept. ad Theb. v. 609. *παρανοίᾳ τινὶ παραπειθόμενοι*, Clem. Alexandrinus Pædag. II. 7. ubi male legitur *παροινίᾳ*. *Markl.*

557. *Σκαιόν γε τ'ανάλωμα τῆς γλώσσης τόδε,*] Putarem *τῆς γνώμης* : quia *timere vanos metus,* quod sequitur, non ad *τὴν γλῶσσαν* sed ad *τὴν γνώμην* pertinet. *σκαιὸν ἀνάλωμα τῆς γνώμης*, *lævum dispendium mentis,* est *stultitia.* Sic *γλώττης ἐπίνοια* legitur, pro *γνώμης*, nisi fallor, in Aristoph. Ecclesiaz. 570. in cujus Ranis, v. 358. nunc legitur *ἢ γνώμῃ μὴ καθαρεύοι*. Plutarchus vero De Glor. Athen. p. 348. D. citat, *ἢ γλώσσῃ μὴ καθαρεύει*. *Markl.*

Σκαιόν γε τἀνάλωμα τῆς γλώσσης τόδε,] Τῆς *γνώμης* conjicit Marklandus. Observare poterat vir doctus Bentleium *γνώμῃ* pro *γλώσσῃ* emendasse in Menandri fragmento apud Stob. 36. *Por.*

Recte repudiat Marklandus *γλώσσης*, quod nullum hic locum habet. Sed nec multo commodius est, quod substituit, *γνώμης*. *γνώμη* vel est *mens ipsa,* vel *sententia de re aliqua ad deliberandum proposita.* Horum autem sensuum neuter huic loco accommodari potest. Nam quod Marklandus Euripidi imputat, *lævum dispendium mentis,* quo stultitiam utique significari vult, paucis, credo. placebit. Legendum fortasse :

Τρυφᾷ δ' ὁ δαίμων· πρός τε γὰρ τοῦ δυστυχοῦς,
Ὡς εὐτυχὴς ᾖ, τίμιος γεραίρεται·
Ὁ δ' ὄλβιός νιν, πνεῦμα δειμαίνων λιπεῖν,
Ὑψηλὸν αἴρει. γνόντας οὖν χρεὼν τάδε,
Ἀδικουμένους τε μέτρια, μὴ θυμῷ φέρειν,

Fortuna vero ludit: ab infortunato enim
Honore afficitur, ut prospere agat.
Beatus vero illum, metuens ne secunda Aura ipsum deficiat,
Sublimem tollit. Cognitis igitur his oportet,
Injuria affectos mediocri, sine ira tolerare:

σκαιόν γέ τ' ἀνάλωμα τῆς χλιδῆς τόδε.

χλιδὴ hic valebit *effœminata mollities.* ἀνάλωμα eleganter nonnunquam de linguæ intemperantia adhibetur: Julian. p. 208. C. Ed. Spanh. τῆ χάριν ἐκ ἐφεισάμεθα τῆ πολυτελῆς ἀναλώματος. Vide et Soph. Ajac. 1068. Mendum porro, quo locus obscuratur, non in hoc versu, sed in sequenti, quærendum fuit. Lego:

Σκαιόν γε τἀνάλωμα τῆς γλώσσης τόδε
Φόβους πονηρὲς καὶ κενοὺς δεδοικόσι.

Optima sic efficitur sententia: *turpe est eis, qui timores timent, tantam simul magniloquentiam usurpare.* Idem in adversarios telum torserat supra v. 552, 3. *Musg.*

558. φόβους πονηροὺς καὶ κενούς] Si vera sit differentia quam notant Grammatici inter πονηρὸς et πόνηρος, hic scribi oporteret πονήρους *miseros*, non πονηροὺς, *scelestos.* nullum enim *scelus* est in hoc *metu.* Hesychius tamen explicat Πονηρὸν, ἐπίπονον, κακοπαθῆ: qui est hujus loci sensus. Sed Ammonius, Μόχθηρός δὲ, ὁ ἐπίπονος, ὡς καὶ Πόνηρος. Vide eum in V. Μόχθηρος et Πονηρὸν: et Spanhemium ad Aristoph. Plut. 265. Φόβους δεδοικέναι, ut Troas. 1155. οὐκ αἰνῶ φόβον, Ὅστις φοβεῖται, μὴ διεξελθὼν λόγῳ. vide 1 Pet. iii. 14. *Markl.*

560. Πάλαισμά θ' ἡμῶν ὁ βίος·] Istud θ' nihil agit. Scribo, Παλαίσμαθ' ἡμῶν, &c. i. e. παλαίσματα, pluralis pro singulari, ut Hecub. 265. προσφάγματα. et Hippol. v. 11. παιδεύματα. Nisi malis Πάλαισμά γ' ἡμῶν. sed alterum verius puto. et ita Reiskius. *Markl.*

Παλαίσμαθ'] Ita recte Marklandus, conferens Hecub. v. 265. Hippol. v. 11. Ed. Ald. πάλαισμά θ' *Musg.*

561. Οἱ μὲν ΤΑΧ', οἱ δ' ἐσαῦθις, οἱ δ' ἤδη, βροτῶν·] Probabile est hunc versum mendosum esse. *tria* enim tempora, quæ *totum* complectuntur, sunt *ante, nunc*, et *postea*: ut in Laconico isto citato a Plutarch. Consol. ad Apollon. p. 110. B. ΝΥΝ ἄμμες, ΠΡΟΣΘ' ἄλλοι ἐθάλλεον, ΑΥΤΙΚΑ δ' ἄλλοι· et Nostro Iph. Aul. 332. τὰ μὲν ΝΥΝ, τὰ δὲ ΠΑΛΑΙ, τὰ δ' ΑΥΤΙΚΑ. Hic autem sunt *duo* tantum: nam τάχα et ἐσαῦθις utrumque spectat ad futura. Forte,

Οἱ μὲν ΤΟΘ', οἱ δ' ἐσαῦθις, &c.

Τότε pro *olim*, ut Sophocl. Electr. v. 280. 678. [Plura notavi ad Iphig. Aul. 46. Reiskius legit, Οἱ μὲν πάλαι, οἱ δ' ἐσαῦθις. Brodæus explicat τάχ', *mox, illico.* Sed quid tunc fiet de ἐσαῦθις? Reiskii πάλαι οἱ — non admittetur in Iambo Tragico.] *Markl.*

Οἱ μὲν τάχ',] Optime Marklandus οἱ μὲν τόθ', citans τότε, *olim*, ex Soph. Electr. v. 280. et 678. *Musg.*

563. Ὃς εὐτυχήσει] Restitutionem hujus loci, nunquam adhuc intellecti, debemus, ut multa alia, Codicibus Gallicis: quorum A. B. legunt ως ευτυχηση, sensu claro: C. ως, pro ὅς. Fortuna, inquit Theseus τρυφᾷ, *lascivit*, et *insolenter se gerit.* neque mirum: ab omnibus enim colitur. ab *infortunato*, honore afficitur, ut ille in posterum ea meliore utatur, ὡς εὐτυχήσῃ; *fortunatus* vero eam extollit et celebrat, metuens ne favor ejus et aura secunda deficiat, et eum relinquat. Pro Ὁ δ' ὄλβιος scriberem Ὅ τ' ὄλβιος, propter τοῦ δυστυχοῦς ΤΕ. Ὑψηλὸν αἴρει, non est. *Sublimem tollit afflictum;* sed, *laudibus extollit*, scil. Fortunam. Sic Heraclid. 332. Πολλῷ σ' ἐπαίνῳ —ὑψηλὸν αἴρω. Aristoph. Vesp. 1018. ἀρθεὶς μέγας. et αἴρῃς absolute, Ranar.

Ἀδικεῖν τε τοιαῦθ᾽, οἷα μὴ βλάψαι πόλιν.
Πῶς οὖν ἂν εἴη; τοὺς ὀλωλότας νεκροὺς
Θάψαι δὸς ἡμῖν, τοῖς θέλουσιν εὐσεβεῖν·
Ἢ δῆλα τἀνθένδ᾽· εἶμι, καὶ θάψω βίᾳ.
Οὐ γάρ ποτ᾽ εἰς Ἕλληνας ἐξοισθήσεται,
Ὡς εἰς ἔμ᾽ ἐλθὼν, καὶ πόλιν Πανδίονος,

Injurias vero eas *facere*, quæ non lædant rempublicam.
Quomodo igitur *hoc* erit? mortuorum corpora
Sepelire da nobis, qui volumus pietatem colere,
Aut manifesta *sunt* quæ postea *fient*: *nam* ibo, et sepeliam vi.
Nunquam enim efferetur inter Græcos,
Quod ad me, et urbem Pandionis, veniens

581. Πνεῦμα λιπεῖν, ut Plutarcho Lucull. p. 514. C. ὥσπερ πνεύματος ἐκλιπόντος, de bona Fortuna Lucullum deserente. vide Sophocl. Œd. Col. 638. Καὶ πνεῦμα ταυτὸν, &c. *ne mutata retrorsum te ferat aura*, Horatius. Pulcherrimam hanc emendationem, ὡς εὐτυχήσῃ, ex conjectura sagaciter præceperat doctissimus Heathius. *Markl.*

ὡς εὐτυχὴς ᾖ,] Disjunxi, quod est in MSS. et P. ὡς εὐτυχήσῃ, quia præsens subjunctivum postulari videbatur. Ed. Ald. ὃς εὐτυχήσει. *Musg.*

566. Ἀδικουμένους τε, μέτρια μὲν θυμῷ φέρειν,] Editt. et MSS. pro μὲν habent μή. Distinguendum, Ἀδικουμένους τε μέτρια, μὴ θυμῷ φέρειν. In hoc non est laudandus Cl. Barnesius, quod sæpe contextum mutat sine ulla mentione. Video jam Miltonum conjecisse μὲν pro μή. ex eo forte sumsit Barnesius: nam exemplari ejus utebatur, ex edit. P. Stephani. *Markl.* Scribendum:

Ἀδικουμένους τε μέτρια, μὴ θυμῷ φέρειν.

Markl. Sic et Grot. Port. Heath. *Beck.*

567. Ἀδικεῖν τε τοιαῦθ᾽, &c.] Scil. χρεὼν ἐστι vel χρή. Non autem putandum est Poëtam *permittere*, nedum *jubere*, ut injurias quis faciat: sed vult, si quis alteri injuriam faciat, (quod vix evitari potest, prout est vita hominum) caveat tamen ne ea sit injuria quæ Rempublicam sive Patriam suam lædat. Sic quando D. Paulus scribit Ephes. iv. 26. Ὀργίζεσθε, καὶ μὴ ἁμαρτάνετε, non præcipit ut *irascamur*; sed mens ejus est, *Licet irascamini, tamen ne peccetis.* Eatenus aliqua differentia est, quod *irasci* nonnunquam licet. (nam et Servator noster *irascebatur*, Marc. iii. 5.) *injuriam facere* alicui, nunquam licet.

οἷα μὴ βλάψαι πόλιν.] "Pro πόλιν Canterus recte, meo judicio, reponit πάλιν, ut sententia sit, *Et tali hostem injuria afficere, quæ te non vicissim lædat.* Verbum enim βλάψαι, forma potentiali, numero singulari positum accipio, et a neutro pluralia οἷα regi." Heathius. et ita Reiskius, quod ad πάλιν. [Sed, nisi infinitivum voluisset Euripides, scripsisset potius, opinor, βλάπτῃ vel βλάψῃ, quam βλάψαι, quod (βλάψαι) est *læderet*, non *lædat*. deesse quoque videtur ἑαυτοὺς *nosmet* vel *seipsos* (non σὲ) quæ vox hic non potest subintelligi, sed exprimi debebat, si legatur πάλιν.] Sed nihil mutandum opinor. οὐ βλάπτων πόλιν, v. 564. ἀπώλεσας πόλιν, 242. vid. Aristoph. Βατρ. 1475. *Markl.*

Non hæc sic dicuntur, ac si injustum aliquando esse oporteat, sed Creontis mandata respiciens Theseus, monet, si velit injuriam alicui facere, ne id faciat cum damno reipublicæ. *Hermann.*

568. τοὺς ὀλωλότας νεκρούς.] Si quis cogitet de ὀλωλότων, ut τοὺς νεκροὺς sit *cadavera*, videat ad v. 118. Sed nihil mutandum censeo. *Markl.*

569. τοῖς θέλουσιν εἰσιδεῖν. Ἢ δῆλα τἀνθένδ᾽, εἶμι, &c.] Hæc distinctio nihili est. Forte,

Θάψαι δὸς ἡμῖν, τοῖς θέλουσιν εὐσεβεῖν·
Ἢ δῆλα &c.

Νόμος παλαιὸς δαιμόνων διεφθάρῃ.
ΧΟ. Θάρσει· τὸ γάρ τοι τῆς δίκης σώζων φάος,
Πολλοὺς ὑπεκφύγοις ἂν ἀνθρώπων λόγους.
ΚΗ. Βούλει ξυνάψω μῦθον ἐν βραχεῖ σέθεν;
ΘΗ. Λέγ', εἴ τι βούλει· καὶ γὰρ οὐ σιγηλὸς εἶ.
ΚΗ. Οὐκ ἄν ποτ' ἐκ γῆς παῖδας Ἀργείων λάβοις.

Vetus deorum lex deperdita fuerit.
Cho. Confide: servans enim lumen justitiæ,
Effugies multos hominum *malos* sermones.
Præ. Visne tuum sermonem brevi scindam?
The. Dic, si quid vis: nec enim es taciturnus.
Præ. Nunquam ex agro *nostro* filios Argivorum auferes.

Nam *mortuos sepelire* erat νόμος Δαιμόνων, v. 573. et v. 19. atque hoc vocatur εὐσεβὴς πόνος, v. 383. vide et Helen. 998. 1278. et Sophocl. Antig. 936. Sarcasmus quoque est in vocibus ἡμῖν τοῖς θέλουσιν εὐσεβεῖν, et tacita incusatio Creontis ἀσεβείας. Scio aliter forte distingui posse, sine mutatione contextus:

Θάψαι δὸς ἡμῖν τοῖς θέλουσιν· εἰσιδεῖν
Ἢ δῆλα τἀνθένδ' εἶμι, &c.

quod si quis præferat, sequatur. Τἀνθένδε est τὰ ἐπὶ τούτοις, *consequentia*, Aristoph. Plut. 57. τὰ ἐκ τούτων, Xenophon Ἑλλην. lib. II. p. 470. B. τἀπὶ τοῖσδε, Iph. Aul. 435. τἀπὶ τῷδε, Ion. 255. Εὐσεβεῖν absolute, ut Sophocl. Ajac. 1372. Τόν τοι τύραννον εὐσεβεῖν οὐ ῥᾴδιον. et Electr. 310. Orest. 891. Vide Cl. Valckenærium ad Phœniss. v. 1331. p. 448, 449. *Markl.*

εἰσιδεῖν] Felicissime Marklandus εὐσεβεῖν. *Musg.*

571. ἐξοισθήσεται,] *Efferetur*. Raro inveniendam puto hanc vocem. Simplex verbum οἰσθήσεται, *feretur*, occurrit in Demosth. πρὸς Λεωχάρ. p. m. 269. ἡ ψῆφος οἰσθήσεται. et alibi. A fut. οἴσω formatur novum verbum οἴσομαι, *feror*, in fut. οἰσθήσομαι. *Markl.*

Οὐ γάρ ποτ' εἰς Ἕλληνας ἐξοισθήσεται,] Περιοισθήσεται, Diphilus vel Sosippus apud Athenæum IV. p. 133. F. ἐξοισθήσεται, Æneas Tactic. c. 23. p. 1684. οἰσθήθεσθαι, Pausanias Laconic. 17. p. 251. (405. Fac.) *Por.*

572. Ὡς εἷς ἐμ' ἐλθὼν νόμος] Ut Hecub. 79. Ὃς εἷς σ' ἀνελθών, scil. νόμος. ubi nugatur Scholiast. et θαυμαστῶς ibi poni dicit ἀνελθὼν, *ascendens*, quia Agamemnon in excelso loco erat. æque enim bene dici potuit κατελθὼν, *descendens*, scil. a *Diis*, vel a Majoribus. *Markl.*

574. τῆς δίκης σώζων φάος,] Cui opponi potest τῆς δίκης τὴν ἠλύγην, i. e. *umbram* vel *tenebras justitiæ*, apud Aristoph. Acharn. 684. Stobæus Eclog. Physic. lib. I. p. 9. Δίκης δ' ἐξέλαμψεν ὅσιον φάος. Vult forte, Justitiam *illustrem* et *conspicuam* et omnibus *agnoscendam* servans. Sed et δίκης φάος per periphrasin significare potest paullo plus quam δίκην: ut δίκης σέβας, Oppiano Halieut. II. et similia. *Markl.*

σώζων] *Servans*. Puto quemadmodum Latini dicunt *servare sidera*. Virg. Georg. 1. 355. *Musg.*

575. Πολλοὺς ὑπεκφύγοις ἂν ἀνθρώπων λόγους.] Obvium erat ψόγους, vituperia, ut Hecub. 384. 1231. Sed nihil muto, quia λόγοι, in plurali, pro *maledicta, convicia*, aliquoties usurpatum, nisi fallor, video. Pindarus Nem. VIII. 35. ὄψον δὲ λόγοι φθονεροῖς· *obsonium autem invidis sunt convicia.* quam significationem nos Angli videmur retinere in vernaculo nostro *words*. nam λόγοι ἐχώρουν, Iphig. Taur. 1358. est, *words passed*. nempe, verba *iratorum* vel *conviciantium*, ut ibi. vide locum, et Iph. Aul. 376. Plutarchus Arato, p. 1040. E. τὸ μὲν οὖν πολὺ τῆς διαβολῆς, καὶ ΛΟΓΟΥΣ, καὶ ΣΚΩΜΜΑΤΑ, καὶ ΒΩΜΟΛΟΧΙΑΣ παρείλετο τῶν κολακευόντων τοὺς τυράννους, &c. Alia omitto. Vertunt, *malos sermones*: quemadmodum Wolfius vertit λόγους *maledicentiam*, in Isocratis Archidamo, p. 269. De commutatione

ΘΗ. Κἀμοῦ νῦν ἀντάκουσον, εἰ βούλει, πάλιν.
ΚΗ. Κλύοιμ' ἄν· οὐ γὰρ ἀλλὰ δεῖ δοῦναι μέρος.
ΘΗ. Θάψω νεκροὺς, γῆς ἐξελὼν Ἀσωπίας.
ΚΗ. Ἐν ἀσπίσιν σοι πρῶτα κινδυνευτέον.
ΘΗ. Πολλοὺς ἔτλην δὴ χἀτέρους ἄλλους πόνους.
ΚΗ. Ἦ πᾶσιν οὖν σ' ἔφυσεν ἐξαρκεῖν πατήρ;

The. Nunc me quoque vicissim audi, si vis.
Præ. Audiam: etiam oportet *dicendi* dare vicem.
The. Sepeliam cadavera, auferens ex terra Thebana.
Præ. Est tibi prius periclitandum cum exercitu.
The. Multos alios labores sævos jam sustinui.
Præ. An vero pater *tuus* te genuit *ita,* ut omnibus sufficias?

vocum λόγος et ψόγος, vid. Valckenær. ad Phœniss. 207. *Markl.*

576. Βούλει συνάψω μῦθον ἐν βραχεῖ σέθεν;] Hoc est, *Visne ut uno verbo liberem te a molestia dicendi plura?* quod est ἀποπαύσω σε λόγου πολλοῦ, v. 696. et, *compendii verba multa jam faciam tibi,* Plauto Bacchid. II. 2: 6. Male vertunt, *Visne tecum colloquar paucis?* Ad verbum est, *Visne ut colligem tuum sermonem in brevi,* vel, *in breve spatium?* Bacch. 1293. Τοιγὰρ συνῆψε πάντας εἰς μίαν βλάβην. Infra v. 911. Τυδέως δ' ἔπαινον ἐν βραχεῖ θήσω μέγαν. *Markl.*

συνάψω μῦθον σέθεν quid sit, neque cum Marklandi illustrationibus, intelligo. Forte βούλει σὺ κόψω μῦθον. *Musg.*

577. Λέγ', εἴ τι βούλει· καὶ γὰρ οὐ σιγηλὸς εἶ.] Sophocles Trachin. 421. Λέγ', εἴ τι χρῄζεις· καὶ γὰρ οὐ σιγηλὸς εἶ. Herodotus VIII. 58. ἐκέλευε—λέγειν εἴ τι θέλει. *Markl.*

579. οὐ γὰρ ἀλλὰ est *etenim.* nota locutio vel ex Nostri Bacchis. Aristoph. Nub. 232. ubi Scholiast. notat Atticum esse pro καὶ γὰρ, et citat Callimachi locum, ad quem vide Bentleium Fragm. Callim. XCII. Non opus est Miltoni ἢ pro οὐ. *Markl.*

Κἀμοῦ νῦν ἀντάκουσον, εἰ βούλει, πάλιν.] Lege νυν enclitice, ut citat Valckenærius ad Euripid. Phœniss. 1651. ubi loca Tragicorum, in quibus verbum ἀντακούειν comparet, diligenter collegit. *Por.*

581. Ἀσωπίας] Thebana terra dicitur ita de Asopo, fluvio Bœotiæ. *Barnes.*

582. Πολλοὺς ἔτλην δὴ χἀτέρους ἄλλους πόνους.] Χἀτέρους, i. e. καὶ ἑτέρους. Sed an Græce dicitur ἑτέρους ἄλλους? Credam cum exemplum indubitabile videro; (nam istud Orest. 339. mihi non est tale,) Forte, χἀτέρους καλοὺς πόνους, ut v. 349. πολλὰ γὰρ δράσας καλά. et ita de Theseo scribit Plutarchus, in Vita ejus, p. 14. πολλοὺς καὶ καλοὺς ἄθλους διεργάσασθαι. et Camill. p. 129. E. πολλοὺς καὶ καλοὺς ἀγῶνας ἠγωνίσατο. Lysias Orat. XXV. p. 175. ed. Steph. νίκας πολλὰς καὶ καλὰς —νενικήκασι. sic καλὸν ἀγῶνα ἠγωνίσω, Alcest. 664. cui simile istud D. Pauli ad Timoth. 2 Epist. iv. 7. τὸν ἀγῶνα τὸν καλὸν ἠγώνισμαι. Ἕτερος et ἄλλος synonyma sunt, ut ex innumeris exemplis liquet, et ex Aristoph. Schol. ad Εἰρήν. v. 11. et ad Nubes v. 34. *Markl.*

χἀτέρους ἄλλους merito Marklando displicet. Legendum utique καρτεροὺς, *fortes, duros.* Sic κρατερὸν πόνον, Q. Calaber Lib. VII.

μάχαι καρτεραὶ habet Clem. Alex. p. 221. E. Ed. Par. *Musg.*

Injuria librorum lectionem in dubitationem vocari arbitror. Ἄλλους dicit simpliciter alios, ἑτέρους diversos, i. e. etiam majores. Non minus sincera lectio est Orest. 339. *Hermann.*

586. Πράσσειν σὺ πόλλ' εἴωθας,] Πράσσειν πολλὰ, sensu malo, pro, esse πολυπράγμων, in rebus quæ ad facientem non spectant: *être impertinent;* qualis est Latinis *ardelio.* His opponitur Democriti πρήσσειν ὀλίγα, ap. Antonin. Imp. IV. 24. vel, τὰ ἑαυτοῦ πράττειν, Xenophon Ἀπομν. II. p. 758. E. Vide Eurip. Herc. Fur. 266. Hippol. 785. Herodotus V. 33. τί πολλὰ πρήσσεις; *quare agis quæ ad te nihil attinent?* vide locum: et Aristoph. Εἰρήν. 1058. Ran.

ΘΗ. Ὅσοι γ' ὑβρισταί· χρηστὰ δ' οὐ κολάζομεν.
ΚΗ. Πράσσειν σὺ πόλλ' εἴωθας, ἥ τε σὴ πόλις.
ΘΗ. Τοιγὰρ πονοῦσα πολλὰ, πόλλ' εὐδαιμονεῖ. 579
ΚΗ. Ἔλθ', ὥς σε λόγχη Σπαρτὸς ἐν πόλει λάβῃ.
ΘΗ. Τίς δ' ἐκ δράκοντος θοῦρος ἂν γένοιτ' ἄρης;
ΚΗ. Γνώσει σὺ πάσχων· νῦν δέ τ' εἶ νεανίας.

The. Quotquot *sunt* improbi: probos enim non punimus.
Præ. Sæpe tu multa soles facere, et tua civitas.
The. Ergo sustinens multos labores est valde beata.
Præ. Veni, ut te hasta Thebana in agro capiat.
The. Quid vero? ex dracone Mars impetuosus existere potest?
Præ. Tu experieris patiendo: nunc enim es ferox.

250. Hoc sensu locutionis procul dubio intelligi voluit præco: sed Theseus ita intelligere noluit, et hanc contumeliam dextre avertit responso suo, pro πολλὰ πράττειν substituens πολλὰ πονεῖν. Sensu bono πολλὰ πράττειν πράγματα, Plutarchus Themistocle, p. 120. F. et alibi: et Chariton Aphrodisiensis VIII. 1. Καὶ νυκτὸς καὶ ἡμέρας πολλὰ πράττων. Aliam significationem locutionis πολλὰ πράττειν, pro, *gravi calamitate premi*, vide apud Ez. Spanhemium ad Aristoph. Plut. 486. *Markl.*

Πράσσειν σὺ πόλλ' εἴωθας, ἥ τε σὴ πόλις.] Laudat (Marklandi notam) Valckenærius ad Euripid. Hippolyt. 785. citans præterea Gataker. ad Antonin. IV. 24. Bergler. ad Aristoph. Ran. 233. *Por.*

588. λόγχη Σπαρτὸς—βλάβῃ.] Brodæi et Barnesii λόγχη (non λόγχῃ) Σπαρτὸς, Attice pro Σπαρτὴ, plerisque, opinor, placebit. Σπαρτοὶ erant posteri eorum quinque qui *sati* ex dentibus serpentis, a Cadmo occisi, supererant; quorum historiam habes init. lib. III. Metam. Ovidii. Noster de iis, λόχος δ' ὀδόντων ὄφεος ἐξηνδρωμένος, infra v. 713. Σπαρτὸς vertitur hic Thebanus: non satis præcise, quia *multi* erant Thebani qui non erant Σπαρτοί. sed v. 723. Σπαρτῶν ἀνδρῶν vertitur *satorum virorum*, i. e. Thebanorum: nimis vage, quia *omnes* homines, non Thebani solum, dici possunt *sati*. Ego inusitatam vocem periclitatus sum, Sparti, quæ sine circuitu vel ambiguitate rem exprimit. Si quis malit vertere λόγχη Σπαρτὸς, *hasta eorum qui ex anguis dentibus sati sunt*, gyro suo utatur, et novitati meæ ignoscat. Pro βλάβῃ conjeceram λάβῃ, sed post Scaligerum et Reiskium, ut jam video. Confirmatur a Codd. A. B. et Aldina. Iidem Codd. (v. 589.) pro Τί δ' ἐκ—habent, Τίς δ' ἐκ δράκοντος: quos sequor. Barnesius distinguit, Τί δ'; ἐκ, &c. et ita Canterus in versione. Θοῦρος Ἄρης ex Iliad. Ο. Ἄρης hic, opinor, significat *bellum*, vel *bellatorem*: *Numquis autem acer prœliator nasci potest ex dentibus draconis?* Fabulam de Cadmo et *serpentis dentibus* φαυλίζει: qualiter *mœnia Thebana* Capaneus apud Statium Theb. X. 876. *Et quidnam* (*quid tam* Bentl.) *egregium prosternere mœnia molli Structa lyra?* Præclaros tamen bellatores hos Spartos Theseus invenit, infra v. 715. *Markl.*

λόγχη Σπαρτὸς] Ita recte Brodæus pro veteri λόγχῃ. Mox Editi recentiores, præter Marklandum, βλάβῃ pro λάβῃ, quod tuetur Ed. Ald. et sensus. Legendum forte:

ἔλθ', ὥς σε λόγχη Σπαρτὸς ἐπὶ πόλει λάβῃ.

ἐπὶ πόλει, *ad* vel *prope urbem*, ut ἐπὶ Θήβαις. Quanquam et ἐν πόλει interpretari potes *in agro*, ut in locis citatis ad Cyclop. 99. *Musg.*

Σπαρτὸς] Thebanus, ἀπὸ τῶν μετὰ Κάδμου Σπαρτῶν ἀνθρώπων. De hac re vid. Ovid. Metamorph. L. III. Fab. 1. Unde paulo post Poëta noster, v. 715. vocat Thebanos λόχον, ὀδόντων ὄφεος ἐξηνδρωμένον. Sparta vero et Spartani non ab hac seminatione, sed a Sparto, Amyclantis filio, vel, ut Eustathius ait, ἀπὸ Λελέγων, σποράδων ἀνθρώπων, ἐκεῖ συνῳκισθέντων. Vide Eustath. in Iliad. β. fol. 294. Legitur et λόγχη Σπαρτὸς Attice, i. e. hasta The-

ΘΗ. Οὔτοι μ' ἐπαίρεις ὥστε θυμῶσαι φρένας,
Τοῖς σοῖσι κόμποις. ἀλλ' ἀποστέλλου χθονὸς,
Λόγους ματαίους, οὕσπερ ἤνεγκω, λαβών·
Περαίνομεν γὰρ οὐδέν. ὁρμᾶσθαι χρεὼν
Πάντ' ἄνδρ' ὁπλίτην, ἁρμάτων τ' ἐπεμβάτην,
Μοναμπύκων τε φάλαρα κινεῖσθαι, στόμα

The. Haud me movebis, ut irascar animo,
Tuis superbis verbis. At ex *hoc* agro discede,
Referens illa inania verba quæ attulisti:
Nihil enim effecimus *colloquendo*. Movere oportet
Omnes pedites, et inscensores curruum,
Celetumque equorum os movere lora

bána. βλάβῃ] Aor. 2. subj. Act. a βλάπτω. Alias λάβῃ: et ita Scaliger. *Barnes.*

Ita Marklandus ex codd. A. B. Nec tamen deterius est τί δ'; quod Ald. et vulgati habent. *Hermann.*

589. Recepi cum Marklando τὶς ex MSS. Vulgo τί. *Musg.*

Hes. Θοῦρος· πολεμικός. *Beck.*

590. νῦν δέ τ' εἶ νεανίας.] Scribo, νῦν δ' ἔτ' εἶ· *nunc vero adhuc es ferox*, vel *juvenis:* quemadmodum eum appellat Adrastus, v. 190. sed *opprobrii* sensu potius sumendum, ut istud Aristoph. Vesp. 1324. ad *senem*, κεὶ σφόδρ' εἶ νεανίας. Et ita Reiskius. pro πάσχων A. παθων. *Markl.*

591. ἐπαίρεις ὥστε θυμεῖσθαι.] Abundare videtur ὥστε, ut persæpe ante infinitivum. Hippol. 1323. Κύπρις γὰρ ἤθελ' ὥστε γίγνεσθαι τάδε. Verbum ἐπαίρεις illustrat L. Kusterus ad Aristoph. Nub. 42. allato hoc loco. Vide et Herodot. VII. 10. p. 385. Ἐξαίρειν eodem sensu, Hippol. 322. *Markl.*

Οὔτοι μ' ἐπαίρεις ὥστε θυμῶσαι φρένας.] "*Abundare videtur* ὥστε, *ut persæpe ante Infinitivum.* Hippol. 1323. Κύπρις γὰρ ἤθελ' ὥστε γίγνεσθαι τάδε." Markl. Hac nota usus est Valckenærius ad Euripid. Hippolyt. 785. Sophocl. Œdip. Col. 1346. Æschyl. Eumenid. 202. 228. Markland. ad Euripid. Iphigen. Taur. 1380. Orest. 52. *Iis quæ sequuntur in Marklandi nota addit Porsonus;* D. Ruhnken. ad Timæi Lexicon. p. 87. et Valckenær. ad Euripid. Hippolyt. 322. *Por.*

θυμῶσαι.] Legendum θυμοῦσθαι. *Musg.*

ἠνέγκω] 2. singul. Aor. 1. med. ab ἠνεγκάμην, quod a φέρω. *Barnes.*

596. s. στόμα Ἀφρῷ καταστάζοντα,] Video virum acutissimum et accuratissimum ad Phœniss. 145. 891. offensum tali hiatu, στόμα Ἀφρῷ, inter finem senarii præcedentis et initium subsequentis. Sed in senariis hiatus istiusmodi numeravi prope 140 in hoc dramate, Supplicibus: et plusquam 200 in Phœnissis.

φάλαρα κινεῖσθαι στόμα]. Hæc aliter distinxi:

Μοναμπύκων τε φάλαρα κινεῖσθαι, στόμα
Ἀφρῷ καταστάζοντα, Θηβαίαν χθόνα.

nam κινεῖσθαι Θηβαίαν χθόνα, est, εἰς χθόνα, omissa præpositione, ut fere post verba motus. Et καταστάζοντα στόμα ἀφρῷ, ut Hecub. 241. Φόνου (vel Φόβου) σταλαγμοὶ σὴν κατέσταζον γένυν· *Guttæ ex metu tuam barbam irrigabant*, vel *stillare faciebant*. ["Κινεῖσθαι στόμα, i. e. ἐς στόμα, *admoveri ad os.* pedestris et coacta dictio: sed talibus scatet oratio Euripidæ. Reiskius." Num licet argumentum ducere ex sua ipsius conjectura? Si licet, facile erit quemvis antiquum scriptorem loquentem facere quicquid velis.] Μοναμπύκων φάλαρα, sunt, μονάμπυκας φαλάροις κατεσκευασμένους, *equos instructos* φαλάροις, id est, *ferreis laminis frontem munientibus:* vid. Tho. Magistr. V. Ἡνία, et quos ibi laudat doctiss. Oudendorpius. et quia posuerat φάλαρα, necesse erat ob constructionem et metrum, ut diceret καταστάζοντα. Totum esset, χρεών ἐστι, μονάμπυκας φαλάροις κατεσκευασμένους, καταστάζοντας στόμα ἀφρῷ, κινεῖσθαι εἰς Θηβαίαν χθόνα. *Markl.*

Ἀφρῷ καταστάζοντα, Καδμείαν χθόνα.
Χωρήσομαι γὰρ ἑπτὰ πρὸς Κάδμου πύλας
Αὐτὸς σίδηρον ὀξὺν ἐν χεροῖν ἔχων,
Αὐτός γε κῆρυξ· σοὶ δὲ προστάσσω μένειν,
Ἄδραστε, κἀμοὶ μὴ 'ναμίγνυσθαι τύχας
Τὰς σάς· ἐγὼ γὰρ δαίμονος τοὐμοῦ μέτα,

Spuma distillantia in Cadmeam terram.
Proficiscar enim ad septem portas Cadmi
Ipse tenens ferrum acutum in manibus
Ipse præco. Tibi vero mando ut maneas,
Adraste, et mihi non affrices fortunam
Tuam: ego enim cum mea fortuna

Ordo, ni fallor, est: *μοναμπύκων τε στόμα κινεῖσθαι φάλαρα.* *Musg.*

Μοναμπύκων] Euripides ita vocare dicitur τοὺς Κέλητας. Vide Pindar. Olymp. Od. V. στροφ. α. et Interpr. φάλαρα] λῶρα in hoc loco, alias quævis equorum ornamenta, et phaleræ. *Barnes.*

598. Lego, mutato versuum ordine:

χωρήσομαι γὰρ ἑπτὰ πρὸς Κάδμου πύλας,
αὐτὸς σίδηρον ὀξὺν ἐν χεροῖν ἔχων,
αὐτός γε κῆρυξ.

Versum αὐτὸς σίδηρον, Reiskius inter v. 602. et 603. inserit, quæ et major transpositio est, et minus venusta. *Musg.*

599. Αὐτός γε κῆρυξ. σοὶ δὲ προστάσσω μένειν, Αὐτὸς σίδηρον, &c.] Codd. A. B. C. Αὐτος τε κηρυξ, *Ipse quoque præco*, sicut tu nunc es. Ita Cyrus αὐτὸς ἄγγελος Κροίσῳ ἐληλύθεε, Herodot. I. 79. et Menelaus, Helen. 1518. Ὃς αὐτὸς αὑτὸν ἦλθεν ἀγγέλλων θανεῖν. Deinde, ordinem hunc versuum proponit cl. Reiskius:

Αὐτός τε κῆρυξ· σοὶ ——————— μένειν,
Ἄδραστε, ——————————— τύχας
Τὰς σάς· ἐγὼ ————————— μέτα,
Αὐτὸς σίδηρον ———————— ἔχων,
Στρατηλατήσω, ———————— δορί.

Conjeceram μένειν Αὐτοῦ, *manere hic*, sc. Eleusine: et, σίδηρόν τ' ὀξὺν ἐν χεροῖν ἔχειν: *et non dimittere ex manibus ferrum acutum.* Sed longe præstat, ut mihi videtur, ordinatio Reiskiana. (vel v. 599. αὐτὸς σίδηρον—αὐτός τε κῆρυξ duobus istis versibus transpositis.) [nam lectio] vulgata vel inepta est, vel solœca. *Markl.*

Hic versus post sequentem legebatur. Reiskius eum post v. 602. ponendum putabat, quod non improbat Marklandus, sed idem tamen hunc, quem exhibui, ordinem conjectura assequutus est: quem firmat hoc, quod codd. αὐτός τε κῆρυξ, non, ut editi, αὐτός γε κῆρυξ, habent. *Hermann.*

601. μὴ 'ναμίγνυσθαι τύχας Τὰς σάς.] Sic in Sophoclis Philoct. 1065. Ulisses jubet Neoptolemum non respicere Philoctetem, Ἡμῶν ὅπως μὴ τὴν τύχην διαφθερεῖς· *Ne nostram fortunam corrumpas.* Τύχας fere est *infortunia*, ut hic: sed non semper. Vult: neve misceas tua infortunia mea bona fortuna. *Markl.*

τύχαι, *infortunia* — Vult hoc: neve misceas tua infortunia mea bona fortuna. Markl. add. Gronov. Obss. 2, 9. *Beck.*

602. Ἐγὼ γὰρ Δαίμονος τοὐμοῦ μέτα στρατηλατήσω] Joh. Brodæus optime hic notavit, quod prisci singulis heroibus Genios adhibebant, qui eorum pericula averruncarent; unde illud Homeri Iliad. γ. v. 440. — Παρὰ γὰρ θεοί εἰσι καὶ ἡμῖν. et Odyss. ό. v. 34. — πέμψει δέ τοι οὖρον ὄπισθεν Ἀθανάτων, ὅστις σε φυλάσσει τε ῥύεταί τε. Quibus hæc mihi liceat mantissæ loco addere: Menander apud Clem. Alexandr. Strom. 5. ait: Ἅπαντι Δαίμων ἀνδρὶ συμπαρίσταται Εὐθὺς γενομένῳ· Μυσταγωγὸς τοῦ βίου. Vide Cœl. Rhodigin. Antiq. Lect. L. II. c. 10. et 11. Hierocl. p. 386. Quin et nostræ literæ videntur huic causæ favere, ut Matth. Evangel. c. xviii. v. 10. Apoc. c. xvi. v. 5. Ezekiel. c. ix. v. 1. etc. Hinc et nos in *heroico* nostro Poëmate, Franciados dicto, nec-

Στρατηλατήσω κλεινὸς ἐν κλεινῷ δορί.
Ἓν δεῖ μόνον μοι, τοὺς θεοὺς ἔχειν, ὅσοι
Δίκην σέβονται. ταῦτα γὰρ ξύνονθ' ὁμοῦ,
Νίκην δίδωσιν. ἀρετὴ δ' οὐδὲν φέρει
Βροτοῖσιν, εἰ μὴ τὸν θεὸν χρήζοντ' ἔχει.

Imperator ero integer in integro exercitu.
Una re solum est mihi opus, habere deos, quotquot
Justitiam colunt. Hæc enim si sint simul,
Dant victoriam: nam Virtus nihil prodest
Hominibus, nisi Deum faventem habeat.

dum edito, ita de Nigro Principe canimus jamjam dormituro:

At Niger, occluso firmatis obice valvis,
Corpore projectus tollit sua lumina cœlo,
Acceditque Deo supplex, iterumque favores
Commemorat gratus, placidi tum tempora somni,
Angelicumque sibi custodem nocte precatur,
Aversumque malum; posthinc secura sopori
Membra dedit: Cœlestis adest sacro agmine turma,
Septem Cœlicolæ Nigro invigilare parati.
Hic turpes curas luctusque avertere promtus,
Hic dulces juvenum illecebras et sanguinis æstum;
Ille pias cerebro dignasque infundere formas:
Quatuor egregio capiti discrimina tollunt.
Ast aliis tantum gemini sua munia servant,
Corporis hic custos, animæ vigil excubat ille.

Franciad. L. IV. v. 346. ad v. 360.
Barnes.

603. κλεινὸς ἐν κλεινῷ] Codd. A. B. C. sic, κλ(αι)εινος εν κλ(αι)εινω δορι· quod vult, opinor, καινὸς ἐν καινῷ: quasi animo scribarum obversaretur iambus Sophoclis Trachin. 622. Θυτῆρα καινῷ καινὸν ἐν πεπλώματι. sed recte habet vulgata: vide Troad v. 754. Deinde, v. 606. pro φέρει, A. B. λεγει: pro Var. tamen Lect. φερει.
Markl.

καινὸς ἐν καινῷ δορί.] Ita superscribitur in utroque MS. et P. Marklando placet vulgata κλεινὸς ἐν κλεινῷ: in quo judicium ejus desidero. Adrastum Eleusine relinquit Theseus, ne malum auspicium expeditioni esset Ducis præsentia, jam antea a Thebanis devicti: *Ipse,* inquit, *cum proprio Genio exercitum ducam, illibatus in illibato agmine. Musg.*

Lege, καινὸς ἐν καινῷ δορί. Renovato bello. *Hermann.*

604. τοὺς Θεοὺς ἔχειν ὅσοι Δίκην σέβονται.] Id est, οἳ σέβονται: et ad *omnes* Deos pertinet. alioquin dixisset τῶν Θεῶν ὅσοι, si ὅσοι significasset *quotquot,* partitive. Sic Ὅσ' ἐξισώσει, * pro ἃ ἐξισώσει, apud Sophocl. Œd. Tyr. 433. ubi nunc legitur Ἅ σ' ἐξισώσει. Quod hic est ἔχειν Θεοὺς, in Heraclid. 344. est, χρᾶσθαι Θεοῖς συμμάχοις, et Θεῶν τυχεῖν v. 352. Plene Helen. 759. τοὺς Θεοὺς ἔχειν φίλους. ut ἵλεω τὸν Θεὸν ἔχειν Philoni Legg. Allegor. lib. III. [T. I. p. 121.] [lin. 39.] ubi moneo pro τῇ δεκάτῃ κακῶν legend. τῇδε τῇ κακώσει. *Markl.*

606. Præferendum videtur οὐδὲν λέγει. Id apud comicos sæpe significat *nugari,* sed etiam, quod nos dicimus, *es will nichts sagen,* i. e. *nullius momenti est.* Idque non videtur alienum a tragœdia. Æschylus Ag. 176. οὐδ' ὅστις πάροιθεν ἦν μέγας, παμμάχῳ θράσει βρύων, οὐδὲν ἂν λέξαι, πρὶν ὤν. *Hermann.*

608. Auctor Appendicis Musgrav. p. 210. feliciter hoc explicavit, pro Αἴ. substituendo Ἀδ. per totum chorum. Nam Αἰ. (Æthra) jam erat Athenis, quo abierat cum Theseo et Adrasto, ad fin. Act. I. sed Theseus et Adrastus jam redierant Eleusina. *Musg.*

Eximie Tyrwhittus: “ Hic et in sequentibus per totam scenam pro Æthra

* Ut edidit Brunckius, sed melius puto ἅσσ'. ut in Agathonis loco, Ἀγένητα ποιεῖν, ἅσσ' ἂν ᾖ πεπραγμένα, ubi ὅσσα citant Budæus ap. HSt. Thes. T. I. p. 829. F. Muretus ad Catull. LXV. 171. p. 104. b. ed. Ald. 1558. In Philoct. etiam 509. malim ἅσσα pro ὅσσα. Aristoph. Eq. 1146. ὅσσα ἂν tres priscæ edd. ἅττ' ἂν e scholiis dedit Gelenius. *Por.*

ΑΔ. Ὦ μέλεαι μελέων ματέρες λοχαγῶν,. στρ. α΄.
Ὡς μοι ὑφ' ἥπατι δεῖμα χλοερὸν ταράσσει
ΧΟ. Τίν' αὐδὰν τάνδε προσφέρεις νέαν;
ΑΔ. Στράτευμα μὲν Παλλάδος κριθήσεται.
ΧΟ. Διὰ δορὸς εἶπας, ἢ λόγων ξυναλλαγαῖς;

Ai. O miseræ matres miserorum ducum,
Ut mihi pallidus metus sub hepate *mentem* turbat.
Cho. Quam novam vocem hanc adfers?
Ai. Exercitus quidem Palladis cernetur.
Cho. Armisne dixisti, an verborum commercio?

reponenda est Adrasti persona. Æthra scilicet cum Theseo abierat post v. 574." *Musg.*

Æthram e palatio Ægei, quo filium deduxerat, venire censet Prev. et choro nunciare, quæ civitas in ipsius favorem decreverit. Improbat igitur horum sententiam, qui Adrastum potius substituunt. *Beck.*

609. δεῖμα χλοερὸν ταράσσει. χλωρὸν δεῖμα, omnes Codices. (et leg. forte θράσσει) sumtum autem ex Homero, et habet Æschylus Ἱκετ. 576. χλωρὸν idem quod ὠχρὸν, *pallidum:* Grævius Lection. Hesiod. cap. VI. χλοερὸν ut Ion. 497. ubi significat *viridis.* Pro ταράσσει Reiskius βράσσει. "nam si ταράσσει, inquit, rectum esset, deberet με "legi, non μοι." Vide ad antistrophen, v. 621. *Markl.*

Exempla verbi θράσσω adde Æschyl. Prometh. 629. Auctor Rhesi 866. *Por.*

δεῖμα χλοερὸν] Ambo MSS. et P. χλωρὸν δεῖμα. *Musg.*

Si χλωρὸν probetur, Reisk. legi jubet θράσσει, quod idem ac ταράσσει. Æsch. Prom. 629. Soph. Œd. T. 491. *Beck.*

Vulgo ὥς μοι ὑφ' ἥπατι δεῖμα χλοερὸν ταράσσει. Et sic etiam alter cod. Flor. In altero et Vict. et codd. Paris. χλωρὸν δεῖμα Χλωρὸν δέος Homeri, et χλωρὸν δεῖμα, Æschyli in Suppl. 576. jam comparavit Marklandus. Et ferri quidem δεῖμα χλωρὸν hic quoque posset, quum secundus horum versiculorum, ut nunc leguntur, dochmiacus sit hypercatalecticus. Non ausus sum tamen, ut in loco dubio, a vulgata, quæ singulis syllabis antistrophico versui respondet, recedere, modo ne quis χλοερὸν δεῖμα idem esse, quod χλωρὸν, existimet. In antistropha quidem si genuina est plerorumque librorum lectio, τόδε μοι θράσος ἀμφιβαίνει, uno hæc versu logaœdico hunc fere in modum scripta ab Euripide fuisse suspiceris: ὥς μοι ὑφ' ἥπατι δεῖμα φρένας ταράσσει. Mirum tamen, unde tanta mutatio orta sit. Ut hæc nunc leguntur, ταράσσει dictum est pro ταραγμὸν ἐμποιεῖ. *Hermann.*

610. Τίν' αὐδὰν τάνδε προφέρεις νέαν;] Legendum προσφέρεις. vide antistrophen. Codex quoque C. habet προσφέρεις. Herodot. V. 30. τόνδε σφι λόγον προσέφερε. Iph. Aul. 97. πάντα προσφέρων λόγον. sic Ion. 1002. Medea 500. Herodot. VIII. 100. Et ita Heathius. *Markl.*

προσφέρεις] Ita Lib. P. confirmatque Marklandus pluribus exemplis. Vulgo προφέρεις. *Musg.*

611. Στράτευμα μὲν Παλλάδος.] MSS. A. B. στρατευμα πα της παλλαδος, ut versus Iambicus efficiatur, pro asynarteto. Πᾶ Doricum vel Bœoticum est: Aristoph. Acharn. 895. Theocrit. Idyll. XVII. 120. Quid hic agat nescio. Στράτευμα vero hoc loco videtur significare *cœtum, a company,* non *exercitum* proprie dictum. nam versu proxime sequenti quærit Chorus, utrum *armis,* an *verbis,* res transigenda sit. quod ultimum quærere non potuit si στράτευμα *exercitum* hic clare significasset. eodem sensu accipi forte potest, v. 665. et scimus ex aliis Tragicorum locis vocem στρατὸς denotare *cœtum quemlibet* hominum. vide Æschyl. Eumen. 769. Nostrum Androm. 1137. Sophocl. Trachin. 808.

Mirum autem videri potest, Chorum interrogare Æthram, utrum *armis* an *verbis* res transigenda esset, quum Ipse (Chorus) totum præcedentem sermonem Thesei audivisset æque ac Æthra. Sed magis adhuc mirum videtur, ipsam Æthram adhuc *Eleusine* esse; cum ad fi-

ΑΔ. Γένοιτ' ἂν κέρδος· οἱ δ' ἀρείφατοι
Φόνοι, μάχαι, στερνοτυπεῖς τ' ἀνὰ τόπον
Πάλιν φανήσονται κτύποι.

Ai. Optimum id foret; sed ferro patratæ
Cædes pugnis et pectus-plangenti sono
Iterum semper originem dabunt.

nem Actus primi Theseus oraverat Chorum, ut ramos supplices ab Æthra auferrent, ut ille *Athenas* eam reduceret ad domum Ægei. et ipse quidem statim profectus est *Athenas;* cur Æthram non reduxit? illa enim hic, ad finem Actus secundi, post ejus reversionem ab Athenis ad Eleusina iterum, invenitur Eleusine colloquens cum Choro. Num poëta sui oblitus est? Hic me non extrico. scio tamen probabilius esse me errare quam Euripidem. vide ad v. 261. *Markl.*

στράτευμα Παλλάδος est *populus Minervæ*, non, ut Marklandus interpretatur, *cœtus*. Sunt quidem loca nonnulla, in quibus στρατὸν interpretari possis *cœtum*, ut Andromach. v. 1137. Soph. Trachin. v. 808. Æschyl. Eumenid. v. 569. et v. 572. Verum hæc ipsa æque commodum erit per *populus* interpretari. Contra, vix pauciora sunt, in quibus vox στρατὸς pro *populo* necessario sumenda est, ubi *cœtum* significare non potest. vid. Æschyl. Eumenid. v. 671. v. 686. et v. 765. *Musg.*

613. γένοιτ' ἂν κέρδος, i. e. *optimum quidem foret, si verbis transigi res posset.* (ita et Markl.)

οἱ δ' ἀρείφατοι φόνοι—φανήσονται.] Hac sententia nihil, si me audias, frigidius esse potest. Sed neque metrum convenit. Quid si legamus:

——οἱ δ' ἀρείφατοι
φόνοι μάχαις, στερνοτυπέσι τ' ἀνατολὴν
πάλιν κτύποις φαίνουσ' ἀεί.

At martiæ cædes semper iterum prœliis planctibusque pectorum originem præbent.

De sententia loci idem mihi nunc, quod olim fuit, judicium; quam tamen non negaverim aliis verbis melius enunciari posse. An legendum:

Γένοιτ' ἂν κέρδος· οἱ δ' ἀρείφατοι
Φόνοι, μάχαις, στερνοτυπέσι τ' αὖ τόπον
Πάλιν κτύποις ἀνέσαντ' ἀεί.

Optimum hoc *foret; at martiæ cædes locum prœliis et strepitu ex pectorum planctu semper iterum devovent.* στερνοτυπὴς de lugubri pectorum planctu unice, puto, adhibetur. Antipater Anthol. Reisk. 675. τὸν 'Αΐδεω στερνοτυπῆ θάλαμον (f. πάταγον.) Synesius Ep. 132. τὸ μὲν τὰς γυναῖκας βοᾷν καὶ στερνοτυπεῖσθαι. Lucian. de Luctu: ἡ πρὸς τὸν αὐλὸν αὕτη στερνοτυπία. Plutarch. ἀνοιμώζοντες καὶ στερνοτυπούμενοι. Op. Mor. p. Vide et Hesychium. *Musg.*

613. s. Γένοιτ' ἂν κέρδος· οἱ δ' ἀρείφατοι
Φόνοι, μάχαι, στερνοτυπεῖς Τ' ΑΝΑ ΤΟΠΟΝ
Πάλιν κτύποι φανήσονται.

Implorare hunc locum criticam manum vidit Musgravius, qui varia tentavit, ut eum integritati restitueret. Speciosa quidem Reiskii conjectura ἀν' Ἄσωπον eadem vero vix admittenda, cum non satis intelligatur, cur Thebis tantummodo luctus excitetur, non item Athenis, unde exercitus profectus erat. Communem enim Martis fortunam Athenienses non minus timere debebant, quam Thebani. Quid si scribamus:

— οἱ δ' ἀρείφατοι
φόνοι, μάχαι, στερνοτυπεῖς Τ' ΑΓΑΣΤΟΝΟΙ
πάλιν κτύποι φανήσονται.

Iterum fient cædes, pugna et planctus cum gemitu mixtus. ἀγάστονος, πολυστένακτος. Hesych. Scholiast. in Odyss. M. 97. ἀγάστονος 'Αμφιτρίτη. μεγάλους ψόφους ἀποτελοῦσα. Æscyhlus VII. c. Thebas. 99.

τί μέλλομεν ἀγάστονοι. *Jacobs.*

614. Στερνοτυπεῖς γ' ἀνὰ τόπον.] Mallem copulam τ' quam γ'. Et puto scribendum ἀνὰ πτόλιν, (ἀνά γε τόπον, Heathius) *in urbe*, ob metrum: vide ad v. 624. Πάλιν (v. 615.) *rursus*, quemadmodum *prius*, quum οἱ Ἑπτὰ Thebas accesserunt. (" Στερνοτυπεῖς τ' ἀν' Ἀσωπὸν,

ΧΟ. Ὦ τάλαινα, τίνα λόγον,
Τίν' ἂν τῶνδ' αἰτίαν λάβοιμι; 609
ΑΔ. Ἀλλὰ τὸν εὐτυχίᾳ λαμπρὸν ἄν τις αἱρῇ ἀντ. α'.

Cho. O misera, quam rationem,
Quam causam horum accipiam?
Ad. Sed illud prosperis elatum si aliqua deprimat

apud Asopum, et φόνιοι μάχαι." Reiskius. Metrum vetat.]

Versu antecedenti, Γένοιτ' ἂν κέρδος, *lucrum erit*, idem quod Τὰ λῷστ' ἂν εἴη, opinor, Heraclid. 1021. hoc est, "Optimum quidem foret, si λόγων συναλλαγαῖς et *absque armis*, transigi posset hoc negotium. sed non ita erit: nam φόνοι, μάχαι, στερνοτυπεῖς τε κτύποι iterum in urbe Thebis fient." Pro οἱ δ' (v. 613.) Cod. B. εἰ δ'. *Markl.*

Heath. metri causa scribit στερνοτυπεῖς ἀνά γε τόπον. Versum esse asynartetum ex penthemimeri et dimetro brachycatalecto iambicis, similis v. 612. (A Markl. Heath. dicitur legere ἀνά γε πόλιν.) *Beck.*

Librorum lectio est, στερνοτυπεῖς γ' ἀνὰ τόπον πάλιν κτύποι φανήσονται. In priore versu τ', ut jam Marklando placuerat, dedi pro γ'; in altero ordinem verborum mutavi, auctore Brunckio ad Hecub. v. 280. Marklando vero pro ἀνὰ τόπον scribendum conjicienti ἀνὰ πτόλιν, non assentior. Ἀνὰ τόπον sic dictum est, ut αὐτοῦ, *illico:* nos *auf der stelle.* In metro acquiescent fortasse, qui satis ducent, si hunc versum e diiambo, choriambo, et Cretico constitui liceat. Mihi non dubium videtur, quin idem sit metrum, quod est versus 611. usitatissimum tragicis, præsertim ubi, ut hic, plura similis formæ metra sunt. Quare vereor, ne vulgata lectio aut errori librariorum, aut correctori debeatur, Euripides autem scripserit: εἰ δ' ἀρείφατοι φόνοι, μάχαι στερνοτυπέσιν ἀνὰ τόπον πάλιν φανήσονται κτύποις. *Hermann.*

615. Transpositis vocibus scribendum esse: πάλιν φανήσονται κτύποι, ut strophicus versus antistrophico respondeat, docet Br. ad Hec. 280. *Beck.*

617. τίν' ἄν, τῶνδ' αἰτία, λάβοιμι;] Sic scripsi pro vulgato, τίν' ἂν τῶνδ' αἰτίαν λάβοιμι; Hoc vult: *si cædes et pugnæ statim rursus ob luctum nostrum excitabuntur, quid de me misera dicetur, quæ horum caussa exstiterim?* *Hermann.*

618. Ἀλλὰ τὸν, εὐτυχῆ, λαμπρὸν, ἄν, &c.] Ex mensura Strophes hic scribendum videtur Ἀλλὰ τὸν εὐτυχίᾳ λαμπρόν. Pro αἱρῇ Canteri, vel αἴρῃ Barnesii, legendum forte αἴροι. ut ἂν αἴροι sit optativus cum ἂν, sensu futuri, *extollet.* Canterus legit, λαμπρὸς, et conjungit cum μοῖρα. non opus. Plutarchus Galba, p. 1055. F. ταῦτα ἀπαγγελλόμενα λαμπρὸν ἦρε τὸν Γάλβαν. ita ille alibi loquitur: Sylla, p. 471. B. ἤρθη μέγας, Eumen. 587. E. et Pomp. 646. A. λαμπρὸς αἰρόμενος in Demosth. 854. F. ubi minus recte legitur λαμπρῶς, et vertitur *mire.* Πάλιν vero, quia nuper reversus erat Theseus a victoria Amazonum: Statius Theb. XII. 163. 519. seqq. Heathius hæc refert ad Creonta, non ad Theseum, et legendum omnino ait αἱρῇ, *fatum aliquod potest iterum evertere.* Μοῖρα Brodæus interpretatur *mors.* *Markl.*

Recte Marklandus ex mensura Strophes εὐτυχίᾳ reponit pro εὐτυχῆ. Idem αἴροι legendum putat pro αἱρῇ, *conficiat, pessundet:* quod mihi non æque placet. Sensus videtur esse: *Sed quid si sors aliqua eum, qui rebus lætis jam superbit, de statu iterum dejiciat: hæc me fiducia circumdat.* *Musg.*

Alias αἱρῇ· sed αἴρῃ potius. *Barnes.*

Quod Marklando propter metrum in mentem venit, εὐτυχίᾳ, id saltem hanc ob caussam non est necessarium, quum μελέων in strophico versu disyllabum esse possit, ut apud Æschylum Sept. ad Th. 954. Si sanum est τὸν εὐτυχῆ, non respicietur tamen ad victas Amazones, ut Marklando placet, sed hoc dicetur, qui prospera fortuna utatur, Theseus, ei rursum rem bene cessuram esse. Est tamen, quod in hac sententia, sic quidem expressa, displiceat. Quare videndum, ne scripserit poeta: ἀλλά τιν' εὐτυχίᾳ λαμπρὸν ἄν τις αἴροι μοῖρα πάλιν, ut hæc de choro dicantur, quem post adversam fortunam lætior fortasse sors exspectet.

Hermann.

Μοῖρα πάλιν. τόδε μοι τὸ θράσος ἀμφιβαίνει.
ΧΟ. Δικαίους δαίμονας σύ γ' ἐννέπεις.
ΑΔ. Τίνες γὰρ ἄλλοι νέμουσι συμφοράς;
ΧΟ. Διάφορα πολλὰ θεῶν βροτοῖσιν εἰσορῶ.
ΑΔ. Φόβῳ γὰρ τῷ πάρος διόλλυσαι.
Δίκα δίκαν ἐξεκάλεσσε, καὶ φόνος
Φόνον. κακῶν δ' ἀναψυχὰς

Fortuna rursus: hæc fiducia me circumdat.
Cho. Justos nimirum tu narras Deos.
Ad. Quinam enim alii dispensant calamitates?
Cho. Multas Deorum dispensationes hominibus diversas video.
Ad. Metu enim pristino peris.
Vindicta vindictam evocavit, et cædes
Cædem. Malorum autem levamina

619. τόδε μοι θράσος ἀμφιβαίνει.] Hoc est, πρὸς ἐμᾷ ψυχᾷ θράσος ἧσται, Alcest. 620. id est, certam fiduciam habeo ita futurum esse: ὕπεστί μοι θράσος, Sophocl. Electr. 481. sic κακόν τι περιβαίνει με, Aristoph. Vesp. 968. Editio Hervag. 1551. legit hic, τόδε μοι τὸ θράσος· et ita Aldina. [Recte, si δεῖμα χλοερὸν in strophico verum sit.] si χλωρον δειμα, cum MSS. (recte habet) cogitandum est de θράσσει, (vel Reiskii βράσσει eodem sensu quo ταράσσει. vide Æschyl. Prometh. 629. Soph. Œdip. Tyran. v. 491.
Markl.

τόδε μοι τὸ] Ita ex Ed. Ald. edi debuit. Vera, ni fallor, lectio est:

τόδε μοί τι θράσος ἀμφιβαίνει.

De phrasi θράσος ἀμφιβαίνει confer, citante Marklando, Aristoph. Vesp. v. 968.
Musg.

620. Δικαίους δαίμονας σύ γ' ἐννέπεις.] *Tu loqueris de Diis quasi justis.* Admodum enim sinistre de *Diis* sentiebat hic Chorus, ut tunc solebant homines in infortuniis positi. donec tandem, victo Creonte, νῦν Θεοὺς νομίζω exclamat, v. 742. *Sunt Dii*, ut est in veteri Formula. *Markl.*

621. Τίνες γὰρ ἄλλοι νέμουσι συμφοράς;] Cod. A. αλλοισιν. B. αλλοι σοι. nempe, ut sit Iambus: quemadmodum hi Codices fecerunt in hujus versus systematico, v. 611. Cæterum συμφορὰς est *eventus*, et hoc loco *bonos* potius quam *calamitates*, uti vertitur. vide Iphig. Aul. 1469. ubi τῇ 'μῇ συμφορᾷ pessime vertitur *meæ calamitati.*

Sequitur: Διάφορα πολλὰ Θεῶν βροτοῖσιν εἰσορῶ· hoc est, "in multis Deorum erga mortales dispensationibus, magnum discrimen video. nam innocentes sæpe plectuntur, nocentes honorantur." Respondet [Æthra:] (Adrastus:) "Hæc opinio tua oritur ex *timore* isto, et pejorum suspicione, quæ te diu possederunt. apud Homines quidem *vindicta vindictam* provocare solet, et *cædes cædem*. sed non ita est apud Deos. illi enim *bona* mentibus hominum solent immittere, non mala." Querula hæc et suspiciosa Chori, et pia [Æthræ,] (Adrasti) explicationem merebantur. *Markl.*

Τίνες γὰρ ἄλλοι νέμουσι συμφοράς;] Huc refer illa Theognidis:

Οὐδεὶς, Κύρν', Ἄτης καὶ Κέρδεος αἴτιός ἐστιν,
Ἀλλὰ θεοὶ τούτων δώτορες ἀμφοτέρων·
Ἄνθρωποι δὲ μάταια νομίζομεν, εἰδότες οὐδέν·
Θεοὶ δὲ κατὰ σφέτερον πάντα τελοῦσι νόον.
Barnes.

624. ἐξεκάλεσε] Barnesius edidit ἐξεκάλεσσε: opinor ut choriambus ἐξεκάλεσσ— responderet strophico στερνοτυπεῖς. Sed quomodo reliqua, σε και φονος, respondeant istis, ἀνὰ τόπον nescio, nisi scribatur ἀνὰ πτόλιν, ut v. 731. et Troad. 556. vel cum Heathio, ἀνά γε τόπον. Ἐξεκάλεσσε, vel ἐξεκάλεσε, hic est *provocare solet*: quæ est frequens istius aoristi significatio. Codex C. εκαλεσε. *Markl.*

Θεοὶ βροτοῖσι νέμουσιν,
Ἁπάντων τέρμ᾽ ἔχοντες αὐτοί.
ΧΟ. Τὰ καλλίπυργα πεδία πῶς ἱκοίμεθ᾽ ἄν, στρ. β'.
Καλλίχορον θεᾶς ὕδωρ λιποῦσαι —
ΑΔ. Ποτανὰν εἴ σέ τις θεῶν κτίσαι.
ΧΟ. Διπόταμον ἵνα πόλιν μόλω.
ΑΔ. Εἰδείης ἂν φίλων, εἰδείης ἂν τυχάς.

Dii hominibus distribuunt,
Ipsi omnium exitus penes se habentes.
Cho. Quomodo veniemus in pulchris turribus insignes campos,
Relinquentes Deæ *Cereris* aquam, *Callichorum?*
Ad. Alatam te siquis Deorum fecerit.
Cho. Ut veniam ad urbem cinctam duobus fluviis?
Ad. Noveris utique amicorum, noveris casus,

625. κακῶν δ᾽ ἀναψυχάς] Hæc est Scaligeri et Canteri conjectura, a Barnesio in contextum admissa. Ante erat, κακὸν δ᾽ ἀνὰ ψυχὰς, quod restitui. nam ἀναψυχὰς non respondet strophico φανήσονται. Codex B. κακον κακον δ᾽ ανα ψυχας. Mallem, καλὸν, cum explicatione quam dedi ad v. 623. Egregius est in hanc rem locus in Isocratis Epistola ad Philippum, p. 220. ed. Genev. οἶμαι δέ σε οὐκ ἀγνοεῖν, &c. *Markl.*

κακὸν δ᾽ ἀνὰ ψυψὰς] Optime Canterus κακῶν δ᾽ ἀναψυχάς. *Musg.*

κακῶν δ᾽ ἀναψυχὰς Θεοὶ βροτοῖσι νέμουσιν,] Ita cum *Cantero* lego, pro κακὸν δ᾽ ἀνὰ ψυχὰς, quod prius obtinuerat: Scaliger etiam nobis accedit. *Barnes.*

626. Θεοὶ βροτοῖσι νέμουσιν,] Codd. A. B. βροτοις. non recte. Θεοὶ hic, ut sæpe, monoysllabon est. Pro Ἁπάντων τέρμ᾽ (v. 627.) omnes παντων τερματ᾽. non ad metrum. vid. v. 617. *Markl.*

628. Τὰ pro Σὰ ex edd. prioribus restituit Heath. *Beck.*

629. Καλλίχορον θεᾶς ὕδωρ] Respicit ad puteum *Cereri sacrum*, Callichorum: de quo nos supra ad v. 402. *Barnes.*

630. εἴ μέ τις] Ineptissime legebatur εἴ σε. *Hermann.*

631. Διπόταμον πόλιν] Thebas notat, juxta quas Ismenus et Asopus fluunt. *Brodæus.*

632. Εἰδείης ἂν φίλων, εἰδείης ἂν ψυχάς.] Τύχας pro ψυχὰς, et sensus (quomodo enim videre potuit ψυχὰς?) et metrum poscit. nam quod dicit Barnesius, primam syllabam in ψυχὰς communem esse, quia brevis est in παραψυχὰς, sine exemplo vocabuli simplicis correpti, paucis persuaserit. Τύχας quoque reponit Heathius. [In antistropha, antispasto φίλων εἰδεῖ respondet diiambus, μάχαις γένος. quod ego, minus necessario saltem, adjutum volui per φίλων ἴδοις: quam vocem ultimam peto ut deleas ex ima pagina, cum recte habeat εἰδείης, dubie ἰδοίης. quamquam enim Attici nonnunquam mutant modi potentialis terminationem οιμι, οις, in οιην, οιης, etiam in verbis quæ non sunt primæ conjugationis circumflexorum; hoc tamen sine exemplo vocis concedi non debet: hic certe non necessarium est. *Markl.*]

Εἰδείης ἂν φίλων, εἰδείης ἂν ψυχάς.] Τύχας *pro* ψυχὰς Heathius et Marklandus. τύχας quoque Tyrwhittus apud Musgrav. p. 134. *Por.*

ψυχάς.] Legendum τύχας, Heathio, Tyrwhitto, Marklando auctoribus. *Musg.*

ψυχάς.] Τὸ ψυ hic communis est, ut videre est ex quinto antistrophæ, qui etiam est iambus. ἀμψυχὰς legit Scaliger, et profecto τὸ ψυ in compositis frequenter breve est, ut videndum Hecub. v. 280. Ἡ δ᾽ ἀντὶ πολλῶν ἐστί μοι παραψυχή. Et Timocles: Παραψυχὰς οὖν φροντίδων ἀνεύρατο. Et Sophocles: Ἱδρυσάμεσθα πημάτων παραψυχάς. *Barnes.*

Punctum post ψυχὰς delet Prev. et pro αἶσα scribit ἅιδα. *Beck.*

Ἔτι πότ' αἶσα. τίς ἄρα πότμος
Ἐπιμένει τὸν ἄλκιμον
Τᾶσδε γᾶς ἄνακτα;
ΧΟ. Κεκλημένους μὲν ἀνακαλούμεθ' αὖ θεούς.
ΑΔ. Ἀλλὰ φόβων πίστις ἅδε πρῶτα.
ΧΟ. Ἰὼ Ζεῦ, τᾶς παλαιομάτορος
Παιδογόνε, πόριος Ἰνάχου,
Πόλει μοι ξύμμαχος γενοῦ τᾷδ' εὐμενής.

Quæcunque sors fuerit. Quod vero Fatum
Manet fortem
Regem hujus terræ?
Cho. Invocamus rursus Deos antea invocatos.
Ad. Hæc prima quippe metus est fiducia.
Cho. O Jupiter antiquæ matris *nostræ*
Marite, vitulæ Inachi,
Esto auxiliator urbi huic propitius.

633. Ἔτι ποτ' αἶσα τίς ἄρα πότμος] Verba ista, Ἔτι ποτ' αἶσα, quid velint ignoro. Brodæus explicat, *Id adhuc tibi videre contigit:* quod non intelligo. Reiskius legit, Τίς ποτ' αἶσα [qua lectione admissa, et mutata distinctione, sensum aliquem videor assequi posse, τίς ποτ' αἶσα, τίς ἄρα πότμος, &c. Optaverat Chorus ut Thebas proficisci posset. Æthra benevole et humaniter huic Chori optato favens, addit, "Utinam Deorum aliquis tibi alas daret, ut posses voti compos fieri! ibi enim scires filiorum tuorum fata. in hac re felicior me, quæ adhuc nescio quid futurum sit de filio meo Theseo. *Quænam sors, quod fatum manet fortem principem hujus terræ?*) Τίς ποτ' αἶσα, τίς ἄρα πότμος ἐπιμένει, &c. Similis locus est in Sophoclis Œd. Colon. 1793. Τίς ἄρα με πότμος—ἐπιμένει; &c. Est vero αἶσα, ἡ ἄϊστος καὶ ἄγνωστος αἰτία τῶν γινομένων, secundum Phurnutum De Nat. Deor. p. 19. ed. Gale. Homer. Odyss. E. 206. In his (tamen) obscuris nulli interpretationi admodum fidendum puto. [Si retineas Ἔτι ποτ' αἶσα, τίς ἄρα, &c. sine interrogatione efferri potest: et tunc sensus erit, *Adhuc incertum est*, *quod fatum*, vel, *quæ sors maneat*, &c. *Markl.*

Ἔτι ποτ' αἶσα.] Legendum puto ὅ, τι ποτ' αἶσα. *Musg.*

Reiskius τίς ποτ' αἶσα; Musgravius ὅ τί ποτ' αἶσα. Marklandus quoque, quid hæc verba e vulgata lectione significent, ignorare se fatetur. Ego signum interrogandi apposui. Declaret sensum illud Homeri, ἔτι γὰρ καὶ ἐλπίδος αἶσα, Odyss. XVI. 101. XIX. 84. *Hermann.*

635. Edidi τᾶσδε γᾶς ex Cod. C. *Markl.*

636. Αὖ hic ponitur pro *iterum* vel *secunda vice*, ut Iph. Aul. 1156. et passim. Quod negatum vidi: certum autem puto ex voce κεκλημένους: licet non appareat ex superioribus quo loco aut tempore hic Chorus *Deos invocaverit*. Pro αὖ, *iterum*, male scribitur ὦ in Cyclop. 660. μέλπε μοι τόνδ' αὖ Κύκλωψ. *Markl.*

Κεκλημένους μὲν ἀνακαλούμεθ' αὖ θεούς.] Markl. "Αὖ *hic ponitur pro* iterum *vel* secunda vice, ut Iph. Aul. 1156. et passim. *Quod negatum vidi.*" Ab Heathio ad Æschyl. Prometh. 718. *Por.*

637. Ἀλλὰ φόβων πίστις ἅδε πρῶτα.] Incertus est hujus loci sensus, quia vox πίστις tam ambigua est et πολύσημος. Heathius vertit: *Sed fiducia hæc superior est timoribus.* Verti potest: *Sed hoc est primum argumentum timorum*, seu *rerum timendarum;* sc. *invocare Deos:* secundum istud, *Primus in orbe Deos fecit timor.* Prave adhuc *de Diis* opinabatur hic Chorus, ut notavi ad v. 622. *Markl.*

Optime Tyrwhittus: "Hic versus, opinor, tribuendus est Adrasto. In se-

Τὸ σὸν ἄγαλμα, τὸ σὸν ἵδρυμα
Πόλεος ἐκκομίζομαι
Πρὸς πυρὰν ὑβρισθέν.

Tuum decus, et incolas a te constitutos
In urbe, reportare studeo
Contumelia affectos ad rogum.

ARGUMENTUM ACTUS TERTII.

Servus, qui in priore bello captus fuerat, a Thebis profugit, et narrat Choro et Adrasto, qui Eleusine manserant, victoriam Thesei, et totum rei gestæ ordinem. Mox, cadaveribus ipsis cæsorum Ducum allatis, Choro et Adrasto renovatur luctus.

ΑΓΓΕΛΟΣ.

Γυναῖκες, ἥκω πολλ' ἔχων λέγειν φίλα,

NUNCIUS.

Mulieres, venio habens multa bona, quæ nunciem,

quentibus invocationem peragit Chorus." *Musg.*

τι

639. πόριος.] Codd. A. B. πορις. *Markl.* Παιδογόνε] Σύλλεκτρε παιδοποιῶν. Πόριος] Pro πόρτιος, ut Homerus Odyss. κ. 410. ʽΩς δ' ὅταν ἄγραυλοι πόριες περὶ βοῦς ἀγελαίας. De *Io* vero in vaccam mutata vide Ovid. Metamorph. L. I. Fab. 10. *Barnes.*

641. Τὸ σὸν ἄγαλμα, τὸ σὸν ἵδρυμα] Cum nesciam sensum hujus et duorum sequentium versuum, ponam solummodo Barnesii notam ad v. 643. ὑβρισθέν. "Quia Thebani ad preces Argivarum matronarum non remittebant filiorum cadavera ad sepeliendum, et Jovem Supplicem ideo temsisse videbantur, dicit se Chorus Jovis statuam ad aram prolaturum; ut sic illum vindictæ memorem reddat contra Thebanos. Alii legunt πύλαν pro πυράν." Paria fere Brodæus. quæ vera esse possunt: sed non intelligo, nec certiora dare possum, forte ex ignorantia moris alicujus ad quem hic respici potest. Reliqui igitur versionem Canteri et Barnesii. *Markl.*

Nulla hic difficultas, quæ Marklandum, tantæ eruditionis virum, morari debuit. Per τὸ σὸν ἄγαλμα, τὸ σὸν ἵδρυμα πόλεως metaphorice designat Chorus Duces hos ipsos, quorum corpora a Thebanis sepultura privata erant. Hi, ex consuetudine Poëtarum, ἄγαλμα πόλεως poterant dici; hic, paullo audaciori figura, ἀγάλματα vocantur ejus Dei, qui generis Argivi auctor erat. ἵδρυμα πόλεως est urbis firmamentum sive fundamentum. Sed neque hoc novum est, de Ducibus vel Principibus per translationem dici. Sic Lycophron Hectorem ἔρεισμα πάτρας vocat v. 281. Theronem Pindarus ἔρεισμ' Ἀκράγαντος, Olymp. II. v. 12. vid. et Olymp. II. Stroph. 5.

Jam ἐκκομίζομαι πρὸς πυρὰν explicari potest: *studeo ad rogum*, i. e. ad comburendum, *recuperare*, ut sit σχῆμα effectus pro conatu, de quo Valckenærius ad Phœniss. v. 1407. Malim tamen, cum præcedentia formam supplicandi habeant, ἐκκόμιζέ μοι πρὸς πυρὰν, *recupera mihi ad rogum.* Restat vox ὑβρισθὲν, quæ simplicissimam interpretationem habet, *contumeliose habitum*, sc. a Thebanis, qui jura sepulturæ iis denegaverant. *Musg.*

641. ss. Musgravium secutus hæc ita reddidit Prev. "Je veux venger sa gloire outragée, et poser sur le bûcher les corps de ceux, qui te doivent leur existence." *Beck.*

643. ʽΥβρισθὲν] Quia Thebani ad preces Argivarum matronarum non remittebant filiorum cadavera ad sepeliendum, et Jovem supplicem ideo temsisse videban-

Αὐτός τε σωθεὶς, ἠρέθην γὰρ ἐν μάχῃ,
Ἵν' οἱ θανόντες ἑπτὰ δεσποτῶν λόχοι
Ἠγωνίσαντο, ῥεῦμα Διρκαῖον πάρα,
Νίκην τε Θησέως ἀγγελῶν. λόγου δέ σε
Μακροῦ 'ποπαύσω· Καπανέως γὰρ ἦν λάτρις,
Ὃν Ζεὺς κεραυνῷ πυρπόλῳ καταιθαλοῖ.
ΧΟ. Ὦ φίλτατ', εὖ μὲν νόστον ἀγγέλλεις σέθεν,

Et ipse servatus, captus enim sum in pugna,
Ubi mortui septem cohortium duces
Pugnaverunt ad fluentum Dircæum,
Nunciaturus etiam victoriam Thesei: te vero a sermone
Longo liberabo. Eram enim servus Capanei,
Quem Jupiter fulmine ignito combussit.
Cho. O amice, bene quidem nuncias tuum reditum,

tur, dicit se Chorus Jovis statuam ad aram prolaturum; ut sic illum vindictæ memorem reddat, contra Thebanos. Alii legunt πύλαν pro πυράν. *Barnes.*

644. De subito hujus *nuntii* adventu. vide M. Anton. Mureti Var. Lect. Lib. XIV. c. 16. Pro Euripide autem in hac causa dicendum, quod recte nuntium facit Argivum a Thebanis nuper captum, qui ex hac pugna libertatem consecutus subito aufugit: Athenienses autem nondum redierant. *Barnes.*

Non hic, sed v. 808. initium tertii actus constituit Prevostus. *Beck.*

646. Θανόντες ἑπτὰ δεσποτῶν λόχοι] Potius θανόντων: ut v. 112. τῶν κατθανόντων ἑπτὰ στρατηγῶν. et v. 12. θανόντων ἑπτὰ γενναίων τόκων. Heathius quoque ita conjicit.

Muretus (Var. Lect. XIV. 16.) miratur, "tam cito redeuntem Thebis Athenas (Eleusina dixisse debuit) Nuncium, ut volasse, et ea quæ interea facta refert, vix tantulo temporis spatio somniare potuisse videatur." Sed Mureti errori bene respondet Barnesius, hunc nuncium captum fuisse a Thebanis in bello priore, et inde nunc aufugisse, libertatem præsenti victoria Thesei consecutum. *Markl.*

Manifestum in hoc versu vitium corrigunt Heathius et Marklandus legendo θανόντων. Malim:

ἵν' οἱ θανόντες, ἑπτὰ δεσπόται λόχων. *Musg.*

648. λόγου δέ σε Μακροῦ 'ποπαύσω·] Id est, liberabo vos a molestia quærendi, *Quis es tu?* dicendo vobis, me fuisse servum Capanei, priore bello captum. *Markl.*

649. Καπανέως γὰρ ἦν λάτρις,] Ridebatur ob hoc Euripides, quod in Tragœdiis suos servos induceret δεινοὺς, *magni momenti personas.* Notat hoc Scholiast. Aristoph. ad istud Acharn. 400.

Ὦ τρισμακάρι' Εὐριπίδη,
Ὅθ' ὁ δοῦλος οὑτωσὶ σαφῶς (f. σοφῶς) ἀπεκρίνατο.

Ita subsequens narratio rei in hoc dramate omnium gravissimæ huic servo assignatur. Scomma tamen istud neglexit Euripides. nam hæc fabula scripta erat aliquot annis post Aristophanis Acharnenses. Sic v. 736. hic ipse Servus opinionem suam profert, qualem Ducem in bello eligere præstet. Vide et Ran. 982. ubi Æschylus ob hoc eum morte dignum existimat. καταιθαλοῖ pro κατηθάλου. *Markl.*

650. καταιθαλοῖ·] Pro κατηθάλωσεν, *præsens* pro *præterito.* Videsis simile exemplum v. 142. ἐλαύνεις pro ἤλαυνες. et 706. χωρεῖ pro ἐχώρει. Ἐνεστὼς ἀντὶ παρακειμένου. Ita Eustathius in Odyss. ί. v. 541. Ἐκλύσθη δὲ θάλασσα κατερχομένης ὑπὸ πέτρης. Χρόνος γὰρ καὶ νῦν εἴληπται ἀντὶ χρόνου. Κατερχομένης, ἤγουν κατελθούσης. *Barnes.*

652. Τήν τ' ἀμφὶ Θησέως τάξιν.] Nondum narraverat Thesei τάξιν nuncius, nisi τάξιν significet id quod paullo ante νίκην appellaverat. Cogitari forte posset de

Τήν τ' ἀμφὶ Θησέως τάξιν. εἰ δὲ καὶ στρατὸς
Σῶς ἔστ' Ἀθηνῶν, πάντ' ἂν ἀγγέλλοις φίλα.
ΑΓ. Σῶς· καὶ πεπραγμέν', ὡς Ἄδραστος ὤφελε
Πρᾶξαι, ξὺν Ἀργείοισιν ὡς ἀπ' Ἰνάχου
Στείλας, ἐπεστράτευσε Καδμείων πόλιν.
ΧΟ. Πῶς γὰρ τρόπαια Ζηνὸς Αἰγέως τόκος
Ἔστησεν, οἵ τε συμμετασχόντες δορός;

Et res Thesei: si vero etiam exercitus
Atheniensium est salvus, omnia nuntiaveris bona.
Nun. Salvus: et rem gessit, sicut Adrastus debuit
Gerere cum Argivis, quum ab Inacho
Ductis copiis bellum intulit Cadmeorum urbi.
Cho. Quomodo vero Jovis trophæa filius Ægei
Constituit, et ejusdem belli consortes?

βάξιν, *nuncium, sermonem*, vel potius πρᾶξιν, ut Soph. Ajac. 806. φίλαν πρᾶξιν vocat Pindarus Olymp. I. *successum gratum*. Θησέως hic, et v. 648. pronunciabatur, opinor, Θησ-ϒως: vide ad v. 911. Reiskius βάξιν, *famam de Theseo*. τάξιν δορὸς, Phœniss. 706. *Markl.*

τάξιν] Emendat Marklandus πρᾶξιν, vel βάξιν. Mihi verum videtur βάξιν, nam πρᾶξιν cum ἀμφὶ consistere vix potest. *Musg.*

653. Pro ἀγγέλλοις Cod. A. αγγελη. B. αγγελλης. [Pro ἔστ' Ἀθηνῶν Reiskius ἔστι φαίνων: aut, servata vulg. lectione, pro φίλα leg. censet λέγων.] *Markl.*

Aut σῶς ἔστι φαίνων leg. *indicans, num exercitus sit salvus, indicaveris omnia, quæ mihi jucunda et accepta sint*, aut, servata hic loci vulgata lectione, leg. deinceps λέγων pro φίλα. *Reisk.*

654. Πρᾶξαι ξὺν Ἀργείοισιν, ὡς] Distinguo:

ὡς Ἄδραστος ὤφελε
Πρᾶξαι, ξὺν Ἀργείοισιν ὡς ἀπ' Ἰνάχου
Στείλας, ἐπεστράτευσε, etc.

Mirum est Codd. A. B. et Ald. hic legere επ Ιναχου. Pro πεπραγμέν' Reiskius πεπραγμένος ὡς. Piersonus, καὶ πέπραγεν ὡς, &c. (pro πεπραγμέν' ὡς) ad Mœrin V. πεπραγώς. Ante πεπραγμένα intellexi πράγματα scil. εἰσὶ πεπραγμένα, ὡς, &c. *res sunt gestæ sic ut Adrastus debuit eas gessisse*, &c. vide Hecub. 720. Sophocl. Œd. Tyran. 629. *Markl.*

πεπραγμέν',] Legerim cum Piersono πέπραγεν. vid. ad Mœrin v. πεπραγώς. [p. 293.] *Musg.*

655. ὡς ἀπ' Ἰνάχου] Legendum puto οὓς, de quo et Reisk. cogitavit. *Musg.*

ὡς, *quum, quando*. Cogitavi tamen aliquando οἷς vel οὓς. *Reisk.*

656. Στείλας, ἐπεστράτευσε] Secunda syllaba in ἐπεστράτευσε necessario (ut puto) hic in senario longa est ante duas consonantes στ, quarum neutra est liquida: ut ὁ, v. 115. τίς δ' ὁ στενάζων οἰκτρὸν ἐν πύλαις ὅδε; et centies alibi: neque unquam aliter, opinor, in Tragicorum iambis. Citatum quidem vidi μαστεύων, prima brevi, et ξενοκτόνους secunda: sed ex mendosis exemplaribus, pro ματεύων et ξενοφόνους, quemadmodum exhibent editiones et codices meliores. In tribus ex quatuor, quorum habeo collationes, ξενοφόνους legitur in isto loco Iphig. in Taur. 776. Poëtæ Tragici in Iambis non eandem sibi sumebant licentiam quam ceteri poëtæ. Quæ res summe et semper observanda est: neque ab Homeri versibus hexametris, (aut a Pindari melicis) ad Euripidis, Æschyli, et Sophoclis senarios, argumentum metricum recte transtuleris. *Markl.*

Hanc notam (scil. Marklandi) laudat Brunckius ad Euripid. Orest. 1105. vide infra ad 994.

"In tribus ex quatuor, quorum habeo collationes, ξενοφόνους legitur in isto loco Iphig. in Taur. 776." Markl. Sed ibi videri retinendum posset ξενοκτόνους le-

Λέξον· παρὼν γὰρ τοὺς ἀπόντας εὐφρανεῖς.
ΑΓ. Λαμπρὰ μὲν ἀκτὶς, ἡλίου κανὼν σαφὴς,

Dic; cum enim adfueris, exhilarabis eos qui non adfuerunt.
Nun. Clarus quidem radius solis, norma recta,

gendo οἷς pro οἷσι, nisi ex MSS. ibi ξενοφόνους ediderant Marklandus et Musgravius. *Por.*

657. τρόπαια — Ἕστησεν] Loquitur forte Euripides ex more temporis sui. nam in Æschyli Sept. Theb. 282. ἐπεύχομαι Θήσειν τρόπαια, Scholiast. notat tropæa nondum nota ævo Eteoclis fuisse, et Poëtam anticipare. Ἵστημι τρόπαιον usitatius: sed τίθημι æque probum: vide Helen. 1380. Aristoph. Lysistrat. 318. Æschyl. χοηφ. 773. Grammatici dicunt Atticos scribere τροπαῖον, non τρόπαιον. [" Non puto Ζηνὸς τρόπαια ἀναστῆσαι recte dici pro Ζηνὶ, *Jovi trophæum erigere.* Num igitur τρόπαι' ὁ κλεινὸς, *celeber filius Ægei.* Conf. v. 666. Reiskius." Non: nam alibi ita loquitur Noster: Heraclid. 936. βρέτας Διὸς Τροπαίου καλλίνικον ἔστασαν: non Διῒ Τροπαίῳ. et Phœniss. 1487. Οἱ μὲν Διὸς τρόπαιον ἵστασαν βρέτας: non Διῒ. et v. 1265. Ζηνὸς ὀρθῶσαι βρέτας Τρόπαιον. Est et alia locutio ejusdem formæ, τρόπαιον πολεμίων στῆσαι· sed ibi intelligi potest κατὰ ante πολεμίων. Ζηνὶ τροπαίῳ occurrit Sophocl. Antig. 147. et Ζεῦ τροπαῖε, Trachin. 307. sed ibi est ἀποτρεπτικὲ, ἀλεξίκακε. Eurip. Electra 671. Ὦ Ζεῦ πατρῷε, καὶ τροπαῖ' ἐχθρῶν ἐμῶν.]
Markl.

In Æschyli loco (Choëph. 773.) τροπαίαν editiones male præferunt, quod ambigas utrum in τρόπαιον an τρόπαια mutandum sit. *Por.*

659. παρὼν γὰρ τοὺς ἀπόντας εὐφρανεῖς.] MSS. A. B. C. τους παροντας. Bene. *præsens enim nos quæ hic sumus delectabis.* Sic Andromach. 736. παρὼν δὲ πρὸς παρόντας ἐμφανῶς γαμβροὺς διδάξω. Alterum acutius videtur: quæ forte caussa fuit interpolationis. sed scriptorum librorum auctoritas hic debet prævalere. τοὺς παρόντας pro τὰς παρούσας: Chorus enim fœminarum loquitur. vide ad v. 41. vel masculinum poni hic potuit, quia Adrastus inter illas erat. Pejus interpolarunt Phœniss. 1582. contra metrum ingerendo μοι: quo pacto, systema anapæsticum clauditur versu heroïco in Aldina, Barnesii, et Stephani editionibus:

Ἁ δὲ τάλαιν' ἄλοχος τινί [μοι], τέκνον, ὤλετο
μοίρᾳ;

vidit, opinor, quisquis primum interpolavit, loco ita in longitudinem scripto, syllabam deesse ad versum hexametrum conficiendum: unde supplevit μοι, ignarus rectæ divisionis, et moris Poëtarum, qui finiunt systemata hujusmodi, non hexametro, sed basi anapæstica et parœmiaco. Ita oportuit divisum esse:

Ᾱ δε̆ τᾰ | λᾱῐν' ᾰλŏ-
χōς, τῐνῐ, | τε̆κνŏν, ω̄ | λε̆τŏ μοῑ | ρᾱι;

In Kingiana (v. 1592.) legitur, omissa δὲ, et inserta, μοι:

Ἁ τάλαιν' ἄλοχος,
Τίνι μοι, τέκνον, ὤλετο μοίρᾳ;

et ita articulus ἁ, pro ἡ, brevis fit, qui, credo, semper alibi est longus. cujus rei circiter centum et quinquaginta exempla observavi in scriptis Doricis: quatuor, præter hunc locum, ex isto ipso dramate. Habeo quoque edit. Aldinam, collatam cum MS. a Luca Holstenio; in qua nulla mentio est omissionis particulæ δέ. neque dubito quin ea vox exemplaribus plurimis insit, et respondeat præcedenti μέν. Valckenærius quidem edidit idem quod Kingius, idcirco quia ejus editionem sequi proposuit. sed commentum istud Kingii de ἁ Dorico correpto, adeo illi non placuit, ut ex veteribus Grammaticis falsum id esse ostenderit, not. 57. p. 808.
Markl.

τοὺς ἀπόντας] Non imiter Marklandum ex MSS. legentem τοὺς παρόντας, quod interpretatur, *nos quæ hic sumus.*
Musg.

660. λαμπρὰ μὲν ἀκτὶς, ἡλίου κανὼν σαφής.] Distingui potest post ἡλίου. Sed incertum est quo sensu voces κανὼν σαφὴς, sumendæ sint. Barnesius: " Poëta *jubar meridianum* Solis, quia *canonis* instar " Diem in æquas partes dividit, figurate κανόνα dicit." Mihi de *matutino tempore* potius, et de *ortu* Solis agi videtur, utcumque distinguatur: et *radius Solis* appellari forte potest κανὼν σαφὴς, *regula clara,*

Ἔβαλλε γαῖαν. ἀμφὶ δ' Ἠλέκτρας πύλας
Ἔστην θεατὴς, πύργον εὐαυγῆ λαβών.

Feriebat terram: ad portam vero Electram
Steti spectator, turrim nactus prospectui commodam.

quia, orto Sole, perspicue et clare dignoscimus res quæ ante, et in tenebris, confundebantur. Animo Poëtæ eadem ἔννοια obversabatur, cum hæc scripsit, et cum ista Bacch. 666.

Ἀγελαῖα μὲν βοσκήματ' ἄρτι πρὸς λέπας
Μόσχων ὑπεξήκριζον, ἡνίχ' ἥλιος
Ἀκτῖνας ἐξίησι θερμαίνων χθόνα.
Ὁρῶ δὲ θιάσους τρεῖς γυναικείων χορῶν, &c.

Hæc est descriptio matutini temporis; et hæc in Supplicibus videntur acta fuisse secundo die. Ceterum Lectori, etiam attentissimo, multum et irritum negotium facesset subsequens narratio, ut nunc habet contextus, usque ad versum 726.
Markl.

Ἡλίου κανὼν] Κανὼν proprie τὸ ἐπάνω τῆς Τρυτάνης καὶ εἰς ἰσότητα ἄγον, uti Phavorinus. Hic itaque Poëta *jubar Meridianum solis*, quia Canonis instar diem in æquas partes dividit, figurate κανόνα dicit.
Barnes.

Scriptorum alii per legatos repetita a Theseo Argivorum corpora tradunt, alii bello: de quo dissensu plura, quam Marklandus attulit, jam Meursius congesserat in Theseo cap. XXIV. neglecto tamen Herodoti loco IX. 27. *Hermann.*

662. Ἔστην θεατὴς, πύργον εὐαγῆ λαβών] Editt. nonnullæ Ἔστη. male. Ἔστην firmatur a sensu, et Codd. Gallicis A. B. Πύργον εὐαγῆ forte est ex Æschylo Pers. 466. Ἕδραν γὰρ εἶχε παντὸς εὐαγῆ στρατοῦ· de Xerxe, prœlium navale apud Salamina spectante. ubi vide Scholiasten. Vult, *turrim ex qua prospectus undequaque patebat.* et ita fere Reiskius, et Heathius: qui Æschyli quoque locum indicat. adi Suidam et Hesychium. (Hemsterhusius tamen erudite πύργον εὐαυγῆ.) Male vertunt, *turrim sacram.* Totam vero hanc narrationem de pugna et victoria Thesei, ὡς Εὐριπίδης ἐποίησεν ἐν τραγῳδίᾳ (hanc tragœdiam intelligit, et mox nominat) veram esse negat Plutarchus Theseo, p. 14. ex auctoritate plurium Historicorum. non enim *vi*, sed *suasu* et *induciis*, corpora defunctorum Thesea ait recuperasse. Vide ibi plura de hac re. Ab Euripide stat Herodotus lib. IX. 27. et Isocrates Panegyr. p. 102. ed. Genev. 1621. Sed longe secus in Panathenaïco, p. 530. ubi miram rationem reddit quare ita scripserit in Panegyrico: silet ibi de loco in sua Helenæ laudatione, p. 418. ubi dicit, βίᾳ Θηβαίων θάψαι παρέδωκε, sc. Θησεὺς: idem fere quod in Panegyrico; *invitis Thebanis, sepeliendos tradidit.*
Markl.

Ἔστην] Ita ambo MSS. et P. ut recte Barnesius. Ed. Ald. ἔστη.

εὐαγῆ] Vere Arnaldus Lect. Gr. p. 58. *a quo longe lateque prospici potest.* Æsch. Pers. v. 466. ἕδραν γὰρ εἶχε παντὸς εὐαγῆ στρατοῦ. Hesychius: εὐαγὲς – εὔοπτον. Sed de his audiendus Hemsterhusius: "Euripidis loco apte convenit interpretatio: ipsi voci convenire fuerat ostendendum. Εὐαγὴς si ducatur ab ἄγος, quid sit, notum est, quemadmodum ἀναγὴς, δυσαγὴς, si ab ἄγω *duco*, erit *agilis, flexibilis*, qua potestate capitur in Hippocr. περὶ διαίτ. II. p. 363, 34. neque aliter Henr. Stephan. intellexit, Anth. I. c. 60. Ep. 8. Χαίροιτ' εὐαγέες (μέλισσαι) in Th. L. Gr. Tom. I. p. 126. C. *agiles apes, quod per aërem ferantur cito et facile:* vel *mobilis, volubilis*, ut in Aretæo, p. 19. v. 33. ὀφθαλμοὶ εὐαγέες, λαμπροὶ, exponi possunt, licet *puros* dederit Crassus, Wiganus *lucentes*, quod vix perspicias unde pendeat, nisi legisse vel legi voluisse statuas εὐαυγέες: junguntur tamen itidem ab Adamantio I. c. 9. ὀφθαλμοὶ μεγάλοι τε καὶ λαμπροὶ καὶ εὐαγεῖς, cujus vice admodum vitiose εὐλαβεῖς, Polemo præfert. Porro si ab ἄγω, ἄγνυμι, *frango*, significabit *fragilem, quique facile comminui possit;* quo pertinet Suidæ locus ita scribendus: εὐαγὲς, εὐκόλως κεκλασμένον, et στάχυς εὐαγὴς, idem qui εὔκλαστος, εὔθραυστος, apud Etym. in v. Δημήτηρ. In his, sicuti linguæ norma postulat, penultima corripitur: aliis in locis eadem vox syllabam istam habet productam: Leonid. Anth. VI. 27. Ep. 6. καὶ πέλεκυν ῥυκάναν τ' εὐαγέα καὶ περιαγὲς Τρύπανον — Parmen. ap. Clem. Al. Str. V. p. 732. — καθαρᾶς εὐαγέος ἠελίοιο Λαμπάδος ἔργ' ἀΐδηλα — nimirum forma Dorica nascuntur ex εὐηγὴς et περιηγής· quorum illud rarissimum, alterum frequentatur pro

Ὁρῶ δὲ φῦλα τρία τριῶν στρατευμάτων,

Video autem tres exercitus, trium populorum:

circumacto, circumjecto, rotundo: sæpe tamen, quam proprie vim habeat, obscurum est, qua de re nunc nihil amplius dicam. Singulare est, quod ex Lex. Vet. MS. Bibl. Sangerman. mecum communicavit Præstantissimus Noster Ruhnkenius: ἀγής· τοῦτο ἀπὸ συνθέσεως καταλείπεται τοῦ εὐαγὴς ἢ παναγής. Ἐμπεδοκλῆς· ἄθρει μὲν γὰρ ἄνακτος ἐναντίον ἁγέα κύκλον· pro παναγής, quod longe diversum est, melius scripsisset περιαγής, ut in illo versu proverbiali, quem suggerit Philopon. περὶ Κοσμοπ. p. 179. μηδ' ὅσον ὀφθαλμοῦ περιηγέα κύκλον ἑλίξαι. vid. Suid. in εὐαγής. Nunc investiga, quantum libet, harum, quas notavi in εὐαγὴς, significationum, quænam vel Æschyli verbis vel Euripidis accommodari possit, nullam invenies: at scripseris inserta litera, εὐαυγῆ, omnis difficultas fuerit sublata: nam εὐαυγὴς, *locus illustris,* vel *qui undique conspici potest,* vel *unde prospectus in vicina late patet.* Ratio structuræ in ἕδρα παντὸς εὐαυγὴς στρατοῦ itidem expedita, quæ frustra quæratur in εὐαγής. Enimvero jam dudum vereor, ne εὐαυγὴς per culpam librariorum pluribus locis abierit in εὐαγής: in Jamblichi certe Protr. p. 152. v. 23. vice vulgati, λαμπροτάτη τις εὐαγία, Cod. Reines. quem ipse cum Edito contuli, præfert εὐαυγία, quod utique longe melius congruit cum λαμπροτάτη et τὸ τῆς ψυχῆς ὄμμα, quam εὐαγία. Perinde se res habet in Platone de LL. XII. p. 989. C. ἃ μαθοῦσι μὲν εὐαγέστερα γίγνεσθαι, μὴ μαθοῦσι δὲ σκοτωδέστερα — καὶ ἀσαφῆ. Tim. p. 1065. E. ἀέρος τὸ μὲν εὐαγέστατον ἐπίκλην αἰθὴρ καλούμενος, ὁ δὲ θολερώτατος, ὁμίχλη τε καὶ σκότος: unde sumtum Jamblichi de Myst. p. 80. v. 21. τὸ εὐαγέστατον καὶ ἄκρον τοῦ ἀέρος. Si tum juncta propinquæ, tum opposita contrariæ potestatis attente spectes, quid prius in mentem veniat, quam opportunissimum εὐαυγής. Accedat Aristoteles, vel quicunque nomen ejus mentitus Auctor, de Mund. p. 14. v. 12. κόσμος — λαμπρότητι δὲ εὐαγέστατος: vertit Appuleius: *splendore perlucidus:* quin clarius etiam caussam nostram suffulcit diversa, quam Stobæus suppeditat Ecl. Phys. p. 78. v. 9. lectio, λαμπρότητα δὲ τηλαυγέστατος. In Parmenide quoque εὐαυγέος ἠελίοιο non sprevero. Pythagoreis autem in primis αὐγὴ et voces inde natæ placuerunt; unico Theagis exemplo defungar apud Stob. p. 11. v. 46. ὁ νόος — ἔχων περιαυγέα καὶ διαυγέα τὰν ἔποψιν. Jam neminem opinor fore, qui contendat, pro εὐαυγὴς Græcos vitandæ κακοφωνίας ergo solenni more pronunciasse εὐαγής. *Musg.*

Ἔστην] Vide infra ad v. 694. *Barnes.*

663. Ὁρῶ δὲ φῦλα τρία τριῶν στρατευμάτων.] Operæ pretium fuerit, ob ea quæ sequuntur, distincte intelligere quænam sint hæc τρία φῦλα: nempe, *Pedites, Equites,* et Παραβάται vel Παραιβάται, *ii qui ex curribus pugnabant.*

1. *Pedites,* seu *milites:* qui erant duorum generum. Primum *Cecropiæ veteres incolæ,* seu Αὐτόχθονες, ut opinor, χθονὸς εὐγενεῖς (vel ἐγγενεῖς) οἰκήτορες, Soph. Œd. Col. 760. Hi erant ὁπλῖται et τευχεσφόροι, *gravis armaturæ milites.* constituebant dextrum cornu: et his præerat ipse Theseus. tendebant ad ripam Ismeni fluvii. Secundum genus peditum seu militum erant *Parali* seu Paralii, populus Atticæ litoralis, ex antiqua Pandionis divisione. hi *leviter* armati erant *hastis.* constituebant lævum cornu. tendebant juxta fontem Martis seu Dircen. Quis huic cornu præficeretur, non dicitur, quia pulsum erat, v. 714.

2. *Equites.* Hi ex utroque cornu, æquali numero, collocabantur. Phorbas Equitum Dux nominatur (v. 690.) quia vincebat, v. 704.

3. Παραιβάται, seu Παραβάται, (ἐπεμβάται (v. 595. 695.) *pugnatores ex curribus.* Hi constituebantur ad sepulcrum Amphionis. De eorum Duce siletur, quia nihil præclarum, et quod ad victoriam eximie conferret, ab his gestum memoratur. De his vide doctiss. Oudendorpium ad Thom. Magistrum, V. Ἐπίκωποι, p. 348.

Hæ tres partes exercitus Thesei recensentur supra in duobus Iambis, v. 595.

Πάντ' ἄνδρ' ὁπλίτην, ἁρμάτων τ' ἐπεμβάτην,
Μοναμπύκων τε φάλαρα, etc.

Locutiones aliquot jam explicandæ. Στρατευμάτων hic forte significare potest *cœtuum,* ut supra monui ad v. 611. non enim erant tres exercitus, sed unus tantum, ex diversis στρατεύμασι, seu hominum cœtibus et collectionibus. sic στρατὸς

Τευχεσφόρον μὲν λαὸν ἐκτείνοντ' ἄνω

Populum quidem graviter armatum producentem superne

apud Sophocl. Trachin. 808. et Electra 751. Pindar. Pyth. X. Æschyl. in Eumen. 569. 572. Vide Ammonium V. Στρατός.

Τεταγμένους δεξιὸν κέρας (v. 667.) potest esse, vel, κατὰ δεξιὸν κέρας: vel δεξιὸν κέρας potest esse appositivum ad οἰκήτορας.

Creontis vero, seu Thebanorum exercitus, eodem plane modo quo Thesei, erat instructus, cum duobus cornibus, et equitibus, et curribus oppositis invicem τοῖς Thesei. *Markl.*

φῦλα τρία τριῶν στρατευμάτων.] Tria hæc agmina, Marklando Interprete, unt 1. Pedites, 2. Equites, 3. παραιβάται, sive ii, qui ex curribus pugnabant. Mihi a viro doctissimo necessario et hic dissentiendum est. Primo, παραιβάται, pauci admodum numero, στρατεύματος nomine designari vix poterant. Deinde etiam equitatus, duo exercitus latera muniens, duo agmina, non unum constituebat. Quænam igitur tria sunt agmina, hic a nuncio memorata? Nempe tres Peditum cohortes, quorum una versus collem Ismenium tendebat, alia, Theseo duce, dextrum cornu obtinebat, tertia, ex Paralis constans, ad Fontem Martis constituta erat. Situs locorum, ut a Pausania traditur, ita se habet:



Hinc sequitur, nisi Euripides præ negligentia topographiam confudit, dextrum cornu, cui præerat Theseus, diversum fuisse ab eo, quod collem Ismenium occupatum ibat: Paralos vero non in lævo cornu, quod putabat Marklandus, sed in media acie collocatos fuisse.

His positis, pro φῦλα τρία τριῶν στρατευμάτων legendum arbitror:

— — φύλων τρία τριῶν στρατεύματα.

Tres legiones (vel *cohortes*) *ex tribus gentibus* (φύλοις) *conscriptas:* dextrum cornu sc. ex Cecropiæ incolis, mediam aciem ex Paralis, sinistrum cornu ex alio quodam populo, cujus nomen temporum, ni fallor, injuria delevit. Ad eum quippe pertinere videtur clausula, ὡς μὲν ἦν λόγος, nondum satis ab interpretibus declarata, clara admodum futura, si versus, Διακρίων nomen continens, sequeretur. Talem certe intercidisse suspicor. De divisione Atticorum in Παράλους, Πεδιέας, Διακρίους vide Herodotum Lib. I. c. 59. Plutarchum in Solone. Eundem Op. Mor. p. 1359. et 1441. Ed. H. Steph. Aristoph. Vesp. *Musg.*

Mireris, Marklandum tam longe a vero aberrasse, ut pedites, equites, et παραιβάτας intelligendos putaret. Recte Musgravius hæc de Diacriis, Pediæis, et Paralis interpretatur. Inde post v. 677. aliquid excidisse conjicit, in quo Diacriorum acta fuerit mentio. Video, multis hic conjecturis locum esse, sed nulla tamen necessitas sollicitari librorum lectionem jubet, si ἐκτείνοντα plurali numero dictum statuas, et verba ὡς μὲν ἦν λόγος non ad sequentia, ut in vett. edd. sed ad præcedentia referas. Video, inquit, tres exercitus militem gravis armaturæ ad Ismenium collem, ut conveniebat, explicantes: ipsumque regem, et quæ sequuntur. Sic apparet, recte se habere αὐτόν τ' ἄνακτα,

Ἰσμήνιον πρὸς ὄχθον, ὡς μὲν ἦν λόγος,
Αὐτόν τ' ἄνακτα παῖδα κλεινὸν Αἰγέως,
Καὶ τοὺς ξὺν αὐτῷ, δεξιὸν τεταγμένους

Ad ripam Ismeni, ut ferebatur,
Ipsumque regem inclytum filium Ægei,
Et cum eo collocatos in dextro

nec τὲ mutandum esse in δέ, ut quibusdam visum est. Diacrios autem nominatim commemorari non erat necesse, quum hos intelligi ex reliquis apertum esset. Verba ὡς μὲν ἦν λόγος aut simpliciter, ut laudaretur Theseus, posuit Euripides, aut ut alium poëtam, qui aliter de hac re exposuerat, notaret. Illud μέν, quod est post τευχεσφόρον, opposita habet ἱππότην δ' ὄχλον, v. 670. *Hermann.*

664. ἐκτείνοντ'.] [Ἐκτείνοντας Reiskius.] ἐκτείνοντα est, ut puto, ἐκτείνοντα ἑαυτὸν, *extendentem seipsum*, i. e. ἐκτεινόμενον, *extensum*. nam ἐκτείνοντας, opinor, est mendum preli, pro ἐκτείνοντα. *Markl.*

665. ὡς μὲν ἦν λόγος.] Reiskius, ὧν τις ἦν λόγος, *eos, qui aliqua essent auctoritate præditi*. Sed Heathius vertit, *ut ratio* (*bellica* scilicet) *requirebat*. Ego verterem, *ut quidem dicebatur*, vel *ferebatur*, cum Cantero. sic Iphig. Taur. 532. ὡς ἦν ἐν Μυκηναίοις λόγος· et mox 534. ἔστι δ', ὡς λόγος. Vult, *ut dicebant spectatores*. nam ipse, servus Capanei Argivi, Theseum et res Atticas ignorabat. recte igitur dicit, ὡς μὲν ἦν λόγος, *ut sermo erat*, decorum servans. *Markl.*

ὡς μ. ἦν λ. *ut ratio* (bellica scil.) *requirebat*. Ex una parte enim pedites fluvio, ex altera equitibus, firmabantur. Nuncius hæc αὐτόπτης dicit. *Heath.*

667. σὺν αὐτῷ,] Cod. A. συν αυτῳ. [εν written above] Versu antecedenti, pro Αὐτόν τ' ἄνακτα, Reiskius Αὐτὸν δ'—

669. Αὐτὸν δὲ Πάραλον ἐστολισμένον δορὶ
Κρήνην παρ' αὐτὴν Ἄρεος ἱππότην ὄχον
Πρὸς κρασπέδοισι στρατοπέδου τεταγμένον
Ἴσους ἀριθμόν. ἁρμάτων, &c.

Ita vulgo editur hic locus. Duæ magnæ difficultates in hac narratione, et de quibus silent interpretes, sunt, de *lævo cornu* exercitus Thesei, et, de *Equitibus*. nam lævum cornu hujus exercitus dicitur *inclinatum* fuisse v. 715. et tamen nulla hujus cornu mentio est in hac descriptione et dispositione exercitus. Neque cum Equitibus melius actum, qui hic nulli comparent, nisi quod v. 670. in versione dicatur: "Apud ipsum fontem Martis *equestrem currum* Ad extremas exercitus partes (i. e. ad latera) collocatum." Atqui *equestris currus* ἱππότης ὄχος) non significat *equites*, quibus nihil erat cum curribus, qui erant distincta hujus militiæ pars, et seorsum describuntur, v. 672. ἁρμάτων τ' ὀχήματα, &c. Euripidis scripturam hoc modo, opinor, restitueris:

Καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ, δεξιὸν τεταγμένους
Κέρας, παλαιοὺς Κεκροπίας οἰκήτορας·
Λαιὸν δὲ, Πάραλον, ἐστολισμένον δορὶ,
Κρήνην παρ' αὐτὴν Ἄρεος· ἱππότην δ' ὄχλον
Πρὸς κρασπέδοισι στρατοπέδου τεταγμένον,
Ἴσους ἀριθμόν· ἁρμάτων δ', &c.

παλαιοὺς pro παλαιᾶς scribo: quo pacto vitabitur concursus quatuor vocum in ας exeuntium: vide Ion. 737. Λαιὸν pro Αὐτὸν, ex frequenti mutatione literarum Α et Λ ob similitudinem; sed præcipue ex sensu, qui postulabat λαιὸν κέρας cum præcesserat δεξιὸν κέρας, ut Iphig. Aul. 289. Δεξιὸν κέρας Πρὸς τὸ λαιὸν ξύναγε. infra hac fab. v. 715. ἔκλινε γὰρ κέρας τὸ λαιὸν ἡμῶν, &c. et ita Reiskius, Λαιὸν pro Αὐτόν.

Πάραλον pro Παράλους vel Παραλίους, singularis pro plurali, ut observat Cicero De Orator. III. 42. et Quinctilianus IX. 3. ad istud Virgilii Georg. III. 346. *Haud secus ac patriis acer* Romanus *in armis:* pro *Romani*. ἐναυμάχησε τῷ Τυρίῳ, pro τοῖς Τυρίοις, Herodot. II. 161. Apud omnes exempla inveniuntur. De Πάραλοι vel Παράλιοι vide Steph. Byzant. in voce, et in Ἀκτή. infra habebimus Παραλίων. Reiskius quoque pro populo aliquo Attico Πάραλον accipit. Ἐστολισμένον δορὶ, *ornatum* (i. e. *armatum*) *hasta*. sic Hecub. 1137. Polymestor vocat κάμακα, *hastile*, στόλισμα suum: et naves *instructæ* et *armatæ* dicuntur νῆες εὖ 'στο-

Κέρας, παλαιᾶς Κεκροπίας οἰκήτορας·
Αὐτὸν δὲ Πάραλον ἐστολισμένον δορὶ
Κρήνην παρ' αὐτὴν Ἄρεος, ἱππότην τ' ὄχλον

Cornu antiquæ Cecropiæ incolas, tertium
Et Paralum armatum hasta.
Apud ipsum fontem Martis, equestrem vero turbam,

λισμέναι, Iph. Aul. 255. Ægis, quam gestabat Pallas, appellatur ejus στολὴ, Ion. 996. vide et Herc. Fur. 465. [Reiskius legit ἐστιχισμένον, *in series dispositum.*] Locutionem κρήνην παρ' αὐτὴν, seu αὐτὸς emphaticum, illustravit Piersonus Verisimil. II. 9. p. 245. Eam habet et Herodotus VIII. 39. παρ' αὐτὴν τὴν ὁδὸν: et Noster sæpe, ut v. 1217. 1222.

Ἱππότην δ' ὄχλον, *turmas vero*, seu *equites*. Scaliger quoque conjecerat ὄχλον: et ita notabatur in vet. exemplari cujus meminit Cl. Barnesius. Inserui δ' connexionis gratia. Androm. 759. ἱππικοῦ τ' ὄχλου. Iph. Aul. 197. Ἵππων τ' ὄχλον ἰδέσθαι· non, Ἵππων ὄχλον τ', ut nunc legitur. in quo dramate, v. 599. pro ὄχων Ald. et duo Codd. Paris. habent ὄχλων. vide quæ notavi supra ad v. 421. In Rheso 312. ὄχλος γυμνὴς, ut ἱππότης ὄχλος· et στρατὸν ἱππότην, Plutarchus in Æmil. p. 259. E. Ceterum ὄχλον—ἴσους, quia ὄχλον *plures* exprimit, ut in isto D. Joann. vii. 43. ὁ ὄχλος οὗτος—ἐπικατάρατοί εἰσι. Sed et κράσπεδα eodem sensu utitur Xenophon Ἑλλην. III. p. 489. D. Reiskius mecum distinguit post Ἄρεος, et legit ἱππότην δ' ὄχλον. [Heathius vero retinet ἱππότην ὄχον, et vertit *turmam equestrem*. Proprie significat, inquit, *vehiculum equestre*, metonymice pro *equitibus, qui equis vehuntur*, ut ἁρμάτων ὀχήματα in v. 672. denotat *currus bellicos*. "Ὄχλον ideo etiam minus sententiæ convenit, inquit, quod semper, ut opinor, *confusionis* rationem quandam conjunctam suggerit." Non est ita. vide Æschyl. Pers. 960. Nostrum Orest. 875. Act. Apost. vi. 7.

Nihil jam accuratius aut planius hac Thesei dispositione. relegas, si opus sit, quæ scripta sunt ad v. 665. Quando autem Euripides memorat ἱππότην ὄχλον, iterum forte loquitur ex more ævi sui. non enim certum est homines ex equis pugnasse tempore Thesei. *Markl.*

Αὐτὸν δὲ Πάραλον.] Emendat Marklandus λαιὸν δὲ Πάραλον. Frustra omnino. Vide quæ diximus ad v. 661. Mihi extra dubium fere est scripsisse Euripidem, τρίτον δὲ Πάραλον. *Musg.*

Leg. λαιὸν δὲ, *sinistrum vero cornu*. *Paralum* nomen populi alicujus Attici credo esse, lego quoque ἐστιχισμένον, *in series dispositum*. V. 670. distinguo et lego sic: Ἄρεος. ἱππότην δ' ὄχλον. *Reisk.*

Libri αὐτὸν δὲ Πάραλον. Recepi emendationem Reiskii et Marklandi. Pedites, inquit, ordines explicabant ad collem Ismenium, ita ut in dextro cornu Theseus cum Cecropiæ habitatoribus, in sinistro Parali essent, ad fontem Martis. Repugnat Musgravius, Paralosque in media acie stetisse judicat, Pausaniam auctorem prætendens, qui Thebas eunti a portis Electris ad dextram collem Ismenium, et supra eum fontem Martis esse dicat. Valde hæc dubia sunt. Pausanias iter describit a Platæa et Potniis versus Thebas IX. 8, 1, Inde recte sane 8, 2. ad dextram in ea via dicit esse, quæ a Thebis spectata ad sinistram collocanda fuissent. Platæam via ducebat Thebis per portas Electras: 8. fin. Jam. 10. 2. dicit: ἔστι δὲ λόφος ἐν δεξιᾷ τῶν πυλῶν ἱερὸς Ἀπόλλωνος· καλεῖται δὲ ὅ τε λόφος καὶ ὁ θεὸς Ἰσμήνιος, παραῤῥέοντος τοῦ ποταμοῦ ταύτῃ τοῦ Ἰσμηνοῦ. Et 10. 5. ἀνωτέρω δὲ τοῦ Ἰσμηνοῦ τὴν κρήνην ἴδοις ἂν, ἥντινα Ἄρεως φασὶν ἱερὰν εἶναι. Hæc ita intellexit Musgravius, ac si non Thebis, sed ex itinere ad Thebas spectata dicerentur. Sed primo mirum esset, si Pausanias in ipsa urbis descriptione non sic scriberet, ut qui a Thebis ista prospiceret. Deinde cap. 11. initio pergit ἐν ἀριστερᾷ δὲ τῶν πυλῶν, ἃς ὀνομάζουσιν Ἠλέκτρας, οἰκίας ἐστὶν ἐρείπια: et inde in enarrandis, quæ memoranda sint, pervenit 16, 4. ad portas Prœtidas, unde (18. 1.) via Chalcidem ducebat. Unde postquam Bœotiæ loca ad orientem septemtrionem versus descripsisset, redit 23, 1. ad portas Prœtidas,

Πρὸς κρασπέδοισι στρατοπέδου τεταγμένον,
Ἴσους ἀριθμόν· ἁρμάτων δ' ὀχήματα
Ἔνερθε σεμνῶν μνημάτων Ἀμφίονος.
Κάδμου δὲ λαὸς ἧστο πρόσθε τειχέων,
Νεκροὺς ὄπισθεν θέμενος, ὧν ἔκειτ' ἀγών.
Ἱππεῦσί θ' ἱππεῖς ἦσαν ἀνθωπλισμένοι,

Ad exercitus fimbrias collocatam,
Æqualis numero: curruum vero vehicula
Infra sacrum sepulchrum Amphionis.
Populus vero Thebanus sedebat ante mœnia,
Cum posuisset retro cadavera, de quibus erat certamen;
Equitesque equitibus erant in armis oppositi,

quumque septemtrionales Bœotiæ partes tetigisset, venit ad portas Neitas, 25, 1. 4. et ad Dircen 25, 3. locaque versus occidentem sita. Hinc apparet, et ἐν δεξιᾷ illud et ἐν ἀριστερᾷ ut a Thebis dici. Ac sic Whelerus quoque intellexit, in hoc solo errans, quod pro Electris portis Homoloides memorat, p. 377. ed. Amst. 1689. Præterea idem Whelerus, p. 378. s. collem versus viam, quæ Chalcidem ducit, Ismenium esse putat: quumque Athenas proficisceretur, ex porta, quæ orientem spectat, egressus, dum itinere magis versus meridiem flexo Ismenum, valde se curvantem, sequitur, ad fontem Martis pervenit: p. 380. quo egregie comprobatur et ipsius et nostra Pausaniæ interpretatio. Illud unum potest dubitationem movere, quod portæ Electræ, ut ad quas Platæa iter esset, meridiem spectasse videantur. At quum per easdem Athenis via duceret, sustuleris difficultatem, si eas portas orientem spectasse statuas, viam autem, quæ a Platæa ducebat, ante urbem flexu quodam ad portas Electras esse directam. Ex his satis clarum videtur esse, mediam aciem cum dextro cornu versus collem Ismenium explicatam esse, sinistrum autem cornu constitisse ad fontem Martis. *Hermann.*

Πάραλον] Si proprium nomen, Heroa signat, de quo Phavorin. vel πάραλον ἱππότην ὄχλον pro Paraliis, populo Atticæ. *Barnes.*

667. Αὐτὸν δὲ Πάραλον ἐστολισμένον δορὶ
Κρήνην παρ' αὐτὴν Ἄρεος ἱππότην ὄχον
Πρὸς κρασπέδοισι στρατοπέδου τεταγμένον.

Quis ferat αὐτὸν Πάραλον et mox κρήνην αὐτὴν, præcipue cum αὐτὸν hoc quidem loco sensu omnino sit vacuum. Librarii oculus aberravit procul dubio ad v. 666. ubi est: αὐτὸν δ' ἄνακτα. — Euripides scripsit:

Λαὸν δὲ παράλιον ἐστολισμένον δορὶ—

sic μυκηναῖος λαός. Heraclid. 89. Δελφῶν λαόν. Ion. 1140. Vox αὐτὸς sæpissime infausto omine a librariis invecta est. v. c. in Sophocl. Œdip. Colon. 941. γιγνώσκων δ' ὅτι Οὐδεὶς ποτ' αὐτοῖς τῶν ἐμῶν ἂν ἔμπεσοι. ubi, quum αὐτοῖς subjectum non habeat, quo referatur, legendum suspicor:

Οὐδείς ποτ' ΑΣΤΟΙΣ τῶν ἐμῶν ἂν ἔμπεσοι
Ζῆλος ξυναίμων.——— *Jacobs.*

670. ἱππότην ὄχον.] Legendum, Scaligero auctore, ὄχλον. Exempla vide apud Marklandum. Malim vero, ἱππότην τ' ὄχλον, quam cum illo ἱππότην δ' ὄχλον, propter δ' bis in vicinia occurrens. *Musg.*

Κρήνην Ἄρεος] i. e. Dircen. Vide Joh. Brodæi notas ad hunc locum, ex Phœnissis ad v. 667. Ἔνθα φόνιος ἦν Δράκων Ἄρεος, ὠμόφρων φύλαξ. Et Scholia in locum. ἱππότην ὄχον] τὴν ἵππον. Scaliger legit ὄχλον; ut et vetus liber manu notatus, quem huic operi benigne, i. e. suo more, commodavit Reverendus Collegii regalis Præpositus, Carolus Roderick, S. T. P. *Barnes.*

673. σεμνῶν μνημάτων Ἀμφίονος.] Magis Poëticum σεμνοῦ Ἀμφίονος. ita Æschyl. Ἑπτ. ἐπὶ Θήβ. a Brodæo citatus: Τύμβον παρ' αὐτὸν διογενοῦς Ἀμφίονος. ubi no-

Τετραόροισί τ' ἀντί' ἅρμαθ' ἅρμασιν.
Κῆρυξ δὲ Θησέως εἶπεν εἰς πάντας τάδε·
Σιγᾶτε, λαοί· σῖγα, Καδμείων στίχες,
Ἀκούσαθ'· ἡμεῖς ἥκομεν νεκροὺς μέτα,
Θάψαι θέλοντες, τὸν Πανελλήνων νόμον
Σώζοντες, οὐδὲν δεόμενοι τεῖναι φόνον.

Quadrijugisque adversi currus curribus.
Præco autem Thesei hæc dixit coram omnibus:
Tacete populi, agmina Thebanorum tacite
Audite: nos venimus propter cadavera,
Volentes sepelire, legem universæ Græciæ
Servantes, non postulantes ulcisci necem.

tat Euripidem multa sumsisse ex ista Æschyli Tragœdia. *Markl.*

Μνημάτων Ἀμφίονος.] Pausan. in Bœot. *Ζήθῳ δὲ μνῆμα καὶ Ἀμφίονι ἐν κοινῷ γῆς χώματι, οὐ μέγα. Brodæus.*

Male Musgravius intelligit sepulcrum liberorum Amphionis, quod erat ad portas Prœtides: v. Pausan. IX. 16. extr. Fortasse non longe aberat, qui hic memoratur, Amphionis tumulus: certe paullo post, 17, 3. ejus mentionem facit Pausanias: *Ζήθῳ δὲ μνῆμα καὶ Ἀμφίονι ἐν κοινῷ γῆς χώματι οὐ μέγα.* Et 5. *τοὺς δὲ παρὰ Ἀμφίονος μνῆμα λίθους, οἳ κάτωθεν ὑποβέβληνται, μήτε ἄλλως εἰργασμένοι πρὸς τὸ ἀκριβέστατον, ἐκείνας εἶναί φασι τὰς πέτρας, αἳ τῇ ᾠδῇ τοῦ Ἀμφίονος ἠκολούθησαν.* Difficultatem objicit Æschylus Sept. ad Th. 532. *τὸν δὲ πέμπτον αὖ λέγω πέμπταισι προσταχθέντα Βοῤῥείαις πύλαις, τύμβον κατ' αὐτὸν διογενοῦς Ἀμφίονος.* Potuit tamen e regione situm dici, quod a latere e regione esset. Quod si Pausanias IX. 8, 3. portas Thebarum ordine, ut videtur, ab Electris ad Prœtidas et deinceps enumeravit, facilius, quas Æschylus Boreales vocat Crenææ erunt, quæ Valckenarii sententia est ad Phœn. 1130. et in dissertatione de Aristobulo, p. 120. quam Hypsistæ, ut visum est Porsono ad Phœn. 1150. *Hermann.*

675. *ὄπισθεν θέμενος, ὧν ἔκειτ' ἀγών.*] Cod. A. *οπισθε.* quod minorem pronunciationi moram injicit. ob quam rationem v. 674. mallem *πρόσθε* quam *πρόσθεν.* et sic video edidisse Barnesium, non dicentem unde. *Ὧν ἔκειτ' ἀγὼν,* i. e. *αὐτοὺς περὶ ὧν ὁ ἀγὼν ἦν.* plene Sophocles Ajac. 954. *ὅπλων ἔκειτ' ἀγὼν πέρι.* nam *κεῖμαι,* ut cetera verba gestus, significat *sum:* ut Hecub. 16. *γῆς ὄρθ' ἔκειθ' ὁρίσματα, urbis recta erant mœnia.* ubi nihil mutandum erat. sic Herodotus VII. 198. *ἄλλος ποταμὸς, τῷ ὄνομα κεῖται Δύρας· jacet,* i. e. *est.* Athenæus I. 11. init. *τοῖς ἐν ἀξιώμασιν ἥρωσι κειμένοις,* i. e. *οὖσι, heroïbus in dignitate existentibus,* vel *constitutis.* Aristoph. Ran. 637. De *ὄπισθεν* ita Mœris Atticista: *Κατόπιν, Ἀττικῶς· ὄπισθεν, Ἑλληνικῶς.* quam vere, hic locus et multi alii Atticorum monstrant. *Markl.*

676. *Ἱππεῦσί θ' ἱππεῖς.*] Codd. A. C. *ἱππῆς.* quod Atticum est. sic *βασιλῆς,* Soph. Ajac. 190. 393. Æschyl. Pers. 23. 44. *πορθμῆς,* Aristoph. Eccles. 1078. vide Av. v. 490, 491. et passim. *Markl.*

ἱππῆς e duobus codd. legi jubet Br. ad Soph. Œd. T. 18. *Beck.*

679. *Σιγᾶτε, λαοί· σῖγα, Καδμείων στίχες,*] Eadem fere formula. Hecub. 530. *Σιγᾶτ' Ἀχαιοὶ, σῖγα πᾶς ἔστω λεώς· Σίγα, σιώπα.* et ita Servator noster ad mare, Marc. IV. 39. *Σιώπα, πεφίμωσο. Markl.*

680. *ἥκομεν μέτα* est *μεθήκομεν, petitum venimus,* ut Phœn. 1337. Alcest. 47. Aristoph. Eccles. 530. *Ἧπερ μεθῆκέ μ'.* ubi cl. Kusterus absque caussa, opinor, maluit *μετῆλθε.* Herodotus sæpe voces ita dividit. Vide doctiss. Valckenær. ad Phœniss. 1327, 28. *Markl.*

Ἥκομεν μέτα] i. e. *μεθήκομεν. Barnes.*

681. *Θάψαι θέλοντες*] Vide supra v. 536. *Barnes.*

682. *τεῖναι φόνον.*] Non puto opus esse Canteri *θεῖναι,* neque Scaligeri *φόνον.* Hecuba 263. *Εἰς τήνδ' Ἀχιλλεὺς ἐνδίκως τείνει φόνον;* ubi Schol. *ἀντὶ τοῦ, ἐπάγει.*

Κοὐδὲν Κρέων τοῖσδ' ἀντεκήρυξεν λόγοις,
'Αλλ' ἧστ' ἐφ' ὅπλοις σῖγα. ποιμένες δ' ὄχων
Τετραόρων κατῆρχον ἐντεῦθεν μάχης.
Πέραν δὲ διελάσαντες ἀλλήλων ὄχους,
Παραιβάτας ἔστησαν εἰς τάξιν δορός.

Ad hæc vero verba Creon nihil respondit,
Sed sedit tacite in armis: at duces curruum
Quadrijugorum inde cœperunt pugnam.
Agentes autem currus ultra ordines graviter armatorum,
Milites in curru pugnantes statuerunt intra hastæ protensionem.

Vertitur ibi *intendit*. Hesychius: Τείνειν· ἀποδιδόναι. quæ tamen videtur esse explicatio τοῦ τίνειν potius quam τείνειν. Vertunt hic τεῖναι φόνον *ulcisci necem*. rectius videretur *inferre* vel *intendere*. τείνειν φόνον forte potest esse φονεύειν, ut τείνειν ὁδὸν passim, ὁδεύειν. In Medea v. 204. τείνουσι βοὰν, vel idem quod, vel paullo plus quam verbum βοᾶν. vertunt, *intendunt vocem*: Scholiastes, ᾄδουσι μετὰ τόνου. [Reiskius conjicit, δεόμενοι καινῶν φόνων.] Heathius, τεῖναι φόνον, *intendere cædem*: et remittit ad locum Hecubæ supra citatum. *Markl.*

τεῖναι] Interpres legisse videtur τίνειν, vel τίσαι. Utrumvis facile vulgatæ antepono. *ulcisci cædem*, Argivorum sc. qui priore prœlio occubuerant. *Musg.*

τεῖναι φόνον.] Canterus legit θεῖναι φόνον. Vide Novar. Lection. l. V. c. 25. ubi similes formulas producit ex Bacchis: ἀλλ' αἷμα θήσεις: et ex Oreste: μητροκτόνον αἷμα θέσθαι. Scaliger τεῖναι retinet et φόβον legit. Vide Æmilium Portum. *Barnes.*

Recepi emendationem Canteri. Vulgatum τεῖναι non apte defendit Marklandus. *Hermann.*

684. ποιμένες δ' ὄχων] Ut ποιμένες λόχων, Phœniss. 1156. ubi vid. Valckenær. *Markl.*

686. Πέραν δὲ διελάσαντες ἀλλήλων ὄχους,] *Agentes autem currus vicissim ultra ordines alii aliorum.* Sic vertitur. Quamobrem vero hoc facerent, aut quid sibi velint hæc verba, sane non intelligo, si constructio sit πέραν ἀλλήλων, et vera versio, *vicissim ultra ordines alii aliorum.* Sed non est ita, opinor; neque constructio est πέραν ἀλλήλων, sed διελάσαντες ὄχους ἀλλήλων, *cum egissent currus suos invicem*: et πέραν est adverbium (non præpositio) *ultra, ulterius, ex statione priori*: hoc est, quum utraque pars (Athenienses et Thebani) currus suos egissent et promovissent propius sibi invicem, deposuerunt ex curribus parabatas, qui statim pugnam commiserunt hastis et ensibus. post quod, aurigæ quoque discesserunt ad sui generis pugnam, nempe, missilibus. Idem est ac si dixisset, ἀμφότεροι δὲ πέραν διελάσαντες ἑαυτῶν ὄχους: qualiter scripsisset, opinor, si metrum permisisset. Hesiodus ita exprimit, Scut. Herc. 372. Ἡνίοχοι δ' ἔμπλην ἔλασαν καλλίτριχας ἵππους. Heathius: "Pro πέραν mallem, cum viro quodam docto, πέλας." *Markl.*

Suspiceris forte, huc Suidæ glossam pertinere: ἀλλήλων, ἀντὶ τοῦ, ἑαυτῶν· οὕτως Εὐριπίδης. Nec aliter vocem ἀλλήλων interpretatur Marklandus. Heathius pro πέραν legendum suadet πέλας, ut ἀλλήλων usitatum sensum obtineat. Mihi vitium in ἀλλήλων esse videtur, legendumque vel ὁπλιτῶν, *gravis armaturæ militum*, vel, quod propius ad vulgatæ vestigia accedit, ἀλκτήρων, i. e. ἐπικούρων, *sociorum*. Mens auctoris haud dubie est, prœlii initium a curribus factum: eos ultra peditum ordines procurrisse, et parabatas hosti admovisse; ibi vero nonnullos ferro dimicantes substitisse, alios vero equos retro flexisse, auxilii causa, ad gravis armaturæ milites: ἐς ἀλκὴν αὖτις ἐς φεράσπιδας. Sic enim legendum puto pro παραιβάτας, quod nec distinctione post ἀλκὴν posita, prout voluit Marklandus, locum tueri potest. Nec absurdum foret ἐς πρωτοστάτας, *versus primum ordinem*. Currus sic ad pedestrem Aciem confugientes ab Homero exhibentur Iliad. E. v. 502. ad 505. Vox φέρασπις exstat in Epigrammate Leontii, Anthol. H. Steph. p. 238. Æschyl. Pers. v. 240. Agam. 702. Cur-

Χοἱ μὲν σιδήρῳ διεμάχονθ', οἱ δ' ἔστρεφον
Πώλους ἐς ἀλκὴν αὖτις ἐς παραιβάτας.
Ἰδὼν δὲ Φόρβας, ὃς μοναμπύκων ἄναξ
Ἦν τοῖς Ἐρεχθείδαισιν, ἁρμάτων ὄχλον,
Οἵ τ' αὖ τὸ Κάδμου διεφύλασσον ἱππικὸν,

Et alii quidem pugnabant ferro, alii vero vertebant
Equos ad opem petendam rursus ad graviter armatos.
Cum autem vidisset Phorbas, qui dux equorum singularium
Erat Atheniensibus, curruum pugnam,
Qui etiam contra Cadmeum equitatum curabant,

ruum in pugnis usum vel præcipuum, vel non minimum fuisse in protegendo ab equitum incursionibus peditatu clare liquet ex Phœn. 745, 46. Plutarch. Timoleon. p. 453. Ed. Steph. *Musg.*

687. Παραιβάτας ἔστησαν] Ultima accusativi pluralis in prima declinatione simplicium, Tragicis longa est: ut Heraclid. 141. δραπέτας. hoc dramate 880. οἰκέτας. sic ναύτας, Orest. 362. δεσπότας, Alcest. 315. Quæ noto, quia brevis est in carmine Tyrtæi apud Plutarchum Lycurg. p. 43. D. δημότας ἄνδρας, ad finem hexametri. Vide Dorvill. ad Chariton. p. 785. Scholiastes vero Aristoph. ad Nubes 28. dicit Thesei inventum fuisse, ut ὁπλίτης currum inscenderet una cum παραβάτῃ, et ex eo pugnaret. *Markl.*

Levi mendo laborat versus: ni fallor enim, pro τάξιν δορὸς, quod nullum hic commodum sensum habet, legendum τάσιν δορὸς, *hastæ protentionem*. Hesychius: τάσις, ὤθησις, σεισμὸς, ex hoc forte, vel simili, loco. *Musg.*

Musgravius conjicit τάσιν. At Phœn. 706. πρὶν εἰς μάχην τε καὶ δορὸς τάξιν μολεῖν. In re ipsa, quæ his versibus describitur, ita hæserunt interpretes, ut Heathius cum quodam viro docto πέραν in πέλας mutaret; Marklandus ἀλλήλων pro ἑαυτῶν acciperet, quod ab Euripide factum a Suida tradi Musgravius observavit; ipse denique Musgravius alia multo minus verisimilia tentaret. Genus hoc certaminis crebris incursationibus fiebat, παραβάταις se petentibus, dum currus prætervehebantur. Inde πέραν ἀλλήλων διελάσαι dicuntur aurigæ, quod alii alios prætervehebantur, et ita παραβάταις copiam pugnandi faciebant. *Hermann.*

689. Πώλους ἐς ἀλκὴν αὖτις ἐς παραιβάτας.] Non puto hæc posse intelligi. Distinguo, Πώλους ἐς ἀλκὴν αὖτις. ἐς παραιβάτας Ἰδὼν δὲ Φόρβας, &c. i. e. Φόρβας δὲ, εἰσιδὼν παραιβάτας, &c. Vide notam proxime sequentem, et versionem præcedentis versus. Ἰδὼν ἐς παραιβάτας, ut βλέψασα εἰς γραῦς, v. 8. ἰδέσθω ἐς ὕβριν, Æschyl. Ἱκετ. v. 109. ἐς τί βλέψασα, Sophocl. Electr. 893. πρὸς κασιγνήτην ἰδὼν, Phœniss. 1456. Homer. Iliad. Δ. 81. ἰδὼν ἐς πλησίον ἄλλον. *Markl.*

690. Phorbas, Thesei auriga, commemoratur in Schol. ad Pind. Nem. V. Epod. 3. Vide et Hesych. in voce. *Musg.*

Hæc quoque frustra tentantur. Prætervecti aurigæ equos retro flectebant, ἐς ἀλκὴν, ad pugnam, ut Phœn. 432. στρωμνῆς ἐς ἀλκὴν οὕνεκ' ἤλθομεν πέρι, et ἐς παραιβάτας, non quasi hi non in curribus stetissent, sed versus eos, i. e. ut dextræ curruum partes, in quibus παραβάται stabant, dextris hostilium curruum partibus obverterentur. *Hermann.*

691. ἁρμάτων ὄχον,] Cod. A. ὄχον (ων superscr.). C. ὄχων (ον superscr.). Forte, ἁρμάτων τ' ὄχλον, i. e. ὄχλησιν, ut ap. Xenophont. Hist. Græc. IV. p. 523. C. Sensus est: Phorbas vero, Dux equitatus Attici, et Duces itidem equitatus Thebani, cum intuiti sunt confusionem curruum, et παραιβάτας congressos jam et prœliantes, ipsi quoque prœlium commiserunt. Reiskius interpretatur ὄχον per ὁρμὴν, et mecum distinguit post Ἐρεχθείδαισιν· cogitavit quoque de ἁρμάτων ὄχμον, *seriem curruum*. Heathius quoque eodem modo distinguit. *Markl.*

ἁρμάτων ὄχον,] MS. E. ὄχων, quod superscriptum habent MS. alter et P. Legendum puto ἁρμάτων μόθον, i. e. μάχην. Marklando placet ἁρμάτων τ' ὄχλον, ut

Ξυνῆψαν ἀλκὴν, κἀκράτουν, ἡσσῶντό τε.
Λεύσσων δὲ ταῦτα, κοὐ κλύων, ἐκεῖ γὰρ ἦν,
Ἔνθ' ἅρματ' ἠγωνίζεθ', οἵ τ' ἐπεμβάται,
Τἀκεῖ παρόντα πολλὰ πήματ', οὐκ ἔχω
Τί πρῶτον εἴπω· πότερα τὴν εἰς οὐρανὸν
Κόνιν προσαντέλλουσαν, ὡς πολλὴ παρῆν·

Commiserunt pugnam, et vincebant, ac vincebantur.
Videns autem hæc, et non audiens, illic enim eram
Ubi pugnabant currus, et curruum milites,
Quæ illic erant tum multa mala, nescio
Quid primum dicam: utrum in cœlum
Elevatum pulverem, quam esset ingens:

constructio sit *ἰδὼν ἐς παραιβάτας, ἁρμάτων τ' ὄχλον.* *Musg.*

ὄχον hic est i. q. *ὁρμὴν*, *impetum*, *τὸ πρόθυμον εἰς τὴν μάχην*, *curruum*. Patet hinc, comma ante *τοῖς* tollendum, et post *'Ερεχθείδαις* esse locandum. Cogitavi quoque *ἁρμάτων ὀχμὸν*, *seriem curruum*.
Reisk.

692. Pro *καὶ 'κράτουν.* usitatior scriptura est *κἀκράτουν*. *Markl.*

694. *Λεύσσων δὲ ταῦτα, κ' οὐ κλύων*, etc.] Similia sunt Æschyli Pers. 266. *Καὶ μὴν παρὼν γε, κ' οὐ λόγους ἄλλων κλύων*, etc. et Sophoclis Trachin. 759. *Αὐτὸς — δεδορκὼς, κ' οὐ κατὰ γλῶσσαν κλύων·* ubi nunc legitur, *καὶ κατὰ γλῶσσαν.* quod tamen defendi potest; licet *κ'ου* verius existimem: vide quæ præcedunt. *Markl.*

ἐκεῖ γὰρ ἦν,] Hic Euripidis vel memoriam desidero, vel curam. Currus bellici, ut ex Schemate patet, juxta Prœtidas portas constituti erant; Nuncius, ut ipse testatur, v. 662. in turre vel specula juxta portas Electras, et tamen hic affirmat, se in ea parte fuisse, ubi currus et curruum milites pugnabant. *Musg.*

Λεύσσων δὲ ταῦτα,] Vide supra v. 662.
Barnes.

Nuncius excusat se, quod de sermonibus ducum equitatus et de eventis pugnæ equestris nihil referat. Modus vero, quo hic de loco, ubi steterit, loquitur, videtur repugnare iis quæ ab initio dixit, se ad portam Electram, currus ad monumentum Amphionis stetisse, sed h. l. non agitur de primo curruum loco, sed de eo in quem vecti sint milites, quique portæ Electræ maxime vicinus fuisse videtur.
Beck.

695. Pro *ἐπεμβάται* Cod. A. *επιβαται*, ab explicatione supra vocem scripta.
Markl.

699. *Ἢ τὰς ἄνω τε καὶ κάτω φορουμένας*
'Ιμᾶσιν αἵματός τε φοινίου ῥοὰς,

An qui ferebantur sursum et deorsum,
Fluxus sanguinis purpurei in loris.

Fluxus sanguinis qui ferebantur sursum et deorsum in loris, prodigium foret. Neque ad hunc tamen sensum qualemcumque perveniri potuit, nisi omissa in versione copula *τε* in versu secundo. Saniori mente scripsit Euripides:

Κόνιν προσαντέλλουσαν, ὡς πολλὴ παρῆν·
Ἢ τοὺς ἄνω τε καὶ κάτω φορουμένους
'Ιμᾶσιν· αἵματός τε φοινίου ῥοὰς,
Τῶν μὲν πιτνόντων, &c.

In unoquoque commate repetendum est *πότερα εἴπω*: Utrum referam *pulverem, quantus esset: an* referam *eos qui sursum et deorsum jactarentur in loris* implicatos: *an* referam *fluxus sanguinis*, &c. *τε* in ultimo versu idem est quod *ἢ*, *aut*, ut sæpe in nostro et omnibus, et ut in Latinis *que* pro *aut*, quod non raro sine caussa mutatur in *ve*. Ceterum hæc *jactatio* et *implicatio* in *loris*, sæpe accidebat agitatoribus qui curribus exciderant. Hippol. 1231. *Αὐτὸς δ' ὁ τλήμων ἡνίαισιν ἐμπλακεὶς*, &c. et mox, *ἐκ δεσμῶν λυθεὶς Τμητῶν ἱμάντων*, &c. et Orestes in Sophoclis Electr. 748. *Κἀξ ἀντύγων ὤλισθε· σὺν δ' ἑλίσσεται Τμητοῖς ἱμᾶσιν.* et paullo post, *Φορούμενος πρὸς οὖδας, ἄλλοτ' οὐρανῷ Σκέλη προφαίνων·* *Illisus modo terræ, modo in cœlum Crura protendens.* Hæc est illa *jactatio sursum et deorsum in loris;* non *sanguinis*, sed

Ἢ τοὺς ἄνω τε καὶ κάτω φορουμένους
Ἱμᾶσιν· αἵματός τε φοινίου ῥοὰς,
Τῶν μὲν πιτνόντων, τῶν δὲ, θραυσθέντων δίφρων,
Εἰς κρᾶτα πρὸς γῆν ἐκκυβιστώντων βίᾳ,
Πρὸς ἁρμάτων τ' ἀγαῖσι λειπόντων βίον.
Νικῶντα δ' ἵπποις ὡς ὑπείδετο στρατὸν

An qui ferebantur sursum et deorsum
Loris, et luxus sanguinis purpurei,
Aliis quidem cadentibus, aliis vero, fractis curribus,
In caput humi per vim præcipitantibus,
Et relinquentibus vitam circa fractos currus.
Cedentem autem equis ut vidit exercitum

agitatorum curulium. Sed præcipue in confusione prœlii hoc accidit. cujus rei multa sunt exempla in poëtis. Pro ῥοὰς Codd. Gall. ῥοαῖς. perperam, opinor. Reiskius legit, τοὺς φορουμένους ἱμάντας. aut alias dicendum putat versum unum deesse. Brodæus, ἰκμᾶσιν, *fluxu*. Heathius mecum legit, et exemplum Hippolyti profert. *Markl.*

Legendum, quod etiam Heathius et Marklandus viderunt:

ἢ τοὺς ἄνω τε καὶ κάτω φορουμένους
ἱμᾶσιν, αἵματός τε φοινίου ῥοάς.

Similes casus vide Hippolyt. v. 1231. Soph. Electr. v. 748. *Musg.*

700. Ἱμᾶσιν·] Recte; et male Brodæus movet, substituendo ἰκμάσιν, quod hic stare nequit. *Barnes.*

702. Εἰς κρᾶτα πρὸς γῆν ἐκκυβιστώντων] Quos Phœniss. 1167, 1168. vocat forte κυβιστητῆρας ἐς οὖδας ἐκνενευκότας. nunc ibi legitur ἐκπεπνευκότας. vide Lycophronem, citatum doctissimo Valckenærio ad istum locum Phœnissarum, et Homerum. Quod hic est ἐκκυβιστᾷν πρὸς γῆν, ibi forte est, κυβιστητῆρας ἐκνεύειν ἐς οὖδας. *Markl.*

Marklandus in nota conjicit κυβιστητῆρας ἐκνενευκότας in Phœniss. 1156. (1167.) pro ἐκπεπνευκότας. “Hanc conjecturam probat Valckenærius ad Euripid. Hippolyt. 824.” *Por.*

703. Ἀγὴ h. l. fractio, ut Æsch. Pers. 425. *Beck.*

704. Νικῶντα δ' ἵπποις ὡς ὑπείδετο στρατόν] Ex hac descriptione putares Creontis equitatum *victorem* fuisse. sed erat prorsus contra. Lego, Νικέντα δ' ἵπποις: et mallem ὡς ὑπείδεθ' ὃν στρατὸν Κρέων· (licet hoc ultimum, ὃν, non necessarium sit: Phœniss. 1204. ed. King. et mox v. 709.) *Creon autem ut vidit* suum *exercitum equis victum.* nam *Creontis* equitatum aliquid mali passum fuisse certum est, quia ille cæteras suas copias adiit *priusquam animis conciderent,* viso nempe hoc equitatus infortunio. vide et v. 718. ubi τὸ νικῶν τοῦτο Thesei, confirmat hanc emendationem. Versu præcedenti, βίον construendum esse cum ἐκκυβιστώντων censet Cl. Reiskius. nam “ἐκκυβιστᾷν τὸν βίον est, inquit, *vitam saltu præcipiti et rotatorio expellere.*” Ambigua ibi est significatio præpositionis πρός. πρὸς ἀγαῖσιν ἁρμάτων denotare potest *caussam,* ut πρὸς δόλῳ Κλυταιμνήστρας, Electra, 9.] (Εἴκοντα pro νικῶντα probabiliter Valckenær. ad Hippol. 446. Pessime conjeceram Νικέντα. Adhuc quæro de ὑπείδεθ' ὃν στρατὸν, *suum exercitum.*) *Markl.*

704. s. Νικῶντα δ' ἵπποις ὡς ὑπείδετο στρατὸν Κρέων γε, τοὐνθένδ' ἰτέαν λαβὼν χερί] Lege, ὡς ὑπεῖδε τὸν στρατόν. Rectissime Marklandus, Κρέων τό γ' ἐνθένδ'—Euripid. Orest. 1273. Καλῶς τά γ' ἐνθένδ'· non, ut vulgo, ἔνθεν. *Por.*

704. Νικῶντα] Recte judicat Marklandus, hanc vocem mendosam esse. Patet enim ex sequentibus, nominatim ex commate, πρὶν ἐλθεῖν ξυμμάχοις δυσθυμίαν, aut fractum fuisse, aut turbatum, Creontis equitatum. Quod substituit νικέντα, nuspiam, credo, invenitur. Legendum: νοσοῦντα δ' ἵπποις ὡς ὑπείδετο στρατὸν, *ut vidit exercitum suum equitatu laborantem.* vid. Phœn. v. 1113. et v. 1187. Hæc olim: nunc magis placet Valckenærii εἴκοντα. *Musg.*

Κρέων, τό γ' ἐνθένδ' ἰτέαν λαβὼν χερὶ
Χωρεῖ, πρὶν ἐλθεῖν ξυμμάχοις δυσθυμίαν.
Καὶ μὴν τὰ Θησέως γ' οὐκ ὄκνῳ διεφθάρη·
'Αλλ' ἵετ' εὐθὺς λάμπρ' ἀναρπάσας ὅπλα.

Creon, suum arripiens manu clypeum,
Proficiscit priusquam suis veniat formido.
At neque Thesei res metu eversæ sunt,
Sed statim *obviam* ivit correptis armatis splendide militibus.

705. Κρέων γε, τοὐνθένδ', &c.] Inscite posita videtur particula γε. Omnes Codices, Κρεων το ενθενδ'. quod erat, Κρέων, τό γ' ἐνθένδ', &c. multo melius quam vulgata. 'Ιτέαν *hastam* vertit Barnesius, opinor ob χερί. *scutum*, Brodæus: *clypeum*, Canterus et Heathius, qui exempla profert ex Troad. 1183. et Cyclop. v. 7. Theocritus Idyll. XVI. 79. 'Αχθόμενοι σακέεσσι βραχίονας ἰτεΐνοισιν. *Markl.*

Κρέων γε τοὐνθένδ'] Uterque MS. Κρέων τὸ ἐνθένδ'. Legendum haud dubie cum Marklando Κρέων, τό γ' ἐνθένδ'.

ἰτέαν] Hesychius: ἰταίαι (l. ἰτέαι) αἱ ἀσπίδες, διὰ τὸ πρῶτον ἐκ ταύτης τῆς ὕλης κατασκευασθῆναι. ἰτέα proprie *salix*. *Musg.*

ἰτέαν] Hastam *salignam*, ut μελίαν hastam *fraxineam*, Homer. Male ergo Brodæus scutum vertit, Canterus clypeum, decepti, ut puto, simili verbo ἴτυς, circumferentia *clypei* et *clypeus*. *Barnes.*

Ald. Κρέων γε τοὐνθένδ'. Codd. Κρέων τὸ ἐνθένδ'. Hoc si recte emendassent viri docti, non alii alia, Valckenærius autem ad Hippol. 446. εἴκοντα pro νικῶντα scribendum conjecisset. *Hermann.*

706. ξυμμάχοις idem exprimit hic quod συμμετασχόντες δορὸς, v. 658. *commilitones.* *Markl.*

Χωρεῖ,] *Præsens* pro *præterito.* Vide simile exemplum supra v. 142. et v. 650. Vel lege χώρει pro ἐχώρει. *Barnes.*

Initio versus χώρει pro ἐχώρει legi jubet Struchtmeier. An. Cr. p. 133. *Beck.*

707. τὰ Θησέως γ' οὐκ ὄκνῳ διεφθάρη·] Hoc est τὰ Θησέως γε τῇ εὐθυμίᾳ διεσώθη. Sic Hom. Iliad. δ'. v. 223. Ἔνθ' οὐκ ἂν βρίζοντα ἴδοις 'Αγαμέμνονα δῖον, Οὐδὲ καταπτώσσοντ', οὐδ' οὐκ ἐθέλοντα μάχεσθαι. Vide Eustath. in locum fol. 465. lin. 22. *Barnes.*

707. s. Hos versus Marklandus post v. 716. collocandos censebat, καὶ v. 709. in οἳ mutato, qua mutatione non opus erat, etiam si versus transponerentur. At neque κἂν τῷδε, v. 717. facile patitur interponi aliquid inter v. 716. et 717. et, si nuncium, quæ de Theseo hic adjicit, tamquam per parenthesin dicere, ut ne quid detrahi huic videatur, statuas, recte versus isti locum suum tuebuntur. *Hermann.*

708. Scribi Br. ad Soph. Œd. T. 1242. e codd. jubet: ἀλλ' ἵετ' εὐθὺς, λάμπρ' ἀναρπ. ὅπλα, non ἵετ'. — Verbi ἵεσθαι primam produci in temporibus, quæ augmentum recipiunt. *Beck.*

709. Καὶ συμπατάξαντες, &c.] Hæc de Thebanis clare dicuntur: sed duobus iambis præcedentibus, de Theseo agitur, sine ulla nota transitionis. Euripidis solitam perspicuitatem et connexionem hic desidero: et suspicor duos istos versus præcedentes, de Theseo, Καὶ μὴν τὰ Θησέως, et, 'Αλλ' ἵετ' εὐθὺς, poni debuisse infra, post vocem ἰσόῤῥοπος, v. 716. ubi locum suum optime tuebuntur. Postquam enim his et sequentibus, usque ad v. 717. peregerat de Creonte et Thebanis, transit statim ad Thesei et Atheniensium res narrandas: distinctim, prout oportuit, de utroque: quæ in contextu jam confunduntur. Admodum probabile hoc mihi videtur: et ita conjungerem:

Χωρεῖ, πρὶν ἐλθεῖν ξυμμάχοις δυσθυμίαν·
Οἳ, συμπατάξαντες μέσον πάντα στρατὸν,
Ἔκτεινον, ἐκτείνοντο.

Οἳ mutatum videtur fuisse in Καὶ ab interpolatore, postquam duo isti versus de Theseo istuc perperam ingesti fuissent: post quod, οἳ nequaquam intelligi potuit; καὶ, male quidem, sed aliquanto melius quam οἵ. Sententiæ huic non absimilia habet Xenophon Hist. Græc. lib. IV. p. 519. D. Καὶ συμβαλόντες τὰς ἀσπίδας, ἐωθοῦντο, ἐμάχοντο, ἀπέκτεινον, ἀπέθνησκον. ubi putassem Xenophontem scripsisse ex sensu ἐμάχοντο, ἐώθουν, ἐωθοῦντο, &c. nisi vidissem Longinum περὶ Ὕψ. sect. 19.

Καὶ ξυμπατάξαντες μέσον πάντα στρατὸν,
Ἔκτεινον, ἐκτείνοντο· καὶ παρηγγύων
Κελευσμὸν ἀλλήλοισι σὺν πολλῇ βοῇ,
Θεῖν', ἀντέρειδε τοῖς Ἐρεχθείδαις δόρυ.

Et collidentes totum medium exercitum,
Occidebant, *et* occidebantur, et didebant
Sibi mutuo adhortationes cum magno clamore,
Feri, Erechthidis hastam fortiter oppone.

citare sic ut est in vulgatis. Sed et sic, ita puto scripsisse, cum in Cyropædia, lib. VII. p. 178. D. invenio, καὶ προσπεσόντες ἐμάχοντο· ἐώθουν, ἐωθοῦντο· ἔπαιον, ἐπαίοντο. *Markl.*

Καὶ συμπατάξαντες] "Hæc," inquit Marklandus, "de Thebanis clare dicuntur." Id vero adeo non clarum est, ut omnino falsum sit. Dicuntur enim de Thebanis et Atheniensibus simul, qui, Theseo et Creonte utrinque incitantibus, prœlium conserere incipiebant. Creon scilicet, cum videret, equitatum suum turbari, statim, ne metum inde conciperent milites, reliquum exercitum contra Athenienses ducit; Theseus contra, ne hostium metu moras ducere videretur, pari alacritate adversus Creontem progreditur, *milites rapiens armis fulgentes,* λάμπρ' ἀναρπάσας ὅπλα: quod male interpretatur Marklandus, *correptis armis splendidis.* Plutarchus καθιστάντος εἰς τάξιν τὰ ὅπλα, Parallel. p. 1712. et mox, p. 1713. μετὰ τῶν ὅπλων ἧκεν. His autem positis, nemini, opinor, dubium erit, quin v. 707, 708. quos Marklandus post v. 716. collocandos censet, verum nunc locum obtineant. *Musg.*

Simillimos numeros habet Æschyli versus in Persis 509. Θρήκην περάσαντες μόγις πολλῷ πόνῳ, quem quum attingeret Porsonus in Suppl. Præf. ad Hec. p. clxviii. nullam Euripidei versus mentionem fecit. *Hermann.*

712. Θεῖν. κἀντέρειδε τοῖς Ἐρεχθείδαις δόρυ.] *Ad concurrendum: Erechthidis autem* Cadmea *resistebat hasta.* Ne minima quidem connexionis species his subest. Obvium erat, Θεῖν, κἀντερείδειν, &c. ante visos Codices A. B. qui habent αντερειδε pro κἀντέρειδε. Lego sine ulla mutatione:

καὶ παρηγγύων
Κέλευσμον ἀλλήλοισι σὺν πολλῇ βοῇ,
Θεῖν', ἀντέρειδε τοῖς Ἐρεχθείδαις δόρυ.

Ista, Θεῖνε, ἀντέρειδε, sunt verba Thebanorum sese mutuo adhortantium. Sic Auctor Rhesi 675. βάλλε, βάλλε, Θεῖνε, θεῖνε. Παρηγγύων est vox militaris. vide Xenophon. Ἑλλην. iv. p. 516. A. et Ἀναβ. vi. p. 385. C. p. 408. A. Plutarch. Arato, p. 1040. F. De ἐρείδειν vide Kuster. ad Aristoph. Nub. 1378. et Casaubon. ad Equit. 624.

τοῖς Ἐρεχθείδαις] Articulus nonnunquam præfigitur nominibus propriis apud Tragicos, ut hic, et v. 27. τὸ Ἄργος, et v. 196. ταῖς Ἀθήναις, v. 536. τὰς Ἀθήνας. Suffecerit pro omnibus Sophoclis Œdipus Tyrannus. ὁ Ζεὺς ibi, et ὁ Ἀπόλλων, v. 506. ὁ Λάϊος, v. 566, 748. τῆς Κορίνθου, 955, 974. τὸν Ὄλυμπον, 1107. τὸν Λάϊον, 759. Et ita apud ceteros, per omnes numeros et casus, excepto dativo singulari, in quo rarissime invenio articulum apud Tragicos ante nomen proprium: casune, an consulto, nescio. Unum est exemplum Phœniss. 794. τῇ Εὐλαβείᾳ: ubi pro *Dea* seu *persona* sumenda est ἡ Εὐλάβεια. Multo tamen sæpius et libentius articulum omittunt ante nomina hujusmodi. unde leviter restitui potest Iphig. Taur. 1439. τόν τ' Ἐριννύων χόλον Φεύγων, &c. pro τῶν τ'. nam in isto dramate Ἐριννύες pluries nominantur, et semper sine articulo. Hæc notavi, quia a viris doctissimis observatum vidi, nominibus propriis articulum non præfigi a Tragicis. Si addidissent, *sæpius,* consensissem: eundem consensum præbiturus, si dixissent Comicos nonnunquam omittere articulum ante nomina appellativa: quod illi negant; ego verum esse scio. Ratio hujus omissionis est, opinor, quia Tragici veterem Atticam loquelam sequebantur, in qua articuli sæpissime non exprimuntur, ut ex Herodoto videre licet. *Markl.*

MS. uterque et P. Θεῖν, ἀντέρειδε, pro quo edidi Θεῖν' a Θείνω, ferio. vid. Rhes. v. 675. Vulgo, Θεῖν, κἀντέρειδε. *Musg.*

Λόχος δ' ὀδόντων ὄφεος ἐξηνδρωμένος,
Δεινὸς παλαιστὴς ἦν· ἔκλινε γὰρ κέρας
Τὸ λαιὸν ἡμῶν, δεξιοῦ δ' ἡσσώμενον
Φεύγει τὸ κείνων· ἦν δ' ἀγὼν ἰσόρροπος.
Κἀν τῷδε τὸν στρατηγὸν αἰνέσαι παρῆν·
Οὐ γὰρ τὸ νικῶν τοῦτ' ἐκέρδαινεν μόνον,

Manipulus enim virorum ex dentibus serpentis natorum,
Acer bellator erat. Inclinavit enim cornu
Sinistrum nostrum, sed victum a dextro
Illorum sinistrum fugit, eratque certamen æquale.
Et tunc erat laudandus dux:
Non enim solum de *parte* victrici cogitavit,

κἀντέρειδε] Imitatus illud Homer. ν'. v. 131. Ἀσπὶς ἄρ' ἀσπίδ' ἔρειδε, etc. *Brodæus.*

Forte, θεῖν κ' ἀντερείδειν τοῖς ἐρείδουσιν δόρυ, *currere et appingere*, opponere, *impingentibus*, infligentibus, *hastam*. *Reisk.*

715. δεξιὸν δ' ἡσσώμενον Φεύγει τὸ κείνων·] Hoc nimis absurdum est. nam dextrum cornu Thebanorum opponebatur, sicut necesse erat, sinistro Atheniensium; et hoc dextrum cornu eorum inclinavit sinistrum Atheniensium. quomodo igitur vincebatur et fugiebat idem dextrum cornu, prout hic narratur? Lego, mutata una litera, δεξιοῦ δ' ἡσσώμενον Φεύγει τὸ κείνων· scilicet a dextro nostro cornu sinistrum eorum pellebatur: unde ἀγὼν erat ἰσόρροπος, (v. 716.) nempe, utriusque exercitus sinistro cornu profligato. non tamen stricte ἰσόρροπος, sed eatenus tantum quod ad pedites. nam equitatus Creontis jam ante (v. 704.) victus fuerat. Δεξιοῦ ἡσσώμενον ut γυναικὸς ἡσσώμενος, Alcest. 713. et Hecub. 1234. Aliter hæc explicat Heathius, retenta lectione vulgari. *Markl.*

δεξιοῦ] Ita felicissime Marklandus, cujus emendationem non dubitavi recipere. Ed. Ald. δεξιὸν, secundum quod lævum cornu Atheniensium, dextrum vero Thebanorum, eodem tempore terga vertisse dicerentur. *Musg.*

715. ss. Videtur poëta per incogitantiam lapsus. Si enim sinistrum Atheniensium cornu in fugam inclinaverit, quomodo dextrum Thebanorum cornu sinistro Atheniensium oppositum eodem tempore potuit in fugam versum dici? At hæc narratio apud Eurip. non ab Historico, aut imperatore, aut rei militaris perito, est profecta, sed ab homine vili et servo. Hic exercitus alas non a relatione, quam inter se habebant, denominat, sed ab earum relatione ad ipsum prœlii spectatorem. Illi a dextra erant ala dextra Thebanorum et sinistra Athen. Igitur utramque dextram appellat, contra sinistram Thebanorum, dextram Athen. vocat sinistram. Sic dextrum Athen. cornu, quod sinistrum appellat, quia spectanti erat a sinistra, a sinistro cornu Thebanorum inclinabatur, dextrum Thebanorum contra a sinistro Atheniensium. *Heath.*

717. Κἀν τῷδε, &c.] Ante hunc versum insererem duos istos iambos de Theseo, qui nunc inopportune collocantur in medio narrationis de rebus Creontis, v. 707, 708.

ἦν δ' ἀγὼν ἰσόρροπος.
Καὶ μὴν τὰ Θησέως οὐκ ὄκνῳ διεφθάρη·
Ἀλλ' ἵετ' εὐθὺς λάμπρ' ἀναρπάσας ὅπλα.
Κἀν τῷδε τὸν στρατηγὸν αἰνέσαι παρῆν·
Οὐ γὰρ, &c.

In hac quoque re imperatorem erat laudare: Non enim solum, etc. Quanto magis cogito, minus dubito de hac restitutione. Nihil tamen in contextu mutare debui. Τὸ νικῶν τοῦτ' (v. 718.) est κατὰ τὸ νικῶν τοῦτο, *in hac parte victrici*. *Markl.*

718. ἐκέρδαινεν] Lego ἐκήδαινεν, *curabat*. Hesychius: κηδαίνει, μεριμνᾷ. *Musg.*

Vulgo ἐκέρδαινεν. Musgravius conjicit ἐκήδαινεν, Wakefieldius in Silv. Crit. T. IV. p. 172. τὸ νικᾷν τοῦτ' ἐκέρδαινε. Sane lucrum facit dux, vincente altero cornu: sed in lucro faciendo quæ tandem laus posita est? Quapropter reposui ἐκύδαινεν. Hesychius: κυδαίνει· τιμᾷ, ἀξιοῖ, θαυμάζει,

Ἀλλ᾽ ᾤχετ᾽ εἰς τὸ κάμνον οἰκείου στρατοῦ·
Ἔῤῥηξε δ᾽ αὐδὴν, ὥσθ᾽ ὑπηχῆσαι χθόνα·
Ὦ παῖδες, εἰ μὴ σχήσετε στεῤῥὸν δόρυ
Σπαρτῶν τόδ᾽ ἀνδρῶν, οἴχεται τὰ Παλλάδος.
Θάρσος δ᾽ ἐνῶρσε παντὶ Δαναϊδῶν στρατῷ.
Αὐτός θ᾽ ὅπλισμα τοὐπιδαύριον λαβὼν

Sed ivit ad *cornu* laborans sui exercitus.
Edidit autem vocem, ut terra redderet sonitum:
O filii, nisi sustinueritis rigidam hastam
Spartorum hanc virorum, perierunt res Palladis.
Indidit autem fiduciam toti exercitui Cranaidarum.
Ipseque correpta Epidauria armatura

ἐγκωμιάζει. Homerus Iliad. X. 67. φθέγγεο δ᾽, ᾗ κεν ἴῃσθα, καὶ ἐγρήγορθαι ἄνωχθι, πατρόθεν ἐκ γενεῆς ὀνομάζων ἄνδρα ἕκαστον, πάντας κυδαίνων. Faciebat Theseus, quod Agamemnon, Iliad. IV. 232. οὓς μὲν σπεύδοντας ἴδοι Δαναῶν ταχυπώλων, τοὺς μάλα θαρσύνεσκε παριστάμενος ἐπέεσσιν. *Hermann.*

720. Ἔῤῥηξε δ᾽ αὐδήν,] Frequens locutio, vel ἔῤῥηξε φωνὴν, Clem. Alex. Pædag. II. 1. p. 172. et *rumpere vocem* Latinis. *Markl.*

722. οἴχεται τὰ Παλλάδος.] Perite τὰ Παλλάδος, potius quam τὰ Κεκροπιδῶν, quod versus admisisset. nam fortius argumentum et incitamentum illo ævo videri poterat res religionis quam res civilis, τὰ Ἀθηνᾶς quam τὰ Ἀθηναίων. *Markl.*

723. Θάρσος δ᾽ ἐνῶρσε παντὶ Δαναϊδῶν στρατῷ.] *Fiduciam vero indidit toti exercitui Danaïdum.* Quisquis cum cura legerit, necesse erit ut hic quoque hæreat in voce Δαναϊδῶν, qua significantur *Argivi*, proprie: vide Orest. 867. Fragm. Archelai, p. 456. ed. Barn. et ter, neque unquam aliter, in hac fab. v. 141, 1200, 1230. Jam vero nulli erant Δαναΐδαι seu *Argivi* in hoc Thesei exercitu. Restat ut Δαναϊδῶν idem sit quod Ἑλλήνων, *Græcorum*, ut ap. Eurip. Iph. Aul. 337, 352. Troad. 449. et alibi passim. Sed neque hoc recte procedet, et nimium dicet. nam Thebani, hoc usu vocis, erant Δαναΐδαι seu Ἕλληνες, æque ac Athenienses, vel Argivi: Adeo ut hæc Thesei oratio indidisset fiduciam hostibus suis, Thebanis, æque atque militibus suis Atheniensibus. Hæc præfanda erant, ut solenne facinus interpolatorum hic perspiceres, qui contra historiam, et sensum, substituerunt Δαναϊδῶν pro voce minus sibi nota, Παραλίων. Hi enim Paralii, ut supra notavi ad v. 663, 669. constituerunt lævum cornu in exercitu Thesei; et hoc cornu a Thebanis inclinatum erat, v. 715, 719. et hic a Theseo restitutum. neque alia est vox præter Παραλίων quæ huic loco et veritati convenire potest. De hujusmodi mutationibus in nominibus propriis vide doctissimum Dorvillium ad Chariton. p. 606, 607. ubi pro Ὀθρυάδου nunc legitur Μιθριδάτου. *Markl.*

παντὶ Δαναϊδῶν στρατῷ.] Pro Δαναϊδῶν, quod manifeste vitiosum est, reponit Marklandus Παραλίων. Credebat enim, lævum cornu exercitus Atheniensis, quod Thebani loco cedere coëgerant, ex Paraliis solis constitisse; id quod situs locorum refutat, ut ad v. 663. ex Pausania docui. Legendum censeo Κραναϊδῶν, *Atheniensium*, a Cranao, qui post Cecropem Atticæ imperium tenuit. Licet enim vox Κραναΐδαι nusquam alibi, quod sciam, legatur, nihil tamen vetat, ita dictos fuisse, quemadmodum Cecropidæ a Cecrope, Erichthonidæ (Eustath. ad Il. α᾽.) ab Erichthonio, Erechthidæ ab Erechtheo, Thesidæ a Theseo, Codridæ (Eustath. ad Il. β᾽.) a Codro dicti sunt. Cranai, quod antiquis temporibus etiam vulgare Atheniensium nomen erat, patronymicum videtur ab eodem Cranao deductum. Ita enim Troës a Troë, Teucri a Teucro, Hellenes ab Hellene, Iones ab Ione, Achæi ab Achæo, Leleges a Lelege, Cilices a Cilice, gentile nomen adepti sunt; adeo, ut eam antiquissimam patronymicorum formam crediderim, priusquam ter-

Δεινῆς κορύνης, διαφέρων ἐσφενδόνα,
Ὁμοῦ τραχήλους, κἀπικείμενον κάρα
Κυνέας θερίζων, κἀποκαυλίζων ξύλῳ·
Μόλις δέ πως ἔτρεψεν εἰς φυγὴν πόδα.
Ἐγὼ δ' ἀνηλάλαξα, κἀνωρχησάμην,

Formidabilis clavæ, huc et illuc *eam* jactans vibrabat,
Simul colla, et caput indutum
Galeas demetens, et ligno detruncans,
Vixque tandem convertit eos in fugam.
Ego autem exclamavi, et saltavi,

minatio in ἴδης inventa esset. Quod si Athenienses a Cranao Cranai dicti sunt, quis dubitet, etiam Cranaidas dici potuisse, quemadmodum Argivi a Danao Danai et Danaidæ nullo discrimine appellantur? Æschylus porro Athenienses παῖδας Κρανάου diserte vocat Eumenid. v. 1041. Sic et Epigrammatis apud Laërtium auctor Κρανάου Κέκροπός τε πολῖται. De Patronymicis vide, si vacat, Pausan. p. 429. l. 45. Ed. Hanov. 714. *Musg.*

Κραναϊδῶν] Libri Δαναϊδῶν. Musgravius satis conjecturam suam firmasse mihi videbatur, ut, etiam si deesset exemplum, ubi Cranaidæ vocarentur Athenienses, in textum recipi posset. *Hermann.*

724. τοὐπιδαύριον] Spolium nempe Periphetæ Epidaurii. Plutarch. in Theseo, p. 8. Ed. Steph. *Musg.*

ὅπλισμα τοὐπιδαύρειον λαβὼν Δεινῆς κορύνης,] Thesei clavam vocat Epidauricam, quia Periphetem, Κορυνήτην dictum, in Epidauro occisum, ea spoliavit. De qua re hæc Plutarch. in Theseo — Καὶ πρῶτον μὲν ἐν τῇ Ἐπιδαυρίᾳ, Περιφήτην, ὅπλῳ χρώμενον κορύνῃ, καὶ διὰ τοῦτο Κορυνήτην ἐπικαλούμενον, ἁπτόμενον αὐτοῦ καὶ κωλύοντα προάγειν, συμβαλὼν ἀπέκτεινεν. Ἡσθεὶς δὲ τῇ κορύνῃ, λαβὼν ὅπλον ἐποιήσατο, καὶ διετέλει χρώμενος, ὥσπερ ὁ Ἡρακλῆς τῷ δέρματι τοῦ Λέοντος. Hæc etiam observavit vir magnæ lectionis, Jo. Brodæus. *Barnes.*

726. Ὁμοῦ τραχήλους, κἀπικείμενον κάρα Κυνέας θερίζων,] Vertunt, *Simul colla, et insertum caput Galeæ demetens.* Scholion Brodæi est: κυνέας] *e galea demetens.* Intellexit ἐκ ante κυνέας, quam vocem et ille et interpretes acceperunt pro secundo casu numeri singularis, qui fuisset κυνέης, non κυνέας, quod Doricum est. neque bene vertunt ἐπικείμενον κυνέας, *insertum galeæ.* κυνέας est accusativus pluralis, a recto κυνέη: et κάρα ἐπικείμενον (singularis pro plurali) κυνέας, est, *capita quæ galeas impositas habebant*, locutione elegantissima. sic τραγῳδοὶ ἐπικείμενοι κράνη, *tragœdi qui impositas habent* (gestant) *larvas*, apud Lucian. De Gymnas. p. 285. ed. Græv. Idem Navigant. p. 493. ἡ πρύμνα χρυσοῦν χηνίσκον ἐπικειμένη, *puppis quæ anserculum aureum impositum habebat.* et ita Adv. Indoct. p. 384. κιθάραν ἔχων ξυλίνους κόλλοπας ἐπικειμένην· *citharam habens cui imponebantur verticilla lignea:* i. e. cujus verticilla erant lignea. Herodianus lib. V. cap. xi. de Heliogabalo: εἰς εἶδος τιάρας στεφάνη ἐπικείμενος· *impositam habens* (i. e. gestans) *coronam in speciem tiaræ formatam.* In edit. Oxon. 1704. quæ sola est ad manus, sic legitur, non στεφάνην, quemadmodum oportuit, opinor. Homerum forte in animo habuit Noster, Iliad. Ξ. 497. ἀπήραξεν δὲ χαμᾶζε Αὐτῇ σὺν πήλικι κάρη. Ejusdem rationis est istud Virgilii, *flores inscripti nomina regum:* et multa talia apud Latinos poëtas. *Markl.*

Optime Marklandus: " κυνέας est accusativus pluralis a recto κυνέη, et κάρα ἐπικείμενον (singularis pro plurali) κυνέας est, *capita, quæ galeas impositas habent*, locutione elegantissima. Sic τραγῳδοὶ ἐπικείμενοι κράνη, *Tragœdi, qui impositas habent* (gestant) *larvas*, apud Lucian. de Gymnas. p. 285. Idem Navig. p. 493. ἡ πρύμνα χρυσοῦν χηνίσκον ἐπικειμένη, *puppis, quæ anserculum aureum impositum habebat.* et ita adv. Indoct. p. 384. *Musg.*

Lege, κἀπικειμένας κάρα κυνέας, *et galeas capiti*, h. e. capitibus, incumbentes. *Reisk.*

Tollenda distinctio post ἐσφενδόνα, et paullo plenius distinguendum post κάρα, ut ita vertatur totus locus: *Hinc et inde*

Κἄκρουσα χεῖρας. οἱ δ' ἔτεινον εἰς πύλας,
Βοὴ δὲ καὶ κωκυτὸς ἦν ἀνὰ πτόλιν
Νέων, γερόντων· ἱερά τ' ἐξεπίμπλασαν
Φόβῳ. παρὸν δὲ τειχέων εἴσω μολεῖν,
Θησεὺς ἐπέσχεν· οὐ γὰρ ὡς πέρσων πόλιν

Et complosi manibus. Illi vero tendebant ad portas.
Clamor autem et ululatus erat in urbe
Juvenum, *et* senum, et implebant templa
Metu. Cum autem liceret irruere in urbem,
Theseus repressit *suos:* non enim expugnatum urbem

jactans, clavam scilicet, *jaculabatur colla et collo caput conjunctum; galeas demetens et detruncans ligno.* Prorsus enim accedo Cantero etc. κἀποκαυλίζων legentibus. *Heath.*

727. κἀποδαυλίζων] Placet conjectura eruditorum, pro ignorabili hac voce reponentium κἀποκαυλίζων, a καυλὸς, *caulis:* ut sensus sit, *et truncos demetens.* Aristoph. Ἱππ. 822. τοὺς καυλοὺς Τῶν εὐθυνῶν ἐκκαυλίζων. ubi Scholiast. notat metaphoram esse ab iis qui *caules olerum defringunt.* Thucydides citatur in Lexicis: qui locus est II. 76. ἀπεκαύλιζε τὸ προέχον τῆς ἐμβολῆς. De θερίζων hoc loco vide Cl. Sallier. ad Mœrin Atticist. V. Ἀμᾷν, et Nostrum Orest. 128. *Markl.*

κἀποδαυλίζων] Recte Canterus κἀποκαυλίζων. Erotian. p. 17. ἀποκαυλισθῇ, οἷον καυληδὸν κλασθῇ. Procop. Bell. Goth. Lib. IV. c. 29. τοῖς ξίφεσι παίοντες ἀπεκαύλιζον τῶν δοράτων τὰς αἰχμάς. Thucyd. citatus a Marklando: ἀπεκαύλιζε τὸ προέχον τῆς ἐμβολῆς. Lib. II. c. 76. *Musg.*

Κυνέας θερίζων,] Τῆς κυνέας ἀποθερίζων τὸ κάρα, ἐπικείμενον τραχήλοις. Κἀποδαυλίζων] Hoc verbum varios Criticis scrupulos fecit. Hic (Jo. Brodæus) defendit lectionem, et putat, hunc pugnæ morem ab Hesychio explicatum in voce Δαῦλις, ἑορτὴ ἐν Ἄργει, μίμημα τῆς Προίτου πρὸς Ἀκρίσιον μάχης. Ego vero nihil in illa pugna memorabile scio, nisi quod, cum clypeati omnes pugnarent, (tum primum clypeis inventis) æquo tandem marte utrinque discessum. Quare hoc nihil ad Rhombum. Scapula exponit titione dedolare, vel contundere, et deducit a δαυλὸς pro δαλὸς, titio. Est et Δαυλὶς urbs Phocidis, Hom. Iliad. β'. v. 520. Sed quid hoc? *Alius* legit ἀποφαυλίζων, non a φαῦλος, quod hic nihil significaret, sed a φαυλία, genus oleæ, ut sit *clava demetens,* eorum instar, qui olivam verberant. At nec hoc placet commentum, neque alia lectio ἀποθραυλίζων Verum κἀποκαυλίζων cum Cantero, Æmilio Porto et Duporto libentius legerem, quod significat *decutio* et *exscindo una cum ipso caule,* non modo quod affinitatem habeat cum figura, frequentius Poëtis usitata et præcipue, v. 458. itemque Tarquinii historia, quam ad istum locum attigimus; sed quod verbum sit vere Atticum et ipsi Thucydidi II. 76. usurpatum. Alioquin legerem κἀπολωτίζων, quod ipsummet verbum de eadem re in hac ipsa fabula occurrit, v. 459. *Barnes.*

728. Vulgatum ἔτρεψεν mutavi in ἔτρεψαν. Alia ratio est in Heraclidis, v. 841. μόλις δὲ, πάντα δρῶντες, οὐκ ἄτερ πόνων ἐτρεψάμεσθ' Ἀργεῖον εἰς φυγὴν δόρυ. *Hermann.*

730. Κἄκρουσα χεῖρας.] Ut ille apud Aristoph. Plut. 739. Ἐγὼ δὲ τὼ χεῖρ' ἀνεκρότησ' ὑφ' ἡδονῆς. Ἔτεινον, sc. ὁδὸν, *tendebant* iter. sic Iph. Aul. 420. Ἀλλ' ὡς μακρὰν ἔτεινον, intellige ὁδόν. Aristoph. Thesmophor. 1217. φεύξει καὶ τενεῖς Ὡς τὴν γυναῖκα. *Markl.*

" Aristoph. Thesmophor. 1217. φεύξει καὶ τενεῖς Ὡς τὴν γυναῖκα." Markl. φεύξει κἀτενὲς, Valckenær. ad Theocrit. I. 112. *Por.*

ἔτεινον εἰς πύλας,] Sic Xenophon: ἔτεινον ἄνω πρὸς τὸ ὄρος. Cyr. Exped. Lib. IV. p. 324. Ed. Paris. 1625. *Musg.*

733. Decrat δὲ in editt. multis post παρόν. eam habet Barnesius, et Codd. A. B. quin et Ald. et Hervag. quæ ambæ pro παρὸν non recte παρών. *Markl.*

Μολεῖν ἔφασκεν, ἀλλ᾽ ἀπαιτήσων νεκρούς.
Τοιόνδε τὸν στρατηγὸν αἱρεῖσθαι χρεὼν,
Ὅς ἔν τε τοῖς δεινοῖσίν ἐστιν ἄλκιμος,
Μισεῖ θ᾽ ὑβριστὴν λαόν· ὃς πράσσων καλῶς,
Εἰς ἄκρα βῆναι κλιμάκων ἐνήλατα
Ζητῶν, ἀπώλεσ᾽ ὄλβον, ᾧ χρῆσθαι παρῆν.
ΧΟ. Νῦν τήνδ᾽ ἄελπτον ἡμέραν ἰδοῦσ᾽ ἐγὼ,

Dicebat se venisse, sed repetitum cadavera.
Talem oportet eligere copiarum ducem,
Qui et in periculis sit fortis,
Et oderit populum insolentem. Non in secundis rebus
In summos scalarum gradus scandere
Quærens, perdidit suam felicitatem, qua frui poterat.
Cho. Nunc videns ego hanc insperatam diem,

738. ὃς πράσσων καλῶς,] Pro ὃς Cod. A. ὃν, male. Idem pro θ᾽ eodem versu, habet δ᾽. [Docemur autem (ut hoc obiter moneam) primam syllabam adjectivi καλὸς, (et consequenter adverbii καλῶς) *semper brevem* esse, ut hoc loco, Atticis. Sed quid fiet de hoc versu Philoctetis Sophoclei, v. 1420. Ἃ σοί τε κἀμοὶ κᾶλ᾽ ὁρῶ τελούμενα· *Quæ tibique et mihi video honesta futura, si fiant.* hic certe longa est. unde patet in Fragment. Euripid. ex Incert. Tragœd. v. 105. p. 507. Σὺν μυρίοις τὰ κᾶλὰ γίγνεται πόνοις, non necesse esse ut legatur Σὺν μυρίοισι. et Iphig. Aulid. v. 21. Τοῦτο δέ γ᾽ ἐστὶ τὸ κᾶλὸν σφαλερὸν, nihil variant exemplaria, tametsi καλὸν in versu præcedenti primam habet brevem, ut in noto isto Theocriti, τὰ μὴ καλὰ, καλὰ πέφανται. Quod si probari potest primam hujus vocis apud Atticos necessario esse brevem, necesse quoque erit ut hæc omnia, et multo plura, mutentur. sed caveamus ab hypothesibus; quæ cum in sacris, tum in humanioribus literis pessimi sunt effectus. Clarkius quidem ad Iliad. Β. 43. scribit: "In sermone Attico vox καλὸς Sophocli, Euripidi, et Aristophani innumeris in locis (nescio an non in omnibus) corripitur." Hæc auctoritas sufficit hypothesin sectantibus, ut prima in καλὸς Atticis semper brevis edicatur, utque hæc omnia statim emendentur. Multa hypothetica possem commemorare in quibus eodem modo proceditur, et auctoritas alicujus affirmantis, substituitur loco argumentorum et exemplorum. unius solummodo mentionem faciam; istius nempe, quod a plerisque traditur, Atticos nunquam omittere verborum augmentum, id est, nunquam scribere τύπτον pro ἔτυπτον. quod falsissimum esse multis exemplis probari potest. vide Bacch. 756. Νίψαντο δ᾽ αἷμα: 1073. Σίγησε δ᾽ αἰθὴρ, (pro Ἐνίψαντο et Ἐσίγησε) et Jungerman. ad Polluc. III. 13. p. 313. Et tamen hæc hypothesis obtinuit, et forte adhuc obtinebit, non obstantibus exemplis.] *Markl.*

ὃς πράσσων καλῶς,] Legendum forte οὐ πράσσων καλῶς. *Musg.*

Μισεῖν Prev. accipit pro *punire*. *Beck.*

739. Εἰς ἄκρα βῆναι] Videtur deesse copula, Εἴς τ᾽ ἄκρα. *Markl.*

Εἰς ἄκρα] Addit copulam Marklandus εἴς τ᾽ ἄκρα. *Musg.*

κλιμάκων ἐνήλατα quum commemorat Eustathius, p. 598, 32. videtur aut hunc locum cum Phœn. 499. confudisse, aut ibi ἐνήλατα pro προσαμβάσεις legisse. Nam πηκτῶν κλιμάκων ἐνήλατα citat, p. 782, 28. et πηκτῶν κλιμάκων, p. 811, 25. Indidem Χ. Π. 270. πηκτὰς κλίμακος προσαμβάσεις. *Hermann.*

741. Νῦν τήνδ᾽ ἄελπτον ἡμέραν ἰδοῦσ᾽ ἐγὼ Θεοὺς νομίζω,] Et hic Euripidi Homerus præivit: ita enim Odyss. ω᾽. v. 350. Laërtes senex, certior factus de inopinato procorum interitu, exclamat—

Ζεῦ πάτερ, ἦ ῥα ἔτ᾽ ἔστε θεοὶ κατὰ μακρὸν Ὄλυμπον,
Εἰ ἐτεὸν Μνηστῆρες ἀτάσθαλοι ὕβριν ἔτισαν.

Θεοὺς νομίζω, καὶ δοκῶ τὰς ξυμφορὰς
Ἔχειν ἔλασσον, τῶνδε τισάντων δίκην.
ΑΔ. Ὦ Ζεῦ, τί δῆτα τοὺς ταλαιπώρους βροτοὺς
Φρονεῖν λέγουσι; σοῦ γὰρ ἐξηρτήμεθα,
Δρῶμέν τε τοιαῦθ' ἂν σὺ τυγχάνῃς θέλων.
Ἡμῖν γὰρ ἦν τότ' Ἄργος οὐχ ὑποστατὸν,
Αὐτοί τε πολλοὶ, καὶ νέοι βραχίοσιν·

Judico esse Deos, et puto calamitates meas
Minores esse, cum isti dederint pœnas.
Ad. O Jupiter, quidnam miseros homines
Dicunt sapere: ex te enim pendemus,
Et talia facimus, quæcunque tu vis.
Nobis enim erat tunc Argos non sustinendum,
Ipsique multi et juvenes brachiis;

Simile huic illud Claud.

> Abstulit hunc tandem Ruffini pœna tumultum,
> Absolvitque deos.——

Talia Epiphonemata in Psalmis sæpissime occurrunt: et nos in Esthera nostra ad Hamanis suspendium, v. 1238.

> Ὦ Ἄθεοι, ἀγρεῖτε καὶ ἐν φρεσὶ ταῦτα νοεῖτε·
> Φήσετε δ' ἀνδρομέων Θεὸν εἶναι ἐπίσκοπον ἔργων.

Barnes.

742. Θεοὺς νομίζω,] Sic Laërtes apud Homer. Odyss. Ω. 355.

> Ζεῦ πάτερ, ἦ ῥα ἔτ' ἐστὲ Θεοὶ κατὰ μακρὸν Ὄλυμπον,
> Εἰ ἐτεὸν μνηστῆρες ἀτάσθαλοι ὕβριν ἔτισαν.

καὶ δοκῶ τὰς συμφορὰς Ἔχειν ἔλασσον,] Scaliger, τοι συμφορᾶς — ἔλασσον. Nihil mutarem sine exemplaribus, sive constructio sit, δοκῶ τὰς συμφορὰς (ἐμὰς) ἔχειν ἔλασσον (μέρος:) seu vera lectio, δοκῶ (ἐμὲ) ἐλάσσους ἔχειν τὰς συμφορὰς (ἃς ἔχω:) quasi scriptum fuisset Ἔχειν μ' ἐλάσσους. nam ἔχειν συμφορὰς recte dicitur. Alioquin τῆς συμφορᾶς legi posset. et ita Heathius, et Reiskius, qui pútat Scaligerum sic scripsisse, licet editio Barnesii aliter exhibeat. *Markl.*

Θεοὺς νομίζω,] Vide Musgravium ad Euripid. Hec. 788. Electr. 587. Æschyl. Pers. 498. Schol. ad Æschyl. Agamemn. 173. *Por.*

τὰς συμφορὰς] Scaliger τοι συμφορᾶς, et tunc legendum in Dat. versione *Calamitatis me minus habere.* *Barnes.*

744. Ὦ Ζεῦ, τί δῆτα, &c.] Hi tres Iambi paullo aliter leguntur in Fragment. ex Incert. Tragœd. p. 510. ed. Barnes. Oblitus erat Cl. Vir eos hic extare. Vide Diog. Laërt. ix. 71. in Pyrrhone: et ibi Casaub. et Menagium.

Pro ἐξηρτήμεθα A. εξηρτυμεθα. male. vide Plutarch. De Stoïc. Repugnant. p. 1056. B. ubi pro λέγουσι habetur λέγοιμ' ἂν; et pro θέλων, φρονῶν. *Markl.*

744. ss. Ὦ Ζεῦ, τί δῆτα τοὺς ταλαιπώρους βροτοὺς
Φρονεῖν λέγουσι; σοῦ γὰρ ἐξηρτήμεθα,
Δρῶμέν τε τοιαῦθ' ἅ'ν σὺ τυγχάνῃς θέλων.

λέγοιμ' ἂν, Plutarch. Tom. II. p. 1056. B. C. et versu proximo, τοιάδ' ἃ σὺ τυγχάνεις φρονῶν. Ex Laërtio sumpsit Suidas v. Πυῤῥώνειοι. τοιοῦτος ὃς Euripides Cresph. Stob. Gesn. 92. p. 509. ed. 1549. Grot. 94. p. 381. supra 364. *Por.*

Ὦ Ζεῦ, τί δῆτα, etc.] Diogenes Laërtius in Vita Pyrrhonis hos versus profert male exceptos, Henricus Stephanus illos saniores longe reddidit, sed videtur ignorasse, hunc locum esse illorum Lydium lapidem. Vide Theodori Canteri, Var. Lection. L. I. c. 6. Sed nec ille *ultimum* versum recte mihi videtur legere.

Barnes.

747. τότ' ἄλγος οὐχ ὑποστατόν] [Brodæus, probante Barnesio et Heathio, ἔγχος. Sed] præclare libri omnes Gallici, Ἄργος. Phœniss. 729. Ἔχει τιν' ὄγκον Ἄργος Ἑλλήνων πάρα. ubi Schol. Barocc. explicat ὄγκον per μέγεθος ἰσχύος. vide

Ἐτεοκλέους τε σύμβασιν ποιουμένου,
Μέτριά τε δόντος, οὐκ ἐχρήζομεν λαβεῖν·
Κἄπειτ' ἀπωλόμεσθ'. ὅδ' αὖ, τότ' εὐτυχὴς,
Λαβὼν, πένης ὡς, ἀρτίπλουτα χρήματα,
Ὕβριζ'· ὑβρίζων τ' αὖτις ἀνταπώλετο
Κάδμου κακόφρων λαός. Ὦ κενοὶ βροτῶν,
Οἳ τόξον ἐντείνοντες ὡς καιροῦ πέρα,

Et Eteocle agente de compositione,
Ac concedente moderata, non voluimus accipere:
Et deinde periimus. Ille vero tunc fortunatus,
Sicut pauper accipiens recens partas opes,
Erat insolens, et insolens rursus periit
Stultus populus Cadmi. O stulti homines
Qui, velut tendentes arcum ultra quam convenit,

supra v. 138. et Heraclid. 290. Sic νῆσον, et πόλιν, pro Νάξον, et Πόλλιν, Aristid. Panath. p. 170. ed. Jebb. Τότ' est τότε, *tunc*, ut mox 751. non, τό τε. *Markl.*

Ἄργος] Ita MS. uterque et P. Vulgo ἄλγος. *Musg.*

Ἄλγος οὐχ ὑποστατὸν] Joh. Brodæus pro ἄλγος mavult ἔγχος, et rectissime, ut puto. *Barnes.*

Ἄργος] Ita codd. In Ald. ἄλγος. *Hermann.*

750. Μέτρια θέλοντος] Vox λαβεῖν, quæ sequitur, videtur indicare, Μέτριά τε δόντος, οὐκ ἐχρήζομεν λαβεῖν· *Et æquas* (seu *tolerabiles*) *conditiones offerente, noluimus accipere.* nam si recte habet θέλοντος, sequi potius debuisset διδόναι quam λαβεῖν. notissimi est usus δόντος pro *dare volente* vel *offerente.* Plutarchus in Aristide, p. 334. C. πολλάκις αὐτοῦ πολλὰ καὶ διδόντος, καὶ δεομένου λαβεῖν, οὐκ ἠθέλησεν. et μέτρια, ut Aristoph. Nub. 1135. Ἐμοῦ μέτριά τε καὶ δίκαι' αἰτουμένου. Error natus ex similitudine literarum Λ et Δ, si error sit. (Si recte habet θέλοντος, post λαβεῖν intellige σύμβασιν.) pro τότ' (v. 751.) Cod. B. Ald. et Brodæus τόδ' *Markl.*

Μέτρια θέλοντος] Optime Marklandus, μέτριά τε δόντος, propter vocem λαβεῖν. *Musg.*

752. ἀρτίπλουτα χρήματα, per hypallagen, ὡς πένης ἀρτίπλουτος, λαβὼν χρήματα: *ut pauper modo dives factus, acceptis opibus.* *Markl.*

755. Οἳ τόξον ἐκτείνοντες ὡς] Ἐκτείνειν τόξον esset *extendere arcum.* hic vult *intendere*, quod est ἐντείνοντες, ut infra 896. τόξα τ' ἐντείνων χεροῖν. Iphig. Aulid. 549. Τόξ' ἐντείνει, τῶν Χαρίτων—ut ibi legendum puto, pro Τόξ' ἐντείνεται χαρίτων. Vide Herodot. II. 173. Et ita jam invenio (εντεινοντες) in MSS. A. B. qui etiam pro ὡς [male] habent του. Brodæus notat, ὡς *superfluit.* Vide Aristoph. Νεφ. 1209. Metaphora seu comparatio *actionum humanarum* cum arte *sagittandi,* notissima est, vel ex isto Horatii, *Quid brevi fortes* JACULAMUR *ævo Multa?* vide et Troad. 645. *Markl.*

Οἳ τόξον ἐντείνοντες ὡς καιροῦ πέρα.] Recte Marklandus ἐντείνοντες (pro ἐκτείνοντες). Facilis mutatio τοῦ ἐκ et ἐν. Locus Iph. Aul. 549. ἐκτείνεσθαι præfert apud Athenæum XII. p. 562. F. a quo citatur ut Chæremonis. *Por.*

ἐντείνοντες] Ita MS. uterque. Vulgo ἐκτείνοντες. vid. v. 896. *Musg.*

ἐντείνοντες] Sic MSS. In Ald. ἐκτείνοντες. *Hermann.*

757. Φίλοις μὲν οὐ πείθεσθε, τοῖς δὲ πράγμασιν. Nescio an intelligam. Forte aliquis putet scribendum Θεοῖς pro Φίλοις: mavultis obtemperare *rebus*, (rerum apparentiis, et præsenti circumstantiarum conditioni) quam *Diis:* ut hoc dicat Adrastus respiciens seipsum, et suam in Thebas expeditionem, quam suscepit Θεοὺς παρελθών. Hoc sensu vox πράγματα sæpe invenitur; unde ἐκ τῶν πραγμάτων, Aristides Panath. p. 148. ed. Jebb. quod Canterus bene vertit *e re nata.* Sic et Alexis ap. Stob. Serm. XXVII.

Καὶ πρὸς δίκης γε πολλὰ πάσχοντες κακὰ,
Φίλοις μὲν οὐ πείθεσθε, τοῖς δὲ πράγμασιν.
Πόλεις τ', ἔχουσαι διὰ λόγου κάμψαι κακὰ,
Φόνῳ καθαιρεῖσθ', οὐ λόγῳ, τὰ πράγματα.
'Ατὰρ τί ταῦτα; κεῖνο βούλομαι μαθεῖν,
Πῶς ἐξεσώθης· εἶτα τἄλλ' ἐρήσομαι.
ΑΓ. 'Επεὶ ταραγμὸς πόλιν ἐκίνησεν δορὶ,

Et juste mala multa passi,
Amicis quidem non obtemperatis, sed rebus ipsis.
Vosque, civitates, cum possitis oratione declinare mala,
Cæde, non verbis, negotia deciditis.
Sed quid hæc? Illud volo scire,
Quomodo sis servatus: deinde alia interrogabo.
Nun. Postquam tumultus urbem commovit ob pugnam,

p. 195. Demosthenes Philipp. I. (p. 36, 52.) δεῖ τοὺς ὀρθῶς πολέμῳ χρωμένους, οὐκ ἀκολουθεῖν τοῖς πράγμασιν, ἀλλ' ἔμπροσθεν εἶναι (vel ἰέναι) τῶν πραγμάτων. Non autem jure reprehendi potest qui *rebus* potius quam *amicis*, sed qui *rebus* potius quam *Diis* obtemperat: quod Adrastus fecit. nam, ut ait Hermogenes apud Xenophont. in Conviv. p. 888. A. Θεοῖς ἐγὼ ὅταν μὲν πείθωμαι, οὐδέποτέ μοι μεταμέλει· ἤδη δέ ποτε καὶ ἀπιστήσας (ἀπειστήσας Leunclav.) ἐκολάσθην. Legi forte posset, Φίλοις μὲν ἐκπείθεσθε, τοῖς τε πράγμασιν, i. e. non *Diis*, prout oportuit, sed *amicis*, et *rebus* obtemperatis. Si vulgata retinenda est, per Φίλοις intelligendus est Amphiaraüs, qui Adrastum ab hac expeditione dehortatus est, et cui ille non obtemperavit, v. 169. *Markl.*

τοῖς δὲ πράγμασιν.] Idem est, quod aliis verbis Hesiodus dixit, παθὼν δέ τε νήπιος ἔγνω. Op. et D. v. 218. *Musg.*

Frustra hæc tentavit Marklandus. Hoc dicit poëta: inanes sunt, qui nimis magna concupiscentes, et inde merito suo pœnas dantes, non amicis recte consulentibus, sed rebus ipsis credunt, adverso videlicet eventu edocti. *Hermann.*

758. κάμψαι κακὰ, *declinare mala*, metaphoricum est vel a *navigantibus*. κάμψαι τὴν ἄκρην, Herodot. VII. 193. vel a *stadio*, κάμψαι τὴν νύσσαν· Horatio, *metaque fervidis Evitata rotis*. In Rheso 235. κάμψαι πάλιν θυμέλας est *redire ad aras*. Helen. 1159. hoc, de quo hic agitur, dicitur, διορθῶσαι ἔριν λόγοις. Διὰ λόγου, v. 758. et λόγῳ, v. 759. est quod alibi vocat λόγων ξυναλλαγαῖς, *verborum transactione*, v. 612. *Markl.*

759. καθαιρεῖσθ' — τὰ πράγματα.] Usitatius καθαιρεῖτ', voce activa: ut δυστυχίαν καθελεῖν, v. 67. Et omnino vere, si verum dicit Budæus, Comm. Gr. L. p. 669. Καθαιρῶ voce tantum activa dicitur "*everto* et *subverto*." id est, καθαιροῦμαι non invenitur in voce media, pro *everto* et *subverto*. In passiva καθαιρεῖσθαι *destrui* habes, Actor. xix. 27. Sed innumera sunt verba apud Græcos quæ non inveniuntur in voce media, neque nobis nunc licet eam fingere. unde recte forte restitui locum Sophoclis Œdip. Tyran. v. 1040. ubi Œdipus a Nuncio quærit, quare Polybus vocaret se (Œdipum) *suum filium*, si non ita revera esset?

'Αλλ' ἀντὶ τοῦ δὴ παῖδά μ' ὠνομάζετο;

Quod vertitur:

Quare igitur me filium nominabat?

Sed ὠνομάζετο est *nominabatur*, ut mox v. 1071. Lego:

'Αλλ' ἀντὶ τοῦ δὴ παῖδά μ' ὠνόμαζεν ὅν;

Quare igitur filium me nominabat suum?

non ὠνόμαζ' ἑὸν, quia ἑὸν pro ὅν *suum*, non inveniri puto in senariis tragicorum. *Markl.*

καθαιρεῖσθ'.] Malim cum Marklando καθαιρεῖτ'. De locutione καθαιρεῖν πράγματα, confer Phœn. v. 526. et quæ ibi afferuntur. *Musg.*

Πύλας διῆλθον, ἧπερ εἰσῄει στρατός.
ΑΔ. Ὧν δ' οὕνεχ' ἁγὼν ἦν, νεκροὺς κομίζετε;
ΑΓ. Ὅσοι γε κλεινοῖς ἑπτ' ἐφέστασαν δόμοις.

Transii per portam, qua intrabat exercitus.
Ad. Quorum vero causa certamen erat, an cadavera refertis?
Nun. Eos utique qui septem inclytis præfuere cohortibus.

761. Ita jam Brubachiana. Ald. εἶτ' ἀλλ'. *Hermann.*

762. Vulgatam in interpretatione secutus sum. Malim tamen:

Ἐπεὶ ταραγμοῖς πόλιν ἐκίνησεν δόρυ.

Postquam pugna urbem perturbatione commovit. Musg.

Vulgatum δορὶ in δορὸς mutavi. *Hermann.*

762. Ἐπεὶ ταραγμὸς πόλιν ἘΚΙΝΗΣΕΝ ΔΟΡΙ
πύλας διῆλθον ἧπερ εἰσῄει στρατός.

Sensus prioris horum versuum mihi nondum satis perspicuus est. Quis enim unquam dixit: cum tumultus urbem hasta turbaret? Fac autem δορὶ *bellum* significare, quod Marklandus voluit, non video, quid lucri inde ad sensum redeat. Ferrem ταραγμὸν μάχης, στρατιᾶς et similia; et sane Musgravius hunc sensum Euripidi restitui voluit, cum scriberet: ἐπεὶ ταραγμοῖς πόλιν ἐκίνησεν δόρυ. Nondum tamen me pœnitet conjecturæ, qua hunc locum tentavi:

ἐπεὶ ταραγμὸς πόλιν ΕΚΙΝΗΣ' ΕΝΔΟΘΙ.

postquam tumultus urbem intus commoverat. Id enim fieri debuit, ut captivus, quem hic loquentem inducit poëta, Thebis effugere posset. *Jacobs.*

764. Ὧν δ' οὕνεκ' ἀγὼν ἦν, νεκροὺς κομίζετε; Κομίζετε pro priori κομίζετο ex Ald. reposuit Barnesius: quod confirmatur Codd. A. B. Hunc versum, et sequentes aliquot, Choro olim adscriptos, Adrasto restituit Joan. Miltonus, quem, post Barnesium, sequor. et ita distingui in edit. Brubachiana testatur Reiskius. aliter fit in Aldina. Reiskius mavult κομίζεται, nempe Theseus, ex edit. Brubach. quæ habet κομίζετο. Pro ἀγὼν Barnesius et Heathius ὠ 'γὼν, (i. e. ὁ ἀγὼν) ob metrum. et οὕνεχ' (quæ vera puto.) Alii dicunt primam in ἀγὼν communem esse, ut Soph. Electr. 1522. Δορὶ, v. 762. non admodum placet. significat, opinor, *bello.* *Markl.*

" Alii dicunt primam in ἀγὼν communem esse, ut Soph. Electr. 1522." Markl. Sed et ibi Heathius ὡ'γὼν legit, ut et edidit Brunckius, qui hic quoque ὡ'γὼν legit ad Eurip. Orest. 852. ubi et locum Sophoclis notat. (Ipse Porsonus emendat ἀγών.) *Por.*

Ab hoc versu ad v. 775. omnes versus, qui hic Adrasti nomen præfixum gerunt, in Aldina Choro tribuuntur. Personas mutandas esse vidit Miltonus, cui deinde in Editione sua obtemperavit Barnesius. Sed et prius ita impressum fuerat in Petri Brubachii Editione, quo suasore, aut qua auctoritate, nescio. Confirmat clausula, qua ῥῆσις Adrasti terminatur, εἶτα τ' ἄλλ' ἐρήσομαι, v. 761.

κομίζετε;] Ed. Brub. κομίζετο. Reiskius κομίζεται, nempe ut ad Theseum referatur. *Musg.*

Ἀγὼν ἦν] Vel οὕνεχ' ὡ'γὼν ἦν lege, vel ἦν ἀγών. Ita versus restitui potest, qui alias vacillaret, nisi τοῦ ἀγὼν prior longa sit, de qua re vid. Phœniss. v. 597. τὸ autem κομίζετο rejecimus, et ex Aldina editione κομίζετε legimus. Judicent Docti.

Ὧν δ' οὕνεκ' ἀγὼν] Hos versus, Choro olim male attributos, recte Johannes Miltonus noster Adrasto assignat. Nec enim credibile est, regem Adrastum, cui maxime hæ res curæ erant, tacitum adstare, dum Chorus toties interpellaret; quare nos Miltonum sequimur; monentes interim lectorem, ubi in reliqua hujus scenæ parte Chorus antea præfigebatur versui, ibi nos jam Adrasti nomen restituisse. *Barnes.*

Brunck. ad Eurip. Orest. 852. observat, nunquam legi ἀγὼν priori brevi, itaque hic quoque corrigit ὡ'γών. *Beck.*

765. Ὡς οἵγε κλεινοῖς ἑπτ' ἐφέστασαν δόμοις] MSS. omnes Ὅσοι γε. [quod verum puto, ob sequentem Iambum.] et ita ex conjectura Reiskius. Vertit Heathius: *Immo, afferimus eos quidem qui septem*

ΑΔ. Πῶς φής; ὁ δ' ἄλλος ποῦ κεκμηκότων ὄχλος;
ΑΓ. Τάφῳ δέδονται πρὸς Κιθαιρῶνος πτυχαῖς.
ΑΔ. Τοὐκεῖθεν ἢ τοὐνθένδε; τίς δ' ἔθαψέ νιν;

Ad. Quomodo dicis? ubi vero *est* reliqua defunctorum turba?
Nun. Sepulturæ mandati sunt ad Cithæronis valles.
Ad. Illinc, an hinc? quis vero sepeliit eos?

inclytis præfuere domibus. Recte, ut opinor. Restat scrupulus de ipso poëta. cum enim Amphiaraüs, unus ex septem hiatu terræ absorptus esset, quomodo conciliari potest cum hoc ejus obitu, narratio hæc poëtæ, de *septem reportatis?* non enim effodi potuit cadaver ejus ex Tartaro. Et dicendum est, opinor, [vel scribendum esse, ἓξ ἐφέστασαν δόμοις, pro ἑπτ': vel, quod potius,] numerum *integrum* poni pro [*imperfecto,*] (*parte*) ut Apostoli vocantur *duodecim*, 1 Cor. xv. 5. cum eo tempore non nisi *undecim* (vel *decem*) essent, (ita alibi loquitur, Noster v. 1217.) et plura ejus generis extant exempla. Pro δόμοις Reiskius λόχοις: vel, ἔφυσαν ἐν δόμοις. Brodæus nescio quid velit, qui ita explicat: "Scito eos septem tumulis conditos, his quidem "mœnium partibus, quibus oppugnandis præfuerant." *Markl.*

Ὅσοι γε] Ita ambo MSS. et P. ut emendaverat etiam Reiskius. Idem eleganter λόχοις pro δόμοις, quod nullum commodum sensum habet. Scrupulum movet Marklandus, quomodo conciliari possit hæc narratio de *septem reportatis* cum Amphiarai in Tartara descensu. Idemque optime solvit, dicendo, numerum integrum pro imperfecto poni, ut Apostoli vocantur duodecim 1 Corinth. xv. 5. cum eo tempore non nisi undecim essent. Vid. et infra v. 1217. Pind. Nem. IX. v. 56.

Similem errorem vide apud Pind. Olymp. VI. Epod. 1. ubi multa disputat Scholiastes uterque. *Musg.*

Ὅσοι γε] Ita MSS. et Reiskius. Ald. ὡς οἵγε. *Hermann.*

766. Κεκμηκότων] Homer. καμόντων, i. e. θανόντων. *Barnes.*

768. Τοὐκεῖθεν, ἢ τοὐνθένδε;] Ita Cod. B. et Aldina. in multis deest ἢ. *Ex illa, an ex hac parte?* ultra an citra? Hic locus videri potest unus ex iis in quibus hodierni lectores Euripidis offendere possumus, forte non satis assequentes qua mente proponerentur hujusmodi quæstiones, quæ idcirco nobis, ab istis temporibus tam longe dissitis, primo intuitu *parum ad rem* (si ita loqui fas sit) nunc videantur. Sed ratio aliqua forte excogitari potest, quare Adrastus interrogaret, utrum turba militum ejus mortuorum sepulta esset *ultra an citra* Cithæronem; et quare Jason (Med. 1309.) audita cæde filiorum a matre interfectorum, in maximo luctu, statim quæreret, *Ubinam* eos interfecit? *intusne, an extra domum?* Sed quid dicendum est de *Agave*, (Bacch. 1280.) cui, trementi de nece filii sui Penthei, quum pater Agaves Cadmus dixisset, eam ipsam suis manibus illum interfecisse; pro ejulatu et lamentationibus, quas aliquis expectasset, illa satis lente, uti videtur, Cadmum interrogat, *Ubi vero periit? in domo? an quibus in locis?* quasi *locus* alicujus esset momenti in re tam luctuosa, et tam atroci facinore! Responsum quidem (cujus caussa quæstio proposita fuisse videtur) *Ubi prius Actæona canes nactæ sunt*, appositum est: sed talem quæstionem quænam mater, unico filio orbata, proponit? Ita mox, quum ei narraverat Cadmus, se vix, et multo cum labore, cadaver Penthei dispersum per agros collegisse; illa, parum materne, uti nunc videretur, rogat, *An totum* reperisset, *suis membris conjunctum apte?* qualem quæstionem hodierna mater, ut diram, et a natura maxime abhorrentem, refugeret. Quæ refero, ab aliis discendi studio, non culpandi ea quorum rationem non satis intelligere videor. *Markl.*

769. Ἐλευθερὶς πέτρα.] Plutarchus in Theseo, p. 14. eadem refert, et suo tempore monstratum fuisse dicit horum sepulturæ locum Eleutheris; ducum, apud Eleusina: hoc est κενοτάφια ducum. nam ossa eorum Argos reportabantur, v. 1126. 1195. 1220. *Markl.*

Ἐλευθερὶς] Vide, citante Barnesio, Pausaniam in initio Bœoticorum. Meminit etiam Plutarchus in Theseo, p. 25. Ed. Steph. [p. 14. Wech.] *Musg.*

Ἐλευθερὶς] Rupes Eleutheria, ad mon-

ΑΓ. Θησεὺς, σκιώδης ἔνθ' Ἐλευθερὶς πέτρα.
ΑΔ. Οὓς δ' οὐκ ἔθαψε, πῆ νεκροὺς ἥκεις λιπών;
ΑΓ. Ἐγγύς. πέλας γὰρ πᾶν ὅ τι σπουδάζεται.
ΑΔ. Ἦπου πικρῶς νιν θέραπες ἦγον ἐκ φόνου;
ΑΓ. Οὐδεὶς ἐπέστη τῷδε δοῦλος ὢν πόνῳ.

Nun. Theseus, ubi est umbrosa petra Eleutheris.
Ad. Quos vero non sepeliit, ubi reliquit mortuos?
Nun. Hic prope: leve enim est quicquid studiose agitur.
Ad. An servi tulerunt eos ægre ex ipsa cæde?
Nun. Nullus servus accessit ad hunc laborem:

tem Cithæronem posita juxta urbem Eleutheras, ubi et ara Jovi Eleutherio; est autem hæc urbs Thebis contermina et Platæis; ut par sit credere, cæsos Argivos illic sepeliri. De his vide Pausaniam in Bœoticis circa principium. Plinius Hist. Nat. L. IV. c. 7. Reliqua oppida inter Megaram et Thebas, Eleutheræ, Haliartus, Plateæ, &c. *Barnes.*

770. πῆ νεκροὺς ἥκει λιπών;] Opinor ἥκεις. nam ἥκει falsum videtur, cum Theseus nondum *venerat.* Æschylus Pers. 478. Σὺ δ' εἰπὲ ναῶν αἳ πεφεύγασιν μόρον Ποῦ τάσδ' ἔλειπες: ad nuncium, ut hic. Homer. Iliad. Κ. 406. Ποῦ νῦν δεῦρο κιὼν λίπες Ἕκτορα: Et ita Heathius. *Markl.*

ἥκει] Legendum cum Marklando ἥκεις. *Musg.*

770. s. Χο. Οὓς δ' οὐκ ἔθαψε πῆ νεκροὺς ἥκεις λιπών;
Αγ. Ἐγγύς· πέλας γὰρ ΠΑΝ ΌΤΙ σπουδάζεται

Si vera est lectio, nunquam Euripides gnomen infelicius adhibuit. Quid enim ineptius, quid frigidius hac sententia: propinqua esse quæcunque accelerentur, præcipue hoc in loco, ubi accuratum responsum expectabatur. Sed emendatione hic versus indiget, quam Musgravius jam adhibuit, eam vero parum felicem, quippe quæ nimis a vulgata scriptura recedat, et sensum parum juvet. Mihi Euripides scripsisse videtur:

Ἐγγύς· πέλας γὰρ ΠΑΝΣΤΡΑΤΙ σπουδάζεται.

ἥκεις est ex verissima Marklandi emendatione. πανστρατὶ σπουδάζεται pro: πᾶς στρατὸς ἐπισπεύδει. Homerus πανσυδίῃ dixisset. v. Schol. Homeri. Ιλ. XIII. 12. Suidam V. *Jacobs.*

Ποῦ scripsi pro vulgato πῆ. Codd. duo Florentini ποῖ. Ἥκεις ex Heathii et Marklandi conjectura dedi pro ἥκει. In initio versus cod. Flor. primus ὃς pro οὓς. *Hermann.*

771. Sensus (et forte vera scriptura) est σπουδάζετε, sive in præsenti, sive imperfecto, 'σπουδάζετε. *prope sunt Ducum cadavera, ob quæ tantos labores suscepistis.* Et versus proxime sequens sine interrogatione legi potest. *Markl.*

Vertit Marklandus: *Hic prope: prope enim est omne id, ob quod tantum laborem suscepistis.* Quæ aut tautologica, aut propinqua certe tautologiæ sunt. Non incommode legi potest:

Ἄγχ'· εὐσταλὲς γὰρ πᾶν, ὅ, τι σπουδάζεται.

In propinquo: leve enim est, quicquid studiose agitur. Ἄγχι, *prope,* vox Poëtica est, quam Lexicographi per ἐγγὺς, πέλας, interpretantur: quod interpretamentum et hic superscriptum, originem errori dedisse videtur. *Musg.*

Ingeniose Jacobsius in Em. in Eurip. p. 60. et in Curis sec. p. 15. conjicit, πέλας γὰρ πανστρατὶ σπουδάζεται. Poterat etiam lenius πανσυδί. Non ausim tamen aliquid mutare. Quamvis enim haud satis apte hæc sententia expressa videatur, si ea, quæ in scena aguntur, spectes: tamen aliter judicandum erit, si eam temporibus accommodatam ab Euripide esse statuas, cui id ipsum maxime videtur curæ fuisse, ut quam primum renovaretur bellum cum Lacedæmoniis. In eamdem sententiam disputaverat supra v. 331. ss. *Hermann.*

772. πικρῶς, *indigne. Heath.*

773. Fortasse scripsit ἐν πόνῳ. *Hermann.*

774. ἠγάπα νεκρούς] Hinc, opinor, pulcrum istud suum sumsit Statius Theb. XII. 194. de Argia, Polynicis uxore: *et,*

Φαίης ἂν, εἰ παρῆσθ', ὅτ' ἠγάπα νεκρούς.
Ἔνιψεν αὐτὸς τῶν ταλαιπώρων σφαγὰς,
Κἄστρωσέ γ' εὐνὰς, κἀκάλυψε σώματα.
ΑΔ. Δεινὸν μὲν ἦν βάσταγμα, καἰσχύνην ἔχον.
ΑΓ. Τί δ' αἰσχρὸν ἀνθρώποισι τἀλλήλων κακά;

Dixisses, si affuisses, quod *Theseus* amâsset mortuos.
Abluit ipse miserorum cruenta cadavera,
Quin etiam stravit toros, et texit corpora.
Ad. Grave quidem erat gestamen, et turpitudinem *aliquam* habens.
Nun. Quid tamen turpia *dicam* hominibus communia mala?

qui castissimus ardor, Funus amat. maritum suum, vita functum, et jam *cadaver* factum, tamen *amat.* *Markl.*

775. ΑΔ. Ἔνιψεν αὐτῶν τῶν ταλαιπώρων σφαγὰς,] [Lego,] (Legeram) αὐτὸς, *ipse,* Theseus. et ita Reiskius. Sed talis quæstio ab Adrasto non potest commode supponi. quamobrem omnino delendas censeo Personarum notas 'Αδ. et 'Αγ. et uni nuncio narranti adsignandos esse quatuor istos continuos iambos, hoc modo:

ΑΓ. Οὐδεὶς ἐπίστη— πόνῳ.
Φαίης ἂν— νεκρούς.
Ἔνιψεν αὐτὸς τῶν ταλαιπώρων σφαγὰς,
Κἄστρωσέ γ' εὐνὰς, κἀκάλυψε σώματα.

[αὐτὸς emphatice, ut in Plutarcho De audiend. Poët. p. 31. A. τὸν Ἕκτορα λούσας καὶ περιστείλας αὐτὸς (Achilles) ἐπὶ τὴν ἀπήνην τίθησιν· ex Iliad. Ω. 589.] Deinde pergendum ita:

ΑΔ. Δεινὸν μὲν ἦν βάσταγμα, κ' αἰσχύνην ἔχον.
ΑΓ. Τί δ'; αἰσχρὸν ἀνθρώποισι τ' ἀλλήλων κακά;

Quid vero? (respondet Nuncius) *num turpia sunt hominibus hominum infortunia?* Animose, et humane, more solito Euripidis. Vulgo hi duo Iambi, mente contrarii, Choro adscribuntur: et ultimus distinguitur frigidissime, Τί δ' αἰσχρὸν, &c. (Mecum fere distinguit Heathius.) Per σφαγὰς intelligit, opinor, *vulnera* (non *cruenta cadavera*) ut κἀπένιψα τραύματα, Troas. 1142. Idem mendum est in Medea, v. 1005. ubi delendæ sunt personæ Μη. et Π. nam Pædagogus sex istos iambos continuos effert. *Markl.*

Annotat Marklandus: "Lego αὐτὸς, *ipse* Theseus, et ita Reiskius. Sed talis quæstio ab Adrasto non potest commode supponi. Quamobrem omnino delendas censeo Personarum notas 'Αδ. et 'Αγ. et uni Nuncio narranti assignandos esse quatuor istos continuos Iambos" 771. ss. (v. 773, 4, 5, 6.)

Minime hic convenire αὐτῶν verissime judicant viri docti. An legendum ἀντῶν, *inveniens,* ἐντυχών. De verbo ἀντάω, vid. Iph. Aul. 150. Troad. 212.

ταλαιπώρων] Videndum, annon pro participio verbi ταλαιπωρέω haberi debeat, loco sic emendato:

Ἔνιψεν αὐτῶν, μῶν ταλαιπωρῶν, σφαγάς.

Num ipse laboriose cædes eorum abluit? *Musg.*

Ita Marklandus et Reiskius pro αὐτῶν. In Aldina hinc perturbata sunt personarum nomina, restituta illa jam in Brubachiana. *Hermann.*

776. Κἄστρωσέ γ' εὐνάς,] Ita scribere maluit (nam nullam varietatem in exemplaribus reperio) quam Κἄστρωσεν εὐνάς. unde sequi videtur, aliquem fuisse usum vel elegantiam in ista positione particulæ γε, quam nos nunc ignoramus. (vel offensionem in ν et ε concurrentibus) nam sæpe ita et hic, et alii Poëtæ scribunt, metro non cogente, et cum locus non est significationi τοῦ *saltem,* vel *certe.* De his εὐναῖς vide Cl. Dorvill. ad Chariton. p. 97. quo pertinet elegans istud Sophoclis Œd. Tyr. 980. Σμικρὰ παλαιὰ σώματ' εὐνάζει ῥοπή. Pro καὶ 'κάλυψε scribitur usitatius κἀκάλυψε, ut κἄστρωσε, rationi magis consentaneum est, ut una litera, quam ut diphthongus, elidatur. unde pro κ' αἰσχύνην (v. 777.) scriberem κᾀ ἰσχύνην, ut α sola pereat, subscripto ἰῶτα in κᾳ. sed sæpe aliter fit. Hunc versum (777) Adrasto assignat Heathius: proxime sequentem Nuncio. *Markl.*

De voce εὐνὴ torum funebrem signifi-

ΑΔ. Οἴ μοι, πόσῳ σφιν ξυνθανεῖν ἂν ἤθελον;
ΑΓ. Ἄκραντα δύρει, ταῖσδέ τ' ἐξάγεις δάκρυ.
ΑΔ. Δοκῶ μέν· αὗταί γ' εἰσὶν αἱ διδάσκαλοι.
Ἀλλ' εἶεν· αἴρω χεῖρ', ἀπαντήσας νεκροῖς,

Ad. Heu, quanto cum eis maluissem mori?
Nun. Frustra ploras, et istis elicis lachrymas.
Ad. Video quidem, sed ipsæ me docent plorare.
Sed age, tollam manus occurrens mortuis,

canti vid. Dorvill. ad Chariton. p. 97. *Musg.*

777. s. Hos versus recte personis distinxit quoque Tyrwhittus apud Musgrav. p. 134. *Por.*

777. Hic versus Adrasto tribuendus, proximus vero Nuncio. Atqui ita exhibet Brubachiana, quo auctore, nescio. Nec aliter ex conjectura Marklandus. *Musg.*

Prev. hunc versum, Δεινὸν κ. τ. λ. Adrasto, et sequentem Τί δ' αἰσχρὸν κ. τ. λ. Nuncio tribuit. *Beck.*

Οἴ μοι, πόσῳ σφιν συνθανεῖν ἂν ἤθελον;] Locutionis istius, ἤθελον ἂν vel ἐβουλόμην ἄν, exempla vide apud Dawesium Misc. Crit. p. 240. *Por.*

779. Οἴμοι.] Versum hunc Adrasto verissime restituit Barnesius, Choro in Aldina assignatum. *Musg.*

780. ἄκραντ'.] Choro tribuit Aldina. Nuncio vere Barnesius. *Musg.*

781. Mallem αὐταὶ δ', quam γ', quia præcedit μέν. Dubito tamen de sanitate verborum Δοκῶ μὲν, quorum mentem hoc loco non assequor, licet satis intelligibilia videantur. Reiskius αὗταί γ', aut αὐταὶ δ' — *ego vero puto has mihi luctus magistras esse.* Reiskii conjecturæ favet Andromach. 946. αὗται γὰρ διδάσκαλοι κακῶν. *Markl.*

Post δοκῶ μὲν, quod obscurum Marklando videbatur, non incommode suppleri potest ἐξάγειν. Pro αὐταί γ' Reiskius et Marklandus αὐταὶ δ', quod verum videtur. *Musg.*

Reiskius et Marklandus scribendum conjecerunt αὐταὶ δ', quamquam Marklandus dubitat, an in verbis δοκῶ μὲν vitium insit. Omnia sana sunt. Nam δοκῶ μὲν, ad sequentia relatum, horum confirmationem cum negatione contrariorum continet, ut interdum *immo* verti possit, ut hoc in loco, et in Sophoclis Electra v. 59. τί γάρ με λυπεῖ τοῦθ', ὅταν λόγῳ θανὼν, ἔργοισι σωθῶ, κἀξενέγκωμαι κλέος; δοκῶ μὲν, οὐδὲν ῥῆμα σὺν κέρδει κακόν. Ita interpugni debebat. Similis ratio est in Œd. Col. 992. εἴ τίς σε τὸν δίκαιον αὐτίκ' ἐνθάδε κτείνοι παραστάς, πότερα πυνθάνοι' ἄν, εἰ πατήρ σ' ὁ καίνων, ἢ τίνοι' ἂν εὐθέως; δοκῶ μὲν, εἴπερ ζῆν φιλεῖς, τὸν αἴτιον τίνοι' ἄν. Et iterum in Electra, v. 546. οὐ ταῦτ' ἀβούλου καὶ κακοῦ γνώμην πατρός; δοκῶ μέν, εἰ καὶ σῆς δίχα γνώμης λέγω. Vis in his duobus locis eadem est, etsi non licet verti *immo.* Sed licebit, si in priore loco verba ἢ τίνοι' ἂν εὐθέως omiseris, in altero ordinem sententiarum sic inverteris, δοκῶ μὲν, ἀβούλου ταῦτα καὶ κακοῦ πατρός ἐστιν. Hoc monui. ut ratio hujus formulæ intelligeretur, et ut ne existant, qui δοκῶ μὲν, etiam ubi non potest, pro *immo* dici existiment. *Hermann.*

782. Ἀλλ' εἶεν, αἴρω χεῖρ'; &c.] Tragici nunquam scribunt Ἀλλ' εἶεν, sed Εἶεν solum. Lego, Ἀλλ' εἶ', ἀναίρω χεῖρ', &c. *Verum, eia, levo manus,* &c. [De εἶα dicam ad Iphig. Taur. 1423.] Ἀναίρω χεῖρε sumtum forte ex Homero Iliad. H. 130. ἀθανάτοισι φίλας ἀνὰ χεῖρας ἀείρας. alibi ἐπαίρειν, et frequentius. v. 299. Heraclid. 728. 1 Tim. II. 8. Athenag. Legat. p. 53. ed. Oxon. 12°. Mos idem exprimi videtur per ἐκτείνειν χεῖρε, Alcest. 784.

ἀπαντήσας νεκροῖς,] Quomodo ἀπαντήσας dicere potuit Adrastus, cum cadavera mortuorum nondum allata essent? Lego, ἀπαντήσων, *occursurus:* quod statim fecit. Sic v. 552. pro ἀπειλήσας Codd. recte habent απειλησων. Si in MSS. posthac inveniatur, Ἀλλ' εἶ', ἀναίρων (vel ἐπαίρων) χεῖρ', ἀπαντήσω, et ἐκχεῶ versu sequenti, ita edi potest. *Markl.*

Ἀλλ' εἶεν· αἴρω χεῖρ', ἀπαντήσας νεκροῖς, Ἅιδου τε μολπὰς ἐκχέω δακρυῤῥόους.] Verte, *tollam manus, — effundamque carmen—*

Ἅιδου τε μολπὰς ἐκχέω δακρυῤῥόους,
Φίλους προσαυδῶν· ὧν λελειμμένος τάλας,
Ἔρημα κλάω. τοῦτο γὰρ μόνον βροτοῖς
Οὐκ ἔστι τἀνάλωμ' ἀναλωθὲν λαβεῖν,

Effundamque carmen inferorum lugubre,
Compellans amicos, quibus amissis miser
Mœreo solitudine. Hanc enim solam mortalibus
Non licet jacturam factam recipere,

ἐκχέω aoristus est modi subjunctivi, non quod docet Musgravius futurus indicativi. *Por.*

εἶεν·] Mœris Atticista: εἶεν, Ἀττικῶς, ἄγε δή, Ἑλληνικῶς. Quod si mendo caret, hic quoque retinendum erit εἶεν. Puto tamen, scribendum esse: εἶα, Ἀττικῶς, ἄγε δή, Ἑλληνικῶς. εἶεν enim longe diversum sensum habet, quem Latinorum *Esto* exprimit. vid. Med. v. 387. Iph. in Aul. v. 1194. collat. cum Phœniss. v. 1004. Med. v. 816. Iphig. in Taur. v. 1423. Jam, ut εἶα locum habere possit, legendum putem cum Marklando:

Ἀλλ' εἶ', ἀναίρων χεῖρ', ἀπαντήσω νεκροῖς,
Ἅιδου τε μολπὰς ἐκχέω δακρυῤῥόους.

Hanc certe ex pluribus ejus conjecturis verisimillimam arbitror. Notandum autem, ἐκχέω hic futuri indicativi esse. De actione manus in luctu levandi vid. Alcest. v. 784. indicatum a Marklando. Philostratus in Heroicis de Ajace Locrensi: πάντας δὲ, ὡς ἐπὶ ἀνδρὶ ἀγαθῷ, χεῖρας ἄρασθαι. *Musg.*

"Tragici," ait Marklandus, "numquam scribunt ἀλλ' εἶεν, sed εἶεν solum: lego ἀλλ' εἶ', ἀναίρω χεῖρ'." Etsi ἀλλ' εἶα apud Euripidem multis in locis invenitur, quorum tres commemoravit Eustathius, p. 107, 26. alios Heindorfius ad Plat. Sophist. p. 354. tamen non ausim aliquid mutare. Quamvis enim solum εἶεν usitatissimum sit, in primis Platoni, tamen nihil impedit, quin ἀλλ' εἶεν conjungantur, si oratio sensusque ita poscant. Et ut in tanta exemplorum multitudine pauca sunt, in quibus εἶεν δή, (reddendum fortasse Platoni ex Bas. sec. in Parm. p. 137. C.) pauciora etiam, in quibus εἶέν γε reperiatur, ita non mirum, si rarissimum sit ἀλλ' εἶεν. Omnino istud εἶεν, etsi recte explicatum ab Etym. M. p. 296, 47. Timæo in lex. Plat. p. 94. Suida, scholiasta Luciani, T. I. p. 620. Neophyto ad Gazam, p. 1150. Heindorfio ad Plat. Phædon. p. 260. tamen interdum lusisse viros doctos videtur. Wolfio quidem ad Plat. Sympos. 4, 2. p. 13. nonnumquam magis sonus vocis, quam vocabulum esse visum est. Heindorfius, quem fere interrogatio post εἶεν advertere solet, in qua nihil est offensionis, vellem distinctius disseruisset ad Euthydem. p. 365. ubi afferri poterat etiam Gorg. p. 489. C. neque suis locis intacta reliquisset, quæ leguntur in Hipp. maj. p. 288. A. et in Phædro, p. 234. D. Ejicere εἶεν debebat Schæferus in Dionys. Hal. de compos. verb. cap. 12. fin. p. 150. Brunckius autem in Eurip. Hippol. 298. ut arbitror, non mutare in ἔα. Non est hic prætermittenda adnotatio Etym. M. p. 296, 44. εἶεν, ἀναφωνούμενον τῷ ἀλλὰ, οὐκ ἐπὶ ἀνταποδόσεως λόγου τίθεται, ἀλλ' ὅτε δὲ ἐπιφέρεται, ἢ ἕτερόν τι ἐν ἀρχῇ λόγου, ἀλλ' ἄγε. Hæc si συνανα φωνούμενον vel ἐπαναφωνούμενον, et ἀλλ' ὅτε ὁ δὲ scribatur, certe non incommodum sensum præbebunt. *Hermann.*

785. τοῦτο γὰρ μόνον βροτοῖς, &c.] Ex Homeri Iliad. I. seu IX. 406. ut notarunt Brodæus et Barnesius. ad quem locum, hunc Euripidis adfert Clarkius. De locutione πόροι χρημάτων (v. 787.) vide Spanhemium ad Aristoph. Ran. 1513. *Markl.*

τοῦτο γὰρ μόνον, etc.] Hunc locum acutissime et dexterrime Euripides ex Homero delineavit Iliad. ι'. v. 406. (quod et observavit Joh. Brodæus.)—

Ληϊστοὶ μὲν γάρ τε βόες, καὶ ἴφια μῆλα,
Κτητοὶ δὲ τρίποδές τε καὶ ἵππων ξανθὰ κάρηνα·
Ἀνδρὸς δὲ ψυχὴ πάλιν ἐλθεῖν οὔτε λεϊστὴ,
Οὔθ' ἑλετὴ, ἐπεὶ ἄρ κεν ἀμείψεται ἕρκος ὀδόντων.

Simile fere Theognis—

Ψυχὴν βροτείαν· χρημάτων δ' εἰσὶν πόροι.
ΧΟ. Τὰ μὲν εὖ, τὰ δὲ δυστυχῆ. στροφὴ ά.
Πόλει μὲν εὐδοξία,
Καὶ στρατηλάταις δορὸς
Διπλάζεται τιμή.
Ἐμοὶ δὲ τῶν παίδων μὲν εἰσιδεῖν μέλη,

Animam humanam: pecuniæ vero *recuperandæ* sunt rationes.
Cho. Alia quidem læta, aliā vero tristia.
Urbi enim gloria,
Et ducibus belli
Duplicatur honor:
Mihi vero mortua membra liberorum videre

Οὐδ' ἂν ἄποινα διδοὺς θάνατον φύγοι, οὐδὲ βαρείας Νούσους, οὐδὲ κακὸν γῆρας ἐπερχόμενον.

Barnes.

Hic Adrastus e scena exiens, obviam cadaveribus procedit. *Musg.*

790. στρατηλάταις δορὸς] Cod. A. sic, δορος / χθονος. Utrumvis defendi potest. *Thesea* intelligit. *Markl.*

δορὸς] Interpretor *belli.* MS. E. χθονὸς, adscripto etiam δορός. *Musg.*

791. Διπλάζεται τιμή.] Usitatius τιμὰ in Choris: ut et v. 794. ἀμέραν, quemadmodum, v. 798. præcipue hic, quia loquuntur Argivæ. Alioqui Dorica dialectus non necessario, et per omnia, in Choris locum videtur obtinuisse. *Markl.*

792—795. Heathius legit et distinguit:

" Ἐμοὶ δὲ τῶν παίδων ἐσιδεῖν (vulg. παίδων μὲν εἰσιδεῖν) μέλη,
Πικρὸν, καλὸν θέαμα δ' εἴπερ ὄψομαι·
Τὰν ἄελπτον ἁμέραν
Ἰδοῦσα, πάντων μέγιστον ἄλγος, subaudi ἐστί."

Opinor ἐσιδεῖν pro μὲν εἰσιδεῖν esse typographi erratum. *Markl.*

792. τῶν] Lego, Ἐμῶν. *Hermann.*

794. τὰν ἄελπτον ἡμέραν,] Intelligo *diem sepulturæ.* *Musg.*

τὰν ἄελπτον ἡμέραν,] Quem maxime diem videre cupiverit, lectori divinandum relinquit. Sed neque ulla dies, si attentius consideres, θέαμα dici potest. Ea enim θέαμα demum sunt, quæ revera oculorum potestati subjecta sunt. Ergo ut in priori commate triste spectaculum, sc. τῶν παίδων μέλη, commemoratum erat; sic lætificum spectaculum hic vicissim proponi debuit. Omnino legendum puto:

Τὰν ἄελπτον αἰθέρα.

Insperatam flammam, rogi sc. quo Juvenum corpora mox comburuntur. Hesychius: Αἰθέρα, ἐμπυρισμόν. Εὐριπίδης Τρῳάσι. Quo sensu cum nuspiam vox in Troasin occurrat, Hesychium memoriæ vitio Τρῳάσι pro Ἱκετίσι scripsisse puto.

Non absurdum quoque foret, sed nescio, an necessarium:

Τὰν ἄελπτον αἰθέρ', ἀμείβουσα πάντων μέγιστον ἄλγος.

Musg.

796. Ἄγαμόν μ' ἔτι δεῦρ' ἀεὶ Χρόνος, παλαιὸς πατὴρ, Ὤφελ' ἀμέρα κτίσαι. Τί γάρ με δεῖ παίδων;] Χρόνος ὤφελέ με κτίσαι ἄγαμον, est, *Utinam Tempus fecisset me innuptam!* i. e. Utinam nunquam alicui nupsissem! sic κτίσαι ποταμόν, v. 650. Æschylus Eumenid. init. κτίσας φρένα ἔνθεον τέχνης· ubi Scholiast. notat, κτίσας, ποιήσας· et dicit hoc esse ἰδίωμα Æschyli. sed refellitur his locis Euripidæ, et Sophoclis Trachin. 915. Καὶ ταῦτ' ἔτλη χεὶρ ἡ γυναικεία κτίσαι; i. e. ποιῆσαι. Sed quid fiet de voce ἀμέρα? Heathius accipit μ' pro μοι: quod, ut et σ' pro σοι, in melicis si concedi potest; in iambis Tragicis, opinor, non potest. vide ad v. 337. Idem legit ἀμέραν, ut hic sit ordo, χρόνος, παλαιὸς πατὴρ, ὤφελε κτίσαι μοι ἀμέραν ἄγαμον ἔτι δεῦρο ἀεί. [Pro ὤφελ' ἀμέρα κτίσαι, Reiskius conjicit, ὤφελ' οὐ ματέρα κτίσαι. vide strophes versum tertium, qui huic conjecturæ reclamat.] Liceat mihi quoque hariolari:

Πικρόν. καλὸν θέαμα δ' εἴπερ ὄψομαι,
Τὰν ἄελπτον ἁμέραν,
Ἰδοῦσα πάντων μέγιστον ἄλγος.
Ἄγαμόν μ' ἔτι δεῦρ' ἀεὶ — ἀντιστροφὴ α'.
Χρόνος, παλαιὸς πατὴρ,
Ὤφελ' ἁμέρᾳ κτίσαι.

Acerbum: sed tamen *erit* pulchrum spectaculum, si videro
Insperatum diem,
Conspicata maximum omnium dolorem.
Innupta me huc usque perpetuo
Chronus longævus pater
Debuit in vita constituere.

Ἄγαμόν μ' ἔτι δεῦρ' ἀεὶ
Χρόνος, παλαιὸς πατὴρ,
Ὤφελ' ἄμμορον κτίσαι
(Τί γάρ μ' ἔδει;) παίδων.
Innuptam me huc usque
Tempus, antiquus pater,
Utinam expertem fecisset
(Quod enim *iis* mihi opus erat?) liberorum!

Vide quæ sequuntur. Tota difficultas in voce ἁμέρᾳ videtur latere. ἄμμορον παίδων, ut ἄμμορος πάντων Sophocles Philoct. v. 182. et Pindarus Olymp. I. ἄμμορος καλῶν. *Markl.*

De Attica locutione δεῦρ' ἀεὶ, vide Gul. Canter. ad Æschyl. Eumenid. 599. Kuster. ad Aristophanis Lysistrat. 1137. et Hesych. v. ἀεί. Albert. ad Hesych. I. p. 104. Valckenær. ad Euripid. Phœniss. 1215. (Vid. ad Orest. 1679. Phœn. 1224.) *Por.*

Prout nunc leguntur, constructio expediri nequit. μ' est pro μοι (v. 794.), nam solet apud Atticos diphthongus ante brevem vocalem elidi; tum leg. ἁμέραν. Ita ordo erit: Χρόνος παλαιὸς πατὴρ ὤφελε κτίσαι μοι ἁμέραν ἄγαμον ἔτι δεῦρο αἰεί. *Heath.*

796. Ἄγαμόν μ' ἔτι δεῦρ' ἀεὶ Χρόνος παλαιὸς πατὴρ Ὤφελ' ἉΜΕΡΑι κτῖσαι.] Hunc locum, varie a Criticis tentatum in Specimine Emendationum C. XII. p. 60. sic emendandum proposui:

Ἄγαμόν μ' ἔτι δεῦρ' ἀεὶ
χρόνος παλαιὸς πατὴρ
ὤφελ' ἈΝΕΡΩΝ κτῖσαι

ut jungatur scilicet ἄγαμον ἀνέρων. h. *innupta utinam fuissem*, quem Atticorum usum ibi pluribus illustravi. v. Valckenær. in Phœniss. p. 114. Brunckius in Sophocl. Œdip. T. v. 191. p. 368. In eodem Choro legitur. *Jacobs.*

798. Vox ἁμέρᾳ contextum, ut nunc se habet, non parum turbat. Emendat Marklandus:

ὤφελ' ἄμμορον κτίσαι
(τί γάρ μ' ἔδει;) παίδων.

Heathio placet ἁμέραν pro ἁμέρᾳ legere, ut μ' pro μοι accipiatur: quod quidem si Græcorum usus pateretur, nihil aliud quærendum esset. Nunc aut verum, aut reliquis commodius videtur:

ἀγάμῳ μ' ἔτι δεῦρ' ἀεὶ
χρόνος, παλαιὸς πατὴρ,
ὤφελ' ἁμέρᾳ κτίσαι.

ἄγαμος ἡμέρα est *cœlibatus*, ut ἐλεύθερον ἦμαρ, *libertas*. δούλιον ἦμαρ *servitus*, vid. ad Phœniss. v. 550. ἀγάμῳ ἡμέρᾳ κτίσαι erit proinde *constituere, defigere in cœlibatu.* Non dissimilis apud Sophoclem metaphora est: Œdip. Colon. v. 744.

— — σὺ γάρ νιν εἰς
τόδ' εἶσας αὔχημ', ἄναξ Ποσειδάν.

Docui jam ad Phœn. 550. ἁμέραν *vitam* significare. Quod si eruditis satis demonstratum videatur, facile erit locum hunc omni vitio liberare, legendo:

Ἄγαμόν με τὸ δεῦρ' ἀεὶ
Χρόνος, παλαιὸς πατὴρ,
Ὤφελ' ἁμέρας κτίσαι.

τὸ δεῦρο ἁμέρας, *hucusque vitæ*, vel *ad hoc usque tempus vitæ.* τὸ δεῦρο pro δεῦρο, ut Phœn. 273. et 324. *Musg.*

ὤφελ' ἁμερᾶν κτίσαι·] Vulgo ἁμέρᾳ. Re-

Τί γάρ με δεῖ παίδων;
Τὸ μὲν γὰρ οὐκ ἤλπιζον ἂν πεπονθέναι
Πάθος περισσὸν, εἰ γάμων ἀπεζύγην.
Νῦν δ' ὁρῶ σαφέστατον
Κακὸν, τέκνων φιλτάτων στερεῖσθαι.
'Αλλὰ τάδ' ἤδη σώματα λεύσσω
Τῶν οἰχομένων παίδων. μελέα,

Quid enim mihi opus erat liberis?
Non enim unquam timuissem me passuram fuisse hoc
Ingens malum, si a nuptiis abstinuissem:
Nunc vero video manifestissimum
Malum, charissimis liberis orbata.
Sed hæc nunc video corpora
Mortuorum filiorum: O me miseram,

cepi emendationem Porsoni ad Orest. 1679. Μ' ἔδει Marklandi emendatio est pro με δεῖ. *Hermann.*

Lege, ὤφελ', ἐ ματέρα κτίσαι, *debuerat me tempus, antiquus omnium pater, non matrem effecisse, sed talem, quæ semper expers esset conjugii. Reisk.*

799. Τί γάρ με δεῖ παίδων;] Scripserim potius μ' ἔδει, ut Sophocl. Œd. Tyr. 1355. Τί γὰρ ἔδει μ' ὁρᾷν; Noster Androm. 596. Τί δέ με τεκεῖν ἐχρῆν; Constructio (sive με δεῖ, seu μ' ἔδει) eadem esse potest quæ init. Hippolyti, οὐ πόνου πολλοῦ με δεῖ. *Markl.*

Τί γάρ με δεῖ παίδων;] Με δεῖ παίδων phrasis est Euripidea; cujus exempla dum diligenter enotare profitebatur Valckenærius ad Euripid. Hippol. 23. omisit Ion. 1018. Herc. Fur. 1161. Hecub. 1007. Phœniss. 484. quod autem putat Euripidis propriam esse hanc constructionem, minus recte putat. Vide Æschyl. Prometh. 86. Markland. ad Euripid. Iph. Aul. 1130. (Vid. ad Orest. 659.) *Por.*

800. "Ηλπιζον] Ridicula est, quæ prius obtinuit, expositio: *non enim existimo:* quare ἤλπιζον ἂν exponendum est in hoc loco—*timuissem utique:* ἐλπὶς enim pro *metus*, et ἐλπίζω pro *metuo*, non semel reperiuntur, ut Herodian. 8. ἀντιπάλους γὰρ ἥξειν ἤλπιζον: et Sophocl. ἐλπίζει φέρειν, *timet, ne ferat.* Eustathius item dicit, Hesiodum κακῶν καραδοκίαν per ἐλπίδα significare, fol. 919. lin. 47. Vide eundem fol. 1060. lin. 9. Ita Thucydides sub totius operis initio — Θουκυδίδης 'Αθηναῖος ξυνέγραψε τὸν πόλεμον τῶν Πελοποννησίων καὶ 'Αθηναίων· ὡς ἐπολέμησαν πρὸς ἀλλήλους, ἀρξάμενος εὐθὺς ἀπὸ καθισταμένου, καὶ ἐλπίσας μέγαν τε ἔσεσθαι, καὶ ἀξιολογώτατον τῶν προγεγενημένων τεκμαιρόμενος. Ad quem locum Scholiastes—Τὸ ἐλπίσας οὐ μόνον ἐπὶ ἀγαθοῦ, ἀλλ' ἁπλῶς ἐπὶ τῇ τοῦ μέλλοντος ἐκβάσει λέγεται. Et Attice quidem hoc fit, et simpliciter προσδοκῶ significat. Sic Virgil. Æn. L. I. v. 546. *Si genus humanum et mortalia temnitis arma; At* sperare *deos memores fandi atque nefandi.* Item Æn. L. IV. v. 419. *Hunc ego si tantum potui* sperare *dolorem; Et perferre, soror, potero.* Vide de his locis disserentem Jacobum Nicolaum Loensem in Miscell. Epiphyll. L. II. c. 23. *Barnes.*

ἐλπίζειν nunquam valet *timere*, sed semper est *exspectare*, sive bonum sit, sive malum, quod exspectatur. *Heath.*

803. Pro στερεῖσθαι mallem στερεῖσα. *Markl.*

στερεῖσθαι.] Omnino legendum cum Marklando στερεῖσα. *Musg.*

Probavit conjecturam etiam Br. ad Hec. 633. *Beck.*

804. 'Αλλὰ τάδ' ἤδη, &c.] Hic in scenam inducuntur cadavera, seu arcæ ducum, Thebis allatorum. quibus visis, sequitur comploratio Adrasti et Chori, usque ad finem actus. *Markl.*

Hi versus sic separandi sunt;

Πῶς ἂν ὀλοίμην ξὺν τοῖσδε τέκνοις
Κοινὸν ἐς Ἅιδου καταβᾶσα.
ΑΔ. Στεναγμὸν, ὦ ματέρες, στροφὴ β'.
Τῶν κατὰ χθονὸς νεκρῶν
Ἀΰσατ', ἀπύσατ', ἀντίφων' ἐμῶν
Στεναγμάτων κλύουσαι.
ΧΟ. Ὦ παῖδες, ὦ πικρὸν φίλων

Utinam peream cum istis liberis,
Communem ad Plutonem descendens.
Ad. Gemitum, O matres,
De mortuis sub terram *ituris*,
Edite, resonate vicissim, meos
Gemitus audientes.
Cho. O filii, O acerba chararum

Ἀλλὰ τάδ' ἤδη σώματα λεύσσω
Τῶν οἰχομένων
Παίδων· μελέα, πῶς ἂν ὀλοίμην
Σὺν τοῖσδε τέκνοις
Κοινὸν ἐς ᾅδην καταβᾶσα.

Valck. ad Phœniss. p. 503. ut nempe basis anapæstica parœmiacum præcederet. *Beck.*

806. Πῶς ἂν ὀλοίμην, est, *Utinam peream!* sæpenumero ita in Euripide, ceterisque; et fere minus perspicue vertitur. Distingui potest, Πῶς ἂν ὀλοίμην, σὺν τοῖσδε τέκνοις Κοινὸν ἐς, &c. Πῶς ἂν *interrogantis* est, ita tamen ut *optet*. Xenophon Ἀναβ. VII. p. 413. D. Πῶς ἂν οὖν, ἔφασαν, ἡμῖν συλλεγεῖεν; *Utinam nos, inquiunt, convenirent!* Vide quæ sequuntur. Versio ibi est, *At qui fieri poterit, aiunt Lacedæmonii, ut nostra caussa conveniant?* Antoninus Imp. IX. 40. οὗτος εὔχεται, Πῶς κοιμηθῶ μετ' ἐκείνης; *Utinam cum illa concumbam!* vide ibi alia. In Arrian. Diss. II. 18. hoc exprimitur, ὄφελόν τις μετὰ ταύτης ἐκοιμήθη! *Markl.*

Πῶς ἂν ὀλοίμην σὺν τοῖσδε τέκνοις,] Vide Valckenær. ad Euripid. Hippolyt. 208. *Por.*

807. Κοινὸν ἐς ᾅδην καταβᾶσα.] Bene, nisi aliter MSS. A. B. qui habent ες αδου, scil. δόμον, ut Orest. 1662. Arrian. Dissert. II. 6. et ubique. Κοινὸν adverbialiter sumendum, pro κοινῶς, *una*. κοινὰ eodem more frequenter. Valckenærius ad Phœniss. v. 1490. hos anapæstos ita digerit:

Τῶν οἰχομένων
Παίδων· μελέα, πῶς ἂν ὀλοίμην
Σὺν τοῖσδε τέκνοις
Κοινὸν ἐς ἅδην καταβᾶσα.

ut basis anapæstica parœmiacum præcedat. *Markl.*

ἐς ᾅδην.] MSS. ambo ἐς ᾅδου, quod in contextum recepit Marklandus. *Musg.*

ἐς ᾅδην] Marklandum non sequar, ἐς ᾅδου e codd. A. B. præferentem. *Hermann.*

808. Ante Στεναγμὸν posui Ἀδ. cum Barnesio. confirmat Cod. A. sed mallem Στενάγματ', propter ἀντίφωνα, quod sequitur, non tamen ut contextum mutarem, si consentiant Codices. *Markl.*

Desideratam in Aldina Adrasti personam recte præfigunt MS. E. et Lib. P. *Musg.*

808. ss. Στεναγμὸν ὦ ματέρες Τῶν κατὰ χθονὸς Ἀΰσατ', ἀπύσατ', ἀντίφων' ἐμῶν Στεναγμάτων ΚΛΥΟΥΣΑΙ.] "Retineri quidem potest κλύουσαι, modo ἀντίφωνα cum ἀπύσατε construatur. Malim tamen κλέουσαι *canentes*." Verba sunt Musgravii. Vereor ut vulgata defendi possit. Frigida certe evadit sententia. Neque tamen κλέουσαι satis placet in tristi hoc negotio. Legam:

— ἀντίφων' ἐμῶν
στεναγμάτων ἈΧΟΥΣΑΙ.

Gemitum matres edite, emittite, lugubrem tollentes cantum, qui meis gemitibus respondeat. Sophocles in Trachin. 879.

Προσηγόρημα ματέρων·
Προσαυδῶ σε τὸν θανόντα.
ΑΔ. Ἰὼ, ἰὼ τῶν γ' ἐμῶν κακῶν ἐγώ.
ΧΟ. Αἲ, αἴ. ἐπάθομεν, ὦ
Τὰ κύντατ' ἄλγη κακῶν.

Matrum appellatio,
Alloquor te mortuum.
Ad. Hei mihi, hei mihi propter mea mala.
Cho. Ah, ah, passæ sumus O
Acerbissimos malorum dolores.

ἨΧΕΙ τις οὐκ ἄσημον ἀλλὰ δυστυχῆ
Κωκυτὸν εἴσω.

Ion. 883. Κέρασιν ἐν ἀψύχοις ἀχεῖ Μουσᾶν εὐαχήτους ὕμνους. Ἄχουσα. (L. ἀχοῦσα) κραυγάζουσα. Hesych. *Jacobs.*

814. Majori forte cum affectu distingui posset, Προσαυδῶ σε τὸν θανόντα; ut in isto Virgilii Æn. IX. 481. *Hunc ego te, Euryale, aspicio?* Σὲ τὸν θανόντα ut v. 1033. i. e. σὲ, ὦ θανὼν, vel ὃς εἶ ὁ θανών. *Markl.*

816. Αἲ, αἴ· ἐπάθομεν ὦ] Codd. A. B. hic notant π λει. i. e. λείπει, *deest aliquid.* Supplet Barnesius, δεινὰ πάσχομεν φίλοι, post Αἲ, αἴ. Sed hæc in contextum admitti non oportuit. rejeci itaque. Notat Heathius, deesse versum unum qui hunc proxime præcedere, et priori parti versus 829. opponi debebat. *Markl.*

Monet MS. E. deesse aliquod post αἲ, αἴ. Supplevit ex ingenio Barnesius, δεινὰ πάσχομεν φίλοι, Præstitisset locum, ut feci, vacuum relinquere. *Musg.*

Αἲ, αἴ] Vide infra v. 829. *Barnes.*

Versus est iambicus dimeter brachycatalectus. Pessime sua intrusit Barn. ne uncinis quidem inclusa. Deest versus unus, qui hunc præcesserit, et priori parti v. 829. responderit. Versus enim 829. in duos dividi debet, quorum posterior huic respondebit, si scribatur:

Αἲ, αἲ, αἴετέ μου.

Heath.

Duo. Flor. ἔπαθον μέν. Pro ὦ dedi ὤ. *Hermann.*

817. Τὰ κύντατ' ἄλγη] Τὰ κύντατα, gravissima. Hom. Od. υ'. v. 18. Τέτλαθι δὴ, κραδίη, καὶ κύντερον ἄλλο ποτ' ἔτλης. *Barnes.*

818. Pro πότμον Cod. A. πονον. non male. et v. 819. pro κἀμὲ δῆτα τὴν, Idem, δητ εμε γε την. C. ορωσιν δητ εμε γε την. His similia sunt ista Sophoclis Œdip. Colon. 921.

ΚΡ. Ὁρᾶτε ταῦτα τῆσδε γῆς ἐγχώριοι;
ΟΙΔ. Ὁρῶσι κἀμὲ καί σε.

Ὦ πόλις Ἀργεία, τὸν ἐμὸν πότμον οὐκ ἐσορᾶτε;] "Putares Ἀθηνᾶς leg. esse. Sed prior, quæ hactenus Athenis fuit, scena jam deinceps Argis erit, solito Euripidæ et Dramaticorum æqualium artificio, tunc temporis non miro, hodie incredibili. Deinde, v. 1175. redit rursus Athenas." Reiskius. Existimavi scenam per totum hoc drama esse Eleusine; ut in argumento, Ἡ μὲν σκηνὴ, ἐν Ἐλευσῖνι: nunquam Argis, neque Athenis, sic v. 375. loco simillimo, quando Chorus dicit, Ἱππόβοτον Ἄργος, &c. Argi, i. e. *O cives Argorum equis-pascendis-aptorum, O patrium meum solum,* AUDIVISTIS *hæc,* &c. loquitur Eleusine, non Argis. et ita hic Adrastus, Ὦ πόλις Ἀργεία, τὸν ἐμὸν πότμον οὐκ ἐσορᾶτε; *O civitas Argiva,* i. e. *O cives Argivi:* ipse tamen Eleusine existens, non Argis. neque hujusmodi translationis scenæ in eodem dramate ullum exemplum in veteribus dramaticis memoriæ occurrit. Horatii istud, *modo me* THEBIS, *modo ponit* ATHENIS, quod et in hac fabula factum est, non intelligi debet de translatione scenæ dramatis ad Thebas vel Athenas; sed de Poëta qui lucide et eleganter et quasi in re præsenti narrat in scena ea quæ Thebis si forte, vel Athenis gesta sunt, semper tamen manente scena dramatis eodem loco ubi primum fuit constituta; ut hic, Eleusine; nunquam translata ad Athenas, vel Thebas, vel Argos, in eodem dramate.

ΑΔ. Ὦ πόλις Ἀργεία, τὸν ἐμὸν πότμον οὐκ ἐσορᾶτε;
ΧΟ. Ὁρῶσι κἀμὲ δῆτα τὴν τάλαι- 811
ναν, τέκνων ἄπαιδα.
ΑΔ. Προσάγετ' ὦ δυσπότμῳ *ἀντιστροφὴ β'.*
Σώμαθ' αἱματοσταγῆ,

Ad. O civitas Argiva, non videtis meum fatum?
Cho. Vident et me profecto mise-
ram orbatam liberis.
O afferte miserorum
Corpora cruenta,

Eleusina Evadne Argis profugit: Eleusine Capaneus et Evadne combusti sunt: Eleusina Chorus primum accessit, et Æthram ibi invenit, et per totum drama ibi manebat. quod est certissimum istius immutabilitatis, quam dixi, indicium, et ita factum deprehendes in omnibus, opinor, Euripidis, Sophoclis, et Æschyli Tragœdiis, ut, ubicumque Chorus permanet (et semper permanet eo loco ubi primum collocatus fuit,) ibi sit scena dramatis, et ea semper immutabilis, in eodem dramate. *Markl.*

Aristoph. Plut. 601. Eq. 810. Ὦ πόλις Ἄργους κλύεθ' οἷα λέγει; *Por.*

ὦ πόλις Ἀργεία,] Hinc colligit Reiskius pro solita sua festinantia, scenam hujus fabulæ Argis deinceps esse. Geminum est ἱππόβοτον Ἄργος supra v. 375. Pro πότμον MS. E. πόνον, quod alteri non postposuerim. *Musg.*

819. Pro τὴν τάλαιναν, forte τὰν; licet non ex toto necessarium sit. *Markl.*

821. Προσάγετ' ὦ δυσπότμῳ.] Metrum non convenit strophico. Codex A. προσαγετε δυσποτμων. Scribo, Προσάγετε τῷ δυσπότμῳ. cui ultimæ voci par est ματέρες in strophe. nam secunda in δυσπότμῳ brevis est, ut v. 818. et alibi sæpe. *Markl.*

Προσάγετ'] Metro subveniri potest legendo προσάξατ'. δυσπότμων, quod dedi pro vulgato δυσπότμῳ, MS. E. debetur. Personæ, quæ per magnam hujus antistrophes partem confunduntur, sic fortasse constitui possunt:

Ἀδρ. προσάξατ', ὦ δυσπότμων
σώμαθ' αἱματοσταγῆ,
σφαγέντα τ' οὐκ ἄξι', οὐδ' ὑπ' ἀξίων,
ἐν οἷς ἀγὼν ἐκράνθη.

Adrastum hæc loqui colligo ex ultimo versu, ἐν οἷς ἀγὼν ἐκράνθη, qui ipsi melius, quam fœminis quibuscunque, convenit. Quippe belli ipse rector fuerat, horumque heroum facta propriis oculis contemplatus erat. Hoc autem si verum sit, προσάξατ' ὦ interpretari oportebit, *matribus eorum admovete;* quod ipsum Adrasto non male conveniet, qui paullo antea e scena digressus, nunc cadavera rediens comitatur. Sequentia Choro tribuenda esse liquet cum ex aliis, tum præcipue ex voce τέκνα:

δόθ' ὡς περιπτυχαῖσι δὴ
χέρας προσαρμόσας, ἐμοῖς
ἐν ἀγκῶσι τέκνα θῶμαι.

A choro hæc enunciari vidit Barnesius, confirmatque MS. E. Adrasti nomen præfigit, ut et priori ῥήσει, Aldina.

Responsum ἔχεις, ἔχεις non nisi ab Adrasto proficisci potest.

Subjungit Chorus πημάτων γ' ἅλις βάρος, i. e. *habeo quidem: nempe satis magnum doloris onus.*

Huic querelæ nihil præter gemitum reponit Adrastus: αἶ, αἶ.

Sequenti clausulæ τοῖς τεκοῦσι δ' οὐ λέγεις superscribitur in MSS. E. G. περισσόν. Iidem MSS. ad v. 816. cujus hic ἀντίστοιχος est, defectum notarunt. Animadverterat scilicet Grammaticus aliquis, horum versuum mensuram non convenire, adeoque alteri defectus notam, alteri redundantiæ, adscripsit. Utrum autem horum verius sit, cum anceps testimonium sit, ex orationis nexu et indole investigandum est. Jam dubitare non possum, quin inter αἶ, αἶ, quod ab Adrasto enunciari dixi, et ἄϊστέ μου, quod certissime ab eodem proficiscitur, ῥῆσις aliqua Chori intercesserit, cum alioqui nulla sententiæ connexio sit. Qualis enim, obsecro, ῥῆσις esset, αἶ, αἶ, ἄϊστέ μου. Itaque suspectam hanc clausulam [τοῖς τεκοῦσι δ' οὐ

Σφαγέντα τ' οὐκ ἄξἰ, οὐδ' ὑπ' ἀξίων, 815
'Εν οἷς ἀγὼν ἐκράνθη.
ΧΟ. Δόθ', ὡς περιπτυχαῖσι δὴ
Χέρας προσαρμόσασ', ἐμοῖς
'Εν ἀγκῶσι τέκνα θῶμαι. 819
ΑΔ. Ἔχεις, ἔχεις. ΧΟ. Πημάτων γ' ἅλις βάρος.
ΑΔ. Αἶ, αἶ. ΧΟ. Τοῖς τεκοῦσι δ' οὐ λέγεις. ΑΔ.
ΧΟ. Στένεις ἐπ' ἀμφοῖν ἄχη. ['Αΐετέ μου.
ΑΔ. Εἴθε με Καδμείων ἔναρον στίχες ἐν κονίαισιν.

Interfecta non digne, neque a dignis,
In quibus finitum est certamen.
Cho. Date ut complexibus jam
Manus applicans, meis
In brachiis ponam liberos.
Ad. Habes, habes. *Cho.* Satis *magnum* onus dolorum.
Ad. Heu, heu. *Cho.* Parentibus utique dicis. *Ad.* Audite me.
Cho. Gemitus ede; nam in utrumque cadit dolere.
Ad. Utinam me copiæ Thebanæ occidissent in pulvere.

λέγεις] sine ulla hæsitatione Euripidi assero; mendo tamen levi, quo laborabat, sublato:

Αδρ. Αἶ, αἶ. Χο. Τοῖς τεκοῦσι τοῦ λέγεις. Ἄδρ. 'Αΐετέ μου.

Chori lamentis ingemuerat Adrastus. Respondet Chorus: *scilicet parentibus eorum heu, heu, dicis,* quasi exprobrans, ipsum nihil aut parum dolere, saltem innuens, levissimam partem mali esse, quæ ad ipsum pertineret. Cujus dicti quasi morsiunculam sentiens Adrastus, exclamat illico ἀΐετέ μου. Reponit Chorus στέν', ὡς ἐπ' ἀμφοῖν ἄχη. Sic enim lego, non, ut MSS. exhibent, στένεις ἐπ' ἀμφοῖν ἄχη. Sensus est: *Geme, nam uterque nostrum causam doloris habet.* Confirmat emendationem non absimilis clausula, Herc. Fur. v. 909.

στενάζεθ', ὡς στεναχτὰ —
οὐκ ἄν τις εἴποι μᾶλλον, ἢ πεπόνθαμεν.

Musg.

824. 'Εν οἷς, subint. τόποις, *in illis locis, ubi. Reisk.*

823. Σφαγέντα τ' οὐκ ἄξἰ, οὐδ' ὑπ' ἀξίων,] Necesse est ut hæc sint corrupta. sic enim strophe, v. 810. 'Αὔσατ', ἀπύσατ', ἀντίφων' ἐμῶν: qui est Iambus trimeter brachycatalectus. Forte, Σφαγέντ' ἀνάξἰ, οὐδ' ὑπ' ἀξίων, *Interfecta indigniter, neque a dignis.* Οὐκ ἄξἰ fuerit explicatio alterius, ἀνάξἰ. *Markl.*

Σφαγέντα τ' οὐκ ἄξἰ, οὐδ' ὑπ' ἀξίων,] Conjicit Marklandus Σφαγέντ' ἀνάξἰ οὐδ' ὑ. ἀ. *ob versum Strophicum* 810. 'Αὔσατ' ἀπύσατ', ἀντίφων' ἐμῶν. Gravissime hallucinatur vir doctissimus. Sanus est locus. ἀπύω primam producit, Sophocl. Ajac. 896. Æschyl. Pers. 123. Euripid. Hecub. 152. Orest. 1251. Aristophan. Eq. 1020. Pindar. Olymp. V. 45. Difficile est statuere qualem huic voci quantitatem affixerit Dausqueius ad Q. Calabr. VI. 211. Errare non potuisset Marklandus, si meminisset Ionici ἠπύω adhibiti Homero Iliad. Ξ. 399. Odyss. Κ. 83. Ρ. 271. Loca Sophoclis et Euripidis alio consilio notavit P. Wesselingius ad Herodot. II. 15. *Por.*

824. 'Εν οἷς ἀγὼν ἐκράνθη.] E regione hujus versus Cod. A. ponit Χο. notam Chori; et scribit εγων εκρανθην. B. quoque habet εγων. Et ad v. 825. Idem A. ponit Αδρ. (Hæc sunt confusissima.) "'Εν οἷς subintell. τόποις, *in illis locis, ubi.*" Reiskius. *Markl.*

828. Post ἔχεις, secundo loco, signum interrogat. deesse puto: ut Alcest. 1138. Ἔχεις; respondet Admetus, Ἔχω, ναί.

ΧΟ. Ἐμὸν δὲ μή ποτ' ἐζύγη δέμας
Εἴς τιν' ἀνδρὸς εὐνάν.
ΑΔ. Ἴδετε κακῶν πέλαγος, ὦ ματέρες
Τάλαιναι τέκνων. ΧΟ. Κατὰ μὲν ὄνυξιν
Ἠλοκίσμεθ', ἀμφὶ δὲ σποδὸν
Κάρα κεχύμεθα.
ΑΔ. Ἰὼ, ἰώ μοι μοι.
Κατά με πέδον γᾶς ἕλοι,
Διὰ δὲ θύελλα σπάσαι,

Cho. Utinam vero meum corpus nunquam junctum fuisset
In viri alicujus cubile.
Ad. Videtis pelagus malorum, O matres
Miseræ filiorum. *Cho.* Unguibus quidem
Sulcatæ sumus, cinerem vero circum
Caput fudimus.
Ad. Heu, heu mihi mihi.
Solum terræ absorbeat me,
Et procella dilaceret,

Apposite Cyclop. 679. quærit Chorus, Ἔχεις; respondet Cyclops, κακόν γε (scil. ἔχω) πρὸς κακῷ, τὸ κρανίον Παίσας κατέαγα. Sophocles Ajac. 885. roganti Semichoro, Ἔχεις οὖν; respondet alter, Πόνου γε (sc. ἔχω) πλῆθος, κοὐδὲν εἰς ὄψιν πλέον. Brodæus dicit Adrastum hæc loqui, et ejus esse integrum carmen. et Heathius tollit distinctionem post ἔχεις, quia βάρος regitur ab ἔχεις. [Sed] vetustæ editiones ita habent, Ἔχεις, ἔχεις. ΑΔ. Πημάτων γ' ἅλις βάρος. quod (earum auctoritate) restitui, Barnesio aliter edente. *Markl.*

Vetustæ Edd. habent: Ἔχεις, ἔχεις. Ἀδρ. Πημάτων γ' ἅλις βάρος. quod restituit Markl. Idem tamen conjicit, post Ἔχεις interrogationis notam esse ponendam, ut Alc. 1138. Cycl. 679. Soph. Aj. 889. *Beck.*

829. τοῖς τεκοῦσι δ' οὐ λέγεις.] Codd. A. B. ita: περισσον / τοις τεκοῦσι. quasi hæc essent a mala manu. certe obscura sunt: vel, ut verius dicam, non intelligibilia: mihi saltem. Si abjiciantur, omnia recte procedent. vide strophen, v. 816: ubi notat Heathius, hunc versum (829.) in duos dividi oportere, quorum posterior versui 816. respondebit, si ita scribatur, αἶ, αἶ, ἀΐετέ μου. Ibi est Αἶ, αἶ. ἐπάθομεν ὦ. *Markl.*

Τοῖς τεκοῦσι] Pro ταῖς τεκούσαις. Vide Androm. v. 415. Sed ut huic versui per omnia respondeat Nonus præeritæ strophæ, lego supplendo ibi supra—Αἶ, αἶ· Δεινὰ πάσχομεν, φίλοι· ἐπάθομεν, ὦ. *Barnes.*

Codd. A. B. notant περισσόν, quod strophicus versus deest. Correxi vulgatam ὃ in οὖν mutato. Particulæ δ' οὖν in his sunt, quas nimium neglexerunt interpretes. Significant fere quod nos dicimus *indessen.* Hinc δ' οὖν ὅμως, *indessen doch*, non intellectum ab interpretibus in Æschyli Sept. ad Th. 816. etsi eamdem formulam ex Heliodoro attulerat Hoogeveenius, p. 274. qui tamen non debebat obloqui Devario.

Ἀΐετέ μου.] Male hoc interpretantur *audite me.* Hoc dicit, *auditis me*, et ex his, quæ dico, colligere potestis, me quoque ipsum dolere. Ita demum apta est, quæ sequitur responsio. *Hermann.*

831. Ἔναρον] Aor. 2. verbi ἐναίρω. *Barnes.*

832. Pro δέμας, A. δεμας γ'. [Recte, credo.] *Markl.*

834. κακῶν πέλαγος,] Ut Herc. Fur. 1088. κακῶν δὲ πέλαγος εἰς τόνδ' ἤγαγες; Vide Hippol. 822. Æschyl. Prometh. 745. Pers. 433.

Πυρός τε φλογμὸς
Ὁ Διὸς, ἐν κάρᾳ πέσοι.
ΧΟ. Πικροὺς ἐσεῖδες γάμους,
Πικρὰν δὲ Φοίβου φάτιν
Ἔγημας. ἁ πολύστονος

Ignisque flamma
Jovis incidat capiti.
Cho. Tristes vidisti nuptias,
Et funestum oraculum Phœbi.
Connubio tibi junxisti quæ luctuosa

835. Κατὰ δ᾽ ὄνυξιν ἠλοκίσμεθα] Tmesis pro κατηλοκίσμεθα, a verbo καταλοκίζω pro καταυλακίζω: thema αὖλαξ, et Scenicis ἄλοξ. *sulcus. Barnes.*

839. Κατά με πέδον γᾶς ἕλοι,] Id est, πέδον γᾶς καθέλοι με: ut Sophocl. Œd. Colon. 1762. κατά με φόνιος Ἀΐδας ἕλοι. ex Homerico forte, τότε μοι χάνοι εὐρεῖα χθών. Pro πέδον γᾶς, A. πελαγος γας. Deinde, Διὰ δὲ θύελλα σπάσαι, i. e. θύελλα δὲ διασπάσαι, sc. με. *Markl.*

Κατά με πέδον γᾶς ἕλοι,] Tmesis pro καθέλοι. *Barnes.*

841. Πυρός τε] Aut πυρόεις leg. aut v. 842. ἐκ Διός. Reiskius. *Markl.*

843. s. Πικροὺς ἐσεῖδες γάμους.
πικρὰν δὲ Φοίβου φάτιν
ἜΓΗΜΑΣ ἁ πολύστονος.
Οἰδίποδα δώματα
λιποῦσ᾽ ἦλθ᾽ ἐριννύς.

Partem corruptelæ vidit Musgravius, totam non sustulit. Distinguit ille, quod sensus suadebat post φάτιν et reliqua verba sic jungit: ἔγημας τὴν πολύστονον ἐριννὺν, ἃ ἦλθε λιποῦσ᾽ Οἰδίποδα δώματα. Ut allegorice hæc efferantur, de Polynice puta, qui paternis ædibus relictis, tanquam Furia, perniciem in Adrasti domum intulit. Sed quis tam duram orationem ferat? Erinnys, quæ olim Œdipodis familiam exagitaverat, mala illa est et adversa fortuna, quam Œdipus totaque domus ejus perpessa erat. In ἔγημας autem grave mendum hæret. Scribendum enim:

ἘΦ᾽ ἩΜΑΣ ἡ πολύστονος
Οἰδίποδα δώματα
λιποῦσ᾽ ἦλθ᾽ Ἐριννύς.

Furia, relicta Œdipodis domo, ad nos pervenit. Rhesus 847. τίς δ᾽ ὑπερβαλὼν λόχους Τρώων ἐφ᾽ ἡμᾶς ἦλθεν. Iphigenia in T. 199.

Ἔνθεν τῶν πρόσθεν δμαθέν-
των Ταντολιδᾶν ἐκβαίνει
Ποινά γ᾽ ἐς οἴκους.

Ut hic sic in Hercule F. 875. Lyssa una ex furiis πολύστονος vocatur. Mox v. 850. legendum puto:

— νῦν σ᾽ Ἄδραστ᾽ ἀνιστορῶ.

pro νῦν δ᾽ Ἄδραστον ἱστορῶ. ut v. 121. σὲ, τὸν κατήρη χλανιδίοις, ἀνιστορῶ. Ion. 362. ὧν σ᾽ ἀνιστορῶ πέρι. *Jacobs.*

844. s. Πικρὰν δὲ Φοίβου φάτιν
Ἔγημας. ἁ πολύστονος, &c.
Et funestum oraculum Phœbi secutus,
Nuptum dedisti filias viris: luctuosa
enim, &c.

Neque sensus, neque lingua. Lego, et distinguo:

Πικροὺς ἐσεῖδες γάμους,
Πικρὰν δὲ Φοίβου φάτιν·
Ἔρημα δ᾽ ἁ πολύστονος
Οἰδιπόδα δώματα
Λιποῦσ᾽, ἦλθ᾽ Ἐριννύς.

Tristes vidisti *filiarum* nuptias,
Et funestum Phœbi oraculum:
Vacua autem luctuosa
Œdipi domo
Relicta, migravit Erinnys *in tuam.*

Similis aliquatenus querela infra v. 1088. δ et σ, sæpe confunduntur, ut alibi notavi. Phœniss. 363. τὸ δαιμόνιον Κατεκώμασε δώμασιν Οἰδιπόδα. *Markl.*

844. Post φάτιν distinctionem plenam

Οἰδιπόδα δώματα
Λιποῦσ᾽, ἦλθ᾽ Ἐρινύς.

Œdipodæ domum
Relinquens venit Erinnys.

ARGUMENTUM ACTUS QUARTI.

Thecis cadaverum in Scenam illatis, dum rogus paratur, Elogium uniuscujusque Septem Ducum Adrastus, rogante Theseo, percurrit. *Chorus* iterum luget.

ΘΗ. Μέλλων σ᾽ ἐρωτᾶν, ἡνίκ᾽ ἐξήντλεις στρατῷ

The. In animo habens te interrogare, quo tempore exercitui lamenta

ponendam censeo. Sequitur ἔγημας, ἃ πολύστονος, i. e. ἔγημας τὴν πολύστονον Ἐριννὺν, ἃ ἦλθε λιποῦσ᾽ Οἰδιπόδα δώματα. Nempe allegorice hic affert, quod supra verbis disertis, v. 233. vid. etiam Hippolyt. v. 549. Marklando placet, ἔρημα δ᾽ ἃ πολύστονος, ut ἔρημα ad Οἰδιπόδα δώματα referatur. Judicet Lector. *Musg.*

Ἔρημά σ᾽ ἁ πολύστονος.] In vett. edd. sine interpunctione jungebantur φάτιν ἔγημας ἁ πολύστονος. Marklandus emendabat ἔρημα δ᾽ ἁ πολύστονος, unius tantum litteræ mutatione peccans. *Hermann.*

847. Οἰδιπόδα] Dorice pro Οἰδιπόδου. Hoc vero Œdipi nomen multiplex est, ὁ Οἴδιπος, τοῦ Οἰδίπου. Vide Eurip. Phœniss. v. 261. etc. ὁ Οἰδίπους, τοῦ Οἰδίποδος, frequentius, et quod magis heroicum est, ὁ Οἰδιπόδης, τοῦ Οἰδιπόδου. De quibus vide Eustathium in Hom. fol. 1323. et 1683. &c. *Barnes.*

848. Μέλλων σ᾽ ἐρωτᾶν, ἡνίκ᾽ ἐξήντλεις στρατῷ Γόους, &c.] Per σε, vult Chorum, non Adrastum, ob id quod sequitur, νῦν δ᾽ Ἄδραστον ἱστορῶ· ubi Ἄδραστον plane opponitur huic σε. Et ita Reiskius. Quod vero dicitur, ἡκίκ᾽ ἐξήντλεις στρατῷ γόους, non intelligo. non enim apparet ubi Chorus (vel Adrastus) in superioribus luxerit coram στρατῷ, sive *exercitum,* seu hominum *magnum cœtum* sub στρατῷ contineri dicas. Budæus dicit, ἐξαντλεῖν γόους hic significare *exantlare et perferre luctus.* Neque hoc intelligo quid hic velit. Aldina distinguit post στρατῷ, et cetera continuat. Editio Brubach. habet ἐξήντεις· unde Reiskius ἐξήνυτεις· quod mendum est, opinor, typographi, propter amphimacrum ἤνῦτεῖς: qui pes in versu iambico locum non habet. Idem delet comma post ἀφήσω, et conjungit ἀφήσω τοὺς ἐκεῖ μύθους, vertens, *omittam sermones quos tunc volebam facere.* Recte, credo, τοὺς ἐκεῖ μύθους, *priores sermones,* ut τῆς ἐκεῖ πάτρας, *prioris patriæ,* apud Helen. 149. Heathius per σε intellexit *Adrastum,* et idcirco legit ἀφῆκα pro ἀφήσω. Μύθους εἰς τὰ σὰ, *sermones* vel *quæstiones quæ spectant ad te* vel *res tuas,* ut Ion. 759. συμφορὰν εἰς ἐμὲ, *rem quæ ad me spectat.* Per ἡνίκ᾽ ἐξήντλεις γόους Theseus videtur innuere locum istum v. 287. et sequentibus. Historiam habes loci hujus. jam quid sit στρατῷ, explicet qui potest, et conjiciat qui vult. Ego non nisi unicam vocem invenire possum quæ sensui, metro, et linguæ plane satisfaciet. quia autem vulgatæ στρατῷ adeo dissimilis est, neque possum caussam adferre probabilem tantæ mutationis, eam reticebo, μὴ γέλωτ᾽ ὄφλω, ut ille mox ait. Proxima est προτοῦ, *ante:* nempe, v. 287. et seqq. (848. Ἐξήντλεις στρατῷ Γόους. Theseus Chorum alloquitur. Lego, στρατοῦ γόους, *lamenta ob* amissum *exercitum:* quod Chorus fecit, v. 287, &c. Sic φθόνῳ θυγατρὸς, *ex ira* ob *filiam,* Iph. Taur. 1268. μέλος τύχης, *carmen* seu *querela* ob *fortunam,* Iph. Aul. 1280. γόους τύχης, hac fab. 1208. πένθος παίδων, 1127. Et ita conjecerat vir eruditissimus Joannes Fosterus.) *Markl.*

Μέλλων σ᾽ ἐρωτᾶν, ἥνικ᾽ ἐξήντλει λόγους Κῆρυξ Κρέοντος, τοὺς ἐκεῖ μὲν εἰς τὰ σὰ Μύθους ἀφῆκα· νῦν δ᾽ Ἄδραστον ἱστορῶ. Brunckius, optimus omnium poëta, ad Euripid. Orest. 845. qui poëseos suæ aliud specimen exhibet ad Æschyl. Theb. 578. aliud Euripid. Med. 942. *Por.*

Priusquam ad hujus loci emendationem me accingam, constituendus est sen-

Γόους, ἀφήσω, τοὺς ἐκεῖ μὲν ἐκλιπὼν
Εἰς τὰ σά γε μύθους· νῦν δ' Ἄδραστον ἱστορῶ·
Πόθεν πόθ' οἵδε, διαπρεπεῖς εὐψυχίᾳ,

Effudisti, quæ dicam, paulisper incommodum tempus videns,
Reticui sermones: nunc vero Adrastum interrogo,
Undenam illi præstantes fortitudine

sus clausulæ, ἡνίκ' ἐξήντλεις στρατῷ γόους. Eam Marklandus refert ad v. 287. et sequentia, ubi Chorus auxilium Thesei obnixe implorat. Verum, ni fallor, aliud est γόος, *luctus*, aliud ἱκετεία, *supplicatio*. Deinde ratio, cur Theseus de virtute eorum quæreret, erat, ipso profitente, v. 854. tentamina eorum, quæ Thebis agens viderat. Quare fieri non potest, quin ea clausula indicatum sit tempus aliquod post Thesei a Thebis reditum. Id autem necessario erit intervallum a Thesei introitu in scenam, v. 804. ad hujus ῥήσεως initium, v. 848. quod partim Adrasti, partim Chori, lamentis impletur. Jam tempore, quo respicit Theseus, definito, ipsam clausulam interpretor; *quando lamenta ob exercitum Argivum profudisti.* Hanc enim vim Dativus, verbis lugendi aut conquerendi subjectus, nonnunquam habet. Alcæus Antholog. H. Steph. p. 282.

πᾶσά σοι οἰχομένῳ, Πυλάδη, κωκύεται Ἑλλάς.

Nonnus, p. 283. Ed. Falkenb.

βαιὸν ἐμοὶ χέε δάκρυ — —

Tibullus Lib. I. Eleg. 8. v. 53.

Vel miser absenti mœstas quam sæpe querelas
Conjicit — —

Idem Lib. III. Eleg. 2. v. 14.

Mœreat hæc genero, mœreat illa viro.

Hoc igitur posito, locum sic emendari posse putem:

μέλλων σ' ἐρωτᾷν, ἡνίκ' ἐξήντλεις στρατῷ
γοούς, ἃ φήσω, τέως, ἀκαιρίαν βλέπων,
ἐστέγασα μύθους· νῦν δ' Ἄδραστον ἱστορῶ.

Cupiens te interrogare ea, quæ mox dicturus sum, quo tempore in exercitu lugendo occupata eras, hactenus, intempestivum esse videns, compressi sermonem; nunc vero Adrastum ipsum interrogo. Pro ἱστορῶ MS. uterque P. εἰσορῶ, superscripto tamen ἱστορῶ. *Musg.*

Non hic actus quarti initium constituit Prevotus, sed scenam 3. actus 3. Monet idem, Theseum forte jam antea scenam intrasse, aut noluisse testem esse luctus mulierum Argivarum. *Beck.*

Lectionis h. l. prodigium non interpretaretur totus haruspicum ordo. — Id in mente habuit Poëta: *Theseum alio tempore voluisse mulieres Argivas de rebus ad illas pertinentibus sciscitari, jamque de iisdem Adrastum interrogare.* Atqui integrum drama si quis attente legerit, sentiet, in tota actione, spectatorum oculis subjecta, nullum esse temporis articulum, quo Theseus chorum percontari potuerit, præter illum, postquam præconem suum Thebas pergere jussit, recitato, v. 406. Dum iste mandatum exsecutus fuisset, commode Theseus mulieres fuisset percontatus, quis singulis filius periisset; quod se tum facturum fuisse innuit, ni intervenisset Creontis præco, cujus adventu iste sermo impeditus. His positis, hoc, aut parum diverso, modo scribere debuit poëta:

Μέλλων σ' ἐρωτᾷν, ἡνίκ' ἐξήντλει λόγους
Κήρυξ Κρέοντος, τοὺς ἐκεῖ μὲν εἰς τὰ σὰ
Μύθους ἀφῆκα· νῦν δ' Ἄδραστον ἱστορῶ.

Brunck. ad Eurip. Orest. 845. *Beck.*

σε. Alloquitur chorum, s. mulieres Argivas, deinde pro ἐξήντλεις est in ed. Brub. ἐξήντεις, unde efficiebam ἐξήνυτες. *Reisk.*

Nec mutandum hic aliquid puto, tanta præsertim audacia, quanta Brunckii est ad Orest. 845. nec participium præsentis temporis pro aoristi participio positum credam, sed potius duco, anacoluthi figuram adhibere. Incipit enim ita, ut si dicturus esset, ἐξέλιπον τοὺς ἐκεῖ μύθους, sed priusquam hoc dicat, muta formam orationis, dicitque, ἀφήσω σε, τοὺς ἐκεῖ μύθους ἐκλιπών. Quem dicit στρατόν, coram quo luctum effuderit chorus, milites intelligit, qui mortuorum corpora vel attulerant vel comitati erant. Eosdem mox νέους ἀστῶν τῶνδε vocat. Loquitur autem de his ipsis lamentis, quæ modo finita erant.

Hermann.

Θνητῶν ἔφυσαν; εἰπέ γ', ὡς σοφώτερος,
Νέοισιν ἀστῶν τῶνδ'· ἐπιστήμων γὰρ εἶ·
Εἶδον γὰρ αὐτῶν κρείσσον', ἢ λέξαι λόγῳ,

Mortales extiterunt? dicas tanquam sapientior
Junioribus civium, quorum nempe tutor ades.
Vidi enim majora ipsorum, quam ut dici possit verbis,

849. Comma post ἀφήσω delendum: Constructio est: ἀφήσω μὲν τοὺς ἐκεῖ μύθους, *omittam sermones, quos tum volebam facere.* *Reisk.*

Futurum ἀφήσω non hic stare potest, plane enim contradicit sequentibus: Νῦν δ' Ἄδραστον ἱστορῶ, cum fieri non possit, ut idem eundem interrogare omittat, et simul interroget. Procul dubio igitur legendum ἀφῆκα. Verte autem: *Percontaturus te, quando coram exercitu luctus effundebas, omisi hoc facere, cum sermones istius loci in ea, quæ te propius spectant, impendendos reliquerim. Nunc vero Adrastum interrogo.* *Heath.*

850. Pro ἱστορῶ A. B. ἱστο ισωρω. C. ἱστ εισορω. Ἄδραστον ἱστορῶ, non est, σε, ὦ Ἄδραστε· nam hoc Græce foret, σὲ τὸν Ἄδραστον ἱστορῶ, cum articulo. dicam ad Iphig. Aulid. 791. vide et ad v. 121. hujus dramatis. *Markl.*

Ἄδραστον ἱστορῶ] Ἀντὶ τοῦ, νῦν δὲ σὲ, ὦ Ἄδραστε, ἱστορῶ. Alloquitur enim Adrastum, et tamen de eo loquitur, sicut de absente. Quæ forma apud auctores haud adeo infrequens. *Barnes.*

851. διαπρεπεῖς Θνητῶν] Interpretor: *egregii præ reliquis mortalibus;* totam autem quæstionem sic: *unde factum est, ut hi fortitudine præ reliquis mortalibus egregii exstiterint?* *Musg.*

852. s. Θνητῶν ἔφυσαν; εἰπέ γ', ὡς σοφώτερος, Νέοισιν ἀστῶν τῶνδ'· ἐπιστήμων, &c.] Distinxi post σοφώτερος. Sensus potest esse: Dic, O Adraste, (nam tu *peritior es*, et commodius potes hoc facere quam fœminæ, Chorus) his juvenibus, civibus Atheniensibus, ut exemplum iis prosit. Distingui quoque potest post Νέοισιν, et sequentia continuari; et tunc sensus erit, *Tu enim horum, utpote civium tuorum, virtutes, et facta, et originem, probe cognita habes.* Quinetiam sic: Νέοισιν ἀστῶν· τῶνδ' ἐπιστήμων γὰρ εἶ. tunc ἀστῶν proprie erit positum, ut prius, de *civibus Atheniensibus:* τῶνδε vero de *Ducibus cæsis*, δεικτικῶς, ut οἵδε paullo ante: quia ante oculos eorum jacebant cadavera. Hæ ambiguitates in distinctionibus, magnas nobis difficultates sæpe creant: nullæ erant iis qui hæc pronunciata audiebant. Ecquis nunc potest dicere, quænam harum a calamo Euripidis fuerit? Hæc cum ita sint, orandi sunt viri docti, ne nimis irasci velint iis, qui communi jure utentes, hoc vel isto modo malint distinguere, cum uterque incertus sit.

Pro Θνητῶν cod. A. Θνητων γ'. optime. vid. ad v. 172. γ' in eodem iambico versu sæpe bis ponitur. Constructio vocis Θνητῶν incertior est. (Distinctio incertissima; tribus enim modis distingui potest.) Interpretes videntur eam conjunxisse cum οἵδε. præstaret forte πόθεν Θνητῶν, ut in isto Homeri, πόθεν εἷς ἀνδρῶν; si et ibi πόθεν conjungendum est cum ἀνδρῶν. *Markl.*

853. ἀστῶν τῶνδ', ἐπιστήμων γὰρ εἶ.] Legendum forte:

Νέοισιν ἀστῶν, ὧν γ' ἐπιστατῶν πάρει.

Animadvertendum est, sequentem Adrasti orationem, ad imaginem λόγων ἐπιταφίων, quales sunt Lysiæ et Periclis apud Thucydidem, a Poëta conformatam esse. Hi autem cum a principibus civitatis nunquam non dicerentur, meliorem rationem reddere non potuit Theseus, cur idem munus Adrasto deferret, quam quod is propriæ civitatis inter principes esset. Proprie ἐπιστατῶν, non μοναρχῶν. Argivi enim, teste Pausania, tres eodem tempore Reges agnoscebant; quod quidem imperii genus per plura secula apud eos duravit. Pausan. p. 60. l. 19. Ed. Sylb. *Musg.*

Νέοισιν] Ita omnes libri: et recte; licet Scaliger notat ad marginem νοοῦσιν. *Barnes.*

854. κρείσσον' ἢ λέξαι λόγῳ Τολμήμαθ'] Sic κρείσσον' ἢ φέρειν κακὰ, *mala majora quam ut quis ea ferre possit,* Hecub. 1089. νόσημα μεῖζον ἢ φέρειν, Sophocl. Œd. Tyr. 1316. μεῖζον ἢ πενθεῖν κακὸν, Bacchylides ap. Stob. Tit. 121. Herodotus dixisset ἔργα λόγου μέζω, lib. II.

Τολμήμαθ', οἷς ἤλπιζον αἱρήσειν πόλιν.
Ἓν δ' οὐκ ἐρήσομαί σε, μὴ γέλωτ' ὄφλω,
Ὅτῳ ξυνέστη τῶνδ' ἕκαστος ἐν μάχῃ,
Ἢ τραῦμα λόγχης πολεμίων ἐδέξατο.
Κοινοὶ γὰρ οὗτοι τῶν τ' ἀκουόντων λόγοι,

Facinora, quibus sperabant se expugnaturos urbem,
Illud tamen unum te non interrogabo, ne deridear,
Cum quo horum quisque sit congressus in pugna,
Aut cujus hostium hasta acceperit vulnus.
Inepti enim sunt isti sermones, et audientium

35. Plenam locutionem exhibet Xenophon 'Απομν. III. p. 770. C. μεῖζον ἢ ὥστε φέρειν δύνασθαι κακόν. Hoc loco εἶδον non est *vidi*; sed *intelligo*: non enim *vidit* horum facta Theseus, v. 533. Heathius recte vertit, *novi*. *Markl.*

Εἶδον γὰρ αὐτῶν κρείσσον', ἢ λέξαι λόγῳ, Τολμήμαθ'] Laudat (scil. Marklandi notam) Valckenærius ad Euripid. Hippolyt. 1212. confer Eundem ad Eurip. Phœn. 710. Versum hunc, loco non designato, citat Larcherus ad Herodot. II. 35. *Por.*

εἶδον] Vertunt Heathius [*novi*] et Marklandus *intelligo*, quia Theseus priorem ad Thebas expeditionem non comitatus erat, adeoque facinorum, quæ a Ducibus Argivis patrata erant, testis oculatus non fuerat. Mihi hæc ratio non satis idonea videtur, cur εἶδον, contra usum Græcorum, ad intelligendi facultatem a visu transferamus. Tradit Pausanias, p. 289. Ed. Sylb. Peloponnesios, cum mœnium oppugnandorum rationem non tenerent, ira potius, quam consilio, urbem impugnasse. Potuit igitur Theseus, dum Thebis esset, muros circuire, et locis, ubi impetum fecerant, indicatis, tentamina eorum contemplari. *Musg.*

857. Bene Marklandus: "Euripides hoc loco videtur tangere Æschylum in 'Επτ. ἐπὶ Θήβ. ubi multus est in describendo, quis cui opponeretur in prœlio." *Musg.*

Ὅτῳ] Attice pro ᾧτινι: sic ὅτοις et ὁτέοις pro οἷστισιν. Ab ὅστις, ἥτις, ὅ, τι. Poëtice vero τὸ ὅ sit per omnes casus, et fere per omnia genera, tantum τις et τι variatis, ut ὅτις pro ὅστις; Hom. Iliad. γ'. 'Ανθρώπους τίνυσθον, ὅ, τις κ' ἐπίορκον ὀμόσσῃ· ὅτευ pro οὗτινος, (τεο enim et τευ et του pro τινος) id. Odyss. ρ'. v. 421. Τοῖος, ὁποῖος ἔοι, καὶ ὅτευ κεχρημένος ἔλθοι. Ὅτεῳ pro ᾧτινι, Iliad. ο'. v. 664. Ἠ μὲν ὅτεῳ ζώουσι καὶ ᾧ κατατεθνήκασι. sic ibid. v. 491. et 492. Ἠ μὲν ὁτέοισιν κῦδος ὑπέρτερον ἐγγυαλίξῃ. ὅτινας pro οὕστινας· Ἠδ' ὅ, τινας μινύθῃ τε καὶ οὐκ ἐθέλῃσιν ἀμύνειν. Et ὅτινα pro ὅντινα, ut Odyss. θ'. v. 204. Τῶνδ' ἄλλων ὅτινα κραδίη θυμός τε κελεύει. Eustathii vero non hic allubescit sententia, qui hæc omnia fieri per pleonasmum τοῦ ο statuit, et poni pro τινὸς, etc. τις et τινος enim per se non hic starent. Vide Eustath. in ὅτινα, ὅτινας et ὅτις. *Barnes.*

858. τρῶμα] Ionicum hoc est pro τραῦμα: ut θῶμα apud Herodotum pro θαῦμα. Sed omnes codices bene hic habent τραυμα. vid. Dorvill. ad Chariton. p. 461. Pro λόγχης πολεμίων non male legeretur λόγχης πολεμίας, si ita exemplaria.

Versu antecedenti, Ὅτῳ ξυνέστη, etc. Euripides hoc loco videtur tangere Æschylum in 'Επτ. ἐπὶ Θηβ. ubi multus est in describendo quis cui opponeretur in prœlio. *Markl.*

τραῦμα] Ita ambo MSS. et P. Ed. Ald. τρῶμα. *Musg.*

859. s. Κοινοὶ γὰρ οὗτοι τῶν τ' ἀκουόντων λόγοι Καὶ τοῦ λέγοντος, ὅστις ἐν μάχῃ βεβὼς, &c.] Hoc est, "Nam stultitia hujusmodi sermonum et quæstionum *communis est*, i. e. pertingit ad *quæsitores*, *interrogatores*, æque ac ad istum *narratorem*, qui, in ardore pugnæ, cum circumvolitent eum crebræ hastæ et jacula, tamen ausus fuerit dicere, quis et quis se in prœlio fortiter gesserit. Æque stultum est velle *narrare* hæc; ac de iis *quærere*: idcirco te de his rebus non interrogabo (utriusque causa.") Κοινοὶ τῶν τ' ἀκουόντων, &c. ut, τόδε κοινὸν πάσης 'Ελλάδος, v. 548. Βεβὼς hic nihil aliud est quam *existens*, *qui est*, a verbo *gestus* βαίνω, *vado*, *sum*. ποῦ κυρεῖ βεβὼς, Iph. Taur. 1285. *ubi est?* non, *quo*

Καὶ τοῦ λέγοντος, ὅστις ἐν μάχῃ βεβὼς,
Λόγχης ἰούσης πρόσθεν ὀμμάτων πυκνῆς,
Σαφῶς ἀπήγγειλ', ὅστις ἐςὶν ἁγαθός.
Οὐκ ἂν δυναίμην οὔτ' ἐρωτῆσαι τάδε,
Οὔτ' αὖ πιθέσθαι τοῖσι τολμῶσιν λέγειν.

Et dicentium, si quis stans in pugna,
Multis hastis euntibus ante oculos,
Clare narrare velit, quis sit fortis.
Non possem talia interrogare,
Neque credere illis, qui audent dicere.

abiit, ut vertitur: nam vetant proxime sequentia. Vide ad v. 675. Frequentissime in hujus vocis sensu et versione erratum est. In secundo versu mallem, etiam sine MSS. Καὶ τοῦ λέγοντος. τίς γὰρ ἐν μάχῃ βεβὼς, &c. cum interrog. ad finem sententiæ: vide locum Electræ in nota proxime sequente. nam ος ante τις, a scriba repetitum ex præcedenti λέγοντος, necessario extruderet γὰρ, metri caussa: et in restituendo hoc scriptore, sæpe necesse erit sequi (sed non in contextum admittere) quod probabile est eum scripsisse, potius quam quod in nostris exemplaribus nunc invenitur. Κοινοὶ Heathius vertit *vulgares.* Reiskius, κενοὶ conjicit. Mihi verum videtur κοινοὶ, eo modo quo explicavi; quamquam κενοὶ (quemadmodum conjeceram) primo aspectu blandietur plerisque. Vide Dorvill. ad Chariton. p. 695. οἱ ἀκούοντες, *audientes,* iidem sunt qui οἱ ἐρωτῶντες, *interrogantes, quærentes:* quibus opponitur ὁ λέγων, *narrator.* Vide Hecub. v. 257. Orest. 1593. *Markl.*

κοινοὶ] Malim cum Reiskio κενοὶ. Locum ad verbum interpretari vix possis. Sensus est: *hi enim sermones stultitiam monstrant et auscultantis et narrantis. Musg.*

Jam Grotius conjecerat κενοί. Reisk. hac lectione probata, sensum dicit esse: *vani enim sunt sermones,* tam apud eos, qui ab aliis celebrata fortia in bellis facinora audiunt, quam ab illis, qui ea narrant, et quotusquisque, aiunt, quomodoque se strenuum in ipso conflictu gesserit, vidisse. Qui enim hoc sciat? quum in commissu pugnæ vix prospicere sibi quisque et consulere necessaria et animadvertere valeat ea, quæ in proximo circa se geruntur. Hæc R. Heath. κοινοὶ tuetur, et reddit *vulgares. Beck.*

Reiskius et multo ante Grotius in notis ad Excerpta, p. 954. pro vulgato κοινοὶ scribendum viderunt κενοί, quod etsi etiam Marklando in mentem venerat, maluit ille tamen vulgatam sequi, quam haud sane probabiliter explicat. Λόγοι dicuntur etiam τῶν ἀκουόντων, quid hi fere talia percunctantur. *Hermann.*

860. ὅστις ἐν μάχῃ βεβὼς,] Nihil video hic, quod Marklandum offendere debuerit. Corrigit tamen:

τίς γὰρ ἐν μάχῃ βεβώς.

Mihi tamen emendatio ista parum Græca videtur. Ni fallor enim, dicendum erat, τίς σαφῶς ἀπαγγείλει' ἂν, ut in loco, quem citat, τίς μάρτυς γένοιτ' ἂν, Electr. v. 381. *Musg.*

862. Σαφῶς ἀπήγγειλ', ὅστις ἐστὶν ἀγαθός.] Sententia eadem in Electr. 378.

τίς δὲ πρὸς λόγχην βλέπων
Μάρτυς γένοιτ' ἂν, ὅστις ἐστὶν ὠ'γαθός;

prout ibi recte edidit Barnesius, et hic edere debuit, ὠ'γαθὸς nempe, pro ὁ ἀγαθὸς: qualia plura notavi ad Iphig. Aulid. 644. Ἀγαθὸς proprie de strenuis in bello. Miltonus hic margini adscripserat ὠ'γαθός.

Pro ἀπήγγειλ' Cod. A. επηγγειλ'. *Markl.*

Ἀγαθός] Nullus licet mihi faveat Codex, omnino legendum duco ὠ'γαθὸς, ob emphasin et metri leges: Prior enim syllaba τοῦ ἀγαθὸς omnino per se brevis est. Video autem meam lectionem in Duportiano Codice probatam, et in Heinsio-Scaligeriano. *Barnes.*

864. Pro ἂν mallem αὖ· quia hæ particulæ sæpissime commutantur, et quia ingrata est ἂν toties repetita intra quatuor iambos. Tolerabilior est in Sophocl. Œd. Tyran. 1250. οὔτ' ἂν Ἴστρον οὔτε Φᾶσιν ἂν Νίψαι, &c. quia ἂν bis positum notissimi

Μόλις γὰρ ἄν τις αὐτὰ τἀναγκαῖ' ὁρᾷν
Δύναιτ' ἂν, ἑστὼς πολεμίοις ἐναντίος.
ΑΔ. Ἄκουε δὴ νῦν· καὶ γὰρ οὐκ ἄκοντί μοι
Δίδως ἔπαινον τῶν ἔγωγε βούλομαι
Φίλων ἀληθῆ καὶ δίκαι' εἰπεῖν πέρι.

Vix enim aliquis ipsa necessaria videre
Potest, stans hostibus oppositus.
Ad. Audi ergo nunc: non enim invito mihi
Das laudationem horum Amicorum; de quibus ego
Volo vera et justa dicere.

est usus, prosaïcis etiam scriptoribus frequentati. et tamen ibi mallem Φᾶσιν αὖ. Reiskius quoque οὔτ' αὖ, *neque vicissim.* *Markl.*

Οὔτ' ἂν] Legendum cum Reiskio et Marklando οὔτ' αὖ. *Musg.*

865. Μόλις γὰρ ἄν τις, etc. Δύναιτ' ἄν,] De duplici ἂν vide supra v. 193. et 457. et Hecub. v. 359. Sophocl. Œd. Colon. v. 970. Πῶς γ' ἂν τόγ', etc. *Barnes.*

868. Δίδως ἔπαινον, τῶν ἔγωγε βούλομαι] Conjeceram ὧν, cum eruditiss. Piersono Verisimil. I. 6. Sed locorum multitudo ex Euripide et aliis Tragicis, in quibus articulus præpositivus ponitur pro subjunctivo, ὁ pro ὅς, (qui mos, ex veteri lingua Attica, ab Ionicis servatur scriptoribus) sententiam mutare me cogit. Delerem solummodo virgulam post ἔπαινον. Alioquin distingui posset, Δίδως ἔπαινον, τῶνδ' ἔγωγε, &c. pro τούτων.

Ἔπαινον est quod nunc vulgo dicitur *elogium*, et *laudatio*. vide Xenophont. in Agesilao, p. 672. D. Plutarchum Bruto, p. 993. B. et Aristidem Panath. p. 190. ed. Jebb. [" Δίδως ἔπαινον significat hic loci *das in mandatis, jubes, imperas.* Reiskius."] *Markl.*

Dixi supra ad v. 853. hanc orationem ad λόγων ἐπιταφίων imaginem adumbratam esse. Confirmat vox ἔπαινον, quam recte Marklandus interpretatur *laudationem*, sive, quod vulgo dicimus, *elogium.* Omnem autem dubitationem eximit Dionys. Halicarnass. Tom. I. p. 279. l. 40. Ed. Hudson. ubi id ipsum disertis verbis testatur. *Musg.*

870. τὸν ἁβρόν,] Sensu bono, si scriptura recte habet, [neque leg. ἁδρὸν] ut ἁβρὸν πλοῦτον, *splendidas opes*, Pindaro Pyth. III. et ἁβρὸν κῦδος, Isthm. I. τὸ τῆς ἀρετῆς ἁβρὸν καὶ καλὸν, Athenæo XV. 10. p. 687, C. ποσὶν ἁβρὰ παθεῖν, *pedibus bene esse*, in farragine quæ vocatur Theognidis Γνῶμαι, v. 728. ed. Turneb. Paris. 1555. Γαστρί τε, καὶ πλευραῖς, καὶ ποσὶν ἁβρὰ παθεῖν. vide præcedentes tres versus; qui (cum lectionum aliqua varietate) citantur ut Solonis a Plutarcho init. vitæ ejus, p. 79. C. Cujuscumque tamen sint, dignos eos putavit quos verteret Horatius, 1 Epist. XII. 5.

Si ventri bene, si lateri, pedibusque tuis, nil
Divitiæ poterunt regales addere majus.

τῷ ἁδρὸν favet Statius Theb. III. et Æschylus cum Scholiast. Ἑπτ. ἐπὶ Θήβ. v. 430. [Aliquis forte distinguat, Ὁρᾷς τὸν, ἁδρὸν οὗ, &c. τὸν pro τοῦτον, et ἁδρὸν βέλος pro *fulmine.*] *Markl.*

Ὁρᾷς τὸν ἁβρὸν, οὗ βέλος διέπτατο;] Ὁρᾷς τὸ Δῖον οὗ—Toup. in Suid. III. p. 125. ex Polybio III. p. 499. τὸν ἁδρὸν Musgrav. *Por.*

ἁβρὸν, quod plerumque *mollem et luxu diffluentem*, nonnunquam vero *lætum*, notat, hic convenire non potest. Legendum cum Marklando ἁδρὸν, *grandem, procerum*, qualis revera erat Capaneus. vide indicata ab eodem Æschyl. Sept. contr. Theb. v. 430. cum Scholiaste. Stat. Thebaid. Lib. III. v. 604. 5. Pro βέλος, quod fulmen significare non potest, legerim σέλας, *fax ætherea.* Hæc enim vocis seorsim positæ vis est. Aristid. Vol. I. p. 361. Ed. Jebb. διῆξε σέλας ἐκ δεξιᾶς. vid. et Senec. Quæstion. Natural. Lib. I. c. 15. Stobæi Eclog. Physic. p. 75. Hoc autem ideo monendum duxi, quia plerumque apud Poëtas cum genitivo occurrit, ut λαμπάδων σέλας, Iphig. in Taur. v. 1232. πεύκης σέλας, Troad. 298. λαμπτήρων σέλας, Helen. v. 865. quæ omnia per translationem dicta sunt.

Ὁρᾷς τὸν ἁβρὸν, οὗ βέλος διέπτατο;
ΚΑΠΑΝΕΥΣ ὅδ' ἐστίν· ᾧ βίος μὲν ἦν πολὺς,
Ἥκιστα δ' ὄλβῳ γαῦρος ἦν· φρόνημα δὲ
Οὐδέν τι μεῖζον εἶχεν, ἢ πένης ἀνήρ·
Φεύγων, τραπέζαις ὅστις ἐξογκοῖτ' ἄγαν,

Videsne illum grandem, per quem volavit fax?
Iste est Capaneus, cui amplæ quidem erant fortunæ,
Minime vero divitiis insolens erat: animos vero
Nequaquam majores gerebat, quam vir pauper,
Vituperans *eum*, quicunque mensis nimis intumesceret,

Toup. Emendat. in Suidam, Vol. III. p. 124. ex Polyb. Lib. III. p. 499. Sami cujusdam parodiam affert, unde appareat, versum ita olim scriptum fuisse:

ὁρᾷς, τὸ δῖον οὗ βέλος διέπτατο.

Ac fuit forte ea διττογραφία, ab ipsis Poëtæ temporibus derivata. Nihilominus Euripidis MSS. hac in parte saniores judico, quippe quorum lectio, eo, quo dixi, modo emendata, multo concinnior est varietate Polybiana. Inter alia vox ἁδρὸν nullo modo dimittenda est. Quid enim aptius, quam Capanei cadaver qualitate designari, quæ sub oculorum judicium cadit, et vel in cadavere spectari potest? *Musg.*

Locus Polyb. est: κατέγραφον δ' εἰς τοὺς τοίχους καὶ τὸν περιφερόμενον στίχον· ἤδη τότε τῆς ἐπιδεξιότητος, τῆς τοῦ Σάμου, φυομένης, ὃς ἦν υἱὸς μὲν Χρυσογόνου, σύντροφος δὲ τοῦ βασιλέως. ὁ δὲ στίχος ἦν·

Ὁρᾷς τὸ Δίον, οὗ βέλος διέπτατο;

Scilicet τὸ δῖον βέλος ap. Eurip. est *fulmen*, sed Samus respexit ad Dium urbem, quam Ætoli nefarie incenderant. E. Toup. l. l.

λάβρον emendaverat Tyrwhitt. in App. Exerc. M. p. 135. *Beck.*

Libri ὁρᾷς τὸν ἀβρόν, οὗ βέλος διέπτατο. Parum feliciter Wakefieldius in Silv. Crit. T. II. p. 91. (509. ed. Steph.) Diogene Laërtio VII. 23. Athenæo, qui hæc usque ad v. 876. affert, IV. p. 159. A. *Hermann.*

871. Καπανεὺς ὅδ' ἐστίν] Hic loci non possum Euripidem non indecori arguere; qui tantam humilitatem de superbissimo illo Capaneo prædicat, quem et Æschylus in suo Ἑπτὰ ἐπὶ Θήβαις Dramate Divûm contemtorem facit, et ipse Euripides in Phœnissis talem agnoscit, ut et Statius in Thebaide: Nisi forte hic character Adrasti amicitiæ magis tribuendus est, quam ipsi veritati.

ᾧ βίος μὲν ἦν πολὺς] Ὁ βίος in hoc loco facultates et τὴν περιουσίαν significat. Vide Not. ad Hecub. v. 12. *Barnes.*

872. Ἥκιστα δ' ὄλβῳ γαῦρος ἦν·] Plutarchus in Pelopid. p. 279. B. ὥσπερ ὁ Εὐριπίδου Καπανεὺς, Ὧι βίος μὲν ἦν πολὺς, Ἥκιστα δὲ δι' ὄλβον γαῦρος ἦν. Memoriter, opinor, et ad sensum citavit Plutarchus. Zeno hos versus in ore semper habebat: Diog. Laërtius VII. 23.

φρόνημα δὲ Οὐδέν τι μεῖζον εἶχεν, ἢ πένης ἀνήρ·] Considerandum est, non Poëtam in sua persona hic loqui, sed Adrastum, Capanei amicum, et in cujus partim caussa Capaneus periit. alioquin, cum his conciliari non possunt ea quæ alibi de hujus Capanei superbia et γαυρότητι narrantur. *Markl.*

873. Οὐδέν τι μεῖζον] Non convenit notæ Capanei superbiæ, ut recte animadvertit Marklandus. Sed puto, Poëtam in Ducibus Argivis laudandis nobilium quorundam Atheniensium vitam et mores effinxisse. Quare non est adeo mirandum, si receptam de Veteribus illis opinionem non anxie ubique secutus est. *Musg.*

874. Φεύγων, τραπέζαις ὅστις ἐξογκοῖτ' ἄγαν, Τἀρκοῦντ' ἀτίζων.] [Vel, ἐξογκοῖτό γ' ἄν. Brodæi αἰτίζων peccat in metrum.] Athenæus IV. 15. [p. 159. A.] pro φεύγων citat ψέγων, et Τ' ἀρκοῦν ἐπαινῶν, et εἴ τις pro ὅστις. post ἄγαν majorem distinctionem ponit, ἐξογκοῖτ' ἄγαν· Τ' ἀρκοῦν ἐπαινῶν. Sed lib. VI. 13. [p. 250. E.] citat Μισῶν τραπέζας ὅστις ἐξογκοῖτ' ἄγαν. ex parodia, quasi fuisset τραπέζας ἐκσογχοῖτ'

Τἀρκοῦντ᾽ ἀτίζων. οὐ γὰρ ἐν γαστρὸς βορᾷ
Τὸ χρηστὸν εἶναι, μέτρια δ᾽ ἐξαρκεῖν, ἔφη.
Φίλοις τ᾽ ἀληθὴς ἦν φίλος, παροῦσί τε,
Καὶ μὴ παροῦσιν· ὧν ἀριθμὸς οὐ πολύς.
Ἀψευδὲς ἦθος, εὐπροσήγορον στόμα·

Frugalem victum contemnens: non enim in ventris ingluvie
Virtutem *positam* esse, sed mediocria sufficere dicebat:
Eratque verus amicus, et præsentibus amicus,
Et absentibus, quorum non *est* magnus numerus:
Mores non fucati, et come os,

ἄγαν, *mensas sonchis oneraret.* vide locum: et de *soncho* vili legumine, Plinium XXII. 22. Meminit ejus et Antiphanes Comicus, ap. Athenæum II. 19. p. 60. et Matron, p. 64. *Markl.*

Athenæus, p. 159. hoc modo citat:

Ψέγων τραπέζαις ὅστις ἐξογκοῖτ᾽ ἄγαν·
τ᾽ ἀρκοῦντ᾽ ἐπαινῶν.

Ubi ψέγων probo, ut convenientius Capaneo, quam φεύγων, quæ laus pauperis esset, non divitis. In sequenti contra ἀτίζων retineo, cum minima post ἄγαν distinctione. *Musg.*

Recepi, quod etiam Musgravius probat, ψέγων ex Athenæo, p. 159. A. pro φεύγων, quod Euripidis libri habent. Idem Athenæus VI. p. 250. E. F. paullo aliter scriptum hunc versum exhibet, ubi sic scribit: Εὐκλείδην δέ φησιν Ἡγήσανδρος τὸν Σεῦτλον ἐπικαλούμενον (παράσιτος δ᾽ ἦν καὶ οὗτος), παραθέντος τινὸς αὐτῷ πλείους σόγκους ἐν δείπνῳ, ὁ Καπανεύς, ἔφη, ὁ ὑπὸ τȣ̃ Εὐριπίδου εἰσαγόμενος ἐν ταῖς Ἱκέτισιν, ὑπερ-αστεῖος ἦν, μισῶν, τραπέζας ὅστις ἐξογκοῖτ᾽ ἄγαν. *Hermann.*

875. Teles Stobæi, p. 575, 22. *Por.*

Ἀτίζων] Recte legitur, reclamante ipso Brodæo, qui non vidit, priorem syllabam in suo αἰτίζων stare non potuisse, nec Mendicis Orationem nunc haud fuisse: sensus autem ita se habet — Ὁ Καπανεὺς φεύγων ἐκεῖνον, ὅστις ἀτίζων καὶ ἀτιμῶν τὰ ἀρκοῦντα ἄγαν ἐξογκοῖτο τραπέζαις, οὐδὲν μεῖζον εἶχεν, ἢ πένης. *Barnes.*

877. Φίλος παροῦσί τε Καὶ μὴ παροῦσιν· ὧν ἀριθμὸς οὐ πολύς.] Ita de se Hippolytus, v. 1005. Ἀλλ᾽ ὡὐτὸς οὐ παροῦσι, κἀγγὺς ἂν φίλος. non recte αὐτὸς ibi legitur. Epicurus apud Laërtium X. 118. μόνον τε χάριν ἕξειν τὸν σοφὸν φίλοις καὶ παροῦσι καὶ ἀποῦσιν ὁμοίως. Distinxi post παροῦσιν plenius quam ante. ὧν est οἵων, *qualium hominum numerus non est magnus:* Troad. 465.

Pro παροῦσί τε Ald. Hervag. et Codd. A. B. τοῖς παροῦσί τε. ex interlineari explicatione τοῖς. et ita Brubach. edit. monente Reiskio, qui legit, Φίλοις τ᾽ ἀληθὴς ἦν φίλος· aut sic, Φίλος τ᾽ ἀληθὴς ἦν φίλοις παροῦσί τε — *Markl.*

Φίλος τ᾽ ἀληθὴς ἦν, φίλος παροῦσί τε, Καὶ μὴ παροῦσιν. Legendum videtur Φίλοις τ᾽ ἀληθὴς ἦν φίλος,—vulgatum citat Valckenærius ad Euripid. Hippol. 930. cum Reiskio legit Brunckius ad Euripid. Orest. 426. "Ita de se Hippolytus, v. 1005. Ἀλλ᾽ ὡὐτὸς οὐ παροῦσι, κἀγγὺς, ὢν φίλος. non recte αὐτὸς ibi legitur." Markl. Confer Valckenær. ad Euripid. Phœniss. 927. qui in Hippolyto postea ex Marklandi emendatione edidit ὡὐτός. Confer eundem ad Euripid. Hippolyt. 655. ubi pro ὡς ἂν αὐτὸς in Sophocl. Philoctet. 1324. (1368) legit ἕως ἂν ὡὐτός. *Por.*

Brunck. ad Eurip. Orest. 426. ita emendat:

φίλοις τ᾽ ἀληθὴς ἦν φίλος, παροῦσί τε
καὶ μὴ παροῦσιν. — *Beck.*

Lege, φίλοις τ᾽ ἀληθὴς ἦν φίλος, eratque amicis amicus sincerus, aut sic: φίλος τ᾽ ἀληθὴς ἦν φίλοις παροῦσί τε. In Brub. est ἦν φίλος τοῖς παροῦσι. *Reisk.*

Codd. A. B. Ald. Brub. al. φίλος τ᾽ ἀληθὴς ἦν· φίλος τοῖς παροῦσί τε. Reiskius, φίλος τ᾽ ἀληθὴς ἦν φίλοις, παροῦσί τε, vel sic, ut ex Brunckii ad Orest. 426. et Porsoni ad Orest. 910. sententia edidi. *Hermann.*

880. οὐδὲν οὔτ᾽ ἐς οἰκέτας ἔχων,] Legebatur οὐδὲν οὐδ᾽ ἐς οἰκέτας, quod corrigere verens Marklandus fallitur cum Dorvil-

Ἄκραντον οὐδὲν οὐδ' ἐς οἰκέτας ἔχων,
Οὔτ' εἰς πολίτας. Τὸν δὲ δεύτερον λέγω,
ΕΤΕΟΚΛΟΝ, ἄλλον χρηστότητ' ἠσκηκότα.
Νεανίας ἦν, τῷ βίῳ μὲν ἐνδεὴς,
Πλείστας δὲ τιμὰς ἔσχεν Ἀργείᾳ χθονί.

Nullum promissum irritum habens, neque erga servos,
Neque erga cives. Secundum vero dico
Eteoclem, alium qui bonitatem coluit;
Juvenis erat, pauper quidem fortunis,
Plurimos vero honores habuit *in* Argivo agro.

lio ad Char. p. 721. (641. seq. ed. Lips.) *Hermann.*

881. Pro Τὸν δὲ conjicitur Τῶνδε, ut v. 891. Sed cum exemplaria non varient, et ferri possit vulgata, nihil mutarem: neque v. 880. legerem οὔτ' ἐς οἰκέτας, quia sequitur, Οὔτ' εἰς πολίτας. vide magnum Dorvillium ad Chariton. p. 721. *Markl.*

Τὸν δὲ] Alii τῶν δὲ, eodem recidit. *Barnes.*

882. Ἐτέοκλον, ἄλλον χρηστότητ' ἠσκηκότα.] Ἄλλον construi potest cum δεύτερον versu præcedenti, si quis malit, sublata distinctione post Ἐτέοκλον: quod sæpe fit, cum vox ἄλλον, quoad sensum, omitti potest: vide v. 898. Troad. 620. δεύτερον ἄλλο κακὸν, Sophocles Antig. 1304. ut ἕτεραι δεύτεραι, Demosth. in Midian. p. 144. ed. Taylor. Hoc loco imitatur forte Æschylum Ἑπτ. ἐπ. Θήβ. 492. Τέταρτος ἄλλος, γείτονας, &c. et ibid. v. 440. Γίγας ὅδ' ἄλλος, &c. ubi tamen forte scrib. ἄλλου. vide locum, et Scholiasten. Ex veteri Attica loquela sumtum hoc esse conjicere quis posset ex Herodoto lib. IV. 48. Καὶ ἄλλος Τιαραντὸς, &c. et cap. 53. μετὰ δὲ τούτους, πεμπτὸς ποταμὸς ἄλλος, τῷ οὔνομα Παντικάπης. Lib. I. 197. Δεύτερος δὲ σοφίῃ ὅδε ἄλλος σφι νόμος κατεστήκεε. et ita passim loquitur ille: sed et Demosthenes. neminem autem novi, vel memini, qui dicit ἕτερος ἄλλος, quemadmodum fit supra v. 582. et Orest. 339. οἶκον ἄλλον ἕτερον. ubi vide Barnesium et Kingium. *Markl.*

Ad Marklandi notam: ἄλλου (in Æsch. S. T. 430.) edidit cl. Rich. Fran. Phil. Brunckius ex duobus MSS. quorum unus in textu, alter superscriptum ἄλλου exhibebat. *Por.*

Ἐτέοκλον,] Multis offensam dedit hic locus, qui nempe Poëtam putabant de Eteocle Thebano loqui; cum hæc verba nihil ad illum pertineant, sed ad Eteoclum, Iphios filium, qui Iphis fuit Evadnæ pater, uxoris Capanei. Recte autem illum Poëta inter septem Heroas nunc numerat, quia aliter sex tantum forent occisi: ipse enim Adrastus solus evasit, cujus locum, ne numerus τῶν ἑπτὰ absolutus non sit, Eteoclus implet. Horum autem septem nomina vide ad Phœniss. v. 133. De Eteoclo autem, Iphios filio, vide Pausan. in Phocic. fol. 326. et hanc Fab. v. 1047. Notandum est, εὐπρεπείας χάριν Poëtam nihil hic de Amphiarao, ut neque de Polynice, proferre: illius enim vivi corpus hiatu terræ absorptum nusquam apparuit, hujus autem cadaver ante hæc ab Antigona, sorore, cum vitæ ipsius periculo, flammis datum. Quare heroum τῶν Ἑπτὰ quinque tantum hic, ut mortui funerationi jam proximi, memorantur. Absurdissime itaque hic Gaspar Stiblinus Eteoclum putat pro Amphiarao positum, (qua de causa, nescit ille) vel certe aliter carmen legi debere, quomodo ille nobis ostendit, nescius, de Amphiarao et Polynice paulo post Poëtam, ut de absentibus, loqui. Et tamen apud Sophoclem in Œdipo ἐπὶ Κολωνῷ hic Eteoclus et ipse inter septem numeratur, v. 1310. Ὁ δεύτερος δ' Αἰτωλὸς Οἰνέως τόκος. Τυδεύς. Τρίτος δ' Ἐτέοκλος Ἀργεῖος γεγώς. *Barnes.*

883. τῷ βίῳ μὲν ἐνδεής,] Mirum est, unde hic Eteoclus ut pauper describatur, cum filius esset Iphidis, patris Evadnes, qui per totam subsequentem narrationem videtur fuisse unus ex principibus Argivis, et qui appellatur ἄναξ, v. 996. Τῷ βίῳ hic, ut supra 871, quod est ὄλβος, 872.

Φίλων δὲ χρυσὸν πολλάκις δωρουμένων,
Οὐκ εἰσεδέξατ' οἶκον, ὥστε τοὺς τρόπους
Δούλους παρασχεῖν, χρημάτων ζευχθεὶς ὕπο.
Τούς τ' ἐξαμαρτάνοντας, οὐχὶ τὴν πόλιν
Ἤχθαιρ'. ἐπεί τοι κοὐδὲν αἰτία πόλις,
Κακῶς κλύουσα διὰ κυβερνήτην κακόν.

Amicis vero aurum *ipsi* sæpe dono offerentibus,
Non recepit in ædes ut mores
Præberet serviles, victus a pecunia:
Ipsosque delinquentes, non Rempublicam,
Oderat: quia non *est* culpanda civitas,
Male audiens propter gubernatorem malum.

sic ἀλαζονεία τοῦ βίου, *jactantia* vel *ostentatio opum* seu *fortunarum* D. Joan. 1 Epist. ii. 16. non *superbia vitæ*. vid. cap. iii. 17. *Markl.*

884. Πλείστας δὲ τιμὰς ἔσχεν Ἀργείᾳ χθονί.] Legi posset divisim ἔσχ' ἐν Ἀργείᾳ. sed non opus. Teles apud Stobæum Serm. XCIII. p. 516. paullo aliter hunc locum citat: οὐκ ἀπὸ τρόπου δέ μοι δοκεῖ οὐδ' ὁ Εὐριπίδης ἐγκωμιάζειν τὸν Ἐτεοκλέα (l. Ἐτέοκλον,) διότι νεανίας μὲν ἐνδεὴς ἦν:

Πλείστας δὲ τιμὰς ἔσχεν Ἀργείων πόλει.

Markl.

ἔσχεν] Duportus legit ἔσχ' ἐν nulla necessitate; nam τὸ ἐν potest subaudiri.

Barnes.

Legebatur conjunctis duabus vocibus ἔσχεν, quod etsi mutari non opus judicabat Marklandus, tamen in tantilla re id, quod veri simillimum esset, præferri par erat. Eodem observante Teles apud Stobæum Serm. XCV. οὐκ ἀπὸ τρόπου δέ μοι δοκεῖ οὐδ' ὁ Εὐριπίδης ἐγκωμιάζειν τὸν Ἐτεοκλέα, (scribendum erat Ἐτέοκλον) διότι νεανίας μὲν ἐνδεὴς ἦν, πλείστας δὲ τιμὰς ἔσχεν Ἀργείων πόλει. *Hermann.*

885. δωρουμένων,] *Dare volentium*. sequitur enim, *non recepit*. quale supra notavi ad v. 750. Deinde, ὥστε τοὺς τρόπους Δούλους παρασχεῖν, χρημάτων ζευχθεὶς ὕπο· pro quibus Stobæus Tit. xliv. p. 307. οὔτε τοὺς τρόπους Δούλους παρέσχε χρημάτων πεισθεὶς ὕπο. sic δοῦλον παρασχὼν θάνατον, Orest. 1169. pro δουλικὸν, ut παρθένους χεῖρας pro παρθενικὰς, Ion. 270.

Markl.

Hunc et quinque sequentes versus affert Stobæus Serm. XLVI. *Hermann.*

886. οὐδὲ Stobæus Trincavelli. *Por.*

Stobæus, οὐδὲ τοὺς τρόπους δούλους παρέσχε χρημάτων πεισθεὶς ὕπο. *Hermann.*

887. ζευχθεὶς] Stobæus Tit. 46. πεισθείς. *Musg.*

888. Idem Τοὺς δ', non τ': et pro τὴν πόλιν, τὴν τύχην: non tam bene. nam Euripides dicit, Eteoclum hunc odisse τοὺς ἐξαμαρτάνοντας, Eteoclea scil. *injuste agentem;* sed non *civitatem* ejus, Thebas, et sequitur ratio quare non oderat *civitatem* ejus: ἐπεί τοι κοὐδὲν αἰτία πόλις Κακῶς κλύουσα διὰ κυβερνήτην κακόν. ubi iterum mireris discrimen in Stobæo: ἐπεὶ κατ' οὐδὲν αἰτία πέλει Κακῶς ἀκούειν διὰ, &c. Sed sincerior videtur lectio Codicum A. B. C. ἐπεί τοι γ' οὐδὲν αἰτία, &c. οὐδὲν est κατ' οὐδὲν, idem quod οὐκ, pro quo sæpe ponitur. Πέλει istud in Stobæo poëtica vox habetur. sed sæpe ea utuntur Tragici, in Iambis. [Cl. Reiskius ita legit, Ἤχθαιρε, πεισθεὶς οὐδὲν ἀξίαν πόλιν Κακῶς κλύειν ἂν διὰ — aut, Ἤχθαιρε πᾶσαν, οὐδὲν ἀξιῶν πόλιν κακῶς κλύειν ἂν διὰ — vel tandem, quod mavult, Ἤχθαιρεν, εἰ τύχῃ οὐδὲν αἰτία πόλις, *non oderat urbem, si forte male audiret ob malum rectorem, ipsa innocens.* De hiatu isto, τύχῃ οὐδὲν, in Tragicorum iambis nunquam viso, dixi supra ad v. 120.]

Markl.

τὴν τύχην et Τοὺς δ' Trinc. *Por.*

889. ἐπεί τοι γ' οὐδὲν αἰτία πόλις,] Sic Markl. pro ἐπεί τοι κοὐδὲν — ἐπί τοι κοὐδὲν Trinc. Recte se habet lectio vulgata. Euripid. Heraclid. 508. Οὐ δῆτ'· ΕΠΕΙ ΤΟΙ ΚΑΙ γέλωτος ἄξια. 744. Θείην· ΕΠΕΙ ΤΟΙ ΚΑΙ κακὸς μένειν δόρυ. Med. 682. (675) Μάλιστ', ΕΠΕΙ ΤΟΙ ΚΑΙ σοφῆς δεῖται φρενός. Aristoph. Acharn. 951. Ἐμοὶ με-

Ὁ δ' αὖ τρίτος τῶνδ' ἹΠΠΟΜΕΔΩΝ, τοιόσδ' ἔφυ·
Παῖς ὢν, ἐτόλμησ' εὐθὺς οὐ πρὸς ἡδονὰς
Μουσῶν τραπέσθαι, πρὸς τὸ μαλθακὸν βίου·
Ἀγροὺς δὲ ναίων, σκληρὰ τῇ φύσει διδοὺς
Ἔχαιρε πρὸς τἀνδρεῖον, εἴς τ' ἄγρας ἰὼν,
Ἵπποις τε χαίρων, τόξα τ' ἐντείνων χεροῖν,

Tertius vero horum Hippomedon, talis fuit:
Statim a puero ausus est non ad voluptatem
Musarum se convertere, et ad mollem vitam:
Sed habitans ruri, exercens naturam in duris
Erexit ad fortia, et ad venationes vadens,
Et gaudens equis, et tendens arcum manibus,

λήσει ταῦτ'· ΕΠΕΙ ΤΟΙ ΚΑΙ ψοφεῖ. Euripid. Androm. 88. ΕΠΕΙ ΤΟΙ Κοὐ περίβλεπτος βίος. Lucian. Jov. Tragœd. II. p. 644. Οὐκ οἶσθ', ἐπεί τοι κἂν ἐκώκυες μέγα. Aristoph. Ran. 511. οὐ μή σ' ἐγὼ Περιόψομαι 'πελθόντ', ΕΠΕΙ ΤΟΙ ΚΑΙ κρέα 'Ανέβραττεν. (vid. ad Med. 675.) *Por.*

ἐπεί τοι γ' οὐδὲν] Ita MS. uterque et P. Vulgo ἐπεί τοι κ' οὐδὲν. *Musg.*

Forte, ἤχθαιρε, πεισθεὶς οὐδὲν ἀξίαν πόλιν κακῶς κλύειν ἂν διὰ — *persuasus dignum et æquum non esse, ut urbs male audiat ob malum rectorem,* aut ἤχθαιρε πᾶσαν, οὐδὲν ἀξιῶν πόλιν κακῶς κλύειν ἂν διὰ — *non censens, urbem male audire debere* — vel tandem, quod malim, ἤχθαιρεν, εἰ τύχῃ οὐδὲν αἰτία πόλις, *non oderat urbem, si forte male audiret ob malum rectorem ipsa innocens. Reisk.*

Edd. Stobæi ἤχθαιρεν, præter Grotianam. Deinde codd. A. B. C. ex iisque Marklandus ἐπεί τοί γ'. Stobæi edd. 1543. 1549. 1581. p. 526. ἐπεὶ κατ' οὐδέν. Ed. Trincav. ἐπί τοι κοὐδέν. Sed ἐπεί τοι κοὐδὲν Ald. Brub. Grotius. Vide Porson. ad Med. 675. Pro πόλις Stobæus πέλει. *Hermann.*

κλύουσα] Stobæus, uti supra, ἀκούειν, non male, modo simul legatur ἀξία pro αἰτία. *Musg.*

892. ἐτόλμησ' —— τραπέσθαι,] Id est, ἐτρέψατο, *vertebat se:* ut τολμᾷς ἀπαλλάξαι pro ἀπαλλάττεις, Hecub. 1233. τολμᾷς ἐπαινεῖν, *probas,* Sophocles Electr. 1057. vide Medeam 590. D. Joan. xxi. 12. *Markl.*

893. πρὸς τὸ μαλθακὸν βίου, conjicitur τε pro τό. cui favet Cod. B. qui habet βίον. sed quare mutaremus? Reiskius, πρός τε μαλθακὸν βίον. *Markl.*

πρὸς τὸ] Alii πρός τε, etc. *Barnes.*

894. τῇ φύσει est idem, atque τῷ σώματι, aut τῇ τροφῇ, *er legte seinem Aufwachsen harte Dinge vor. Reisk.*

Ἀγροὺς δὲ ναίων, σκληρὰ τῇ φύσει διδοὺς 'ΕΧΑΙΡΕ πρὸς τ'ανδρεῖον,] Dubitatur de veritate lectionis ἔχαιρε duplici de causa, primum, quia proximo versu ἵπποις τε χαίρων legitur, deinde quod χαίρειν πρός τι parum Græce dictum videtur. Æque insolens est, quod Reiskius conjecit ἔσκαιρε πρὸς τ. melius Musgravii acumen, qui ἐξῇρε emendari voluit, hoc sensu: *Laborum usu naturam suam ad fortitudinem extulit.* Mihi in mentem venit:

ἜΤΕΙΝΕ πρὸς τ' ἀνδρεῖον.

Diodor. ap. Suidam. V. ἐντείνας. Εἰς τὸν στρατιωτικὸν καὶ εὐτελῆ βίον ἐντείνας. ἀντὶ τοῦ ἐπιδούς. inter Fragmenta Diodori XXX. p. 645. v. Rhunken in Timæum, p. 22. Abresch. Animadvers. in Æsch. L. I. p. 118. Idem in Auctario Dilucid. in Thuc. p. 360. *Jacobs.*

895. Ἔχαιρε] Lego ἐξῇρε, ut sensus sit: *laborum usu naturam suam ad fortitudinem extulit.* Plut. in Pericle: συνεξάρας τὸ ἀξίωμα τοῦ ἤθους. p. 280. Ed. Steph. *Musg.*

895. s. Non majorem offensionem habet ἔχαιρε — χαίρων, quam, quod tamen alia ratione dictum est, φύσιν τίν' εἶχε, τίνα δ' ἀκμὴν ἥβης ἔχων, apud Sophocl. Œd. R. 741. quod Erfurdtius rectius in majore, quam in secunda editione explicuit. *Hermann.*

Πόλει παρασχεῖν σῶμα χρήσιμον θέλων.
Ὁ τῆς κυναγοῦ δ' ἄλλος, Ἀταλάντης γόνος,
Παῖς ΠΑΡΘΕΝΟΠΑΙΟΣ, εἶδος ἐξοχώτατος,
Ἀρκὰς μὲν ἦν· ἐλθὼν δ' ἐπ' Ἰνάχου ῥοὰς,
Παιδεύεται κατ' Ἄργος· ἐκτραφεὶς δ' ἐκεῖ,
Πρῶτον μὲν, ὡς χρὴ τοὺς μετοικοῦντας ξένους,
Λυπηρὸς οὐκ ἦν, οὐδ' ἐπίφθονος πόλει,

Reipublicæ corpus utile præbere volens.
Alius vero, filius venatricis Atalantæ,
Puer Parthenopæus, forma præstantissimus,
Arcas quidem erat: profectus vero ad Inachi fluenta,
Educatur Argis, et illuc educatus
Primum quidem, ut convenit inquilinos viros *facere*,
Nemini erat molestus, neque invisus urbi,

896. Ἵπποις τε χαίρων, &c.] Dubitari forte potest de χαίρων cum præcessit ἔχαιρε: vel de ἔχαιρε isto. Σκληρὰ διδοὺς, est, opinor, *injungens dura*, τῇ φύσει, *sibi*. vid. Aristoph. Νεφ. 515. Soph. Electr. 688. Vel ἔχαιρε διδοὺς idem quod ἔχαιρε διδόναι. (distinctione posita post ἔχαιρε.) [Reiskius: "τῇ φύσει est idem atque τῷ σώματι aut τῇ τροφῇ. *onerabat adolescens suum rebus duris.*" Idem, ἔσκαιρε πρὸς τἀνδρεῖον.] De metaphora in voce σκληρὰ, vide Galenum citatum a Casaubono ad Athenæum i. 21. p. 62. *Markl.*

897. παρασχεῖν σῶμα χρήσιμον, ut Demosth. contr. Aristocrat. p. 326. νῦν δέ γ' εἰσὶ φίλοι, καὶ χρησίμους παρέχουσιν αὐτούς. adv. Phœnipp. p. m. 221. δεῖ γὰρ τοὺς εὐπόρους χρησίμους αὐτοὺς παρέχειν τοῖς πολίταις. *Markl.*

898. κυναγοῦ Doricum est, pro κυνηγοῦ. sed tam sæpe ita scribitur (si exemplaribus fidendum sit) ut in Atticam loquelam usu sumta videri possit, quemadmodum ἕκατι, Ἀθάνα, et similia. vide Cl. Valckenær. ad Phœniss. v. 11. et 1113. *Markl.*

Ὁ τῆς κυναγοῦ δ' ἄλλος Ἀταλάντης γεγὼς,] Inepte legebatur Ἀταλάντης γόνος, παῖς Παρθενοπαῖος. Dignam judicavi, quam in textum reciperem, præ laram emendationem, qua Matthiæ hunc locum restituit. Nam ne quis forte παῖς, ut interpretationem prægressi nominis γόνος, delendum, Παρθενοπαῖος autem, Æschyli exemplo in Sept. ad Th. 553. secunda syllaba producendum putet, et tempus, quo Supplices scripsit Euripides, et numeri ejus, et Phœnissarum versus 150. ὅδ' ἐστὶ Παρθενοπαῖος Ἀταλάντης γόνος, ac 1122. ὁ τῆς κυναγοῦ Παρθενοπαῖος ἔκγονος, quorum prioris recordatione vitium in Supplicum versum inferri poterat, tum etiam id obstare videtur, quod, si Æschylo talia et Sophocli condonata sunt, eadem sibi condonari Euripidem voluisse non est credibile. Cæterum nescio an haud satis apte hic Atalantæ mentionem fecerit, cujus quum nomen audirent, spectatores non poterant non oculos in chorum convertere, ut nobilem quondam venatricem, arcu sagittisque spoliatam, inter grandævas ducum matres agnoscerent.

Defendi poterit vulgata eo, quod Æschylo hic vocatur βλάστημα καλλίπρωρον, ἀνδρόπαις ἀνήρ, Sept. ad Th. 539. *Hermann.*

900. Ἀρκὰς μὲν ἦν· ἐλθὼν δ' ἐπ' Ἰνάχου ῥοὰς, Παιδεύεται κατ' Ἄργος·] Citat Scholiastes ad Euripid. Phœniss. 1169. *Por.*

901. Παιδεύεται κατ' Ἄργος·] Ex Æschyl. Ἑπτ. ἐπ. Θήβ. 554. de Parthenopæo: Μέτοικος, Ἄργει δ' ἐκτίνων καλὰς τροφάς. Ceterum παιδεύεται pro ἐπαιδεύετο, qualiter sæpissime scribunt ob metrum, ut ἐλαύνεις pro ἤλαυνες, v. 142. φαίνεται pro ἐφαίνετο, v. 30. φυτεύει pro ἐφύτευε, 996. *Markl.*

903. πόλει,] i. e. πολίταις, *civibus.* *Markl.*

908. λυπρῶς δ' ἔφερεν, εἴ τι δυστυχεῖ.]

Οὐδ' ἐξεριστὴς τῶν λόγων, ὅθεν βαρὺς
Μάλιστ' ἂν εἴη δημότης τε, καὶ ξένος.
Λόχοις δ' ἐνεστὼς, ὥσπερ Ἀργεῖος γεγὼς,
Ἤμυνε χώρᾳ· χὠπότ' εὖ πράσσοι πόλις,
Ἔχαιρε, λυπρῶς δ' ἔφερεν, εἴ τι δυστυχεῖ.
Πολλοὺς δ' ἐραστὰς, κἀπὸ θηλειῶν ὅσας,
Ἔχων, ἐφρούρει μηδὲν ἐξαμαρτάνειν.

Neque litigator verbis, unde gravis
Maxime utique fiat vel civis vel hospes:
Et collocatus in acie, tanquam esset natus Argivus,
Propugnabat regionem: et quando civitas rem bene gerebat,
Gaudebat, acerbe vero ferebat, si quam cladem accipiebat:
Multos autem amatores, ac mulierum non pauciores
Habens, cavebat ne quid peccaret.

Ita edidit Barnesius, nescio an primus, pro ἔφερ', syllaba ad metrum deficiente. Sine libris quidquam ne mutetur in δυστυχεῖ: vide notam ad v. 901. et Dorvill. ad Chariton. p. 132. de modorum variatione. Reiskius legit, εἴ τι ἐδυστύχει: vide ad v. 120. de hiatu, et Iphig. Taur. 668. pro δυστυχεῖ, ut Ἄργος εἰ πράσσει καλῶς. Heathius putat syntaxin poscere δυστυχοῖ. Sed hoc in Attico scriptore foret δυστυχοίη potius, in numero singulari Atticismo servato, ut fieri solet. et ita putarem in Phœniss. 970. ubi cod. Flor. habet οἰωνοσκοποῖ, verius esse, quod nunc legitur οἰωνοσκοπῇ, quia si potentialem voluisset Euripides, scripsisset potius οἰωνοσκοποίη. Ita Hecub. 330. Kingius edidit εὐτυχοῖ, volens εὐτυχοῖ. sed Aldina ibi habet, εὐτυχῇ, et ἔχῃ θ' versu sequenti. Ob quam rationem Atticam, Polymestor in eodem dramate v. 1148. dicit κινοίην χέρας, non κινοῖμι. Dixi, *in numero singulari servato Atticismo,* quia in *duali* et *plurali* ad Communem formam sæpe revertuntur Attici. rarius in singulari: nonnunquam tamen.] *Markl.*

ἔφερεν,] Ed. Ald. ἔφερ', quod primus mutavit Barnesius. Pro δυστυχεῖ syntaxis postulare videtur δυστυχοῖ, quod et Heathio placuit. Æque commodum esset ἐδυστύχει, si metrum pateretur. Aliter tamen sentit Marklandus. *Musg.*

909. Hoc versu recte tuetur ὅσας Barnesius, contra ἴσας Canteri. ἐραστὰς ibi est *mares,* qui eum amaverunt, et ἀπὸ θηλειῶν ὅσας dici potest quasi cum admiratione, *quot, putas, inter fœminas!* θαυμαστὸν ὅσας, vel πλείστας ὅσας. vid. Schol. Aristoph. Acharn. v. 1. Quod vero de Tydeo hic narratur combusto Eleusine, et de ossibus ejus Argos reportatis, quomodo conciliabimus cum iis quæ ejus filius Diomedes refert apud Homer. Iliad. Ξ. 114. Τυδέος, ὃν Θήβῃσι χυτὴ κατὰ γαῖα κάλυψε. *Markl.*

Πολλοὺς δ' ἐραστὰς, κἀπὸ θηλειῶν ὅσας Ἔχων,] Lege omnino ἴσας cum Cantero. Alexis apud Athenæum III. p. 114. E. Λευκοὺς μὲν ὀκτὼ, τῶν δὲ φαιῶν τοὺς ἴσους. *Por.*

ὅσας,] Canterus ἴσας, quod rejicit cum Barnesio Marklandus; et hic quidem dici putat cum admiratione ὅσας, quasi θαυμαστὸν ὅσας vel πλείστας ὅσας, *quot putas inter fœminas!* Mihi nullus hic locus exclamationibus videtur; quare verum puto Canteri ἴσας. *Musg.*

ὅσας,] Canterus ἴσας legit; sed nihil muto: ὅσας enim elegantius est, et numerum auget. *Barnes.*

Canterus et Musgravius ἴσας. Improbant hoc Barnesius et Marklandus, qui ὅσας putat cum exclamatione dici. At hæc parum hic apta foret. Satius duxi, post ὅσας commate interpungere, ut in ed. Musgravii factum, ut constructio sit, πολλοὺς δ' ἐραστὰς ἔχων, κἀπὸ θηλειῶν ὅσας εἶχεν. *Hermann.*

ΤΥΔΕΩΣ δ' ἔπαινον ἐν βραχεῖ θήσω μέγαν·

Tydei vero laudem breviter dicam magnam.

911. Τυδέως δ' ἔπαινον] Τῦδέῶς est amphimacer, qui pes non stabit in ullo loco senarii. Pronuntiandum est dissyllabice. et quia rationi non videtur consentaneum ut vocalis ulla in pronuntiatione Iambi pereat, εως efferendum forte eodem sono quali Nos efferremus yως, et qualiter efferimus vocabula *York*, *yonder*, *Fludyer*, &c. Τῦδἔῶς, Τῦδ-yῶς: quo pacto servatur metrum, neque sonus literæ ullius amittitur. Dubitari enim potest, an ulla fuerit elisio apud Tragicos Græcos (in Iambis dico,) in qua sonus ullius vocalis inter pronuntiandum penitus interiret. cujus dubitationis fundus esse potest subsequens historiola: Hegelochus Tragœdus agebat Euripidis Oresten: in qua fabula, Orestes ex insano ad sese redire incipiens, dicit (Orest. 273.) Ἐκ κυμάτων γὰρ αὖθις αὖ γαλήν' ὁρῶ, i. e. γαληνὰ: *Ex tempestate enim rursus tranquillitatem video.* Debuit Hegelochus uno tenore continuasse totum senarium, et ita, ut auditoribus ex pronuntiatione ejus innotesceret, literam ultimam in γαληνὰ elisam fuisse ob subsequens ὁρῶ: sed spiritu ejus infeliciter deficiente in γαλην', recipiens se pergebat ad ὁρῶ antequam ullam synalœphes seu elisionis significationem dedisset: unde auditoribus visus est dixisse γαλῆν ὁρῶ, *felem video.* quæ res Euripidæ iniquis amplam materiem joci et risus subministrabat. vide Scholiast. Euripidis ad locum, Aristoph. Ranar. 306. et Scholiastem ejus. Hinc autem probari videtur, vocalem in pronuntiatione non potuisse elidi, sine aliqua talis elisionis significatione, in fine vocis: quare igitur in medio, ut in Τυδέως? Dico, *videtur*, quia scio quam cauti et modesti esse debemus in pronuntiando de istiusmodi rebus. Ita ista Homeri, Iliad. Α. 193. ubi versus hexameter incipit ab amphibrachi, Ἕως ὁ ταῦθ' ὥρμαινε κατὰ φρένα καὶ κατὰ θυμόν, sunt qui putant pronunciata olim fuisse, yως ὅτ ταῦθ' ὥρμαινε, &c. neque tamen molesti esse vellent Cl. Clarkio, qui sonum eorum hunc fuisse autumat, ὥσω ταῦθ', vel ὥσεω. Sic et ad versum 398. ejusdem Iliados, Οἴη ἐν ἀθανάτοισιν ἀεικέα λοιγὸν ἀμῦναι, idem vir doctissimus scribit: "adeo parum in pronuntiando tribrachyn inter dactylumque interest, ut uterque potuerit legitime usurpari. Scilicet in voce ἀθάνατος, ἀκάματος, ἀπονέεσθαι, ἀγοράασθε, ἀποδίωμαι, Πριαμίδης, et similibus." Aliis hoc videtur idem ac si quis diceret, *Ita est, quia ita est*, vel, *quia Homerus ita esse voluit.* nulla enim ratio redditur, qui fit, ut longa et brevis syllaba sint ἰσοδύναμοι. hoc iis incredibile est, neque omnino verisimile, nullum esse discrimen in pronuntiando inter tribrachyn ἄπὄνἔ, et dactylum ἔννἔπἔ. Putant etiam tribrachyn in versu heroö locum nunquam habuisse, aut habere posse: (nam istud Iliad. Γ. 357. Διὰ μὲν ἀσπίδος ἦλθε, &c. existimant pronunciatum fuisse, Δειὰ μὲν ἀσπίδος &c. vel forte ita scriptum; ut in Æschylo, Agam. 294. Ὑπὲρ Ἕλλης τε πόντον, &c. scribere potuisset, Ἕλλης ὑπὲρ τε πόντον.) et tamen concedunt, valde incommodum fore, si omnes istiusmodi voces, quæ tres priores syllabas breves habent, ex poëmatibus epicis excluderentur. Quid igitur faciendum erat? Respondent, prima consonans in vocibus talibus repetenda erat, in pronuntiationes saltem: quæ repetitio priorem syllabam longam efficeret, ἀτθάνατος, ἀκκάματος, ἀππονέεσθαι, ἀγγοράασθε, ἀπποδίωμαι vel ἐξαπποδίωμαι. et quia in Πριαμίδης hic processus locum non potuit habere, (vel inserenda erat ε Πρειαμίδης, vel) geminanda erat prima vocalis, Πριϊαμίδης, cujus contractio Πρῖαμίδης, primam syllabam necessario longam haberet. At unde apparet hanc suppositionem veriorem esse vel probabiliorem quam ista Clarkii? Respondent, Ex versu proxime sequenti, Iliad. Α. 399. Ὁππότε (pro Ὁπότε) μιν ξυνδῆσαι Ὀλύμπιοι ἤθελον ἄλλοι, et ex multis aliis locis, in quibus metri gratia geminatur consonans. quod et a Latinis, ob eandem caussam, sæpius factum: ut in *relligio*, *rettulerat*, *relliquiæ*, &c. Quod si tam parum interfuisset inter tribrachyn et dactylum in pronuntiando, quæro, quare Homerus posuisset dactylum ὁππότε, cum tribrachys ὁπότε proposito suo æque bene inservisset.

Notatu vero dignus est versus iste supra citatus Iliad. Α. 193. Ἕως ὁ ταῦθ', &c. quia totus constat ex metro Iambico:

Ἕῶς | ὄ τᾶυθ' | ῶρμᾶι | νἔ κᾶτᾶ | φρἔνᾶ κᾶι | κᾶτα Θῦμῶν.

Iambos fortuitos in scriptoribus Prosaïcis sæpe deprehendas. In N. F. centum

Οὐκ ἐν λόγοις ἦν λαμπρὸς, ἀλλ' ἐν ἀσπίδι.

Non in verbis erat clarus, sed in armis,

ad minimum senarios Tragicos (Comicos sine numero) licet observare, et ex iis multos pulcherrimos, ut Luc. v. 21.

Τίς ἐστιν οὗτος, ὃς λαλεῖ βλασφημίας;

et ibid. v. 39.

Πιὼν παλαιὸν, εὐθέως θέλει νέον.

Ad Ephes. v. 25.

Ὁ Χριστὸς ἠγάπησε τὴν ἐκκλησίαν.

Ad Hebræos xii. 14.

Οὗ χωρὶς οὐδεὶς ὄψεται τὸν Κύριον.

etiam duos conjunctos, Act. xvi. 12, 13. si pro τῇ τε ἡμέρᾳ, scribas, τῇ θ' ἡμέρᾳ, quemadmodum fere scribi solet: Ἦμεν δὲ ἐν ταύτῃ τῇ

Πόλει διατρίβοντες ἡμέρας τινάς·
Τῇ θ' ἡμέρᾳ τῶν σαββάτων ἐξήλθομεν
Ἔξω.

et alibi duos, uno pede minus, ut Luc. v. 31, 32. Οὐ χρείαν ἔχουσιν οἱ ὑγιαίνοντες ἰατροῦ:

Ἀλλ' οἱ κακῶς ἔχοντες· οὐκ ἐλήλυθα
Καλέσαι δικαίους, ἀλλ' ἁμαρτωλοὺς —

et Act. xxiv. 14, 15. aliquid amplius:

ὁμολογῶ δὲ τοῦτό σοι
Ὅτι κατὰ τὴν ὁδὸν, ἣν λέγουσιν αἵρεσιν
Οὕτω λατρεύω τῷ πατρῴῳ Θεῷ —

ubi Θεῷ, v. 15. erit monosyllabon, ut hac fab. v. 1213. et centies in poëtis. alibi duos, duabus tantum particulis disjunctos, Matt. xxiii. 34. Ἰδοὺ, ἐγὼ ἀποστέλλω πρὸς

Ὑμᾶς, προφήτας, καὶ σοφοὺς, καὶ γραμματεῖς·
καὶ ἐξ
Αὐτῶν ἀποκτενεῖτε, καὶ σταυρώσετε.

Sed in omni antiquitate poëtica forte hic unicus est Hexameter qui totus formam habet Iambi. Exemplum vero est anapæsti post tribrachyn, ut hic, in Aristophanis Εἰρήνῃ, v. 245.

Ἰὼ Μέγαρα, Μέγαρ', ὡς ἐπιτρίψεσθ' αὐτίκα.

et Ὀρν. 1012.

Κἀμοί γε πειθόμενος ὑπόκινει τῆς ὁδοῦ.

Thesmophor. 292.

Τὸ πόπανον, ὅπως λαβοῦσα θύσω ταῖν Θεαῖν.

et apud Nicostratum in Athenæo III. 27. p. 111. D. [Quæ noto, quia vir doctissimus non dubitat "quin ab hac pedum in metro Iambico distributione Poëtæ Attici summa religione temperarent."] Idem quod notavi de anapæsto post tribrachyn, notari potest et de anapæsto post dactylum: unde non necesse est ut ἔγραφον mutetur in ἔγραφ', Acharn. 146. cum vera lectio possit esse, Ἐν τοῖσι τοίχοις ἔγραφ | ἐν, Ἀθῆ | ναῖοι καλοὶ, ut Ranar. 476. Ἔχιδνά θ' ἑκατόντακε | φαλος ἢ | τὰ σπλάγχνα σου Διασπαράξει: et Damoxenus ap. Athenæum III. 22. p. 103. A. Εἶτ' οὐθὲν εἰκῆ παρὰ | τίθεμαι | τοῖς συμπόταις. Nescio tamen an Atticus fuerit hic Damoxenus, vel Nicostratus supra memoratus. Sed ποῖ παρεπλάγχθην? *Markl.*

Exemplum est Anapæsti post Tribrachyn. Aristophanis Εἰρήνῃ 245. Ἰὼ Μέγαρα, Μέγαρ' ὡς ἐπιτρίψεσθ' αὐτίκα. et Ὀρν. 1012. Κἀμοί γε πειθόμενος ὑπόκινει τῆς ὁδοῦ. Thesmophor. 292. Τὸ πόπανον, ὅπως λαβοῦσα θύσω ταῖν Θεαῖν. et apud Nicostratum in Athenæo III. 27. p. 111. D. Idem quod notavi de Anapæsto post Tribrachyn; notari potest et de Anapæsto post Dactylum, unde non necesse est ut ἔγραφον mutetur in ἔγραφ', [ut legit Dawesius Misc. Crit. p. 254.] Acharn. 146. cum vera lectio possit esse, Ἐν τοῖσι τοίχοις ἐγραφ | ἐν, Ἀθῆ | ναῖοι καλοὶ, ut Ranar. 476. Ἔχιδνά θ' ἑκατόντακε | φαλος ἢ | τὰ σπλάγχνα σου Διασπαράξει: et Damoxenus ap. Athenæum III. 22. p. 103. A. Εἶτ' οὐθὲν εἰκῆ παρὰ τίθεμαι τοῖς συμπόταις." Markl. Exempla hæc incertæ sunt fidei. in primo omitti potest ὡς. in secundo legi, Κἀμοὶ πιθόμενος ὑπαποκίνει τῆς ὁδοῦ. in tertio, Τὰ πόπαν', ὅπως—. in Nicostrati loco legere potes, τὸ πάχος γὰρ pro τὸ γὰρ πάχος. in Ranis certe legendum, ἑκατογκέφαλος. in Damoxeno forsan, παρατίθημι συμπόταις. *Por.*

912. Οὐκ ἐν λόγοις ἦν λαμπρὸς, ἀλλ' ἐν ἀσπίδι Δεινὸς, σοφιστὴς πολλά τ' ἐξευρεῖν σοφά.] Nihil mutavi, quamquam libentius legerem, ἀλλ' ἐν ἀσπίδι Δεινὸς σοφιστὴς, πολλά τ' ἐξευρῶν σοφά. quemadmodum Sertorius a Plutarcho in Vit. ejus, p. 573. A. appellatur ἀπάτης — σοφιστὴς δεινότατος. Et Aldina mecum distinguit. Ex iterata mentione clypei (nam mox repetit) videri posset Tydeus invenisse vel addi-

[Δεινὸς σοφιστὴς πολλά τ' ἐξευρεῖν σοφά.]
Γνώμῃ δ' ἀδελφοῦ Μελεάγρου λελειμμένος,
Ἴσον παρέσχεν ὄνομα διὰ τέχνης δορὸς,
Εὑρὼν ἀκριβῆ μουσικὴν ἐν ἀσπίδι.
Φιλότιμον ἦθος, πλούσιον· φρόνημα δὲ
Ἐν τοῖσιν ἔργοις, οὐχὶ τοῖς λόγοις ἴσον.

Callidus artifex ad invenienda multa stratagemata.
Inferior autem prudentia Meleagro fratre,
Æquale nomen arte bellica præstitit,
Inveniens accuratam Musicam in clypeo:
Gloriam appetentis naturæ dives: vigor autem animi
In factis, non par, (*sed major*) verbis.

disse novi aliquid, circa usum vel fabricam clypei. Sed de sanitate hujus loci, præter alia, dubitare me facit auctor antiquus scholiorum in Homerum, quorum specimen dedit Cl. Valckenærius Animadvers. in Ammon. III. 20. p. 241. ex Cod. Vossiano? qui citat, Οὐδ' ἐν λόγοις ἦν δεινὸς, ἀλλ' ἐν ἀσπίδι. (Nemini versus esset de mendo suspectus, si sic legeretur in codicibus antiquis: Δεινὸς παλαιστὴς πολλά τ' ἐξευρεῖν σοφὸς, inquit Idem ad Hippolyt. 925.) Μουσικὴν vero (v. 916.) intelligo metaphorice, *liberalem educationem* et τὴν ἐγκυκλοπαιδείαν, et ἡδονὰς Μουσῶν (v. 892.) potius quam voluptatem musicam quam ex sonitu armorum perciperet bellator Tydeus. quamquam pro ea interpretatione scio quid dici possit, et pro Poëtica. Reiskius dist. et leg. Δεινὸς σοφιστὴς πολλά γ' ἐξευρεῖν κακὰ, aut πολλ' ἀνεξευρεῖν. *Markl.*

913. Δεινὸς σοφιστὴς πολλά τ' ἐξευρεῖν σοφά.] Πολλὰ δ' ἐξευρεῖν σοφός, Toup. in Suid. III. p. 250. Sed laterem plane lavant, et medicinam mortuo faciunt, qui ineptum et spurium versiculum emendare conantur. (Vid. Append. ad. Toup. p. 478.) *Por.*

Lenis, nec prorsus incommoda, emendatio fuerit, si quis cum Toupio σοφὸς legerit pro σοφά. Nam quod idem τ' in δ' mutare voluit, contra loci indolem fecisse videtur. Diversativam enim adhibet ad ea connectenda, quæ minime diversa sunt. Sed ut verum fatear, σοφὸς post σοφιστὴς sine ulla emphasi aut venustate positum meas aures offendit. Videndum, an ferri possit:

δεινὸς σοφιστὴς, πολλά γ' ἐξευρεῖν σοφά.

Quod idem est, ac si dixisset, δεινὸς σοφιστὴς, οὐ μέντοι λέγειν σοφὰ, ἀλλὰ ἐξευρεῖν. *Musg.*

Toup. in Suid. III. p. 251. post ἀσπίδι punctum ponit, tum scribit: Δεινὸς σοφιστὴς, πολλὰ δ' ἐξευρεῖν σοφὸς, atque vertit: *Non in verbis erat clarus, sed in armis, Acer sophista, sed re, non lingua, sophista.*

Valck. ad Eurip. Hippol. 925. emendat: — ἀλλ' ἐν ἀσπίδι Δεινὸς παλαιστὴς, πολλά τ' ἐξευρεῖν σοφός. Sic παλαιστὴς, v. 714. Æsch. Prom. 918. Soph. Phil. 432. *Beck.*

915. Ἴσον παρέσχεν ὄνομα] *Præstitit, exhibuit:* ut v. 897. Hecub. 1095. φόβον παρέσχ' ἂν, non παρέσχεν, ut nunc legitur. δίκην παρασχεῖν, Iph. Taur. 944. ubi notabo. Θάρσος παρέσχεν, Xenophon de Agesil. ad fin. Addam sententiam proxime sequentem in Xenophonte, quia mendosa est: Τί δὲ νέοι φίλοι πλέον ἐπόθησαν, ἢ Ἀγησίλαον γηραιὸν ἀποθανόντα; Lego, Τίνα δὲ νέον οἱ φίλοι πλέον, &c. *Quem vero juvenem amici magis desideraverunt, quam Agesilaum qui senex mortuus est?* Postquam hæc scripseram, ita inveni citatum in Plutarchi libello, *An seni sit ger. resp.* p. 784. E. *Markl.*

"Hecub. 1095. φόβον παρέσχ' ἂν, *non* παρέσχεν, *ut nunc legitur.*" Markl. Hanc emendationem, quam nuper a Musgravio quoque oblatam probarunt Auctores Bibliothecæ Criticæ IV. p. 42, 3. dudum præceperat B. Heathius. *Por.*

916. Alludit ad illud Homeri Iliad.

Ἐκ τῶνδε μὴ θαύμαζε τῶν εἰρημένων,
Θησεῦ, πρὸ πύργων τούσδε τολμῆσαι θανεῖν.
Τὸ γὰρ τραφῆναι μὴ κακῶς, αἰδῶ φέρει.
Αἰσχύνεται δὲ τἀγαθ' ἀσκήσας ἀνὴρ,
Κακὸς κεκλῆσθαι πᾶς τις· ἡ δ' εὐανδρία
Διδακτὸς, εἴπερ καὶ βρέφος διδάσκεται

Ex his dictis ne mirare,
Theseu, hos ausos esse oppetere mortem ante turres.
Educatio enim bona pudorem affert.
Erubescit enim vir, qui *res* honestas exercuit,
Ignavus fieri quilibet; fortitudo vero
Doceri potest, siquidem et infans docetur *ea*

VII. v. 241. οἶδα δ' ἐνὶ σταδίῃ δηΐῳ μέλπεσθαι Ἄρηϊ. *Hermann.*

917. Φιλότιμον ἦθος, πλούσιον· φρόνημα δέ.] Quid sit ἦθος πλούσιον ignoro. Tolerabilius videbitur si moveas distinctionem:

Φιλότιμον ἦθος· πλούσιον φρόνημα δὲ
Ἐν τοῖσιν ἔργοις, οὐχὶ τοῖς λόγοις ἴσον.

Orest. 388. ὁ δαίμων δ' ἐς ἐμὲ πλούσιος κακῶν, i. e. ἕνεκα κακῶν· sensus est πλούσιος ἐν κακοῖς, ut hic, πλούσιον ἐν ἔργοις. D. Paulus ad Ephes. ii. 4. ὁ δὲ Θεὸς, πλούσιος ὢν ἐν ἐλέει et πλουτεῖν ἐν ἔργοις, 1 Tim. vi. 18. Vult: *mens* et inventio Tydei *fæcunda* erat *in factis*, in *dicendo* impar. Sine præpositione Plutarch. Cat. Maj. p. 347. A. πλούσιος τοῖς ἀχρήστοις καὶ περιττοῖς. Mecum distinguit Hervagiana, et edit. Brubach. teste Reiskio, qui hanc distinctionem probat: ut et Grotius, ut jam disco ex Heathio. *Markl.*

ἦθος πλέσιον non immerito Interpretes offendit, licet ψυχὴν πλουσίαν dicat Menander apud Stobæum, c. 93. Legi potest non incommode:

φιλότιμον ἦθος πλέσιος·

i. e. πλέσιος τὴν φιλοτιμίαν, vel, quæ usitatior constructio est, τῆς φιλοτιμίας. Deinde reliqua sic:

— — φρόνημα δὲ
ἐν τοῖσιν ἔργοις, ἐχὶ τοῖς λόγοις, ἴσον.

Ubi postrema per μείωσιν dicta sunt, significantque, eum multo majorem elationem animi factis, quam verbis, demonstrasse. *Musg.*

φιλότιμον ἦθος, πλέσιον φρονήματος,] Libri inepte πλέσιον φρόνημα δέ, quod emendavi. *Hermann.*

921. Confer Æschyl. Sept. Theb. 451. Theocrit. Idyll. V. 48. Aristides Tom. II. 19. καὶ τῶν ἄλλων εὐποριῶν ἐδὲν ὁμοίων τοῖς παρ' ἐκείνων ἐλπισθεῖσι. Ubi ἐδὲν ὁμοίων valet *majorum*. *Musg.*

922—927. Apud Stob. Grot. I. p. 3. Sine nomine fabulæ ubi τοι ἀγάθ'.

Burn.

923. ἡ δ' εὐανδρία Διδακτός,] In fragm. Eurip. ed. Barn. p. 497. multo elegantius legitur Διδακτὸν, sc. πρᾶγμά ἐστι. Adducuntur ibi quasi ex Nostri Temeno vel Temenidis, fabula deperdita, sex Iambi, qui hic leguntur continui. quod Cl. Viri memoriam fugiebat. et caussam erroris partim videre potes in marg. Stobæi, p. 1. ubi citatur hic locus. Εὐανδρία διδακτὸν, ut ὡς ἔστι δικαιοσύνη διδακτὸν, Isocrat. contra Sophist. p. 582. apud Platonem passim, Max. Tyrium, et omnes.

In versu præcedenti pro γενέσθαι, ibi invenitur κεκλῆσθαι· quod et ipsum elegantius est. et paullo ante pro τ'αγαθ', τοι ἀγαθ', non bene. et v. 926. pro μάθοι, illic μάθῃ. Pro τις (v. 926.) Cl. Valckenærius conjicit παῖς, ad Phœniss. 1553. quod expressi in versione. [Ambiguum est παιδεύετε: sed imperativi potius esse opinor, ut vertitur.] (927. pro εὖ παιδεύετε legi posset ἐκπαιδεύετε: hæc est methodus quam sequimini in liberis vestris instituendis. Indicativum vero esse παιδεύετε non potest dubitari.) Σώζεσθαι φιλεῖ accipi possunt passive, *solent servari.* Per ὧν μάθησιν οὐκ ἔχει, si sana est scriptura, in-

Λέγειν, ἀκούειν θ', ὧν μάθησιν οὐκ ἔχει.
Ἃ δ' ἂν μάθοι παῖς, ταῦτα σώζεσθαι φιλεῖ
Πρὸς γῆρας. οὕτω παῖδας εὖ παιδεύετε.
ΧΟ. Ἰὼ τέκνον, δυστυχῆ σ' ἔτρεφον,
Ἔφερον ὑφ' ἥπατος,
Πόνους ἐνεγκοῦσ' ἐν ὠδῖσι·

Dicere et audire, quorum notitiam non habet:
Quæ vero didicerit puer ea servare solet
Ad senectam. Sic *igitur* bene instituite liberos.
Cho. O fili, infelicem te gestavi,
Gestavi sub hepate,
Sustinens dolores in partu:

telligit, opinor, *ea quorum* naturaliter *non habet notitiam*. *Markl.*

κεκλῆσθαι (*pro* γενέσθαι) Stobæus Grotii, p. 3. κεκλήσεται forsan legendum pro γενήσεται Phœniss. *Por.*

Ἡ δ' εὐανδρία διδακτὸς] Vide Platon. Dial. cui titulus: Περὶ ἀρετῆς, εἰ διδακτόν. In Menone, ac περὶ Πλούτου. Laërtius in Zenone—Διδακτήν τε εἶναι τὴν ἀρετὴν, καὶ Χρύσιππος φησὶ, καὶ Κλεάνθης, καὶ Ποσειδώνιος, καὶ Ἑκάτων· Ὅτι δὲ διδακτή ἐστι, δῆλον ἐκ τοῦ γίνεσθαι ἀγαθοὺς ἐκ φαύλων. Joh. Brodæus. Διδακτὸς autem pro διδακτὴ Atticum est. Vide Hecub. v. 147. et hujus Fabulæ, v. 977. *Barnes.*

διδακτὸν, Stob. Grot. I. p. 3. *Burn.*

923. ss. Ἡ δ' εὐανδρία Διδακτὸς, εἴπερ καὶ βρέφος διδάσκεται Λέγειν ἈΚΟΥΕΙΝ Θ' ὧν μάθησιν οὐκ ἔχει.] Miror hæc verba nemini suspecta fuisse, cum absurdum sensum efficiant. Quid enim? Virtutem ea de causa doceri posse putemus, quod infantes ea *audire* docentur, quæ nondum sciunt? Num quia audiunt propterea etiam audita intelligunt? aut quid est audire discere? Quis non expectet potius ut dicatur, τὴν εὐανδρίαν, uti et reliquas virtutes, propterea edisci posse, quia infantes multa et dicere et facere doceantur, quorum antea nullam cognitionem habuerint. Aut fallor itaque, aut legendum:

— εἴπερ καὶ βρέφος διδάσκεται
Λέγειν τε Κ' ἈΣΚΕΙΝ, ὧν μάθησιν οὐκ ἔχει.

ἀσκεῖν pro ποιεῖν nostro solemne est. Helena 1103. δόλιά τ' ἐξευρήματα ἀσκοῦσα. Bacchæ, 631. ἀσκεῖν σώφρον' εὐοργησίαν. in Antiopa ap. Stob. I. p. 1, 24.

τρεῖς εἰσὶν ἀρεταὶ ἃς χρή σ' ἀσκεῖν.

Pythagoras:

εἶτα δικαιοσύνην ἄσκει ἔργῳ τε λόγῳ τε.

Xenophon de Rep. Laced. p. 541, 28. καλῶς δέ μοι δοκεῖ ὁ Λυκοῦργος νομοθετῆσαι καὶ ᾗ μέχρι γήρως ἄσκοιτ' ἂν ἀρετή. ἀσκεῖν κακὰ, Sophocles in Trachin. 388. v. Abresch. in Æschylum. L. I. p. 180. *Jacobs.*

923. Κεκλῆσθαι pro vulgato γενέσθαι ex Stobæo tit. I. recepi: vide Pors. ad Phœn. 576. Non male legeretur, κἄστιν ἥ γ' εὐανδρία διδακτόν, ut γὲ significaret *vel*, quemadmodum in Hecub. 842. ed. Pors. *Hermann.*

926. Lege, Ἃ δ' ἂν μάθῃ παῖς— *Por.*

τις.] Assentior Valckenærio V. Cl. legenti παῖς. Vid. ad Phœn. v. 1553. *Musg.*

Sic Stobæus. Libri μάθοι. Pro τὶς Valckenærius ad Phœn. 1553. conjicit παῖς, quo non opus, si hæc arctius juncta cum præcedentibus accipias. *Hermann.*

927. Vix ferri poterit εὖ παιδεύετε, etiam si velis indicativum esse, ut placet Marklando, cui etiam ἐκπαιδεύετε in mentem venerat. Aut hoc probandum puto, aut scribendum εὖ παιδεύσετε. *Hermann.*

928. s. "Ita hæc metra constituenda:

"Ἰὼ τέκνον, δυστυχῆ periodus catalectus

"Σ' ἔτρεφον, ἔφερον ὑφ' ἥπατος Iambicus dimeter acatalectus." Heathius. Δυστυχῆ pro δυστυχὲς sc. τέκνον; quasi præcessisset Ἰὼ υἱέ. Legi potest, δυστυχὴς Σ' ἔτρεφον. *Markl.*

Ἰὼ τέκνον, δυστυχῆ σ' ἔτρεφον.] "*Legi*

Καὶ νῦν Ἅιδας τὸν ἐμὸν
Ἔχει μόχθον ἀθλίας·
Ἐγὼ δὲ γηροβοσκὸν οὐκ ἔχω,
Τεκοῦσα τάλαινα παῖδα.
ΘΗ. Καὶ μὴν τὸν ΟΙΚΛΕΟΥΣ γε γενναῖον ΤΟΚΟΝ,
Θεοὶ ζῶντ' ἀναρπάσαντες εἰς μυχοὺς χθονὸς

Et nunc Pluto meum
Habet laborem miseræ:
Ego enim *meæ*-senectutis-nutritorem non habeo,
Misera licet peperi, filium!
The. Atqui generosum Oiclei filium
Dii, vivum abripientes in abditos terræ sinus,

potest, δυστυχὴς Σ' ἔτρεφον." Markl. Malim, Ἰὼ, τέκνον δυστυχὴς ἔτρεφον. *Por.*

δυστυχῆ σ' ἔτρεφον,] Malit Jortinus V. Cl. δυστυχῆ σ' ἔφερον. *Musg.*

τέκνον, δυστυχῆ] Figura πρὸς τὸ σημαινόμενον: ὁ παῖς enim synonymum exprimitur per τέκνον. Eodem modo dixit Homer. Iliad. χ. v. 84. φίλε τέκνον, Τῶν μνῆσαι, φίλε τέκνον ἄμυνε δὲ δήϊον ἄνδρα. De qua re vide Didym. ad Odyss. γ'. v. 184. *Brodæus.*

929. σ' ἔτρεφον Ἔφερον ὑφ' ἥπατος.] Quod est ἔφερον ζώνης ὕπο, Hecub. 750. et alibi. γενέθλην ὑπὸ σπλάγχνοισι φέρει, Apollon. Rhod. IV. 1109. τέκνων ἤνεγκ' ὑπὸ ζώνην βάρος, Æschyl. Χοηφ. 992. ἐντὸς ζώνης, Idem Eumen. 614. Notabis ὑπὸ cum tribus casibus eandem rem exprimentibus. "Legendum opinor σ' ἔφερον, Ἔφερον— Ejusdem vocis repetitio in Choris frequenter admodum occurrit: hic et elegans est, et auget τὸ πάθος. Admissa autem hac conjectura, tollitur etiam asyndeton, quo facile carere possumus, ἔτρεφον ἔφερον." Jortinus. *Markl.*

931. τὸν ἐμὸν ἀθλίας·] Confer Valckenær. ad Euripid. Phœniss. 1518. *Por.*

934. Τεκοῦσ' ἁ τάλαινα scripsi pro τεκοῦσα τάλαινα. *Hermann.*

935. τὸν Οἰκλέους γε] Codd. A. B. Ἰοκλέους. male. Emendavit Brodæus. Intelligit Amphiaräum, Oiclei filium, Œclides a Statio et Ovidio appellatum. Vide hic Barnesium. Sequitur, v. 937. εὐλογοῦσιν ἐμφανῶς· *perspicue probant.* quomodo? quia nisi fuisset *Diis carus*, illum non *abripuissent.* σοφιστικῶς. Eodem enim argumento probari potuit, Capanea Jovi carum fuisse, atque idcirco fulmine ablatum. Sed his figmentis et παραλογισμοῖς se consolabantur Veteres, in iis qui subita vel inusitata et extra naturæ cursum morte auferebantur. Sic Hylas et Bormus, revera in aquis demersi, a Nymphis rapti dicebantur: et Orithyïa, a rupe vento depulsa, a Borea rapta perhibebatur. neque a probabilitate alienum videtur, hunc Amphiaräum in ardore prœlii, una cum equis et curru, in aliquem profundum terræ cavum, præcipitem concidentem, periisse. inde omnia illa τεράστια, quæ de eo Poëtæ finxerunt:

Illum ingens haurit specus, et transire parantes
Mergit equos. non arma manu, non fræna remisit;
Sicut erat, rectos defert in Tartara currus.

Magnificum magis aliquid aut sublimius, si Poëta ita voluisset, vix alibi invenisses. sed eum non ita voluisse demonstrant misera ista quæ sequuntur:

Respexitque cadens cœlum, campumque coïre
Ingemuit.

Statius Thebaïd. vii. ad fin. De hac veterum superstitione vide Cl. Dorvillium ad Chariton. p. 258. seqq. agentem.

Pro γε forte τε, cui respondet Οἰδίπου τε παῖδα, v. 938. *Markl.*

Ratio non una est, cur hanc ῥῆσιν non Adrasto, sed Theseo, tribuendam existimem. Primo quæ præcesserat Adrasti oratio. quasi quadam peroratione terminata est. Deinde videtur vocis ἡμεῖς, v. 939. ea vis et emphasis esse, quæ indicet, aliam hic personam loqui, non eum, a quo reliqui laudati sunt. Postremo in iis locis, ubi Polynicis ad Adrasti regiam commemoratur adventus, nullum indici-

Αὐτοῖς τεθρίπποις, εὐλογοῦσιν ἐμφανῶς·
Τὸν Οἰδίπου τε παῖδα, ΠΟΛΥΝΕΙΚΗΝ λέγω,
Ἡμεῖς ἐπαινέσαντες, οὐ ψευδοίμεθ' ἄν.
Ξένος γὰρ ἦν μοι, πρὶν λιπὼν Κάδμου πόλιν
Φυγῇ πρὸς Ἄργος διαβαλεῖν αὐθαίρετος.
Ἀλλ' οἶσθ' ὃ δρᾶσαι βούλομαι τούτων πέρι;

Cum ipsis quadrigis, laudant clare.
Œdipique filium, Polynicen dico,
Nos laudantes, non mentiemur:
Erat enim mihi hospes, priusquam relicta Cadmi urbe,
Exilio spontaneus, trajiceret ad Argos.
Sed scis quid velim *te* facere de istis?

um est necessitudinis cujuscunque inter eos intercedentis. vid. supra v. 153. et seq. Phœn. v. 415, 16. Stat. Thebaid. Lib. I. v. 670. et seq. Pausaniam tamen excipio, cujus narratio cum hoc Euripidis loco, utcunque intellecto, vix conciliari potest, p. 286. l. 22. Ed. Sylb. Hoc autem si vere conjecerim, intermutanda erunt nomina personarum usque ad v. 949. tribuendus autem Theseo versus, qui sequitur, v. 950. Nec dubito, quin idonei judices hanc personarum distributionem loquentium conditioni melius convenire existimaturi sint. *Musg.*

Οἰκλέους γε γενναῖον τόκον,] Periphrasis pro Amphiarao, qui erat filius Œclei. Quod vero apud Eustathium pro Οἰκλῆς legitur aliquando Ἰοκλῆς, ut et apud Pausaniam, non erat, ut Æmilius Portus dubitaret de nominis ambiguitate; semper enim, ubi Ἰοκλῆς legitur, Οἰκλῆς legendum, quod probatur ex locis Poëtarum, ubi Œcles legitur; at Iocles nullo modo per carmen stare potuit. Ut Statius Theb. L. V. ad finem: *Tunc prius* Œclides, *ut facta silentia vulgi.* Et Ovid. L. III. de Arte Amandi, v. 13. *Si scelere* Œclides *Talaonëiæ Eriphyles Vivus et in vivis ad styga venit equis.* Qui ultimus versus accurate exprimit hunc Euripidis locum—Θεοὶ ζῶντ' ἀναρπάσαντες εἰς μυχὸυς χθονὸς αὐτοῖς τεθρίπποις. Qui tamen et ipse locus a Pindaro originem duxit, *videl.* Nem. Od. IX. Duodec. ς. et Od. X. Antistr. α'. Homer. autem Odyss. ο'. v. 243. Ἀντιφάτης μὲν ἔτικτεν Ὀϊκλῆα μεγάθυμον· Αὐτὰρ Ὀϊκλείης λαοσσόον Ἀμφιάρηον. Et Æschyl. in Ἑπτὰ ἐπὶ Θήβαις—Οὗτός γ' ὁ μάντις, υἱὸν Οἰκλέους λέγω. *Barnes.*

936. Θεοὶ] Μονοσυλλάβως legendum; ut Phœniss. v. 516. Hunc locum vero quomodo Ovidius expressit, vide in Not. ad v. præcedentem. *Barnes.*

941. πρὸς Ἄργος διαβαλεῖν] Herodotus v. 33. ἔσχε τὰς νέας ἐς Καύκασα, ὡς ἐνθεῦτεν βορέῃ ἀνέμῳ ἐς τὴν Νάξον διαβάλοι, vid. cap. 34. scil. τὸ πέλαγος, quando de maris transitu sermo est, ut apud Athenæum III. 25. p. 109. Διεβάλομεν τὸ πέλαγος εἰς Μεσσαπίους· *Markl.*

942. Οἶσθ' οὖν ὃ δρᾶσαι βούλομαι] Lego, ὃ δρᾷν σε βούλομαι: patere videtur ex responso Thesei; in quo etiam puto scribendum πείσεσθαι pro πείθεσθαι: licet hoc defendi possit. σαι pro σε, ut ἀρχαίων pro ἀρχέων (i. e. ἀρχῶν) Herodot. VI. 9. et forte παῖ nunc legitur pro τε Iph. Taur. 238.

Non possum quin sub hac voce δρᾶσαι moneam de perditissimo loco Aristophanis Vesp. 1223. qui (ut mihi videtur) ita legendus est:

Τουτὶ σὺ δ' ᾄσεις; παραπολεῖ. βοώμενος
Φήσει γὰρ, &c.

Tu vero hoc canes? periclitaberis perire. clamans
Dicet enim, &c.

Vulgo, Τουτὶ σὺ δράσεις; παραπολεῖ βοώμενος. Φήσει γὰρ, &c. Adeundus est locus. παραπολεῖ est secundæ personæ fut. med. pro παραπολῇ, ut παραθήσει, Eccles. 671. (ubi legitur παραθήσεις) pro παραθήσῃ. sed ᾄσεις, *canes*, ut Εἰρήν. 1295. Οὐ πράγματ' ᾄσεις. Plato De Legg. II. p. 114. Ed. Ald. fol. [606. D. HSt.] ποίαν δὲ ᾄσουσιν οἱ ἄνδρες φωνὴν ἢ μοῦσαν; Julianus qui init. Misopogon. scribit, ταῖς μούσαις

ΑΔ. Οὐκ οἶδα, πλὴν ἕν, σοῖσι πείθεσθαι λόγοις.
ΘΗ. Τὸν μὲν Διὸς πληγέντα Καπανέα πυρὶ— 936
ΑΔ. Ἦ χωρὶς, ἱερὸν ὡς νεκρὸν, θάψαι θέλεις;
ΘΗ. Ναί· τοὺς δέ γ' ἄλλους πάντας ἐν μιᾷ πυρᾷ.
ΑΔ. Ποῦ δῆτα θήσεις μνῆμα τῷδε χωρίσας; 939
ΘΗ. Αὐτοῦ, παρ' οἰκτροὺς τούσδε συμπήξας τάφον.

Ad. Non scio, nisi unum *hoc*, me tuis obtemperaturum esse verbis.
The. Percussum quidem igne Jovis Capanea———
Ad. An vis sepelire seorsim, tanquam sacrum cadaver?
The. Certe: omnes vero alias in uno rogo.
Ad. Ubi vero facies huic monumentum *ab aliis* separatum?
The. Hic, faciens sepulchrum juxta istas ædes.

ᾄσω καὶ ἐμαυτῷ, Græcis forte potius quam Atticis accensebitur. Utroque modo, uti videtur, Attici hoc futurum protulerunt, sed sæpius ᾄσομαι. Vide Cl. Dawesium Miscell. Crit. p. 290. [qui dicit, "Futurum activum a verbo ᾄδω formatum Attici non agnoscunt; sed medio duntaxat ᾄσομαι utuntur." Aliter Plato et Aristophanes.] *Markl.*

942. s. Ἀλλ' οἶσθ' ὃ δρᾶσαι βούλομαι τούτων πέρι; ΘΗ. Οὐκ οἶδα, πλὴν ἕν, σοῖσι πείθεσθαι λόγοις.] Ὃ δρᾶν σε secundum Marklandi conjecturam citat Valckenærius ad Euripid. Hippolyt. 594. sed in versu sequenti πείθεσθαι retinet. Conjecerat Markl. πείσεσθαι.

Mox, "*forte* παῖ *nunc legitur pro* τε Iph. Taur. 238." Sed vulgatum ibi postea defendit Marklandus. *Ab eodem citatur Plato de Legg.* II. p. 114. Ed. Ald. Fol. ποίαν δὲ ᾄσουσιν οἱ ἄνδρες φωνὴν ἢ μοῦσαν. Lege ἥσουσιν. *Por.*

944. Καπανέα πυρὶ] Τὸ α ultimum τοῦ Καπανέα producitur iisdem rationibus, quas memoravi Androm. v. 1226. et Phœniss. v. 1267. Vide hujus Fabulæ v. 3. Capanea autem nunc ἱερὸν νεκρὸν vocat, quia fulmine icti, ut Brodæus ait, sancti sunt habiti. Inde Poëta paulo infra rogum, in quo positus erat Capaneus, Διὸς θησαυρὸν vocat; quod contineret hominem a Jovis fulmine percussum. Sed ut hic locus recte intelligatur, veteres sunt audiendi, Plinius inprimis Nat. Hist. L. II. c. 54. Hominem ita (i. e. fulmine) *exanimatum cremari fas non est: Condi terra religio tradidit.* Et Tertullianus— *Qui de cœlo tangitur, salvus est; ut nullo igne cinerescat.* De hac re vide plura apud Joh. Kirchmannum de Funeribus Rom. L. I. c. 3. Et hunc quidem veterum morem, satis sibi duxit poëta noster, quod semel hoc in loco observarit: paulo enim post, de Evadna, Capanei uxore, loquens, videtur et sui et hujus moris iterum oblitus, quum et rogum hujus fulguriti Ducis meminerit, et uxorem ejus in flammis ejus voluntaria morte exspirasse. Sed sciendum est, hunc rogum cadaveris expertem, velut κενήριόν τι, Poëtam finxisse, ut occasionem haberet, Evadnæ generosam mortem commonstrandi. *Barnes.*

945. Ἦ χωρὶς, ἱερὸν ὡς νεκρὸν, θάψαι θέλεις; Θάψαι hic est *cremare:* ut in responso Adrasti, *Ceteros vero omnes* (θάψω, *cremabo*) *in uno rogo.* Nam θάπτω transfertur ad quemvis morem disponendi de mortuorum corporibus. unde apud Lucianum De Luctu, p. 306. (ed. Græv.) *comburere* est θάπτειν apud Græcos, et *comedere mortuorum corpora* est θάπτειν apud Scythas: et Diogenes dicebat ἂν μὲν κύνες αὐτὸν σπαράξωσιν, Ὑρκανία ἐστὶν ἡ ταφὴ, ap. Stobæum Serm. cxxiii. p. 614. Vide Antholog. III. 22. p. 250. ed. Steph. (ubi ὕδωρ ἔθαψεν) Plutarch. in Mario, p. 431. C. Pompeio, p. 661. E. et Gracchis, p. 830. E. ubi θαπτομένῳ est *dum cremabatur.* πυρὶ θάπτειν, Diog. Laërt. Procem. segm. 7. et IX. 84. Sed actum ago (ut jam video) a Gisb. Cupero Observat. I. 7. vide et Dorvill. ad Chariton. p. 73, 74. Hac autem verbi θάπτω significatione non considerata, Cl. Barnesius credidit Capanea non *combustum*, sed tantum *humatum* fuisse; et rogum ejus in quinto actu, cadaveris ex-

ΑΔ. Αὐτὸς μὲν ἤδη δμωσὶν ἂν μέλοι πόνος,
ΘΗ. Ἡμῖν δέ γ' οἵδε. στειχέτω δ' ἄχθη νεκρῶν.
ΑΔ. Ἴτ', ὦ τάλαιναι μητέρες, τέκνων πέλας.
ΘΗ. Ἥκιστ', Ἄδραστε, τοῦτο πρόσφορον λέγεις.

Ad. Hic autem labor curæ jam erit servis.
The. Nobis vero isti: procedant igitur onera cadaverum.
Ad. Ite, O miseræ matres filiorum prope.
The. Nequaquam, Adraste, dicis hoc utile.

pertem, et velut κενήριόν τι, ait Euripidem finxisse, ut occasionem haberet Evadnæ generosam mortem commonstrandi. Sed non ita erat. vide v. 1020. 1030. Ovidius quoque Art. Amator. III. 21.

> Accipe me, Capaneu; *cineres miscebimur*, inquit Iphias, ardentes insiluitque rogos.

Quod vero dicitur ex Plinio et Tertulliano, hominem fulmine occisum cremare fas non fuisse; viderit id Euripides *quo jure* Capanea *cremaverit:* sed certe cremavit. vide v. 1217. Figmentum istud de κενηρίῳ et rogo cadaveris experte, justius locum habuisset in Amphiaräo, qui certe non cum ceteris combustus fuit. vid. ad v. 765. Discrimen aliquod fuisse inter sepulturam Capanei et ceterorum, manifestum est, quia servis assignatur sepulcrum Capanei. *Markl.*

Ἱερὸν ὡς νεκρὸν] Vide, quid nos ad v. 944. *Barnes.*

948. παρ' οἰκτρούς] Reiskius, "παρ' οἴκους. conf. v. 997. et v. 949. Αὐτὸς, si recte habet, est pro οὗτος." *Markl.*

Αὐτοῦ, παρ' οἰκτροὺς τούσδε συμπήξας τάφον.] Reiskius παρ' οἴκους. οἴκους quoque Tyrwhittus apud Musgrav. p. 155. conferens infra 998. *Por.*

παρ' οἰκτροὺς] Optime Tyrwhittus: "At Capaneus seorsim a cæteris Ducibus sepeliendus erat. Et illi quidem ad funus e scena efferuntur. Capanei autem bustum in conspectu Chori erigitur, ut patet ex v. 992. et seq. Lege igitur:

> Αὐτοῦ παρ' οἴκους τούσδε.

Vide et v. 998." Verum viderat et Reiskius.

Prev. cum Tyrwhitto legit οἴκους, redditque: à tôté de cet édifice. *Beck.*

950. στειχέτω δ' ἄχθη νεκρῶν.] Id est, procedite vos qui portatis cadavera Ducum. νεκρῶν recte vertitur *cadaverum* hic, et mox v. 955. et sæpe in hoc dramate, omisso articulo τῶν, more Tragicorum. nam νεκρὸς est *mortuus;* ὁ νεκρὸς, *cadaver.* Articulus exprimi solet in prosaïcis scriptoribus; interdum in Poëtis. Plutarchus in Conviv. p. 162. D. τοῦ δὲ Ἡσιόδου ΤΟΝ ΝΕΚΡΟΝ—δελφίνων ἀγέλη πρὸς τὸ Ῥίον ἐκόμιζε. Lucianus Dial. Marin. p. 251. ed. Græv. ΤΟΝ δὲ ΝΕΚΡΟΝ (Ἕλλης) ὑμεῖς, ὦ Νηρηΐδες, παραλαβοῦσαι, τῇ Τρωάδι προσενέγκατε. Josephus De Bell. Jud. I. 9. sec. 1. ed. Huds. ἔκειτο δ' ἐν μέλιτι συντηρούμενος Ὁ ΝΕΚΡΟΣ αὐτοῦ: de Aristobuli *cadavere.* Quæ refero, quia partim ex hac distinctione inter νεκρὸς et ὁ νεκρὸς videtur pendere difficultas istius celebris loci 1 Cor. xv. 29. οἱ βαπτιζόμενοι ὑπὲρ τῶν νεκρῶν: qui versus connecti debet, quod et ab aliis observatum fuit, cum versu 20. intermediis in parenthesi inclusis: Νυνὶ δὲ Χριστὸς ἐγήγερται ἐκ ΝΕΚΡΩΝ, ἀπαρχὴ τῶν κεκοιμημένων. ἐπεὶ, τί ποιήσουσιν οἱ βαπτιζόμενοι ὑπὲρ ΤΩΝ ΝΕΚΡΩΝ, εἰ ὅλως ΝΕΚΡΟΙ οὐκ ἐγείρονται; Omisi ἐγένετο, v. 20. quia eam non agnoscunt plurimi Codices, neque vetus Interpres, cum aliis: multo elegantius et melius. *Nunc autem Christus resurrexit ex mortuis, primitiæ eorum qui obdormierunt. nam,* vel *alioqui,* (id est, si non ita est, si Christus non resurrexit, si nulla est mortuorum resurrectio) *quid lucrabuntur ii qui baptizantur gratia cadaverum, si mortui omnino non resurgunt?* Quasi dixisset, "Stultum est baptizari (non jam pro corporibus, sed revera) pro *cadaveribus,* quod facimus si nulla futura est mortuorum resurrectio." Quod alii forte citius intellexerint hac distinctione: ἐπεὶ, τί ποιήσουσιν οἱ βαπτιζόμενοι; ὑπὲρ ΤΩΝ ΝΕΚΡΩΝ, εἰ ὅλως ΝΕΚΡΟΙ οὐκ ἐγείρονται. *alioquin, quid lucrabuntur ii qui baptizantur? pro* CADAVERIBUS hoc facientes, si MORTUI *omnino non resurgunt.* Utcumque hoc sit, vides differentia quæ sit hoc loco (non dico semper) inter νεκρῶν et τῶν νεκρῶν: ut νεκροὶ sint *mortui* simpliciter, qui, secundum Pauli argumentationem dormiunt

ΑΔ. Πῶς; τὰς τεκούσας οὐ χρεὼν ψαῦσαι τέκνων;
ΘΗ. Ὄλοιντ' ἰδοῦσαι τούσδ' ἂν ἠλλοιωμένους·
Πικραὶ γὰρ ὄψεις χ' ἅμα τῷ τέλει νεκρῶν·
Τί δῆτα λύπην ταῖσδε προσθεῖναι θέλεις;

Ad. Quomodo? non convenit attingi a matribus liberos?
The. Perierint, si illos deformatos viderint.
Mœsta enim spectacula inferorum principi jucunda sunt.
Quid, oro, dolorem istis addere vis?

solum, et resurgent, quia Christus resurrexit. sed οἱ νεκροὶ hic sunt *cadavera*, quæ semper erunt cadavera et nunquam resurgent, si nulla est resurrectio, εἰ ὅλως ΝΕΚΡΟΙ οὐκ ἐγείρονται: et proinde, superflua res erit Baptismus, qui *corporibus resurrecturis* prospicit. Orta videtur hujus loci difficultas ex non considerata elliptica significatione vocis ἐπεὶ, *nam*, et verbi ποιεῖν pro *lucrifacere, acquirere*, et ὑπὲρ τῶν νεκρῶν *pro cadaveribus*, propter cadavera, gratia cadaverum. quæ singula multis exemplis adstrui possunt. Mihi ne vel minima quidem difficultas hoc loco videtur, his cognitis. Maximi ad sensum momenti (sæpe) sunt Articuli in Novo Fœdere; licet in versionibus et annotationibus [plerumque] neglecti. (unde nullum discrimen, quamquam sit magnum, factum fuit hoc loco inter νεκροὶ et οἱ νεκροὶ: alibi, inter ἄνθρωποι et οἱ ἄνθρωποι: Ῥώμην et τὴν Ῥώμην: ἄλλην et τὴν ἄλλην: Ἱεριχὼ et τὴν Ἱεριχὼ, &c.) Mitto quod et Tertullianus hunc Pauli locum ita intellexerit, lib. V. adv. Marcion. p. 473. A. ed. Paris. 1675, fol. *Igitur et pro mortuis tingui, pro corporibus* (scil. mortuis) *est tingui; mortuum enim corpus ostendimus.* Diversa σχέσει loquimur de νεκρῷ *mortuo* aliquo, et de τῷ νεκρῷ *cadavere ejus.* In priore casu, volumus nihil præter *separationem animæ a corpore.* in posteriore, loquimur de eo quasi de lapide, de ligno, aut qualibet alia portione inertis materiæ. *Markl.*

953. ΑΔ. Πῶς; τὰς τεκούσας οὐ χρεὼν ψαῦσαι τέκνων;] In Cod. B. hæc ita dispesita sunt: ΑΔ. Πως; ΘΗ. Τας τεκουτας, &c. sine interrogatione. et reliqua usque ad v. 965. Theseo male attribuuntur. *Markl.*

954. Pro ἰδοῦσι quod Codd. et editt. pleræque habent. Barnesius edidit ἰδοῦσαι. et ita Ald. Hervag. et Miltonus, *Markl.*

Ad ἠλλοιωμένους Prev. observat hæc: " Il s'agit on du changement opéré par la flamme du bucher, ou de l'altération naturelle de leurs traits par le mort et par le tems. Dans la scène 1. de l'acte 3. on a vu les suppliantes embrasser les corps de leurs fils, et Adraste les livre, entre leurs mains; mais probablement la piété ne leur permettoit pas alors de lever le voile qui les enveloppoit, et il est certain, que les bienséances théatrales devoient s'opposer à ce, qu'on offrît aux yeux des corps dépouilles. Il me paroît cependant, que le changement que Thésée craint d'offrir aux Argiennes, est celui que doit causer le feu du bucher. *Beck.*

955. Cod. A. νεκρω pro νεκρῶν. Cod. C. utrumque, νεκρω νεκρων. cetera recte habere puto; [neque, pro χ' ἅμα τῷ τέλει, opus esse ἀρειφάτων, *ferro cæsorum;* neque τραυμάτων, (et πικρῶν pro νεκρῶν,) neque αἱμακτῶν νεκρῶν. quæ omnia a vulgata nimis enormiter abeunt. *Markl.*

χ' ἅμα τῷ τέλει.] Interpretatur Marklandus *etiam* [*simul cum morte*, i. e.] *statim post mortem.* Corrigebat Tyrwhittus: χ' ἅμ' ἀνωφελεῖς. Paullo magis placet Toupii emendatio ad Suidam v. ὠτειλὴ, P. 2. 189. proposita:

πικρὰ γὰρ ὄψις αἷμα κ' ὠτειλαὶ νεκρῶν.

Sanguis et vulnera mortuorum visu sunt acerba. Verum non sic Euripides ratiocinari solet: *Perierint, quia spectaculum hoc acerbum foret.* An legendum:

Θη. Τί δῆτα λύπην ταῖσδε προσθεῖναι θέλεις;
Αδρ. Πικραὶ γὰρ ὄψεις χάρμα τῷ τέλει νεκρῶν.
Θη. Ὄλοιντ', ἰδοῦσαι τούσδ' ἂν ἠλλοιωμένους.
Αδρ. Νικᾷς· — —

τῷ τέλει νεκρῶν valet *principi mortuorum.* Sic τῷδε Καδμείων τέλει, Æsch. Sept. c. Theb. v. 1033. συνέδοξε Κύρῳ τε καὶ τοῖς Περσῶν τέλεσι. Xenoph. Cyrop. Lib. VIII.

ΑΔ. Νικᾷς· μένειν χρὴ τλημόνως· λέγει γὰρ εὖ
Θησεύς. ὅταν δὲ τούσδε προσθῶμεν πυρὶ,
Ὀστᾶ προσάξεσθ'. Ὦ ταλαίπωροι βροτοὶ,
Τί κτᾶσθε λόγχας, καὶ κατ' ἀλλήλων φόνους
Τίθεσθε; παύσασθ'. ἀλλὰ λήξαντες πόνων,
Ἄστη φυλάσσεθ', ἥσυχοι μεθ' ἡσύχων.
Σμικρὸν τὸ χρῆμα τοῦ βίου· τοῦτον δὲ χρὴ

Ad. Vincis: oportet manere patienter: dicit enim recte
Theseus. Quum autem istos imposuerimus igni,
Ossa convehetis. O miseri mortales,
Quid comparatis hastas, et mutuas cædes
Facitis? cessate. Quin vos desinentes a laboribus,
Servate urbes quieti cum quietis.
Res brevis est vita, et eam convenit

Regem Inferorum tristibus spectaculis ex opinione Veterum delectatum esse docebit, v. 75. Stesichorus apud Plut. Op. Mor. p. 701. *κήδεά τε στοναχάς τ' Ἀΐδας ἔλαχε.* Epigramma in Diogenem: *Ἀΐδος ὦ νεκυηγὲ, κεχάρμενε δάκρυσι πάντων.* Antholog. H. Steph. p. 284. Apposite Varro citatus Luctatio ad Statii Theb. VI. 219. *Ideo mulieres solitas in luctu ora lacerare, ut sanguine ostenso Inferis satisfiat.* Magnam huic emendationi speciem dat vox *νικᾷς*, ostendens utique, Adrastum non statim, nec nisi re paulisper disceptata, in Thesei sententiam transiisse.

Musg.

Toup. ad firmandam conjecturam laudat Hom. Il. *ρ'*. 86. Hes. *ὠτειλαί· τραύματα.* Hanc conjecturam ipsa res respuit. nam 1. jam dudum mortui erant, ut sanguis eorum congelatus fuisse videatur. 2. dicuntur v. 765. s. abluti esse.

Beck.

Lege, *πικρὰ γὰρ ὄψις ἀρειφάτων πέλει νεκρῶν. nam acerbus est adspectus cadaverum ferro cæsorum.* aut *πικρὰ γὰρ ὄψις τραυμάτων πέλει πικρῶν*, aut *πικρὰ γὰρ ὄψις αἱμακτῶν πέλει νεκρῶν, cadaverum cruentorum. Reisk.*

Hunc versum, qui in vulgatis Thesei erat, Adrasto dari oportebat. Ingeniosa est et perelegans Toupii conjectura in notis ad Suidam Vol. I. p. 456. *πικραὶ γὰρ ὄψεις αἷμα κὠτειλαὶ νεκρῶν*, in qua mallem acquievisset Musgravius, quam protulisset, quæ nemini essent placitura. Beckio res ipsa videbatur Toupii conjecturam respuere, quod et sanguinem, ut in pridem mortuis, congelatum fuisse necesse esset, et supra abluti esse dicerentur. *Αἷμα* si spectavit, recte monet: quamquam in poëta, si in hujusmodi re minus accuratus est, excusari potest; sin *ὠτειλάς*, hæ non cruda vulnera, sed cicatrices notant. Xenophon Anab. I. 9, 6. *καὶ ἄρκτον ποτὲ ἐπιφερομένην οὐκ ἔτρεσεν, ἀλλὰ συμπεσὼν κατεσπάσθη ἀπὸ τοῦ ἵππου· καὶ τὰ μὲν ἔπαθεν, ὧν καὶ τὰς ὠτειλὰς φανερὰς εἶχε, τέλος δὲ κατέκτανε.* Equidem propius etiam ad librorum scripturam corrigi velim *χάσματ' ὠτειλῆς νεκρῶν*, ubi non singularem *ὠτειλῆς* pro plurali positum accipiam, sed consulto sic scriptum putem, ut significaretur vulnus, ex quo quisque mortuorum periisset. Cod. A. et uterque Flor. *νεκρῷ*. Cod. C. et hoc et *νεκρῶν*.

Hermann.

956. Metrum poscit *προσθεῖναι.* et ita habet Aldina. sic et Heathius. *Markl.*

957. *τλημόνως*, *patienter:* ut Æschyl. Χοηφ. 746. *Τὰ μὲν γὰρ ἄλλα τλημόνως ἤντλουν κακά.* Reiskius, *τλήμονες*, aut *τλήμονας. Markl.*

959. *Ὦ ταλαίπωροι βροτοὶ, Τί κτᾶσθε*, &c.] Codex C. *βροτων*. Recte, ut arbitror. Hoc forte voluit:

Ὦ ταλαίπωροι βροτῶν
Οἳ κτᾶσθε λόγχας, καὶ κατ' ἀλλήλων φόνους
Τίθεσθε, παύσασθ'. ἀλλὰ λήξαντες, &c.

ut v. 754.

Ὦ κενοὶ βροτῶν

Ὡς ῥᾶστα, καὶ μὴ ξὺν πόνοις, διεκπερᾷν.
ΧΟ. Οὐκέτ' εὔτεκνος, οὐκέτ' εὔπαις, στροφή.
Οὐδ' εὐτυχίας μέτεστίν μοι
Κουροτόκοις ἐν Ἀργείαις.
Οὐδ' Ἄρτεμις λοχία
Προσφθέγξαιτ' ἂν τὰς ἀτέκνους.
Δυσαίων δ' ὁ βίος.

Transigere quam facillime, et non per labores.
Cho. Non *sum* amplius beata liberis, non amplius prole felix,
Neque sum particeps felicitatis
Inter matres Argivas.
Neque Diana, quæ adest parturientibus,
Salutet nos amissis liberis.
Misera autem erit vita:

Οἳ τόξον ἐντείνοντες, ———
Φίλοις μὲν οὐ πείθεσθε, &c.

non ad omnes mortales sermo dirigitur, sed ad eos solum qui hoc vel istud faciunt; quod ex partitione intelligitur. Eodem more δυσμενεῖς βροτῶν, v. 353. Sed ταλαιπώρους βροτοὺς, non βροτῶν (v. 744.) quia de toto genere humano. *Markl.*

βροτοὶ,] Lib. P. βροτῶν, unde Marklandus:

— ὦ ταλαίπωροι βροτῶν,
οἳ κτᾶσθε λόγχας, καὶ κατ' ἀλλήλων φόνους
τίθεσθε, παύσασθ'. ἀλλὰ λήξαντες. —
Musg.

Ἀλλὰ, si sincera est lectio, refertur ad prægressam interrogationem, quasi dixisset μὴ κτᾶσθε λόγχας. Xenophon Mem. Socr. I. 2, 2. πῶς οὖν, αὐτὸς ὢν τοιοῦτος, ἄλλους ἂν ἢ ἀσεβεῖς, ἢ παρανόμους, ἢ λίχνους, ἢ ἀφροδισίων ἀκρατεῖς, ἢ πρὸς τὸ πονεῖν μαλακοὺς ἐποίησεν; ἀλλ' ἔπαυσε μὲν τούτων πολλούς. Magis tamen placeret, si legeretur: παύσασθ' αἷμα, λήξαντες πόνων. *Hermann.*

961. Τίθεσθε φόνους, *cædes facitis:* in activo, θήσω φόνον, Bacch. 785. αἷμα θέσθαι, Orest. 824. φόνον τιθεῖσαν, Ion. 1225. *Markl.*

963. τὸ χρῆμα τοῦ βίου] Vitæ spatium, vel usura: Aristoph. Nebul. Ὦ Ζεῦ βασιλεῦ, τὸ χρῆμα τῶν Νυκτῶν. Scholiast. τὸ μέγεθος καὶ τὸ ἔκταμα. Joh. Brodæus. Sæpe vero τὸ χρῆμά τινος ponitur pro τι simpliciter, ut πάγκαλόν τι χρῆμα παρθένου, *pro pulcherrima virgo. Lucian.* Et tum nihil aliud est σμικρὸν τὸ χρῆμα τοῦ βίου, quam σμικρὸς ὁ βίος. Juxta id Hippocratis Aphor. 1. Ὁ βίος βραχὺς, ἡ δὲ τέχνη μακρή. *Barnes.*

964. Ad finem hujus loci Prev. monet, non necessariam Musgravii mutationem in personis distribuendis inde a v. 935. videri, quia omnia commode explicari possint. “On remarque aisement. inquit, le dessein du poëte dans cette scène. Il fait rester le choeur sur la scène pour l'animer, pendant que les esclaves dressant le bucher de Capanée et pour qu'il y ait un témoin d'un dévouement d'Evàdne: Adraste et Thésée se retirent précédés du convoi: et leur retour donnera lieu à de nouveaux mouvemens qu' inspirera la vue de l'urne, où ils rapporteront le cendres des guerriers qu'ils vont ensevelir.” *Beck.*

968. Ἄρτεμις λοχία] Cod. A. Λοχεια. Utrovis modo recte dicitur, et metrum versus utrumvis feret. Οὐ προσφθέγξαιτ' ἂν τοὺς ἀτέκνους· ex opinione veterum, Deos colloqui solere cum iis quos amabant. unde Dianæ jactat Hippolytus v. 84. Σοὶ καὶ ξύνειμι, καὶ λόγοις ἀμείβομαι. et Eteocles apud Æschylum Ἑπτ. ἐπ. Θήβ. 673. dicit de fratre suo Polynice, *nunquam ex quo natus est,* Δίκη προσεῖπε καὶ κατηξιώσατο, *Dea Justitia dignata est* eum *alloqui.* Scholiast. ibi videtur legisse προσεῖδε. Vide Sophocl. init. Ajacis: Nostrum Iph. Taur. 1447. Plutarch. in Numa, p. 62. B. et Juvenalem Sat. VI. 530. *Markl.*

Hanc notam (Marklandi) laudat Valckenærius ad Euripid. Hippolyt. 82. *Por.*

Πλαγκτὰ δ' ὡσεί τις νεφέλα,
Πνευμάτων ὕπο δυσχείμων ἀΐσσω.
Ἑπτὰ ματέρες, ἑπτὰ κούρους ἀντιστροφή.
Ἐγεινάμεθ' αἱ ταλαίπωροι 966
Κλεινοτάτους ἐν Ἀργείοις.
Καὶ νῦν ἄπαις, ἄτεκνος
Γηράσκω δυστηνότατος,

Sicut autem errans nubes,
A sævis ventis impellor.
Septem matres, septem liberos
Peperimus miseræ,
Præstantissimos inter Argivos:
Et nunc sine liberis, sine filiis
Senesco miserrima,

969. προσφθέγξαιτ'.] Erudite illustrat Marklandus ex Hippol. v. 84. Æschyl. Sept. c. Thebas v. 673. Sophocl. init. Ajacis. (sc. a. v. 14. ad v. 18.) Iphig. in Taur. v. 1447. Plutarch. in Numa. Juvenal. Sat. 6. v. 530. Verum quia hoc rarissimum, nec nisi egregiis quibusdam contigit, malim, si MSS. præberent, προσδέρξαιτ'. *Musg.*

971. Ald. πλακτά. *Hermann.*

972. ἀΐσσω.] Trisyllabum est; prima brevi. Vide notas ad Mœrin Atticist. ed. Pierson. p. 301. In Choris non necesse erat Ἀττικίζειν, et scribere αἴσσειν dissyllabice. Sed et ἀΐσσω trisyllabum occurrit in Hecub. 31. in Iambo. adeo ut utroque modo scriberent Attici, αἴσσω et ἀΐσσω. *Markl.*

977. δυστηνότατος,] Placet Reiskii et Marklandi δυστηνοτάτως. *Musg.*

δυστηνότατος] M. Anton. Muretus Variar. Lection. L. XVII. c. 13. recte ex dictionibus ἀριθμουμένη et ἴσχουσα probat, personam sequioris esse sexus; sed non æque recte affirmat, legendum δυστηνοτάτη; potest enim et δυστηνότατος Attice dici pro δυστηνοτάτη. Eleganter autem de *senibus* dicit Poëta, illos οὔτ' ἐν τοῖς φθιμένοις, οὔτ' ἐν ζῶσιν ἀριθμεῖσθαι, (longe etiam rectius, quam *dantes* idem de *formidantibus* dixit, ut et *Plautus* de *formidolosa* virgine) qui et ideo alterum pedem in Charontis cymba habere dicuntur. Locos videas a M. Anton. Mureto ibidem citatos. *Barnes.*

979. Οὔτ' ἐν ζῶσιν ἀρίθμουμένη,] Ex hoc fœminino colligit Muretus scribendum esse (v. 977.) δυστηνοτάτη, Barnesio vulgatam δυστηνότατος ex more Attico defendente. Forte scriptum ibi fuerit δυστηνοτάτως. et ita Reiskius.

Pro ζῶσιν omnes Codices Gallici legunt ζωοισιν, et versu proxime antecedenti φθιμενοισιν, et sequenti εχουσα. [Heathius legit, Οὔτ' ἐν ζῶσιν ἀριθμητή. Quæro, an ἀριθμητὴ exprimat *numerata*, idem quod ἀριθμουμένη. Hesychius: Ἀριθμητά. ὀλίγα. Horatius, *populus* numerabilis, *utpote* PARVUS, &c. i. e. ἀριθμητός. Theocrit. Idyll. XVI. 87. ἀριθματοὺς ἀπὸ πολλῶν, *numerabiles* (i. e. *pauci*) *a multis.* quibus mox opponitur ἀνάριθμοι, v. 90.] Vulgata mihi videtur (hactenus) recte habere, ut σῖν ᾰ in antistropha æqua sint syllabæ εῖ in stropha, et diiambus ρῖθμοῦμενῆ choriambo τῖς νἔφἔλᾱ. Sensu similia habes in Sophoclis Antig. 862.

Οὔτ' ἐν βροτοῖς, οὔτ' ἐν νεκροῖσι
Μέτοικος, οὐ ζῶσιν, οὐ θανοῦσι.

Ἐν τοῖς φθιμένοις, ut Antholog. III. 6. p. 211. Ὦ ξένε. τὴν στοργὴν κἂν φθιμένοισιν ἔχει· scil. Μάξιμος ἔχει. vide quæ præcedunt. vulgo absurde, Ὡς ἵνα—ἔχῃ, pro Ὦ ξένε—ἔχει. prior pars mendi orta ex dictantis pronunciatione, a scriba perperam intellecta, ὡς ἵνα pro ὦ ξένε. deinde interpolatum ἔχῃ propter ἵνα. In versu ibi præcedenti distinguendum, Σύν τε, γυναικὶ Καληποδίῃ, &c. *Markl.*

ζῶσιν] Uterque MS. et P. ζώοισιν. Pro ἀριθμουμένη, quod metro non convenit, le-

Οὔτ' ἐν τοῖς φθιμένοις,
Οὔτ' ἐν ζῶσιν ἀριθμουμένη,
Χωρὶς δή τινα τῶνδ' ἴσχουσα μοῖραν.
Ὑπολελειμμένα μοι δάκρυα ἐπῳδός.
Μελέᾳ· παιδὸς ἐν οἴκοις
Κεῖται μνήματα, πένθιμοι
Κουραὶ, καὶ στέφανοι κόμας,

Nec inter mortuos,
Nec inter vivos numerata,
Seorsim ab his sustinens quandam sortem.
Restant mihi fletus
Miseræ, in domo filii
Jacent monumenta, lugubres
Tonsuræ et coronæ circa comam expertes

gendum, ni fallor, κρινομένη. Sic Apollon. Rhod. Lib. I. μέλλον ἐνικρινθῆναι ὁμίλῳ. *Musg.*

980. Χωρὶς δή τινα τῶνδ' ἴσχουσα μοῖραν.] Metri ratio postulat ut pro δὴ rescribamus δὲ, non invita etiam sententia. Versus est asynartetus ex duobus dochmaïcis [dochmiacis,] quorum prior ex epitrito tertio vel quarto pentasyllabo (cui in stropha opponitur epitritus secundus pariter pentasyllabus) et syllaba constat; alter ex epitrito tertio et syllaba. Heathii sunt verba. (In strophe v. 972. legi potest Πνευματίων ὑπὸ et retineri δὴ hoc loco.) *Markl.*

Χωρὶς] Legere possunt, quibus metrum non satis convenire videtur, χωρί. Vide Etymologicum M. Loci explicationem petendam arbitror ex Sophocl. Antigona, v. 1179. et seq. *Musg.*

982. Legebatur μελέᾳ, relatum ad μοι. Scripsi μέλεα, junxique sequentibus, non tam metri caussa, quam quod παιδὸς non recte in initio sententiæ collocatum esset. *Hermann.*

984. καὶ στέφανοι κόμας.] Quid sint στέφανοι κόμας ex Alcest. v. 101. discere potes, inquit Heathius, ubi memoratur χαίτα ἐπὶ πρόθυρα τομαῖος. Mihi videtur verum, κἀστέφανοι κόμαι, *et comæ* (i. e. caput) *sine corona*. Vide locum Athenæi, citatum ad v. 269. *Markl.*

Plutarcho debentur, Op. Mor. p. 701. tres voces, quibus locum hunc amplificavit Marklandus. Idem pro καὶ στέφανοι κόμας, quod manifeste mendosum est, rescribit, κἀστέφανοι κόμαι. Non improbo, sed malim κἀστέφανοι κόμας Λοιβαὶ, partim quia minor mutatio est, partim quia sic Asyndeton vitatur. Λοιβαὶ κόμας ἀστέφανοι, *libationes comas non coronatæ*, quia in luctu coronas ponebant. Plato, p. 888. A. Ed. Ficin. στολή γέ που ταῖς ἐπικηδείοις ᾠδαῖς, οὐ στέφανοι πρέποιεν ἂν, οὐδ' ἐπίχρυσοι κόσμοι. Athenæus, p. 675. A. citatus a Marklando ὁμοιοπαθεῖς τοῦ κεκμηκότος, κολοβοῦμεν ἡμᾶς αὐτοὺς τῇ τε κουρᾷ τῶν τριχῶν, καὶ τῇ τῶν στεφάνων ἀφαιρέσει. *Musg.*

Κουραὶ, καὶ στέφανοι κόμας] Brodæus hæc de coronis, cadaveribus imponi solitis; potest locus referri ad κουραὶ, ut sit *tonsuræ et circulares rasuræ comæ*. Vide de hac re Joh. Kirchmanni de Funer. Rom. L. II. c. 13. et 14. *Barnes.*

Quid sint στέφανοι κόμας ex Alc. v. 101. discere potes, ubi memoratur χαίτα ἐπὶ προθύρᾳ τόμαιος. Excidit versus, qui hunc sequebatur, quemque suppeditat Plutarch. Opp. Mor. ed. Par. p. 394.

Λοιβαὶ, νεκύων φθιμένων τ᾽. *Heath.*

Λοιβαὶ, &c.] Hunc versum, in libris omissum, servavit Plut. de ει apud Delphos, p. 394. B. Digna sunt Plutarchi verba, quæ hic adscribantur: λέγεται γὰρ ὁ μὲν Ἀπόλλων, ὁ δὲ Πλούτων· καὶ ὁ μὲν Δήλιος, ὁ δὲ Ἀϊδωνεύς· καὶ ὁ μὲν Φοῖβος, ὁ δὲ σκότιος· καὶ παρ' ᾧ μὲν αἱ Μοῦσαι καὶ ἡ Μνημοσύνη, παρ' ᾧ δὲ ἡ Λήθη καὶ ἡ σιωπή· καὶ ὁ μὲν θεώριος καὶ φαναῖος, ὁ δὲ νυκτὸς ἀϊδνᾶς ἀεργηλοῖό τε ὕπνου κοίρανος· καὶ ὁ μὲν βροτοῖσι θεῶν ἔχθιστος ἁπάντων, πρὸς ὃν δὲ Πίνδαρος εἴρηκεν οὐκ

[Λοιβαὶ νεκύων φθιμένων,]
Ἀοιδαὶ, τὰς χρυσοκόμας
Ἀπόλλων οὐκ ἐνδέχεται.
Γόοισι δ' ὀρθρευομένα,
Δάκρυσι νοτερὸν ἀεὶ πέπλων
Πρὸς στέρνῳ πτύχα τέγξω.

[Libamina mortuorum,]
Cantus, quos auricomus
Apollo non recipit.
Et excitata-mane luctibus,
Lachrymis semper humidam peplorum
Plicaturam madefaciam ad pectus.

ἀηδῶς, κατεκρίθη θνατοῖς ἀγανώτατος ἔμμεν· εἰκότως οὖν ὁ Εὐριπίδης εἶπεν, λοιβαὶ νεκύων φθιμένων ἀοιδαί, ἃς ὁ χρυσοκόμας Ἀπόλλων οὐκ ἐνδέχεται· καὶ πρότερος ἤδη τούτου ὁ Στησίχορος· μάλα τοι μάλιστα παιγμοσύνας φιλεῖ μολπάς τ' Ἀπόλλων, κήδεα δὲ στοναχάς τ' Ἀΐδας ἔλαχε. In versu autem illo, quem Plutarchus servavit, sensu et metro jubente τε addidi. Fallitur enim Marklandus, τε post ἀοιδαὶ inserendum putans. Sensus est: tristia filii monumenta mihi jacent domi detonsi crines, depositæque coronæ, et, quæ mortuis libationes feruntur, carmina non accepta Apollini. Non conjecisset Marklandus κἀστέφανοι κόμαι, si ad verbum κεῖται attendisset.

Hermann.

985. Ἀοιδαὶ τὰς χρυσοκόμας Ἀπόλλων οὐκ ἐνδέχεται.] Plutarchus Libro De Eἰ apud Delphos, p. 394. B. Εἰκότως οὖν ὁ Εὐριπίδης εἶπεν, Λοιβαὶ νεκύων φθιμένων ἀοιδαὶ, ἃς ὁ χρυσοκόμας Ἀπόλλων οὐκ ἐνδέχεται. Auctius quam in nostris exemplaribus: sed proculdubio ibi habebatur hic versus Plutarchi tempore. Totum ita forte legi et distingui potest, (ut primus versus sit pars Trochaici et ceteri Anapæstici)

Ὑπολελειμμένα μοι δάκρυα
Μελέα· παιδὸς ἐν οἴκοις
Κεῖται μνήματα πένθιμοι
Κουραί, κἀστέφανοι κόμαι,
[Λοιβαὶ νεκύων φθιμένων,]
Ἀοιδαί θ' ἃς ὁ χρυσοκόμας
Ἀπόλλων οὐκ ἐνδέχεται.

Κεῖται, *sunt*, ut notavi ad v. 675. *Libationes*, inquit, quas *Diis* facere solebamus, jam mutantur in χοὰς, *libamina mortuorum*, seu *mortuis*. Hunc versum, Λοιβαὶ νεκύων φθιμένων, non nisi precario in contextum admisi, quia forte a MSS. non stabilietur: sed dubitari non debet quin sit ipsius Euripidis. Pergit: "et *cantus*, quibus resonare domus solebat, jam vertuntur in *nænias*, et in cantica quæ χοαῖς succini solent, et quæ Apollini odio sunt." Nihil enim luctuosum, nihil nisi lætabile Apollini gratum erat. vide Æschyl. Agam. v. 1082. 1086. Recte autem ὁ χρυσοκόμας de Apolline, ut Troad. 258. Aristoph. Ὀρν. 216. Pindar. Olymp. VI. ubi vocatur absolute ὁ χρυσοκόμας, absque Ἀπόλλων. In Antholog. Reiskii carm. 510. p. 50. Ἀπόλλωνι χρυσοκόμῳ, forte pro χρυσοκόμᾳ, ut Κισσοκόμην Διόνυσον Homer. Hymn. in Bacchum. Hæ (ᾠδαὶ sic enim lego pro) ἀοιδαὶ sunt eædem quas ᾄδου μολπὰς supra dixerat Adrastus, v. 783. νεκρῶν θρήνους, v. 99. παιᾶνα τοῦ θανόντος, Æschyl. Choëph. 149. quod in eo et Euripide (Alcest. 436.) improbat Scholiastes, quia παιᾶνες non nisi in rebus lætis cani solebant. quam differentiam et ipse Æschylus servat in isto dramate, v. 340, 341. licet iterum ἀΐδα παιᾶνα ἐπιμέλπειν scribat Ἑπτ. ἐπ. Θήβ. 875.

Νεκύων φθιμένων ut supra v. 44. Reiskius Animad. ad Græc. Auct. T. II. p. 246. delet ἀοιδαὶ, quam vocem censet nihil aliud esse quam emendationem pravæ scriptionis λοιβαί. (Ἀππόλλων cum duplici π, ob metrum anapæsticum. Et credo apud Homerum ita sæpe fieri oportere in hujus vocis recto et obliquis casibus, Ἀππόλλωνι ἄνακτι et similibus.)

Markl.

Marklandus: "Recte autem ὁ χρυσοκόμας de Apolline." Alcæus (v. Valck-

Καὶ μὴν θαλάμας τάσδ' ἐσορῶ δὴ
Καπανέως ἤδη, τύμβον θ' ἱερὸν,
Μελάθρων τ' ἐκτὸς
Θησέως ἀναθήματα νεκροῖς·
Κλεινήν τ' ἄλοχον τοῦ καταφθιμένου
Τοῦδε κεραυνῷ πέλας Εὐάδνην,

Atqui thalamos hosce jam video
Capanei nunc, sacrumque tumulum,
Extraque ædes
Thesei dona dicata mortuis,
Et inclytam conjugem mortui
Hujus fulmine, Evadnem prope,

enær. Diatr. p. 161.) Plutarch. II. p. 765. E. Scolion Athen. XV. p. 694. D. Poëta, fortasse Scolii pater, apud Ionem ib. XIII. p. 604. B. *Por.*

Ἀοιδαὶ, τὰς χρυσοκόμας] Plutarchus, ubi supra: ἀοιδαὶ, ἃς ὁ χρυσοκόμας. Legendum vel ἀοιδαί θ', ἃς χρυσοκόμας, vel cum Marklando ἀοιδαί θ', ἃς ὁ χρυσοκόμας. *Musg.*

986. ὀρθρευομένα] Ita MSS. E. G. Ed. Ald. ὀρθευομένα. *Musg.*

988. νοτερὰν ἀεὶ — πτύχα τέγξω.] MSS. Aldina, et ceteræ editt. habent νοτερὸν πτύχα: recte atque Attice. vide ad v. 41. Αἰεὶ quoque pro ἀεὶ ex metro legit Heathius. *Markl.*

Duo Flor. νοτρόν. *Hermann.*

989. Pro τέγξω Codd. A. B. C. ταξω: quasi voluissent τεύξω νοτερὸν, *faciam humidam:* ut τεύξω μέγαν, Æschyl. Eumen. 675. ἄγνωστον τεύξειεν, Hom. Od. N. 191. qui sæpe ita loquitur. Sed τέγγειν δάκρυσι usitatissimum est in Tragicis. vide Æschyl. Pers. 538. Nostrum Electr. 501. et centies alibi. *Markl.*

τέγξω.] Uterque MS. et P. τάξω. sub quo latere potest τεύξω, ut recte observat Marklandus, qui tamen vulgatam porbat. *Musg.*

990. Suspicetur fortasse quispiam, deleto δὴ scribendum esse, καὶ μὴν θαλάμας μὲν τάσδ' ἐσορῶ. Sed infra v. 1124. τάδε δὴ παίδων καὶ δὴ φθιμένων ὀστᾶ φέρεται. Troad. 235. δοῦλαι γὰρ δὴ Δωρίδος ἐσμὲν χθονὸς ἤδη. *Hermann.*

991. τύμβον θ' ἱερὸν] Vide supra ad v. 944. et infra ad v. 1010. *Barnes.*

993. Pro Θησέος Cod. C. Θησεως. ex Atticorum more. Non quin Θησέος ibi locum habere posset, ut Νηρέος, Ion. 1082. In iambo ponerem Θησέως. sed in Choris non necesse erat Ἀττικίζειν, ut dixi supra. In Sophoclis Œdipo Coloneo Chorus ex Senibus Atticis loquitur Dorice. vide et Choros Ionis. *Markl.*

ἀναθήματα νεκροῖς sunt vestimenta et alia, quæ cum mortuis comburi mos erat. vid. Rhes. 963. Chariton. Aphrod. Lib. I. c. 6. *Musg.*

994. καταφθιμένου] Secundam corripit, (ά ante φθ, id est, πτ) utpote in anapæsto, opinor. Quæritur, an et in iambico idem liceat? Quod affirmatum sæpe, probatum nunquam vidi; neque verum puto. nam μᾰστευω, ξενŏκτονος, ἐξελῐκτεον, ἀντικατᾰκτανειν (pro μᾰτευω, ξενŏφονος, ἐξελκτεον, ἀντικᾱτθανειν) et cetera exempla istiusmodi quæ ex versibus Iambicis Tragicorum citata vidi, omnia mihi videntur esse fœtus pravæ scripturæ, et admodum incerta; quorum auctoritatem si quis neget, non potest ea fulciri nisi ab exemplis æque incertis. *Nil* vero *agit exemplum, litem quod lite resolvit.* Regula Cl. Kingii ad Hecub. 184. (183.) " Vocalem brevem a duabus consonis semper licet divellere, si modo illæ vocem per se inchoare possint," quæ regula, mutatis verbis, [tacite] adoptata a Cl. Clarkio videri potest ad Iliad. B. 537. " nihil usitatius quam syllabam vocali brevi constantem, sequentibus duabus consonantibus, a quibus syllaba inchoari possit, corripi," utcumque interdum vera sit in melicis, vel in epicis poëmatibus; tamen in iambis tam longe abest a certitudine, ut ne unum quidem ejus rei verum exemplum ex Iambo adferre potuerit, saltem non attulerit, ipse Clarkius.

Ἣν Ἶφις ἄναξ παῖδα φυτεύει.
Τί ποτ' αἰθερίαν ἕστηκε πέτραν,
Ἢ τῶνδε δόμων ὑπερακρίζει,
Τήνδ' ἐμβαίνουσα κέλευθον;

Quam rex Iphis filiam genuit.
Quidnam insistit sublimem petram,
Quæ superat hanc domum,
Hanc ingressa viam?

nam quod isto proposito dedit ex Phœniss. 427. Κοίτας μᾰστεύων, ά brevem ante στ, si editionem Barnesii, Piersii, vel Kingii inspexisset, invenisset μᾰτεύων: et ita nuper edidit Valckenærius inventum in optimo codice Leidensi; et Lucas Holstenius notavit idem ex MS. in marg. edit. Aldinæ, quam habeo, donatam mihi a præstantissimo et doctissimo viro Joanne Tayloro. Immo et ipse Clarkius edidit ματεύσομεν, Iliad. Ξ. 110. cum μαστεύσομεν esset varia lectio: Ἐγγὺς ἀνὴρ, οὐ δηθὰ ματεύσομεν: ubi, ut sibi constaret, μαστεύσομεν edere debuit vir clarissimus. Aliud exemplum quod ille profert in ista celebri nota ad Iliad. B. 537. est vox λἔκτρον, prima brevi; non memorato auctore unde eam habuerit. quam vocem, vel aliam quamlibet ejusdem potestatis et formæ, si invenire potero prima indubitanter brevi, ἕ ante κτ, in cujusvis antiqui Attici Tragici Iambo, (nam [melica] (ceteros) nihil moror) errorem meum ultro et libenter agnoscam, et fatebor literam τ, post aliam consonantem, naturam liquidæ apud Atticos iambographos Tragicos nonnunquam induere: quod hodie non credo. vide Valckenær. ad Phœniss. 1508. et contra, Heathium ibidem. *Markl.*

"Marklandus negat se credere vocalem unquam in iambicis corripi ante consonantes κτ." Marklando assentitur Brunckius ad Euripid. Orest. 1105. mox tamen ibid. 1208. in Sophocl. Aj. 1077. reponere vult homo suavissimus,—κἂν σῶμᾰ κτήσηται μέγα. (In versu Supplicum Porsonus olim legerat Κλεινὴν ἄλοχόν τε.) *Por.*

Καταφθιμένου secundam hic corripit, quanquam duæ sequuntur consonantes. Recte enim observavit Clark. ad Il. β. 537. syllabam vocali brevi constantem, sequentibus duabus consonantibus, a quibus syllaba inchoari possit, non raro corripi. *Heath.*

κλεινήν τ' ἄλοχον τὴν τοῦ φθιμένου] Sic scripsi ex emendatione Erfurdtii ad Ajac. p. 620. pro κλεινήν τ' ἄλοχον τοῦ καταφθιμένου. *Hermann.*

998. Ἢ τῶνδε δόμων ὑπερακρίζει,] Disjunctim maluit Barnesius δόμων ὕπερ ἀκρίζει, quia cum casu quarto, non secundo, Xenophon, [De Mag. Equit. c. VI. 5.] τὰ τείχη ὑπερακρίζει. Sed nihil hic muto, quia infra (v. 1059.) invenio ὑπερβᾶσα δόμων· et notissimum est, verba composita sæpe regere casus suarum præpositionum, ut ὑπερκάμνεις πόλεως, Bacch. 951. τέχνη τέχνης ὑπερφέρουσα, Sophocl. Œdip. Tyran. 388. Æschyl. Prometh. 66. σῶν ὑπερστένω πόνων.

Tres ultimi anapæsti magis regulariter ita disponi possunt:

Τί ποτ' αἰθερίαν
Ἕστηκε πέτραν ἢ τῶνδε δόμων
Ὑπερακρίζει,
Τήνδ' ἐμβαίνουσα κέλευθον;

De locutione ἕστηκε πέτραν, vide ad v. 1022. [ἐμβαίνουσα κέλευθον, usitatius cum præpositione εἰς, quasi scriptum fuisset ἐσβαίνουσα, ut εἰσβαίνειν δόμους, Iph. Taur. 1079.] *Markl.*

Ἢ τῶνδε δόμων ὑπερακρίζει,] Alias ὕπερ ἀκρίζει. Ἀκρίζων, ἄκροις ποσὶν ἐπιπορευόμενος, Hesych. ex Euripidis Œneo. Unde, ut mihi videtur, disjunctim legendum, quia compositum cum accusativo profert Xenophon: τὰ τείχη ὑπερακρίζει, ad murorum summitates evadit. Eustathius—Ἄκριες δὲ, κατὰ τοὺς παλαιοὺς ἄκρα, ὀρῶν λόφοι· Καὶ ἀκρίζειν, τὸ τὰ ἄκρα ἐπιπορεύεσθαι, ὃ καὶ ἐξακρίζειν Εὐριπίδης φησί. Hæc Joh. Brodæus ex Eustathio prius citavit. *Barnes.*

Metrum hujus Odes valde corruptum est, nec nisi meliorum Codicum ope restitui potest. Aliqua tamen, in quibus levius erratum est, in transcursu emendabo. *Musg.*

ARGUMENTUM ACTUS QUINTI.

Evadne, uxor Capanei unius ex Septem, Argis profugit Eleusinem, et in ardentem rogum mariti sui se conjicit. Iphidis, patris ejus, super ea, et *Chori* Adrastique de ceteris, lamentationes. Minerva apparet ἐκ Μηχανῆς, et monet Theseum jam dimissurum Argivos cum ossibus Ducum, ut, ab hoc beneficium, antequam abeant, jusjurandum ab illis exigatur, *ne unquam irrumpant in agrum Atticum ipsi*, et, *ut, aliis irrumpentibus, illi obsistant.* Quæ res præcipua caussa Dramatis hujus videtur. adi notata ad v. 1195.

ΕΥΑΔΝΗ.

Τί φέγγος, τίν' αἴγλαν στροφή.

EVADNE.

Quam lucem, quem splendorem

Ab his Evadnæ verbis actus quarti initium constituit Prev. sed censet jam anapæstos precedentes (990. ss.) ad hunc actum pertinere: cum tamen chorus fere nunciet actionis cujusque initium, et introitum cujusque personæ, propterea recte verba ultima illa chori ad finem superioris actus refert. *Beck.*

Hinc usque ad v. 1004. librorum scripturam, quamvis vitiosam, servavi. Canterus, ἅλιος in τάλας latere putans, persuasit Barnesio et Marklando. At recte hoc improbat Musgravius, etsi ille in eo falsus, quod de pompa nuptiali, ideoque de vespertino tempore sermonem esse putat. Immo rogi flammam videns Evadna, de hac loquitur: unde nec solis, nec lunæ, minime omnium autem utriusque conjuncta mentio apta est. Equidem non magnis mutationibus factis ita hunc locum corrigendum puto:

τί φέγγος, τίν' αἴγλαν
ἐδίφρευσεν ὅ γ' Ἀΐδας,
σελᾶναί τε κατ' αἰθέρα
λαμπᾶν ὠκυθόων ὑφαῖς
ἱππεύουσι δι' ὄρφνας;

Aoristus ἐδίφρευσεν, quod verbum cum respectu quodam ad διφρευτὴν Ἥλιον posuit, hic necessarius videtur. Illa autem ΟΤΑΛΑΣ sponte offerunt ΟΓΑιΔΑΣ. Σελᾶναι idoneam habet auctoritatem ab Hesychio, qui fortasse ex hoc ipso loco habet, σέλαιναι, λαμπάδες. Deinde vulgatum λαμπάδ', ἵν' nihil videtur aliud esse, quam λαμπᾶν, ad quod quum supra adscriptum esset δων eo, quo solet, litterarum compendio, corrupta est scriptura ab imperitis librariis, ʽΥφαῖς, quod ad litterarum similitudinem facillimum videtur, nihil habet, in quo quis hæreat, si cogitaverit, ita figuras, quæ telæ intexuntur, vocari. Iphig. Taur. 821. ταῦτ' οὖν ὑφήνασ' οἶσθ' ἐν εὐπήνοις ὑφαῖς; Ion. 1145. ἐνῆν δ' ὑφανταὶ γράμμασιν τοιαίδ' ὑφαί. Illud non est prætereundum, vulgatum νύμφαι etiam ob hiatum, quem contra antistrophicorum versuum compositionem ante ἱππεύουσι facit, vitiosum esse. Cæterum conjecturas proposui eas, quæ omnium minime a vulgatæ lectionis vestigiis recedere viderentur. Non sum enim nescius, etiam aliter hæc tentari posse, ut si quis pro ὑφαῖς malit ῥιφαῖς, quo vocabulo ter, sed aliis in rebus, usus est Lycophron; aut si cui placeat scribi, σελᾶναί τε κατ' αἰθέρα λαμπᾶν ὠκυθόων νιν ἀμφιππεύουσι δι' ὄρφνας. *Hermann.*

1000. Τί φέγγος, τίν' αἴγλαν
ἐδιφρεύετό γ' ἅλιος
Σελάνα ΓΕ ΚΑΤ' ʼΑΙΘΕΡΑ
ΛΑΜΠΑΔ' ʼΊΝ' ὠκύθοαι ΝΥΜΦΑΙ
ʽΙΠΠΕΥΟΥΣΙ ΔΙ' ὀρφναίας κ. τ. λ.

Locus admodum difficilis et procul dubio corruptus. Primum γ' ἅλιος est ex conjectura Canteri quam Barnesius in textum recepit, pro eo quod Codd. habent τάλας. Musgravius v. Δείελος, quam Hesychius Hesperum interpretatur, melius putabat convenire ei loco, ubi de pompa nuptiali agitur. Sed hæc verbi δείελος significatio unius Hesychii auctoritate nititur. Reliqua verba nemo interpretum expedire potuit, et recte Marklandus quærit, quæ sint istæ celeres nymphæ, per tenebras equitantes? Mihi sic scripsisse Euripides videtur:

Ἐδιφρεύετο τάλας;
Σελάνα τε κατ' αἰθέρα
Λαμπάδ', ἵν' ὠκυθόαι νύμφαι
Ἱππεύουσι δι' ὀρφναίας,
Ἡνίκα γάμων

Curru-invexit sol,
Lunaque per cœlum,
Faces ubi celeres
Equitant per obscuram *noctem*,
Quando nuptiarum

Σελάνα Θ' ΆΑ ΚΑΤ' ΑΙΘΕΡΙΑΝ ἈΜΒΑΣΙΝ, ὠκυθόα, ΝΕΦΕΛΑΣ ἹΠΠΕΥΕΙΣ ΔΙ' ὀρφναίας.

Tuque velox Luna, quæ per Ætheris convexa in obscuris veheris nubibus. ἄμβασις vox proba est apud poëtas. Sophocles Œdipus C. 1020. Suidas V. ἄμβασις — καὶ ἄμβασις οὔ τις ἦεν. νεφέλη ὀρφναίη vero ut νέφος λύγαιον in Heraclid. 855. *Jacobs.*

Incredibilis prope esse debuit eorum oscitantia qui hæc primum in stropham et antistropham distinxerunt, cum non plures quam septem strophæ versus, prout nunc leguntur, totidem antistrophæ respondere deprehendentur. *Heath.*

1001. Ἐδιφρεύετο τάλας;] Ingeniose suspicatus est Canterus vocem ἅλιος, *Sol*, latere sub isto τάλας, quia sequitur Σελάνα τε. unde Barnesius edidit, Ἐδιφρεύετό γ' ἅλιος. Æque verum videri poterat, Ἐδίφρευεν ὅ θ' ἅλιος, Σελάνα τε, &c. terminatione activa (non media voce, contra usum Euripidis in hoc verbo) ut διφρεύειν φέγγος sit *aurigando-facere lucem*, quemadmodum πνεῦσαι πομπὰν, *spirando-facere cursum*, Iphig. Aul. 1324. et innumera ejusmodi in Tragicis: vide ad v. 1215. διφρεύειν πυμάτην ἀψῖδα, *aurigando-tangere cæli ambitum*, Archestratus ap. Athen. VII. 22. p. 326. B. Ἅλιος certam puto emendationem: quæ præcesserunt, incerta. Idcirco contextum non mutavi; in versione expressi. Ceterum dira et horrenda est hæc ultima hujus Tragœdiæ pars. non tamen metus est ne hoc Evadnæ facinus in exemplum eat. *Markl.*

τάλας;] Barnesius, Cantero auctore, γ' ἅλιος. Propius abest a MSS. lectione conjectura Duporti τάλως Hesychius: τάλως, ὁ ἥλιος. Marklando placet activa potius, quam media, vox; legitque adeo, Canteri conjectura paululum immutata, ἐδίφρευεν ὅ τ' ἀέλιος. Sed hoc ab Antistrophæ lectione pendebit.

Minus commode viri eruditi solem hic reponere student. Loquitur enim de pompa nuptiali, i. e. de re vesperi, quod omnes sciunt, transacta. Hesperi igitur multo aptior esset, quam quidem Solis, mentio. Legendum forte:

Ἐδιφρεύετο Δείελος
Σελάνα τε — —

Δείελος, Vesper, sive Hesperus. Homer. Il. φ'. 232. εἰσόκεν ἔλθῃ Δείελος ὀψὲ δύων. in quem locum Hesychius: Δείελος ὀψὲ δύων, ὁ ἑσπέριος ἀστήρ. Cum hoc tamen, quisquis est, Grammatico non consentiunt reliqui Interpretes. *Musg.*

Ἅλιος] Ita nunc repono, rejecto veteri τάλας, non modo Canteri auctoritate, sed sensu et versu cogente; ut ex secunda Antistrophæ linea videndum. Duportus legebat τάλως nullo sensu, nisi forte alludere Poëtam credebat ad Adrasti patrem, Ταλαόν· sed nec inde τάλως fit. Quod Æmil. Portus σέλας legit ante σελάνα, friget, nec metro sufficit; et Carminis ratio postulat, ut post διφρεύετο fiat Dactylus. Et Lunæ sequens mentio Solis nomen hinc excidisse credibile facit. Et puto, ex vestigiis τοῦ γ' irrepsisse ταῦ; quare lego Ἐδιφρεύετό γ' ἅλιος. De Talo autem Cretensi nihil hic ad Rhombum. Hujus vero Evadnæ, in mariti rogum se vivam projicientis, picturam elegantissime descriptam videsis Philostrati Iconum l. II. p. 826. in Evadne. *Barnes.*

1003. ἵν' ὠκυθόαι νύμφαι Ἱππεύουσι δι' ὀρφναίας,] Quæro quænam sint hæ *nymphæ celeres quæ equitant per tenebras.* Brodæus dicit, “ Nymphæ Noctis comi-

Τῶν ἐμῶν πόλις Ἄργους
'Αοιδὰς εὐδαιμονίας
'Επύργωσε, καὶ γαμέτα
Χαλκοτευχοῦς τε Καπανέως;
Προσέβαν δρομὰς ἐξ ἐμῶν

Mearum civitas Argiva
Cantilenis felicitatem
Extulit, et mariti *mei*
Armati hujus Capanei:
Cui accessi currens ex meis

tes." Sed quænam sunt istæ? Scio istud Hesiodi Op. et Dier. 730. *μακάρων τοι νύκτες ἔασσιν· Deorum sunt noctes.* hic vero certæ aliquæ Deæ seu Nymphæ videntur designari. In Theocriti Idyll. II. v. ult. 'Αστέρες, εὐκήλοιο κατ' ἄντυγα Νυκτὸς ὀπαδοί. et Tibulli Eleg. lib. II. 1, 87.

> Jam Nox jungit equos, currumque sequuntur
> Matris lascivo sidera fulva choro.

hoc est, ἄστρα δ' ὁμάρτει Θεᾷ, Ion. 1151. An hæ sunt ὠκυθόαι Νύμφαι hujus loci? Videntur esse. Eadem forte designantur eodem dramate (Ione) v. 1078. Ὅτε καὶ Διὸς ἀστερωπὸς Ἀνεχόρευσεν αἰθὴρ, Χορεύει δὲ Σελάνα. Per ἀστερωπὸς αἰθὴρ videtur velle ἄστρα ἐν αἰθέρι.

Hic versus in duos ad hunc modum dividi debet; antistrophæ enim versibus quarto ac quinto opponitur:

> Λαμπάδ' ἵν' ὠκυθόαι
> Νύμφαι————

Excidit scilicet e secundo versu vox quæ voci ὁρμάσω in antistropha respondebat. Heathius. vide ad v. 1026. *Markl.*

Euripidem scripsisse puto:

> λαμπαὶ ἵν' ὠκυθόαι.

ubi lumina velociter-currentia. Exstat vox λαμπὴ apud Æschylum Eumenid. v. 390. νύμφαι variam lectionem esse puto, ex λαμπαὶ non intellecto ortam, quæ in contextu cum vera voce, primo integra, deinde in λαμπάδ' corrupta, permansit.

Retineri potest λαμπάδ' pro duali λαμπάδε. Ponetur tum λαμπάδε pro plurali λαμπάδες. Sic Oppianus: Θηρητῆρε λύκους ὄλεσαν, Cyneg. I. 72. Idem: θηρῶν μεδέοντε λέοντες. Cyneg. II. 156. Aratus Progn. 239. Κόρακες

> Ἦ ποτε καὶ κρώξαντε βαρείῃ δισσάκι φωνῇ.

Idem ibid. 290. ὀψὲ βοῶντε κολοιοί. Vide et Ernestium ad Hom. Iliad. α'. 566. *Musg.*

1005. Pro ἡνίκα Cod. C. ανικα. Bene. *Markl.*

Quum metrum ostendat, tres hic syllabas excidisse, lacunæ signæ posui. Commode ad sensum suppleas, αὔτως ὡς. *Hermann.*

1007. 'Αοιδὰς] 'Ωιδὰς εὐδαιμονίας, responderet istis, Σῶμά τ' ἐν αἴθοπι φλογμῷ. sed utrumque precarium est. *Markl.*

'Αοιδὰς 'Επύργωσε,] Sic Aristoph. Ran. v. 1036. πυργώσας ῥήματα σεμνά. Legi etiam posset ἀοιδαῖς (vel ᾠδαῖς), et tum constructio esset ἐπύργωσεν εὐδαιμονίας, *amplificavit gaudia*, ut Heraclid. v. 294. δὶς τόσα πυργοῦν τῶν γινομένων. *Musg.*

1008. 'Επύργωσε,] Forte 'Επύργωσεν. vide v. 1030. *Markl.*

1009. Χαλκοτευχοῦς τε Καπανέως;] Nihil ibi conjungit τε: nam καὶ hoc ante fecerat. Forte γε. [sic χρυσοτευχὴς 'Ρῆσος, Rhes. v. 340.] Et ita Heathius: [Ut antistrophæ respondeat, nonne debet quoque esse Καππανέως?] *Markl.*

Χαλκοτευχοῦς τε Καπανέως;] Sensus postulare videtur, χαλκοτευχοῦς τοῦδε Καπανέως. *Musg.*

Legebatur χαλκεοτευχοῦς τε Καπανέως. Delevi copulam, quæ fortasse ex τοῦ a scholiastis adscripto orta erat. *Hermann.*

1009—1013. Hi quinque versus, quatuor tantum in antistropha, scilicet v. 1032—1035. opponuntur. Nulla vero inter eos nunc deprehenditur similitudo aut, vel minima analogia. Absque igitur codicum meliorum et magis integrorum ope, de eorum restitutione ne cogitandum quidem. *Heath.*

Οἴκων ἐκβακχευσαμένα,
Πυρὸς φῶς καθέξουσα, τάφον τε
Βατεύσουσα τὸν
Αὐτὸν, ἐς ἀΐδαν καταλύσουσ᾽ ἔμμοχθον
Βίοτον, αἰῶνός τε πόνους.
Ἥδιστος γάρ τοι θάνατος,
Ξυνθνήσκειν θνήσκουσι φίλοις,
Εἰ δαίμων τάδε δὴ κραίνοι.

Ædibus furens,
Ignis flammam occupatura, et *in* sepulchrum
Itura
Idem, apud Plutonem finitura laboriosam
Vitam, ævique dolores.
Mors enim *est* dulcissima,
Commori morientibus amicis;
Si modo Deus ista decreverit.

1010. Pro προσέβαν Cod. A. προσεβα. *Markl.*

Nulla connexio erit inter hæc et præcedentia, nisi legas ὦ προσέβαν. *Musg.*

Πρός σ᾽ ἔβαν scripsi pro vulgato προσέβαν. *Hermann.*

1012. s. Legebatur πυρὸς φῶς καθέξουσα, τάφον τε βατεύουσα. Delevi καθέξουσα, ut interpretationem ad βατεύσουσα adscriptam: sic enim id in cod. C. et edd. recentioribus scriptum est. Marklandus mutavit in ματεύσουσα, quem sequutus sum, ita tamen, ut cum vett. edd. præsens servarem. *Hermann.*

1013. Βατεύουσα] De hac voce dubitare facit, quod Chorus infra respondeat quasi Evadne hoc loco dixisset ματεύσουσα, *quæsitura.* vid. v. 1019. 1020. et præcipue 1023. ubi ipsa dicit, τύχα δέ μοι Ξυνάπτει ποδός. hoc est, inveni quem *quæsivi.* Non opus est ut ibi legatur Ξυνάπτοι, optantis. *Markl.*

Βατεύσουσα] Ita cum Edd. recent. P. Ed. Ald. βατεύουσα. Recte notat Marklandus, Chorum mox, i. e. v. 1019. 1020. et præcipue, v. 1023. Evadnæ, ut rogum quærenti, respondere: quare legendum esse ματεύσουσα, *quæsitura.* *Musg.*

Βατεύσουσα] Βατεύω, βαίνω, βαδίζω. *Barnes.*

1018. Omittunt δὴ A. B. *Hermann.*

1019. ἧς ἐφέστηκας πύλας,] Conjeceram πέλας. et ita Canterus, et Reiskius, probante Heathio. Defendit πύλας Barnesius. credo non recte, nisi *fastigium* vocari possit (πύλαι) *introitus.* nam Evadne stetit in rupe quæ erat rogo *superior:* πέλας quidem, sed non ad ejus πύλας, siquæ erant πύλαι in isto rogo. ἧς πέλας, ut τέκνων πέλας, v. 951. *Markl.*

πύλας,] Canterus πέλας, quod probarem, si præcederet ἕστηκας, non compositum ἐφέστηκας. πύλαι etsi rogo nullæ erant, thesauris quin fuerint dubitari vix potest. Itaque huc respexisse Poëtam puto, cum introitum rogi πύλας dixit. Vel potest πύλας ἐφεστάναι proverbialis locutio esse, pro *prope adstare.* Dio Cass. p. 710. C. Ed. Rhodom. ἐν πύλαις ἤδη γήρως ἦν. *Musg.*

πύλας,] Introitus: et recte, licet Canterus πέλας legendum putat. Rectius post legit — ἔνθ᾽ ἔνεστι pro ἔνθεν ἐστὶ, quod et nos in textum admisimus, quia nullius literæ sit inde mutatio, et sensus id postulat. ἔνθεν enim *illinc* sonat, quod hic locum nequit habere. *Barnes.*

1020. ἔνθεν ἐστὶ σὸς Πόσις,] Pro ἔνθεν ἐστὶ Canterus ἔνθ᾽ ἔνεστι· quod admisit Barnesius. Interrogationem mallem abjici, quia centum exemplis liquet voces Καὶ μὴν, *Atqui*, non *interrogativas* esse, sed *narrativas.* Ἔνθεν ἐστὶ forte significare potest, *ubi est*, ut Æschylo Eumen. 696. Ἄρει δ᾽ ἔθυον, ἔνθεν ἔστ᾽ ἐπώνυμος Πέτρα· *Marti vero sacrificabant* ibi *ubi est cognominis rupes.*

ΧΟ. Καὶ μὴν ὁρᾷς τήνδ', ἧς ἐφέστηκας πύλας,
Πυρὰν, Διὸς θησαυρόν· ἔνθεν ἐστὶ σὸς
Πόσις, δαμασθεὶς λαμπάσιν κεραυνίοις.
ΕΥ. ʽΟρῶ δὴ τελευτὰν — ἀντιστροφή.
ʽΗν ἕστακα· τύχα δέ μοι — 1016
Ξυνάπτει ποδός. ἀλλὰ τῆς
Εὐκλείας χάριν
Ἔνθεν ὁρμάσω,

Cho. Sed videsne hunc, supra cujus portam stas,
Rogum, luctus thesaurum? illic est tuus
Maritus domitus face fulminis.
Evad. Video certe *vitæ* finem, *ad*
Quem accessi. Fortuna vero mihi
Admovit itineris non, sed
Honesti nominis gratia, ut
Hinc, ruam

Hesychius explicat ἔνθεν per ὧδε, *hic.* Alioquin legi posset ἐνθάδ' ἐστὶ, ut Soph. Œd. Tyr. 459. *Markl.*

Διὸς θησαυρόν·] Lego δύης θησαυρὸν, *doloris* vel *luctus thesaurum.*

ἔνθ' ἔνεστι] Ita lego cum Cantero et Barnesio. Ed. Ald. ἔνθεν ἔστι. *Musg.*

Διὸς θησαυρόν·] Vide supra ad v. 944. *Barnes.*

1022. ʽΟρῶ δὴ τελευτὰν, ʽΗν ἕστακα·] Id est, καθ' vel εἰς ἣν, *Video finem* juxta *quam* vel *in qua sum:* ut supra, ἕστηκε πέτραν, et Sophocl. Philoct. 145. τόπον ὅντινα κεῖται, i. e. καθ' ὅντινα, *locum in quo est.* plene Herodotus IX. 21. μοῦνοι ἔχοντες στάσιν ταύτην ἐς τὴν ἕστημεν. 1 Petri v. 12. Noster Orest. 1249. Στῆθ' αἱ μὲν ὑμῶν τήνδ' ἁμαξήρη τρίβον. ubi vid. Schol. Quæ noto, ne quis mutet. Variat Sophocles Trachin. 1161. Φρονῶ δὴ συμφορᾶς ἵν' ἕσταμεν. et Œdip. Tyran. 1455. ἵν' ἕσταμεν χρείας: ut *ubi gentium* Latinis. τελευτᾶς ἵν' ἕστακα, Reiskius. *Markl.*

ʽΟρῶ δὴ τελευτὰν] An legendum ʽΟρῶ δῆτα κλιτύν. *Video sane clivum. Musg.*

1023. τύχα δέ μοι Ξυνάπτει ποδός.] Si verba tantum spectanda essent, non incommode verteres: *casus autem et fortuna viæ me huc detulit.* Verum id de Evadna falsissimum erat, quæ certa moriendi Capanei rogum fortitudini suæ velut theatrum destinaverat. Itaque, sensu monstrante, reponendum:

τύχα δέ μοι οὐ
ξυνάπτει ποδὸς, ἀλλὰ —

Neque ad eam (sc. metam) *fortuna viæ me appulit, sed — Musg.*

Legebatur ἣν ἕστακα. Reiskius, τελευτᾶς ἵν' ἕστακα. Primum vocabulum non erat mutandum. Hoc dicit: *quo in loco constiti, paratum mihi video exitum.* *Hermann.*

1024. ἀλλὰ τῆς] Notandum τῆς in Choro: et tamen mox scribit τᾶσδ'. Sic ἣν, v. 1023. non ἅν. vide ad v. 791. *Markl.*

Ξυνάπτει] Alias ξυνάπτοι. Scaliger. *Barnes.*

Legebatur: ξυνάπτει ποδός· ἀλλὰ τῆς εὐκλείας χάρισιν ἔνθεν ὁρμάσω. Ex codd. recepi χάριν. Sed etiam quæ præcedunt, vitiata sunt. Scribendum puto ξυνάπτει ποδὸς ἅλματι, εὐκλείας χάριν ἔνθεν ὁρμάσω. Animadverti velim, sic in fine versus brevem syllabam esse, indicem finiti numeri, ut in strophico versu. *Hermann.*

1025. χαριν quod habent A. B. melius est quam χάρισιν. Χάριν hic est ἕνεκα. Vox ἀθανάτου suppleri potest post χάριν, ut strophæ respondeatur: Εὐκλείας χάριν ἀθανάτου· ut Λαμπάδ', ἵν' ὠκυθόαι νύμφαι. Hepthemimeris dactylica. *Markl.*

Εὐκλεΐας] Cum notis diæreseos scripsi, ut ἀντιστοίχῳ melius responderet versus. Callim. in Lavacr. Palladis v. 28.

ἢ ῥόδον, ἢ σίβδας κόκκος ἔχει χροΐαν.

Τᾶσδ' ἀπὸ πέτρας
Πηδήσασα πυρὸς ἔσω,
Σῶμά τ' αἴθοπι φλογμῷ
Πόσει ξυμμίξασα φίλον,
Χρῶτα χρωτὶ πέλας θεμένα,
Περσεφονείας ἥξω θαλάμους,
Σὲ τὸν θανόντ' οὔ ποτ' ἐμᾷ

Hac a rupe
Saltans in ignem:
Corpusque ardente flamma
Marito commiscens charum, *et*
Corpus *meum* prope corpus *mariti* ponens, *in*
Proserpinæ descendam thalamos:
Te mortuum nunquam mea

χάρις, ἵν'.] Ita disjunctim propter sensum lego. Ed. Ald. χάρισιν. Uterque MS. χάριν. *Musg.*

1026. Ἔνθεν * * ὁρμάσω,] E regione horum Cod. B. habet αντιστρ. quasi antistrophe hic inciperet. Ἔνθεν πρὸς μόρον ὁρμάσω strophæ responderet, Ἱππεύουσι δι' ὀρφναίας. *Markl.*

Ἔνθεν ὁρμάσω,] Legendum metri gratia:

ἐνθένδ', ἐνθένδ' ὁρμάσω.

Sed præstat locum, ut emendandus videtur, describere:

ἣν ἕστακα, τύχα δέ μοι οὐ
ξυνάπτει ποδὸς, ἀλλὰ τῆς
εὐκλείας χάρις, ἵν'
ἐνθένδ', ἐνθένδ' ὁρμάσω. *Musg.*

1027. s. Hi duo versus strophicis quinto et sexto respondere debent, quod efficietur si ita metra constituas:

Τᾶς δ' ἀπὸ πέτρας πηδήσα	hepthemimeris dactylica
σα πυρὸς ἔσω	basis Iambica.

Heath.

1029. Σῶμά τ' αἴθοπι φλογμῷ] Metro strophes conveniet, Σῶμά τ' ἐν αἴθοπι φλογμῷ, si ibi admittatur Ὠιδὰς εὐδαιμονίας. *Markl.*

Σῶμά τ' αἴθοπι φλογμῷ] Marklandus propter metrum σῶμά τ' ἐν αἴθοπι φλογμῷ. Quod et sensus videtur postulare. *Musg.*

1031. χρωτὶ πέλας] Χρωτὸς πέλας si strophen spectes. *Markl.*

Vulgatum χρῶτα χρωτὶ ex metri lege in χρόα τε χροΐ, cujus interpretatio illud erat, mutavi. *Hermann.*

1032. Legebatur Φερσεφονείας ἥξω θαλάμους. Delevi ἥξω, interpretationem ab iis adscriptam, qui non animadverterant, ὁρμάσω cum hoc accusativo construendum esse. *Hermann.*

1036. Εἴθε τινὲς εὐναὶ] Hunc et tres sequentes versus Choro assignat Scaliger. Cogor dissentire, quia paullo ante, et paullo post, Chorus loquitur in Iambis. et ita fere facit, ubi brevis aliqua sententia vel monitum efferendum est. Hæc secum loqui videtur Evadne, (quemadmodum fit in Nostri Electra, v. 140. 150.) et precatur primo pro liberis suis; deinde, sibi suggerit et confitetur mutuum et sincerum amorem mariti sui erga se. pro εἴθε Heathius εἰ δὴ, *utinam quidem*. Ultimorum constructio est: ὁ δὲ σὸς εὐναῖος γαμέτας συντηχθεὶς [ἦν] ἀλόχῳ (i. e. σοὶ) αὔραις ἀδόλοις γενναίας ψυχᾶς. Scaligero consentit Reiskius.

Pro ἀλόχῳ ψυχᾶς omnes codices ψυχας αλοχω. *Markl.*

Εἴθε τινὲς] Conferendum Alcestidis morientis votum, v. 163, 4. δικαίων ὑμεναίων interpretor, *honestis nuptiis oriundæ*. Non dissimile est γυναῖκα πολυκλήρων ἀνθρώπων. Hom. Odyss. ξ'. 211. *Musg.*

Εἴθε τινὲς, etc.] Huic versui Χο. Scaliger præponit, hæc nimirum Choro verba tribuens; nequaquam inepte. *Barnes.*

Post v. 1036. incipit chorus, ut etiam Scal. observavit. Post v. 1038. deest unus; nam pendet συντηχθείς. *Reisk.*

Προδοῦσα ψυχᾷ κατὰ γᾶς.
Ἴτω φῶς, γάμοι τε.
Εἴθε τινὲς εὐναὶ δικαίων ὑμεναίων
Ἐν Ἄργει φανῶσι τέκνοισιν·
Ὁ σὸς δ' εὐναῖος γαμέτας
Ξύντηχθεὶς αὔραις ἀδόλοις,
Γενναίας ψυχᾶς ἀλόχῳ.

Prodens anima sub terra.
Valeat lux, nupti æque.
At, O si aliqui lecti congruarum nuptiarum
Argis appareant liberis meis.
Quicunque vero *legitimi* lecti maritus est,
Coalescat sincero studio
Generosi animi ad conjugem.

1036—1040. Hæc choro tribuenda putabat Scaliger, cui jure contradixit Musgravius. Servavi lectionem librorum, quæ quam corrupta sit, neminem latere potest. Illud quidem ex verbis *ἴτω φῶς, γάμοι τε*, planum est, abominari Evadnen conjugium, in quo non tantus, quantus ipsius est, amor in maritum reperiatur. Quare locum sic restituendum puto:

ἴτω φῶς γάμοι τε,
ὅθεν μή τινες εὐναὶ
δικαίων ὑμεναίων
ἐν Ἄργει
φανῶσιν, τέκνοισιν ὅσοις
ἐστὶν εὐναῖος γαμέτας
συντηχθεὶς αὔραις ἀδόλοις
γενναίας ἀλόχῳ ψυχᾶς.

Valeant, inquit, *faces et nuptiæ, unde non justum Argis appareat connubium iis, quorum filiabus maritus est, sincero generosæ mentis ardore uxori junctus.* Non est, quare quis in eo hæreat, quod quum proxime juncta sint *τέκνοισιν* et *ὅσοις*, alterum de filiabus, alterum de parentibus intelligendum sit. Nam ipse verborum ordo, quæque inde prodit eorum pronunciatio, satis removere ambiguitatem videtur. Parentum autem quum mentionem facit, matres cogitat, ut quarum præcipuum in nuptialibus sacris munus sit atque officium, quasque maxime, ut faustum filiabus conjugium obtingat, optare consentaneum sit. Cæterum, quas mutationes feci, et paucæ sunt, et lenes. Nam præter *μή*, quod sensus restitui postulabat, pro *εἴθε* scripsi *ὅθεν*: nec pugnaverim, si quis *ἔνθεν* maluerit. Quamquam, ut in re incerta, præferam id, quod magis cum strophici versus mensura convenit: etsi hæc quoque, quum toties *ματεύειν* et *μαστεύειν* commutentur, minus certa est. Verum ne quis *ἔνθεν* propterea præferat, quod id propius ad vulgatam scripturam, quam *ὅθεν*, accedere videatur, tenendum est, compendium, quo *ει* in codd. scribitur, sæpe parum ab littera *ο* differre. Ὁ *σὸς δ'* autem in *ὅσοις ἐστὶν* mutatum non magis defensione indiget apud hos, qui codices manuscriptos versarunt: quos non potest fugere, *δὲ* et *ἐστὶ* sæpissime ab librariis permutari. *Hermann.*

1037. Forte, Ἐν Ἄργει *φαίνωσι τέκνοις.* vide strophen. Heathius quoque *τέκνοις*, ut constet metrum. *Markl.*

1038. Ὅσος δ'] Vulgo male, *ὁ σὸς δ'*. *Musg.*

1038. ss. In his vertendis Musgravii conjecturam secutus est Prev. et paullo liberius ita reddidit: "Et toi, dont la tendresse a fait le bonheur de ma vie, cher epoux, reçois mon dernier soupir." *Beck.*

1039. *Συντηχθεὶς ἀλόχῳ*, ut Fragment. p. 512. *πᾶσα γὰρ ἀγαθὴ γυνὴ Ἥτις ἀνδρὶ συντέτηκε.* Unum versum deesse putat Reiskius, quia pendet *συντηχθείς*. *Markl.*

Συντηχθεὶς] Legendum *συντηχθᾶσ'*, ut paullo ante *φανῶσι*. *Musg.*

Συντηχθεὶς αὔραις ἀδόλοις] Subaudi *ἔρωτος*. Idem dixit in Iphigen. Aulid. *ὅπου*

ΧΟ. Καὶ μὴν ὅδ᾽ αὐτὸς σὸς πατὴρ βαίνει πέλας
Γεραιὸς Ἶφις εἰς νεωτέρους λόγους,
Οὓς οὐ κατειδὼς πρόσθεν, ἀλγήσει κλύων.

ΙΦΙΣ.

Ὦ δυστάλαινα, δυστάλας δ᾽ ἐγὼ γέρων,
Ἥκω, διπλοῦν πένθος γε δαιμόνων ἔχων,
Τὸν μὲν θανόντα παῖδα Καδμείων δορὶ
Ἐτέοκλον εἰς τὴν πατρίδα ναυσθλώσων νεκρὸν,
Ζητῶν τ᾽ ἐμὴν παῖδ᾽, ἣ δόμων ἐξώπιος

Cho. Atqui ecce ipse tuus pater accedit prope
Ad novum sermonem, senex Iphis,
Quem cum non audierit prius, jam audiens dolebit.

IPHIS.

O misera, et ego miser senex,
Venio habens duplicem stimulum divinitus:
Filium enim interfectum Thebana lancea
Eteoclum, in patriam revecturus mortuum,
Et quærens meam filiam, quæ extra domum

πνοαὶ φέροιεν Ἀφροδίτης φίλαι. Vide Jo. Brodæum in hunc locum. *Barnes.*

1040. Uterque MS. et P. γενναίας ψυχὰς ἀλόχῳ. quod recepit Marklandus, licet alterum metro convenientius esset. *Musg.*

ψυχᾶς] Ita Scaliger accentum notat. *Beck.*

1042. εἰς νεωτέρους λόγους,] Quasi diceret, *ad malum nuncium* audiendum. quo sensu νέος et καινὸς apud Tragicos sæpissime occurrunt, licet non semper. Ratio forte est, quia cum res ante recte se habebant, omne novum, omnis deviatio ab illo recto statu, in pejorem partem fere fit. Sic Iphig. Taur. 1160. quando rex Thoas quæsivisset ab Iphigenia, τί καινὸν ἐν δόμοις; illa respondet, ἀπέπτυσα, *abominor,* non placet vox ista καινὸν, mali ominis. unde in Medea, v. 37. Δέδοικα δ᾽ αὐτὴν μή τι βουλεύσῃ νέον, optima vet. edit. habet κακὸν pro νέον. vide hujus fab. v. 102. Herodot. V. 19. *Markl.*

1044. Ὦ δυστάλαινα, δυστάλας, &c.] Chorum, seu Matronas Argivas, alloquitur Iphis, et mox dicit, φράζετ᾽ εἰ κατοίδατε: et Evadne, Τί τάσδ᾽ ἐρωτᾷς; unde probabiliter scribendum hic, Ὦ δυστάλαιναι. Has vocat Ἀργείων κόραι, v. 1083. Scribi forte posset δὶς τάλας (pro δυστάλας) propter διπλοῦν, v. 1045. *Markl.*

Ὦ δυστάλαινα,] Evadnen nondum visam alloquitur, ut Hecuba Polyxenam Hecub. v. 583. Hippolytus Matrem Hippol. v. 1085. Hercules Admetum Alcest v. 840. Itaque minime necessarium est, cum Marklando legere, ὦ δυστάλαιναι. *Musg.*

1045. Ἥκω διπλοῦν πένθος γε δαιμόνων ἔχων,] Conjeceram δωμάτων pro δαιμόνων. Sed MSS. A. B. C. πενθιμον habent pro πένθος γε. Insignis hic mihi videtur interpolatio. Lego, Ἥκω, διπλοῦν τὸ πένθιμον δόμων ἔχων. "Vos, O matronæ, simplicem tantum luctum familiæ habetis: singulæ enim singulos filios amisistis. ego vero duplicem: amisi enim duos, Eteoclum et Evadnen." Τὸ πένθιμον pro πένθος, ut τὸ γαῦρον pro γαυρότης, v. 228. πένθιμον δόμων ut συμφορὰς δωμάτων, Orest. 61. δυστυχία δώματος, Phœniss. 1494. δίδυμον μελάθροις πένθος, Hippol. 1342. Magis insignem interpolationem detexi Iphig. Aulid. 952. quam hic dabo, ne alia se non offerat occasio. Locus ita legendus est, et distinguendus:

Ἢ Σίπυλος ἔσται μέγα (πόλισμα βαρβάρων
Ὅθεν πεφύκασ᾽ οἱ στρατηλάται,) γένος

Βέβηκε πηδήσασα, Καπανέως δάμαρ,
Θανεῖν ἐρῶσα σὺν πόσει. χρόνον μὲν οὖν
Τὸν πρόσθ' ἐφρουρεῖτ' ἐν δόμοις· ἐπεὶ δ' ἐγὼ
Φυλακὰς ἀνῆκα τοῖς παρεστῶσιν κακοῖς,
Βέβηκεν. ἀλλὰ τῆδέ νιν δοξάζομεν
Μάλιστ' ἂν εἶναι· φράζετ' εἰ κατοίδατε.
ΕΥ. Τί τάσδ' ἐρωτᾷς; ἥδ' ἐγὼ πέτρας ἔπι,
Ὄρνις τις ὡσεὶ, Καπανέως ὑπὲρ πυρᾶς,
Δύστηνον αἰώρημα κουφίζω, πάτερ.
ΙΦ. Τέκνον, τίς αὔρα; τίς στόλος; τίνος χάριν

Egressa est saltu, uxor Capanei,
Mori cupiens cum marito. Tempore quidem
Superiore custodiebatur domi: postea vero quam ego
Custodiam remisi, propter præsentia mala,
Excessit. Sed hic ipsam conjicimus
Maxime esse: dicite, an sciatis.
Evad. Quid istas interrogas? ecce ego in saxo,
Sicut quædam avis, supra rogum Capanei,
Infelix libramen levo, pater.
Iph. Filia, quænam aura? quis ornatus? cujus *rei* gratia

Φθία δὲ τοὐμὸν οὐδαμοῦ κεκλήσεται.

Aut illustris erit Sipylus (urbecula barbarorum
Unde genus suum ducunt Atridæ,) origo
Vero mea, Phthia, nullo loco erit.

Vulgo legitur:

Ἢ Σίπυλος ἔσται πόλις ὅρισμα βαρβάρων,
Ὅθεν πεφύκασ' οἱ στρατηλάται γένος,
Φθία δὲ τοὐμὸν οὐδαμοῦ κεκλήσεται.

Ex conjectura primum, mox codice optimo adjuta, hunc locum restitui. *Markl.*

Legendum, ni fallor:

—διπλοῦν κέντρον γε δαιμόνων ἔχων.

Duplex incitamentum (profectionis sc.) *a Diis injectum habens.* δαιμόνων κέντρον, ut τὸ θεῖον κέντρον, Soph. Philoct. 1072. *Musg.*

1046. Nescio an scripserit, τὸ μέν. *Hermann.*

1047. Ἐτέοκλον] De Eteoclo, Iphios filio, qui et inter τοὺς ἑπτὰ numeratur, vide supra v. 882. *Barnes.*

1048. Ζητῶν τ' ἐμὴν] Leg. δ', propter præcedens μέν. *Reiskius.*

1051. Negat Brunckius ad Med. 288. σοφὸς de femina esse Atticum, ut vulgo censent. In h. l. monet duo codd. et Stobæi cod. insuper suppeditare σοφὴ, quod præferri debuerit. Atticismum istum forte in quibusdam vocibus obtinuisse, in aliis usu non esse admissum, at ancipiti admodum discrimine. σοφὴ quinquies occurrit in Medea, tum et Andr. 244. Or. 207. Hipp. 520, 636, 639. et alibi. *Beck.*

1052. τοῖς παρεστῶσιν κακοῖς,] *Propter præsentia mala.* vide ad v. 314. (Delevi virgulam post ἀνῆκα: nam per τοῖς παρεστῶσιν κακοῖς, *propter præsentia infortunia*, intelligit vel propter mortem filii sui Eteocli, unius ex Septem Ducibus: vel propter infelicem expeditionem Argivorum. Vide Androm. 1222.) *Markl.*

τοῖς παρεστῶσιν κακοῖς,] Confer citata a Marklando Orest. v. 462. Andromach. v. 921. *Musg.*

1054. Μάλιστ' ἂν εἶναι·] Ita Aldina. Multæ editt. non habent ἄν. Ponitur ἂν εἶναι, opinor, pro ἔσεσθαι. alioquin legerim, Μάλιστά γ' εἶναι. Sed in dubiis satis auctoritatis est in Aldina: neque opinor opus esse ἐνεῖναι. *Markl.*

1056. Καπανέως ὑπὲρ πυρᾶς] Vide supra ad v. 934. *Barnes.*

1057. Pro κουφίζω editt. nonnullæ κουρίζω. male. κουφίζω est in Aldina. Dis-

Δόμων ὑπερβᾶσ' ἦλθες εἰς τήνδε χθόνα;
ΕΥ. Ὁρμὴν λάβοις ἂν τῶν ἐμῶν βουλευμάτων,
Κλύων· ἀκοῦσαι δ' οὔ σε βούλομαι, πάτερ.
ΙΦ. Τί δ'; οὐ δίκαιον πατέρα τὸν σὸν εἰδέναι;
ΕΥ. Κριτὴς ἂν εἴης οὐ σοφὸς γνώμης ἐμῆς.

Domo relicta venisti in hanc terram?
Evad. Iram conciperes mea consilia
Audiens: sed nolo te audire, pater.
Iph. Quid vero? nonne est justum patrem tuum scire?
Evad. Esses judex non sapiens meæ voluntatis.

tingui forte potest post αἰώρημα, sc. ἐγὼ vel ἐμὲ: ut κουφίζω sit ἐμαυτὴν κουφίζω, quasi scriptum fuisset Καπανέως μ' ὑπὲρ πυρᾶς,—κουφίζω. sed nihil mutant MSS. *Markl.*

Δύστηνον αἰώρημα κουφίζω, πάτερ. ἅλμα κουφιεῖν, Sophocl. Aj. 1287. *Por.*

1058. Τέκνον, τίς αὔρα; τίς στόλος;] An vult, *quis ventus? quæ profectio* huc te advexit? ut istud Œdipi ad filiam, (Sophocl. Œd. Col. 370.) Τίς σ' ἐξῆρεν οἴκοθεν στόλος; In Nostro ambiguum est στόλος. *classe* (στόλῳ) vel *navi* proficisci Evadne non potuit Argis Eleusinem. Cogitari forte potuit de, τίς στόλος, *quis amictus*, ut v. 1064, 1065. nam, Evadne exquisitissime se ornaverat. *Markl.*

τίς αὔρα; τίς στόλος;] Elliptice pro τίς ἥδε ἡ αὔρα; τίς ὅδε ὁ στόλος; Vocem αὔρα illustrabunt quæ citabimus ad Helen. v. 1133. *Musg.*

Τέκνον, τίς αὔρα;] Ita quidem Gaza scribendum contendit, et Aristophanes aperte legit in Βατράχοις—Αὔρα τις ἐξέπνευσε μυστικωτάτη. Aliquando tamen circumflectitur, ut Xenoph. Hellen. 6. εἰ μὲν αὖρα φέροι θέοντες. Τίς στόλος;] Quis apparatus? Vide infra ad v. 1065. Quare deleo *ex Latina* versione putidum illud et ridiculum, (sed nominibus parco) *Quæ classis?* Quamquam enim στόλος *classis* sonat, etiam *apparatum* et *ornatum* corporis significat. *Barnes.*

1059. Δόμον ὑπερβᾶσ'] Ita editt. aliquot. hoc vult Δόμων. et ita clare scriptum in Cod. A. unde admisi. vide ad v. 998. Ion. 220. Θέμις γυάλων ὑπερβῆναι; Barnesii edit. Δόμον γ' cum Aldina. *Markl.*

τήνδε χθόνα;] [" Sententia flagitat εἰς τήνδε πέτραν, aut εἰς τόνδε τὸν ὄχθον. forte igitur leg. εἰς τήνδε πέτραν, aut τόνδε στόνυχα." Reiskius.] Per τήνδε χθόνα Poëta vult Eleusinem, quo ex Argis fugerat Evadne, quæsitura maritum suum Capanea. δε ante στ, in τόνδε στόνυχα, longam esse opinor, et idcirco a metro prohibitam, cum prima in στόνυχα brevis sit, et δε στό- efficeret trochæum. *Markl.*

δόμον γ' ὑπερβᾶσ'·] MS. E. δόμων ὑπερβᾶσ', quod recepit Marklandus, confirmatque ex Ion. v. 220. Sed ibi ὑπερβαίνειν est *ingredi*, hic autem *egredi*. Vulgatam stabilit Orest. v. 1366. *Musg.*

In quibusdam Edd. γ' post δόμον deest. *Beck.*

Pro γε leg. τε. Sed gravius affectum est τήνδε χθόνα. Sententia flagitat εἰς τήνδε πέτραν, aut εἰς τόνδε τὸν ὄχθον. f. igitur leg. εἰς τήνδε πέτραν, aut τόνδε στόνυχα. *Reisk.*

1060. Ὁρμὴν λάβοις ἂν] Si Evadne dicat Patri, *Scies mea consilia si audias*, inutiliter verba fundit. quid enim mentione dignum, si ille *sciat* postquam illa *narraverit?* Forte, Ὀργὴν λάβοις ἂν, &c. *Irasceris ob mea consilia, si audias.* sic αἰδῶ λάβοι ἂν, *verebitur*, Sophocl. Ajac. 348. λαμβάνειν τὸ δυσμενὲς, *malevolentiam concipere*, i. e. *male velle* alicui, Iphig. Tauric. 636. λαμβάνειν μεταμέλειαν, *pœnitere*, Noster in Œnomao. λαμβάνειν φόβον, *timere*, Electra 39. et (apposite ad constructionem) Sophocl. Œd. Col. 761. λαβεῖν ὀργὴν, irasci, Plutarch. Camill. p. 148. C. Nihil muto in contextu sine libris, et quia hæc aliter forte explicari possunt. Reiskius ita, Ὀργὴν λάβοις ἂν, τῶν ἐμῶν βουλευμάτων Κλύων, *conciperes iram, si audires mea consilia.* *Markl.*

Ὁρμὴν] Legendum cum Reiskio ὀργήν. Nec aliter emendat Marklandus, sed βουλευμάτων ab ὀργὴν λάβοις regi facit, quod non imiter. *Musg.*

Vulgatum ὁρμὴν—ita reddit Prev. " Vous ne recevrez pas mes raisons, si je

ΙΦ. Σκευῇ δὲ τῇδε τοῦ χάριν κοσμεῖς δέμας;
ΕΥ. Θέλει τὶ κλεινὸν οὗτος ὁ στόλος, πάτερ.
ΙΦ. Ὡς οὐκ ἐπ' ἀνδρὶ πενθίμῳ πρέπεις ὁρᾷν.
ΕΥ. Εἰς γάρ τι πρᾶγμα νεοχμὸν ἐσκευάσμεθα.
ΙΦ. Κᾄπειτα τύμβῳ καὶ πυρᾷ φαίνει πέλας; 1061

Iph. Hoc vero cultu cujus *rei* causa ornas corpus?
Evad. Iste ornatus significat aliquid eximium, pater.
Iph. Quam non ob maritum lugubris es aspici?
Evad. Ad quandam enim rem novam sumus paratæ.
Iph. Cur vero prope sepulchrum, et rogum stas?

les explique; et moimême je veux vous épargner de si tristes discours." Sed idem tamen sentit, melius pro ὁρμὴν lectum iri οὐ μὲν (vel potius μήν.) *Beck.*

1064. Σκευῇ δὲ τῇδε τȣ̃ χάριν κοσμεῖς δέμας; Θέλει τι κλεινὸν οὗτος ὁ στόλος, πάτερ] Σκευὴ et στόλος elegantiorem corporis ornatum et amictum notat, quæ potius *nupturæ*, quam morituræ, fœminæ congruebat. Vid. supra, v. 1058. Et Philost. Iconum L. II. in Evadne — Ἡ δὲ γυνὴ (Εὐάδνη) καθάπερ οἱ ἐς τὰ ἱερὰ στεφάνους τε καὶ χρυσὸν ἐξασκȣ̃ντες, ὡς φαιδρὰ θύοιτο, καὶ ἐς χάριν τοῖς θεοῖς, οὕτως ἑαυτὴν στείλασα, καὶ οὐδὲ ἐλεεινὸν βλέπουσα, πηδᾷ ἐς τὸ πῦρ, καλȣ̃σα, οἶμαι, τὸν ἄνδρα· καὶ γὰρ βοώσῃ ἔοικε. Hunc locum Philostr. nobis Joh. Brodæus indigitavit; ibidem autem totius historiæ graphica cernenda est descriptio. *Barnes.*

1065. οὗτος ὁ στόλος,] Negat Vir summus ad Strabon. III. p. 245. ed. Amstel. vocem στόλος significare *amictus.* στολὴ, inquit, aut στολισμὸς id Græci appellant, non στόλος. Sed refellitur hoc loco, et Æschyl. 'Ικετ. 242. et Schol. ibi. et Andromach. 148. pro στολμὸν, Vet. edit. habet στόλον. Idem cum Casaubono videtur sentire et Gatakerus ad M. Antonin. I. 16. p. 40. [Periculose dissentiretur a tantis viris, nisi res evidens esset.] (quæ si vera sunt, pro στόλος legendum forte στολμός.) Vide notata Dorvillio ad Chariton. p. 68, 69. de more ornandi se ante certam et destinatam mortem. Pro αυρα Reiskius αὐδὴ: et remittit ad Androm. 1067. Hippol. 85. et 567. *Markl.*

Θέλει τὶ κλεινὸν οὗτος ὁ στόλος, πάτερ.] Legendum videtur, Θέλει τι καινὸν—*aliquid novum significat.* v. 1067. *Por.*

Similis distinctio (cum γὰρ) Bacch. 1319. Ὦ πάτερ, (ὁρᾷς γὰρ τἄμ' ὅσῳ μετεστράφη) Ἐκθηριωθεῖσ', &c. et Aristoph. Acharn. 449. Ὦ θύμ' (ὁρᾷς γὰρ σκευαρίων) νῦν, &c. τέκνων pro τέκνου, ex more. Ἀντιτίσομαι est præclara Canteri emendatio, de qua dubitari non oportuit. ἀντιτίσασθαι φόνον, Æschyl. Agam. 1272. ἀντιτίσασθαι πόσιν τῶνδε κακῶν, *vicissim punire maritum ob hæc mala*, Med. 263. Lycophron, v. 1367. Τριπλᾶς τετραπλᾶς ἀντιτίσασθαι βλάβάς. Accuratam notionem verbi vide ap. L. Kusterum De Verb. Medio, Sect. II. 12. p. 61. ed. Lond. 1750. Ego sine hæsitatione in contextum admisi. Pro τῶν Ald. τῆς: et ante hunc versum ponit εὐά. seu notam Evadnes, ut et bis infra, v. 1163. Ἔτ' εἰσορῶν, &c. et 1171. Ἔκλαυσα, &c. Quomodo fieri potuit? cum Evadne jam pridem mortua esset. *Markl.*

Præfigitur ευα. in Aldina. Sed ῥῆσις Puero cum Tyrwhitto tribuenda est.

τῶν σῶν] Ed. Ald. τῆς σῶν. Sed a vulgata non dissentiunt MSS. aut P.

λόγους] MS. uterque et P. γόους, quod recepit Marklandus. *Musg.*

1154. ἀντιτίσομαι] Edd. et MSS. ἀντιτάσσομαι, quod mutavit Marklandus ex Canteri conjectura. Vide, ipso indicante, Med. v. 263. Æschyl. Agam. v. 1272. Lycophron. Alex. p. 1367. *Musg.*

ἀντιτάσσομαι] Guil. Canter. Novar. Lect. L. II. c. 17. acute legit ἀντιτίσομαι· sed si διὰ subaudiatur, potest et vetus lectio stare; quare nihil nos mutavimus. Brodæus vero τὸ ἀντιτάσσομαι admittit, et exponit, *armatus persequar ac ulciscar*. Hæc ideo de Capanei puero, Sthenelo, fingit Poëta, quod Epigoni patrum suorum ad Thebas interitum ulti sint, urbemque ceperint ac diruerint. *Barnes.*

1155. ΙΦ. Εἰ γὰρ γένοιτο τέκνον· Ὅταν Θεοῦ θέλοντος, &c.] Distinguendum:

Πατρῷος. οὔπω κακὸν τόδ' εὕδει.
ΧΟ. Αἴ, αἴ. γόων ἅλις τύχας,
Ἅλις ἀλγέων πάρεστί μοι.
ΠΑΙΣ. Ἆρ' ἔσθ' ὅτ' Ἀσωποῦ με δέξεται γάνος

Paterna, vel an nondum hoc malum dormit?
Cho. Ah, ah. Luctuum satis de fortuna,
Satis dolorum adest mihi.
Puer. An erit cum Asopi liquor me aspiciet

εἰ γὰρ γένοιτο, τέκνον,
Ὅταν, Θεοῦ θέλοντος, ἔλθοι μοι δίκα
Πατρῷος.

Pro Ἰφ. Codd. B. C. Ἀδρ. Idem est γένοιτο quod εἴη, et vocis χρόνος vel καιρὸς elegans est ellipsis: εἰ γὰρ εἴη [χρόνος] ὅταν ἔλθοι μοι δίκα· *utinam sit* tempus *quando mihi obveniat vindicta!* Sic Alcest. 1104. D. Lucas xiii. 35. Plene Homerus Iliad. Δ. 164. Ἔσσεται ἦμαρ ὅταν. Joan. iv. 23. Eadem ellipsi Latini. Plautus Menæch. V. 6: 25. *prope est, quando,* &c. i. e. *tempus* quando. neque dubito quin ita scripserit Cicero De Orator. I. 1. *Ac fuit, cum mihi quoque initium requiescendi,* &c. ubi nunc legitur, *Ac fuit tempus cum,* vel, *tempus illud cum.* Vide Cl. Pearcium ad locum: et Scholiast. Sophocl. Ajac. 1088. unde discas eandem esse rationem locutionis ἔσθ' ὅτε, *interdum:* nempe, ἔστι χρόνος ὅτε, Εἰ γὰρ, *utinam,* ut Sophocl. Œd. Tyran. 80. εἰ γὰρ ἐν τύχῃ γε τῷ Σωτῆρι βαίνῃ, λαμπρὸς ὥσπερ ὄμματι. vulgo ibi legitur, τύχῃ γέ τῳ. Τῷ est *sic,* cui respondet ὥσπερ, et ὡς, alibi in Sophocle et Æschylo. Pro ἔλθοι cod. B. ἔλθῃ. bene. Notabis Doricum δίκα in iambo, pro δίκη.
Markl.

Εἰ γὰρ γένοιτο, τέκνον,] "Εἰ γὰρ, *utinam,* ut Sophocl. Œd. Tyrann. 80. εἰ γὰρ ἐν τύχῃ γε τῷ Σωτῆρι βαίνῃ, λαμπρὸς ὥσπερ ὄμματι. vulgo ibi legitur, τύχῃ γέ τῳ." Markl. Vulgatum sine necessitate solicitat vir doctus. Æschyl. Theb. 478. σὺν τύχῃ δέ τῳ. ut recte edidit Brunckius. Choëph. 136. σὺν τύχῃ τινί. τῷ tamen nuper edidit Brunckius. *Por.*

Ἀδρ.] Ita MS. G. et P. ut emendaverat etiam Tyrwhittus. Ed. Ald. Iphios personam præfigit, qui scenam reliquisse videtur post v. 1123.

Post τέκνον plene interpungendum puto, ut proxime sequens versus Puero tribuatur. Alioqui caudam trahere videtur: εἰ γὰρ γένοιτο, ὅταν ἔλθοι μοὶ (vel σοὶ) δίκα πατρῷος, quod tanto venustius fuisset uno commate dicere: εἰ γὰρ ἔλθοι μοι δίκα πατρῷος. Quanquam, si Adrasti persona hic retinetur, pro μοὶ legendum erit σοί. Sed, ut dixi, Puero tribuenda arbitror sequentia, hoc modo emendata:

Παῖς. Ἔτ' ἂν, θεοῦ θέλοντος, ἔλθοι μοι δίκα
Πατρῷος, ἢ οὔπω κακὸν τόδ' εὕδει;

Unquamne, Deo volente, veniet Justitia Patris ultrix, an nondum quiescit hoc malum? i. e. Deorum in nos inclementia. Sic εὕδων φόνος, Electr. v. 41. εὕδει κηρύγματα, Hecub. v. 656. utrumque Marklando indicante. Pro ἔλθοι MS. G. ἔλθῃ. idemque οὔτω versu sequenti pro οὔπω.
Musg.

Εἰ γὰρ γεν. τ.] Hæc Adrasto, sequentia ὅταν — εὕδει infanti, 1158. s. αἴ, αἴ — μοι choro, 1160—1170. infanti, 1171. s. Adrasto, et 1172. s. choro tribuit Prevostus Musgravii secutus judicium; et v. 1160. cum Tyrwhitto legit Ἀσωποῦ.
Beck.

1156. Ὅταν, θεοῦ θέλοντος, ἔλθοι μοι δίκα Πατρῷος.] Pro Ὅταν Musgravius Ἔτ' ἄν. quod nisi fiat, legendum est ἔλθῃ ex MS.
Por.

1157. κακὸν τόδ' εὕδει ut εὕδων φόνος (vel φθόνος) Ἀγαμέμνονος, Electr. 41. Ὡς οὔποθ' εὕδει λυπρά σου κηρύγματα! Hecub. 656.
Markl.

οὔπω κακὸν τόδ' εὕδει.] De eadem re Poëta tale quid in Phœnissis, v. 643. ἐλπίδες δ' οὔπω καθεύδουσι. *Brodæus.*

1158. γόων ἅλις τύχας, i. e. περὶ τύχας: *satis luctuum de fortuna:* ut μέλος τύχης *cantilena* seu *querela de fortuna,* Iphig. Aul. 1279. neque opus esse puto alia distinctione. Reiskius ita: γόων ἅλις, στοναχᾶς ἅλις ἀλγέων τε πάρεστί μοι. *Markl.*

Αἴ, αἴ.] Hæc ῥῆσις Matribus danda est, quæ, audito filiorum voto, quasi belli mal

Χαλκέοισιν ὅπλοις Δαναϊδῶν στρατηλάταν,
Τοῦ φθιμένου πατρὸς ἐκδικαστάν;
ΑΔ. Ἔτ' εἰσορᾶν σε, πάτερ, ἐπ' ὀμμάτων δοκῶ, στρ. δ'.
Φίλον φίλημα παρὰ γένυν τιθέντα σόν.
Λόγων δὲ παρακέλευσμα σῶν,

Ære armatis militibus Argivorum ducem,
Extincti patris vindicem?
Ad. Adhuc, te ob oculos aspicere patrem puto,
Jucundum osculum ad genas applicantem tuas:
Verborum vero tuorum inclamatio

præcipientes, sibi jam satis esse doloris et gemituum exclamant. γόων τύχας recte explicat Marklandus γόων περὶ τύχας, citatque Iphig. in Aul. v. 1279. *Musg.*

γόων ἄλις τύχας,] Ἅλις γόων ταύτης τῆς τύχης ἕνεκα. Joh. Brodæus. An legendum: Αἴ, αἴ γόων· ἄλις τύχας. *Barnes.*

1159. Pro πάρεστί μοι Cod. A. B. μοι πάρεστι. et v. 1162. pro ἐκδικαστὰν omnes tres ἐκδικασταν, quod in contextum ideo recepi (vide v. 1225.) ut et παρακέλευσμα (v. 1165.) ex A. B. et Ald. pro παρακέλευμα. vide Helen. 1602. Iphig. Taur. 320. *Markl.*

Ἅλις ἀλγέων πάρεστί μοι.] Lego, Ἅλις δ' ἀλγέων πάρεστίν μοι. vide supra ad 1152. *Por.*

Ald. et vulgati ἄλις ἀλγέων πάρεστί μοι. Addidi δ', et scripsi ἐμοὶ πάρεστιν, quum codd. A. B. et uterque Florentinus μοι πάρεστι habeant. Alioqui non displiceret πάρεστι δή μοι. *Hermann.*

1160. Στάσω. ποῦ με δέξεται γάνος, &c.] [Reiskius: "Στάσω ποῦ (id est ὅπου)] με δέρξεται — *stabo (collocabo me) aliquando ibi ubi flos Græcorum ducum me conspiciet æneis in armis vindicem cæsi* (vindicare cædem) *mei patris.*" *Markl.*

Στάσω. ποῦ με δέξεται γάνος] Στ. Ἀσώπου με δέξεται γάνος, Toup. in Suid. II. p. 189. Tyrwhitti emendationem (Ἀρ' ἔσθ' ὅτ' Ἀσώπου με δέξεται γάνος) jure probat Musgravius. (Vid. Append. ad Toup. Tom. IV. p. 461.) *Por.*

Felicissime emendat Tyrwhittus, Pueris tribuens:

ἆρ' ἔσθ' ὅτ' Ἀσωποῦ με δέξεται γάνος.

ἔσθ' ὅτ', *aliquando,* ut Alc. v. 1109. Ἀσωποῦ γάνος, *Asopi liquor.* Sic κρήναιον γάνος apud Æschylum Pers. v. 483. et Lycophron. Alex. p. 49. Ed. P. Steph. γάνος Ἠριδανοῖο Callimach. citat a Strabone. Lib. IX. p. 397. Βηφύρου γάνος, Lycophr. p. 53. Κυλιστάρνου γάνος, id. p. 152. Ῥυνδάκου ποτῶν γάνος, id. p. 199. Pro δέξεται malit Marklandus δέρξεται: sed vide Virg. Æneid. III. 96. et VIII. 73. *Musg.*

Lege, Στ. Ἀσωποῦ με δέξεται γάνος] Illud Στ. est nota silentii, quæ a Græcis venit ad Romanos. Ter. Phorm. V. 1. Sensus h. l.: Desine mollium tandem querelarum. Mox ad Asopum miles contendam. Toup. Em. in Suid. III. p. 189. *Beck.*

ἔτ' ἄρ', ἔτ' Ἀσωποῦ με δέξεται γάνος] Hic versus mutilus erat, ita scriptus in libris, στάσω· ποῦ με δέξεται γάνος. Præclare Tyrwhittus, ἆρ' ἔσθ' ὅτ' Ἀσωποῦ με δέξεται γάνος, sed poterat hoc et ad litterarum similitudinem lenius, et ad sententiam fortius corrigi, si sic scriberetur, ut a me factum est. *Hermann.*

1161. Χαλκέοισιν ὅπλοις.] Pronunciarem Χάλκ—γεῖσιν. vid. ad v. 911. Pro στρατηλατῶν rectius putat στρατηλαταν Heathius. *Markl.*

χάλκεα ὅπλα sunt ipsi *milites ære armati.* vid. supra v. 708. et quæ citavimus ad Iphig. in Taur. v. 141. In fine versus legendum cum Heathio στρατηλάταν. Constructio est: στρατηλάταν χαλκέοισιν ὅπλοις Δαναϊδῶν, quod dicitur, ut Θήβαισιν εὐίπποις ἄναξ. Phœn. v. 17. *Musg.*

Tyrwhitti conjecturam probat Markl. in App. sed putat, etiam δέρξεται legi posse, et in seq. v. χαλκέοις σὺν ὅπλοις — ut sensus sit: *unquamne erit* (tempus,) *quando Thebæ accipient* (vel adspicient) *me una cum ducibus Argivis, ærea arma gestantibus, vindicem paternæ necis?* *Beck.*

Χαλκέοις ἐν ὅπλοις Δαναϊδῶν στρατηλά-

Ἀέρι φερόμενον οἴχεται.
Δυοῖν δ' ἄχη, ματέρι τ' ἔλιπες,
Σέ τ' οὔ ποτ' ἄλγη πατρῷα λείψει.
ΧΟ. Ἔχω τοσόνδε βάρος, ὅσον μ' ἀπώλεσεν. ἀ. δ'.
Φέρ', ἀμφὶ μαστὸν ὑποβάλω σποδόν. 1166

In aërem sublata abit.
Duobus autem luctus, matri reliquit,
Teque nunquam paterni dolores relinquent.
Cho. Habeo tantum onus, quantum me perdidit,
Age, in pectore meo recondam Cineres.

ταν,] Legebatur χαλκέοισιν ὅπλοις Δαναΐδῶν στρατηλατῶν. Cod. A. χαλκέοις. Ἐν ὅπλοις Marklando, qui etiam σὺν ὅπλοις conjecit, debetur. Ac multo et simplicius hoc est, et venustius, puerum, ut ipse armatus sit, optare, quam ut armatorum dux. Στρατηλάταν Musgravii emendatio est, et prius Heathii. *Hermann.*

1162. ἐκδικαστάν;] Ita MS. uterque et P. Vulgo ἐκδικατάν. *Musg.*

ἐκδικατάν;] Mallem ἐκδικατᾶν, ut concordet cum στρατηλατῶν. Certe hinc syntaxi melius consuletur. Potest etiam recte referri ad τὸ μέ. Et dum attentius rem considero, ita esse oportere pronuntio. *Barnes.*

1163. Iterum hic ευα. præfigit Aldina. Editi Puero tribuunt, quod vetat credere, cum dissimilitudo a reliquis ejus interlocutionibus, quæ omnes ultionem spirant, tum, quod est in proximo, γένυν σόν. Sed nec matribus convenire potest, cum una ex iis ῥῆσιν sequentem eloquatur. Quare nihil restat, nisi ut Adrasto cum Tyrwhitto tribuamus, qui et πατέρ' accusativo legit pro πάτερ. Sensus est: *crediderim, te patrem jam ante oculos videre.* *Musg.*

1163. Pro τιθέντα Cod. A. θέντα. quasi olim fuisset μοὶ θέντα. alioquin, putarem præstare, παρὰ γένυν τιθέντ' ἐμόν. *Markl.*

1164. τιθέντα] MS. E. θέντα. *Musg.*

1165. παρακέλευσμα] Ita MS. uterque et P. ut edidit Barnesius. Ed. Ald. παρακέλευμα. λόγοι hi sunt voces, quas cupiditas ultionis paullo ante expresserat v. 1153. 1165. 1168. *Musg.*

1166. Δυοῖν δ' ἄχη, ματέρι τ' ἔλιπες, Σέ τ' οὔποτ' ἄλγη πατρῷα λείψῃ.] [Hæc non intelligo. Describam quod in ea notatum video. "Δυοῖν. Utriusque nostrum. Brodæus." Σέ τ'. "His verbis Sthenelus alloquitur Iphin, suæ matris patrem. Barnesius." Mihi hæc videtur loqui non Sthenelus, (nam ejus mater Evadne jam mortua erat) sed alius Puer, filius alicujus ex ducibus defunctis, et cujus mater jam superstes erat: et pro Σέ τ' scribendum forte Μέ τ': ut dicat, reliquisti, O pater, luctum duobus, *matri* meæ, et *mihi*. ἄλγη πατρῷα, *dolores ob patrem*, ob te; ut δίκα πατρῷός, v. 1156. et λείψει legendum putarem: quod confirmat Cod. A. Reiskius: "in Σε alloquitur puer avum suum paternum." Σέ ad ipsum puerum qui loquitur, non ad Iphin, referendum censet Heathius. cetera mecum sentit. *Markl.*

1167. Choro male tribuuntur in P. Nimis enim tranquilla sunt, quam ut ei convenire possint. Quare Adrasto danda sunt, legendumque ἔλιπεν, utrumque ex mente Tyrwhitti. *Musg.*

Vulgo ἔλιπες. Tyrwhittus ἔλιπεν, quod qui probat, ματρὶ scribat necesse est. Equidem satius duxi litteram finalem, ut quæ e sequente vocabulo adhæsisset, delere. Ita ultima versus syllaba in duas breves soluta existimari debet, quod, ubi continuantur numeri, sæpe fit. *Hermann.*

1168. λείψει.] Ita MS. E. Vulgo λείψῃ. *Musg.*

Σέ τ'] His verbis puer, Sthenelus, alloquitur Iphin, suæ matris patrem. *Barnes.*

1169. Huic Disticho Iphios persona præfigitur in Aldina [et in omnibus Codd. v. Markl.] Choro tribuit Tyrwhittus, sed, an vere, dubito. Pueros certe, non Chorum, Ducum crematorum cineres portasse docet infra Theseus v. 1176. Pueris igitur tribuo. *Musg.*

1170. ὑποβάλω] MS. E. ὑποβάλλω. Male. vid. Hippol. v. 865. Cyclop. v. 8. *Musg.*

ἀμφὶ μαστὸν ὑποβάλω σποδόν.] Μαστὸν

ΑΔ. Ἔκλαυσα, τόδε κλύων ἔπος
Στυγνότατον· ἔθιγέ μου φρενῶν.
ΧΟ. Ὦ τέκνον, ἔβας· οὐκέτι φίλον,
Φίλον ἄγαλμ' ὄψομαι σῆς ματρός.
ΘΗ. Ἄδραστε, καὶ γυναῖκες Ἀργεῖαι γένος,
Ὁρᾶτε παῖδας τούσδ', ἔχοντας ἐν χεροῖν
Πατέρων ἀρίστων σώμαθ', ὧν ἀνειλόμην;
Τούτοις ἐγώ σε καὶ πόλις δωρούμεθα.
Ὑμᾶς δὲ τῶνδε χρὴ χάριν μεμνημένους
Σώζειν, ὁρῶντας ὧν ἐκύρσατ' ἐξ ἐμοῦ.
Παισίν θ' ὑπεῖπον τούσδε τοὺς αὐτοὺς λόγους,

Ad. Lamentor, audiens hunc sermonem
Tristissimum: attigit meum cor.
Cho. O fili, abiisti: non amplius charam,
Charam effigiem videbo te matris.
Thes. Adraste, et mulieres ex Argivo genere,
Videtis istos pueros, gerentes in manibus
Corpora fortissimorum parentum, quos recepi?
His ego te et civitas donamus.
Vos autem oportet recordantes horum gratiam
Servare, cum videatis, quæ nacti sitis ex me.
Pueris etiam hisce eadem verba dico.

quod de fœminis proprie dicitur, nunc pro μαζὸν usurpat Poëta, *i. e.* virilem mammam; et hoc pro στέρνον, vel στῆθος, ponitur: Homerus: Τὸν μὲν ὑπὲρ μαζοῖο κατὰ στῆθος βάλε δουρί. *Barnes.*

1171. Hoc Distichon Evadnæ tribuit Aldina; Puero Editi recentiores cum MSS. et P. Sed recte judicat Tyrwhittus, ab Adrasto enunciatum esse, quasi in memoriam revocanti, se neci eorum occasionem dedisse. confer v. 779, et 831. *Musg.*

1173. Hoc iterum Iphios est, si Aldinam sequimur. Sed non dubitavi Choro cum Tyrwhitto assignare, accedente præsertim Lib. P. auctoritate.

φίλον,] Assentior Marklando φίλιον propter metrum legenti. *Musg.*

Ὦ τέκνον, ἔβας·] Si *O fili* exponas, tum Eteoclum intellige, Iphios filium: si *O filia,* Evadnam, ejusdem *filiam* et Capanei relictam; quam, ob formam, recte vocat φίλον ἄγαλμα ματρός. Potes etiam referri ad Nepotem, Sthenelum, quocum loquitur. *Barnes.*

1174. Pro φίλον Cod. B. φιλιας. C. φιλος. et pro σῆς ματρὸς A. σε μητρος. Paullo ante pro ὑποβάλω A. υποβαλλω. et pro ΙΦ. C. habet ΧΟ. Incerta est significatio vocis ἄγαλμα hoc versu. vertitur *effigiem.* Significare potest et *oblectamentum.* vide ad v. 377. (Cum neque contextum intelligam, neque quo modo hæc, et quæ sequuntur personis distinguenda sint, nihil dabo præter Var. Lectiones. Pro λείψῃ (1168.) A. habet λείψει. Pro ὑποβάλω (1170.) A. ὑποβάλλω. Pro ΙΦ. (1173.) C. habet ΧΟ. Pro φίλον (1174.) B. habet φιλίας, C. φιλός. Pro σῆς ματρὸς (1174.) A. σε μητρός.) *Markl.*

φίλας] Ita lego ex conjectura. Ed. Ald. φίλον. Lib. P. φίλος. MS. G. φίλιας, quod probat Marklandus.

σε] MS. E. debetur, qui et μητρὸς habet pro ματρός. Ed. Ald. σῆς. *Musg.*

1175. Αργειων γενος A. non Ἀργεῖαι: ut Ἀργείων κόραι, 1083. et Ἀργείων χθόνα, v. 1186. 1205. Alterum æque probum:

Τιμᾶν πόλιν τήνδ', ἐκ τέκνων ἀεὶ τέκνοις
Μνήμην παραγγέλλοντας ὧν ἐκύρσατε.
Ζεὺς δὲ ξυνίστωρ, οἵ τ' ἐν οὐρανῷ θεοὶ,
Οἵων ὑφ' ἡμῶν στείχετ' ἠξιωμένοι.
ΑΔ. Θησεῦ, ξύνισμεν πάνθ', ὅσ' Ἀργείων χθόνα
Δέδρακας ἐσθλὰ, δεομένην εὐεργετῶν,
Χάριν τ' ἀγήρων γ' ἕξομεν· γενναῖα γὰρ
Παθόντες, ὑμᾶς ἀντιδρᾷν ὀφείλομεν.
ΘΗ. Τί δή ποθ' ὑμῖν ἄλλ' ὑπουργῆσαί με χρή;
ΑΔ. Χαῖρ'· ἄξιος γὰρ καὶ σὺ, καὶ πόλις σέθεν.
ΘΗ. Ἔσται τάδ'· ἀλλὰ καὶ σὺ τῶν αὐτῶν τύχοις.

Ut honore afficiatis hanc urbem, semper filiis filiorum
Denunciantes memoriam *eorum*, quæ adepti estis.
Jupiter autem testis sit, et Dii in cœlo,
Quali beneficio a nobis affecti abeatis.
Ad. Theseu, scimus omnia, quibus Argivorum agrum
Affecisti, beneficia, egentem benefactoribus.
Habebimus autem non senescentem gratiam: nam
Cum acceperimus *beneficia*, vobis parem gratiam referre debemus.
Thes. Quid vero aliud oportet me vobis præstare?
Ad. Bene-valeas. Dignus enim es tu et tua urbs.
Thes. Sint ista: sed tu quoque eadem consequaris.

Æschyl. Ἱκετ. 282. Herodot. II. 114. VIII. 95. Sophocl. Acrisio ap. Stob. Tit. 72. p. 440. *Markl.*

Ἀργεῖαι.] MS. E. Ἀργείων. *Musg.*

Nihil clare indicat, Theseum inde ab initio hujus scenæ adfuisse; posset adeo conjici, ipsum denuo consulere cives Athenienses debuisse, priusquam cineres Argivorum matribus traderet: nihilo minus videtur intrasse scenam cum funebri pompa, cum Adrasto et infantibus. *Prev.*

1177. Ἀνειλόμην] Ἐκόμισα. *Brodæus.*

1178. Τούτοις ἐγώ σε καὶ πόλις δωρούμεθα.] Lege χ' ἡ πόλις cum Marklando infra 1191. vide supra 586. Sophocl. Œd. Tyr. 409. Euripid. Orest. 75. σύ τε, κασίγνητός θ' ὁ σός. vulgo, κασίγνητός τε σός. Markland. ad Euripid. Iph. Aul. 886. *Por.*

1180. Pro ὁρῶντας A. ορωντες. *Markl.*

1181. Πᾶσίν θ' ὑπεῖπον τούσδε.] Scribo, Παισίν θ' ὑπεῖπον τοῖσδε τοὺς αὐτοὺς λόγους. ut paullo ante, παῖδας τούσδ': et v. 1195. τοῖσδε παισίν. et ita Heathius, nisi quod retineat τούσδε. "Reiskius, Παισίν θ' ὑπειπεῖν (scil. χρὴ, a communi) *oportet vos liberis vestris inculcare.*" Nihil mutarem in ὑπεῖπον, idem quod præsens, more solito Euripidis. sic Orest. 637. Οὐ χρήματ' εἶπον, *Non divitias dico.* et ita v. 1585. Phœniss. 929. Medea 274. ᾐσθόμην, *sentio*, Alcest. 731. Ὑπεῖπον vero pro προεῖπον, Thom. Mag. V. Ὑπάγω. *Markl.*

Reiskio placet, παισίν θ' ὑπειπεῖν τούσδε: Tyrwhitto, παισίν θ' ὑπειπεῖν τοῖσδε. Ego vero Marklando accedo, legenti, παισίν θ' ὑπεῖπον τοῖσδε. ὑπεῖπον, ut recte notat vir doctissimus, idem est, quod præsens, more solito Euripidis. vid. Orest. v. 637. Androm. v. 778. *Musg.*

1188. Χάριν τ' ἀγήρω γ' ἕξομεν·] Codices A. B. C. αγηρων, quod ut Atticum admisi. [Reiskius, "ἀγήρων ἕξομεν." Vide ad v. 172. unde mallem, ἀγήρων γ' ἕξομεν.] *Markl.*

ἀγήρων] Ita ambo MSS. et P. Vulgo ἀγήρω γ'. *Musg.*

1190. Pro ὑμῖν B. ημιν. *Markl.*

ΑΘΗΝΑ.

Ἄκουε, Θησεῦ, τούσδ' Ἀθηναίας λόγους,
Ἃ χρή σε δρᾶσαι, δρῶντα δ' ὠφελεῖν τάδε.
Μὴ δῷς τάδ' ὀστᾶ τοῖσδ' ἐς Ἀργείαν χθόνα
Παισὶν κομίζειν, ῥᾳδίως οὕτω μεθείς·

MINERVA.

Audi, Theseu, hæc Minervæ verba,
Quid oportet te facere, facientemque juvare *res* tuas.
Ne des hæc ossa istis in Argivum agrum
Pueris ferre, sic facile dimittens:

Male vulgo τί δὴ 'ποθ'. Non *quid aliud* dicit, sed *ecquid aliud*. *Hermann.*

1191. ἄξιος γὰρ σὺ καὶ πόλις σέθεν.] Mallem χ' ἡ πόλις· sic enim solet post καὶ σύ: neque male ita scriberetur, v. 1178. Ita Orest. 1694. ὄναιο καὶ σὺ, χ' ὁ διδοὺς ἐγώ· i. e. καὶ ὁ. Alcest. 667. καὶ σὺ, χ' ἡ τεκοῦσ' ἠλλαξάτην. Troad. 887. Ἐγώ νιν οἶδα, καὶ σὺ, χ' οἱ πεπονθότες. Bacch. 1279. Σύ νιν κατέκτας, χ' αἱ κασίγνηται σέθεν· vulgo ibi, καὶ κασιγνήτη, contra veritatem historiæ. Multo plura loca in Tragicis sunt, quæ eadem medicina indigent. Facile vero commutantur Χ et Κ, cum ejusdem sint soni. unde nunc in Aristophanis Pace v. 1176. legitur βάμμα Κυζικηνικὸν, cum ipse opinor scripserit χεζικηνικὸν, a χέζω (honor sit auribus) *caco*. Quid vero sit βάμμα χεζικηνικὸν non opus est ut explicem, et statim agnoscent qui jocos Aristophanis norunt. [Pariter in alio loco Ecclesiaz. 169. legitur καὶ σὺ καὶ, pro χ' ἥσυχος, nisi fallor; Ἄπερρε, χ' ἥσυχος κάθησ' ἐντευθενί.] *Markl.*

"Bacch. 1279. Σύ νιν κατέκτας, χ' αἱ κασίγνηται σέθεν. *vulgo ibi*, καὶ κασιγνήτη, *contra veritatem historiæ*." Markl. κασίγνηται quoque Jos. Barnesius. Eandem emendationem repetit J. Marklandus ad Euripid. Iph. Taur. 1074. *Por.*

1193. Ἄκουε, Θησεῦ, τούσδ' Ἀθηναίας λόγους,] "Ut verum fatear, non hic videtur satis urgens causa ut Θεὸς ἀπὸ μηχανῆς introducatur. nisi ut Poëtæ fixum erat, Athenas suas quoquo modo ornare. Barnesius." Mihi contra videtur, totum hujus dramatis propositum ab hac una circumstantia pendere. Admodum probabile est hanc fabulam scriptam fuisse Olympiad. XC. 3. sive anno Belli Peloponnesiaci XV. quo anno (ut ex Thucyd. lib. V. erudite monet idem Barnesius in Argumento) Argivi, pace cum Lacedæmoniis inita, in agrum Atticum incursionem fecerunt. Sive autem hæc fabula scripta fuit isto anno ante istam incursionem, sive post, idem erit ejus propositum, nempe, ut ostendat ingratum Argivorum animum erga benefactores suos, Athenienses; et simul, conatus eorum irritos, ex hac prædictione Minervæ: non enim dubitare potest, quin historiæ istorum temporum innixa fuerit hæc narratio de interventu Minervæ, et ceteræ περιστάσεις, de jurejurando Argivorum, de Tripode, qui Euripidis tempore Delphis proculdubio extabat, de gladio abdito, &c. vanæ alioquin et nullius ponderis vel auctoritatis futuræ, imo et Argivis ridendæ, si hæc omnia merum Poëtæ figmentum fuissent. *Markl.*

Ἄκουε, Θησεῦ,] Ut verum fatear, non hic videtur satis urgens causa, ut Θεὸς ἀπὸ μηχανῆς introducatur; nisi quod Poëtæ fixum erat, *Athenas* suas quoquo modo ornare. *Barnes.*

1194. ὠφελεῖν τάδε.] Reiskius conjicit πόλιν pro τάδε. Cicero sæpe utitur voce HÆC eodem sensu pro Imperio Romano, seu *præsenti statu rei publicæ*. In Catilin. I. et IV. *qui* HÆC *delere conati sunt:* quod mox *delere imperium* vocat. et ita Clytæmnestra insultans Electræ post Orestis mortem auditam, apud Sophoclem Electr. 797. Οὐκοῦν Ὀρέστης καὶ σὺ παύσετον ΤΑΔΕ; quod vertitur, *Tune ergo et Orestes extinguere* HÆC *cogitatis?* id est, finem imponere regno et vitæ Ægisthi ac Mei? [Hunc Euripidis Iambum ita vertit Heathius: *Quæ te oportet facere, fa-*

Ἀλλ' ἀντὶ τῶν σῶν, καὶ πόλεως μοχθημάτων,
Πρῶτον λάβ' ὅρκον. τόνδε δ' ὀμνύναι χρεὼν
Ἄδραστον· οὗτος κύριος, τύραννος ὢν,
Πάσης ὑπὲρ γῆς Δαναΐδων ὁρκωμοτεῖν.
Ὁδ' ὅρκος ἔσται· μή ποτ' Ἀργείους χθόνα
Εἰς τήνδ' ἐποίσειν πολέμιον παντευχίαν·

Sed pro tuis et urbis laboribus,
Recipe primum juramentum. Oportet autem jurare hoc
Adrastum: hic *enim* rex auctoritatem habet
Pro universa terra Danaïdum jurare:
Hoc autem esto jusjurandum: nunquam Argivos terram
In hanc adducturos hostilem exercitum:

cientique tibi, emolumento esse ista. Markl.

ὠφελεῖν τάδε.] Emendat Reiskius ὠφελεῖν πόλιν. Nec satisfacit Marklandi defensio. Forte verum fuerit, ὠφελεῖν τὰ σά. *Musg.*

Pro τάδε Reiskius πόλιν, Musgravius τὰ σὰ conjiciunt. Nihil mutandum arbitror, sed τάδε *hanc regionem* significare puto. Similiter Marklandus, male tamen usus Sophoclis loco in El. 795. Rectius attulisset illud, τάδ' οὐχὶ Πελοπόννησος, ἀλλ' Ἰωνία· τάδ' ἐστὶ Πελοπόννησος, οὐκ Ἰωνία. Pertinet hoc ad illum hujus pronominis usum, de quo multa attulit Schæferus in Melet. Crit. p. 77. seq. *Hermann.*

1195. ἐς Ἀργειαν χθόνα.] Tradunt Plutarchus et Pausanias, sepulcra eorum juxta Eleusinem monstrata esse. Sed ex hoc versu collato cum v. 1221. s. verisimile fit Euripidem in alia opinione fuisse, quæque vulgo τάφοι dicerentur, pro τεμένεσι tantum habuisse. *Musg.*

1198. τόνδε δ' ὀμνύναι χρεὼν Ἄδραστον.] Dubium esse posset, utrum τόνδε ὅρκον, an τόνδε Ἄδραστον. Ultimum verius mihi videtur. *Markl.*

1199. οὗτος κύριος, τύραννος ὢν.] Codices A. B. κυριος ως τυραννος ων. *Markl.*

οὗτος κύριος, τύραννος ὢν, Πάσης ὑπὲρ γῆς Δαναΐδων ὁρκωμοτων.] Ὁρκωμοτεῖν Grotius de Jure B. et P. II. 15. 3. probante J. Barbeyracio in notis Gallice scriptis. *Por.*

1200. ὁρκωμοτεῖ.] MSS. omnes ορκωμοτων. qui consensus non est de nihilo: et unice verum puto ὁρκωμοτῶν. sed loquendi schema librariis ignotum, et hic, et multis aliis in locis mutationi ansam dedit. Ponitur nominativus pro genitivo absoluto; unde ἀνακόλουθον sequi videtur, prout a viris doctis sæpe observatum fuit. sic Iphig. Taur. 695. Σωθεὶς δὲ—Ὄνομά τ' ἐμοῦ γένοιτ' ἂν, &c. id est, Σωθέντος δέ σου: nam Σωθεὶς nominativus nullum habet verbum subsequens. vide ibi Barnesium: et Æschylum Χοηφ. 1060. ubi προσθίγων pro προσθίγοντός σου. Aristoph. Acharn. 1163. et Schol. ibi, et Herodot. VIII. 83. ubi οἱ ποιησάμενοι pro τούτων ποιησαμένων. Edidi itaque ὁρκωμοτῶν: id est, τούτου κυρίου—ὁρκωμοτοῦντος, ὅρκος ἔσται (Cod. A. εστω) ὅδε. Reiskius, ὁρκωμοτεῖν: et Heathius. De verbo vid. Pollucis I. 38. et Præf. p. 37. ubi pro ὁρκωμοτεῖν, MS. α. habet ὁρκωμοτεῖν. Heathius vertit, *jurandi potestate gaudet*, et facit pendere a κύριος. *Markl.*

ὁρκωμοτεῖ·] Ambo MSS. et P. ὁρκωμοτῶν. Lego cum Reiskio, Heathio, Tyrwhitto, ὁρκωμοτεῖν. *Musg.*

1201. ἔστω.] Ita MS. E. Vulgo ἔσται. *Musg.*

1202. ἐποίσειν—παντευχίαν.] Ut ἐποίσειν δίκην Menander in Misogyno apud Priscianum, p. 1192.

ὄμνυμί σοι τὸν ἥλιον
Ἦ μὴν ποιήσειν σοι δίκην κακώσεως·

scrib. puto ἐποίσειν vel μ' ἐποίσειν: *me intentaturam tibi litem malæ tractationis.* Uxor videtur alloqui maritum suum, τὸν Μισόγυνον. Sic ἐπιφέρειν τὴν ὀργὴν, Ad Roman. III. 5. αἰτίαν ἐπιφέρειν, Actor. xxv. 18. vide Budæi Comment. Gr. Ling. p. 7. et 410. De ἀποίσειν, eundem p. 39. ἐπιφέρων ἔγκλημα, Orest. 757. χεῖρας ἐποίσει, Homer. Odyss. Π. 439. et Iliad. Α. 89. Herodotus V. 81. τότε (f. τῶντε)

Ἄλλων τ' ἰόντων, ἐμποδὼν θήσειν δόρυ.
Ἢν δ' ὅρκον ἐκλιπόντες ἔλθωσιν πόλιν,
Κακῶς ὀλέσθαι πρόστρεπ' Ἀργείων χθόνα.
Ἐν ᾧ δὲ τέμνειν χρή σφάγιά σ', ἄκουέ μου.
Ἔστιν τρίπους σοι χαλκόπους εἴσω δόμων,
Ὃν Ἰλίου ποτ' ἐξαναστήσας βάθρα,
Σπουδὴν ἐπ' ἄλλην Ἡρακλῆς ὁρμώμενος,

Et aliis venientibus, repugnaturos armis.
Si vero violato juramento venerint contra *hanc* urbem,
Ut Argivorum ager male pereat precare.
In quo vero *loco* oporteat te hostias cædere, audi *ex* me.
Est tibi tripos æneis pedibus præditus intra domum,
Quem quondam Ilii sedibus eversis
Ad aliud negotium Hercules festinans,

Θηβαίων δεηθέντων, πόλεμον—ἐπέφερον: hoc est πολέμιον παντευχίαν ἐπέφερον. Vide Commentat. ad istud Phædri I. 1. *jurgii caussam intulit*. *Markl.*

1203. ἐμποδὼν θήσειν δόρυ.] Æschylus Ἑπτ. ἐπ. Θήβ. 1024. ἐμποδὼν ἔστη δορί. Utrovis modo, θήσειν aut στήσειν, recte. ἐμποδὼν γίνεσθαι, Iph. Aul. 1396. Ἐμποδὼν γενήσομαι 'γὼ, θνητὸς οὖσα, τῇ Θεῷ; sic metrum postulat, non, ut editur, γενήσομ' ἐγώ. *Markl.*

1204. ὅρκον ἐκλιπόντες.] Sic Iphig. Taur. 750. Εἰ δ' ἐκλιπὼν τὸν ὅρκον ἀδικοίης ἐμέ; quod ἐκτὸς ἐλθεῖν (sc. τοῦ ὅρκου) vocat Hercules in Soph. Trachin. 1205. Ἐκλειπία τῆς πίστεως Suidas ex Josepho. μὴ ἐμμένειν ὅρκῳ, Medea 751. His opponitur eleganter composita vox ἐμπεδορκεῖν apud Xenophontem in Rep. Lacedæm. ad fin. et Herodotum ad fin. lib. IV. *Markl.*

1205. πρόστρεπ'.] *Precare*, id est, *Adrastus precetur*. nam verba jurisjurandi Theseus, præire, Adrastus vero in verba ejus jurare, debuit. *Markl.*

1207. εἴσω δόμων.] Id est, εἰς, vel ἐν δόμοις. vid. Vackenær. ad Phœniss. 1571. *Markl.*

1209. Σπουδὴν ἐπ' ἄλλην] Hercules sub Laomedontis regno Ilium diripuit, aliud quidem agendo: non enim illius rei gratia eo appulit; expeditionem enim ille fecerat contra Tmolum et Telegonum, hospitum interfectores, vel, ut alii, (et præcipue Carmina, Τρωϊκὰ dicta) una cum Argonautis forte ad Trojam appulsus Hesionæ causam promissi muneris gratia suscepit. Qua Ceti morte liberata, quum Laomedon heroa promisso munere fraudaret, iratus Ilium evertit. *Barnes.*

1210. Στῆσαί γ' ἐφεῖτο] Στῆσαί σ' ἐφεῖτο, Reiskius. "Forte primitus fuit, Στῆσαι, 'ξεφεῖτο, i. e. ἐξεφεῖτο, ut Iphig. Taur. 1468. ἐκπέμπειν χθονὸς Ἑλληνίδας γυναῖκας ἐξεφίεμαι." *Markl.*

Στῆσαί γ' ἐφεῖτο] Lego cum Marklando στῆσαί σ' ἐφεῖτο. *Musg.*

1212. τρίποδος—κύτει.] Ut in Alcmanis Fragment. ap. Athen. X. 4. Καὶ πόκα τοι δώσω τρίποδος κύτος. sic λέβητος κύτος, Cyclop. 398. θώρακος κύτος, Aristoph. Pace 1223. τὸ τῆς κεφαλῆς κύτος, Plato in Timæo, p. m. 155. *Markl.*

τρίποδος—κύτει·] Sic λέβητος κύτος, Cycl. v. 398. Plura etiam congessit Marklandus. *Musg.*

1214. μαρτυρήμαθ' Ἑλλάδι.] Barnesius hoc mutavit in μαρτύρημά θ' Ἑλλάδι, propter Μνημεῖά θ'. Reiskius: "aut μνημεῖον ὅρκων, aut μαρτυρήματά θ' Ἑλλάδι·" *Markl.*

μαρτύρημά θ'.] Sic lego cum Barnesio et Marklando. Lib. P. Ed. Ald. μαρτυρήμαθ'. *Musg.*

1215. καὶ τρώσῃς φόνον·] Canterus vertendo, *et* eas (hostias) *feriens peregeris cædem*, satis ostendebat se locum hunc bene intellexisse: neque de δρώσῃς vel δράσῃς cogitari debuit. Τιτρώσκειν φόνον, *vulnerare cædem*, est, *vulnerando-facere*

Στῆσαί γ' ἐφεῖτο Πυθικὴν πρὸς ἐσχάραν.
Ἐν τῷδε λαιμοὺς τρεῖς τριῶν μήλων τεμὼν,
Ἔγγραψον ὅρκους τρίποδος ἐν κοίλῳ κύτει·
Κἄπειτα σώζειν θεῷ δὸς, ᾧ Δελφῶν μέλει,
Μνημεῖά θ' ὅρκων, μαρτύρημά θ' Ἑλλάδι.
Ἧι δ' ἂν διοίξῃς σφάγια, καὶ τρώσῃς φόνον,
Ὀξύστομον μάχαιραν ἐς γαίας μυχοὺς

Jussit te statuere ad aram Pythicam.
In hoc secans tria guttura trium ovium,
Inscribe jusjurandum in cava alveo tripodis:
Deinde des servandum Deo, qui Delphis præsidet,
Ut sit et monimentum fœderis, et testimonium Græciæ.
Quo autem hostias jugulaveris, et peregeris cædem,
Acutum gladium in terræ recessus

cædem, more solito Tragicorum: et modesta est et plana locutio præ multis quas in iisdem poëtis observare licet. Apud Sophoclem Ajace 55. *κείρειν φόνον πολύκερων*, ad verbum est, *tondere cædem multicornem,* si ita loqui licet: quod quis intellexerit? sed stylo tragico significat, *laniando-facere cædem multarum bestiarum cornutarum.* Noster Orest. 284. *ἐκτείνειν λιτὰς τοῦ γενείου*, *extendere supplicationes menti*, vel *barbæ:* i. e. *extendendo* manus *ad mentum, facere supplicationes,* vel *supplicare:* qui mos erat istorum temporum. Iterum Iphig. Aulid. 1480.

Ἑλίσσετ' ἀμφὶ ναὸν,
Ἀμφὶ βωμὸν, Ἄρτεμιν·

id est, *ἑλίσσουσαι ἀμφὶ ναὸν, ἀμφὶ βωμὸν, ἀείδετε, ὑμνεῖτε, κλῄζετε Ἄρτεμιν· saltantes circum templum, circum aram, Dianam celebrate.* Electra 180. de saltatura: *ἑλικτὸν κρούσω πόδ' ἐμὸν, volubilem pulsabo pedem meum:* id est, *κρούουσα* [*γῆν*, vel *ἐν γῇ*, Iph. Aul. 1042.] *κινήσω πόδα ἐμὸν ἑλικτὸν, pulsans* [terram] *movebo pedem meum volubilem.* Unum solummodo addam ex Heraclidis, v. 758. de prœliaturo: *μέλλω κίνδυνον τεμεῖν σιδάρῳ· secaturus sum periculum* (vel *prœlium*) *ferro.* Quidnam hoc ænigmatis? inquies. Vult, *secando-facere prœlium* (sive *periculum*) *ferro:* id est, *ense* quo *secantur* et cæduntur hostes *in prœlio, periclitaturus sum:* plane, *ferro acuto prœliaturus sum.* quamquam scio *τεμεῖν* aliter explicari posse. Hæc in nostris theatris risu et sibilis exciperentur: veteribus tamen isto tempore placuerunt. Neque quæri debet, "Quis unquam vel fando audiverit de hac phrasi *τιτρώσκειν φόνον*?" Nam in sexcentis exemplis quæ facile proferri possent, verba ipsa, ita conjuncta, frustra forte alibi quæsiveris. sed tamen ista sexcenta exempla omnia erunt ejusdem formæ et rationis; non ideo repudianda quia alibi locutionibus iisdem deficimur, quæ nunquam forte alibi extiterunt. Sat nobis in plerisque jam esse potest (imo, forte debet) ratio similium, et MSS. consensus. [Reiskius: "*κ' ἀγχρώσῃς φόνον, et cui sanguinem adspergas, affrices,* id est, *quam inquines sanguine victimarum.* pro *ἀναχρώσῃς.*"] *Markl.*

Ἧι δ' ἂν διοίξῃς σφάγια, καὶ τρώσῃς φόνον,] *Δράσῃς φόνον*, Toup. in Suid. III. p. 21. contra quem recte defendit textum Musgravius ex Phœniss. 1445. Citat Marklandus Electr. 180. *ἑλικτὸν κρούσω πόδ' ἐμόν. πόδ' ἐμὸν* emendatio est Canteri pro *πόλεμον*, quod defendit Musgravius. *Por.*

τρώσῃς φόνον,] Sic *τετρωμένους σφαγὰς*, Phœn. v. 1445. vide etiam Soph. Ajac. v. 55. citatum a Marklando. Male igitur Toupius, [Em. in Suid. III. p. 21.] *δράσῃς φόνον.* *Musg.*

τρώσῃς φόνον,] Omnes una voce *τὸ τρώσῃς*, ut spurium, repudiant: quis enim unquam vel fando audiverit de hac phrasi, *τιτρώσκω φόνον*; quare Brodæus et Stiblinus *δρώσῃς* legunt: et certe Homer. O-

Κρύψον, παρ' αὐτὰς ἑπτὰ πυρκαιὰς νεκρῶν.
Φόβον γὰρ αὐτοῖς, ἤν ποτ' ἔλθωσιν πόλιν,
Δειχθεῖσα θήσει, καὶ κακὸν νόστον πάλιν.

Abde, juxta ipsos septem rogos mortuorum:
Metum enim ipsis, si quando venerint *adversus* regionem,
Ostensus dabit, et infelicem reditum.

dyss. ό'. v. 316. δρώοιμι occurrit, quasi a poëtico verbo δρώω pro δράω. Mallem autem legas δράσῃς, et pro me Æmilius Portus, aliique nonnulli stabunt. Canterus hoc verbum omnino neglexit, uti et Scaliger, aliique. *Barnes.*

1219. καὶ κακὸν νόστον πάλιν.] Ut Phœniss. 963. Πικρὸν δ' Ἀδράστῳ νόστον Ἀργείοισί τε Θήσει. Bacch. 1526. νόστον ἄθλιον πάλιν. sed præcipue Heraclid. 1042. Κακὸν γὰρ αὐτοῖς νόστον ἀντὶ τῶνδ' ἐγὼ Δώσω. Euripidis Supplices et Heraclidæ, utpote in pari fere argumento, plurima habent similia. *Markl.*

1221. ἵν' αὐτῶν σώμαθ' ἁγνισθῇ πυρί.] Scribendum puto, ἵν'—ἡγνίσθη, *ubi purificata sunt,* (et ita Heathius) nam ἵν' ἁγνισθῇ significaret, *ut purificentur.* Vidit Scaliger τὸ ὕπουλον, et remedium attulit, ἵν'—ἂν ἁγισθῇ, vulgata quidem lectione longe melius, et Græcum magis, utcumque Barnesio non satisfecerit. sed unice verum erat quod dixi, ἵν' ἡγνίσθη, *purificare igne,* ἁγνίζειν πυρὶ, frequenter occurrit; ex persuasione veterum, res omnes igne purificari. unde Electra in Orest. 39. dicit, *Sextus hic est dies ex quo cæsa mater mea Clytæmnestra* (non *cremata* est, sed) πυρὶ καθήγνισται δέμας, *igni purificata est corpus.* ubi Scholiastes: πάντα γὰρ καθαίρει τὸ πῦρ. unde καθάρσιον πῦρ, Helen. 869. et Iph. Aul. 1112. ubi legitur πῦρ καθάρσιον. vide ibi notata, et adde Joseph. Antiq. Judaïc. XX. 7. sect. 5. Iphigenia Thoanti præcipit, Iph. Taur. 1216. Ἅγνισον πυρσῷ μέλαθρον· *Purifica domum face,* vel *igne.* inepte ibi nunc legitur χρυσῷ, *auro.* vide illic quoque notata, et Ion. 708. Locum istum Iphig. Aul. jam video mecum emendasse (ut alia plurima) eximium virum Joan. Piersonum Verisimil. I. 5. p. 65. Anthologia Reiskii, Carm. 630. p. 101. de Sacerdote cujus cadaver Athenis combustum erat, ἥγνισε δ' Ἀτθὶς Πυρκαΐη. ita erat in MS. non ἥγισε. Idem vir clarissimus hic legit ἁγισθῇ. *Markl.*

ἁγνισθῇ] Legendum cum Heathio et Marklando ἡγνίσθη: non, ut olim putavi, σῆμαθ' ἁγνισθῇ. vid. supra ad v. 1195. Locutio est in Orest. v. 39. *Musg.*

σώμαθ' ἁγνισθῇ πυρὶ,] Miror, Scaligerum scribere σώματ' ἂν ἁγισθῇ, quasi τὸ ἁγνίζω non esset authenticum æque, ac τὸ ἁγίζω, cum etiam pro *adoleo* sit usurpatum ab Apollon. Rhod.—ἥγνισαν ἔντομα Μήλων. *Barnes.*

1222. παρ' αὐτὴν τρίοδον Ἰσθμίας Θεοῦ. Σοὶ μὲν τάδ' εἶπον. παισὶ δ' Ἀργείων λέγω.] "Dianæ. Pindari in Olympiis Scholiastes, Istriæ; Pausanias in Arcad. Hymniæ Dianæ mentionem facit. Brodæus." Pro Ἰσθμίας Barnesius conjicit Ἰμβρασίας ex Callimacho Hymn. in Dian. 288. Uterque Dianam intelligit. Ἄρτεμις quidem Προπύλαιος templum habuit Eleusine: sed istud quid ad hunc locum faciat non exputo. Vox τρίοδον forte induxit hos viros doctos ut de Diana cogitarent, scientes illam vel Hecaten appellatam esse Τριοδῖτις, et ad illius curam pertinere τὰς τριόδους. Lego et distinguo:

Μέθες παρ' αὐτὴν τρίοδον. Ἰσθμίου Θεοῦ
Παῖ, σοὶ τάδ' εἶπον. παισὶ δ' Ἀργείων λέγω, etc.

Relinque juxta ipsum trivium. O Isthmii Dei (*Neptuni*)
Fili, tibi hæc mando. filiis vero Argivorum narro, &c.

Suppone Παῖ a scribis omissum, et ceterarum interpolationum caussam facile videbis; nempe, μὲν intrusum ad iambum explendum; et pro Ἰσθμίου Θεοῦ, quod nihil erat sine παῖ, factum τρίοδον Ἰσθμίας Θεοῦ, quod æque nihil erat, sed altero isto speciosius. De more sepeliendi mortuos in triviis vel trifiniis, dixit aliquid Salmasius ad Consecrat. Templ. in agr. Herod. p. 59. De Neptuno, Deo Isthmio, vid. Apollon. Rhod. III. 1238. et Schol. Aristoph. Equitt. 606. Aristidis Isthmic. in Neptunum, et Pindar. Olymp. XIII. Frustra quæsiveris (quidnam hic agat) Ἰσθμία Θεός. Theseum vero Neptuni filium habitum fuisse, notum est ex

Δράσας δὲ ταῦτα, πέμπε γῆς ἔξω νεκρούς.
Τεμένη δ', ἵν' αὐτῶν σώμαθ' ἡγνίσθη πυρὶ,
Μέθες παρ' αὐτὴν τρίοδον 'Ισθμίας θεοῦ.

Peractis autem istis mitte extra terram mortuos:
Lucum etiam, ubi ipsorum corpora purificata sunt igne,
Concede ad ipsum trivium Deæ Isthmiæ.

Nostri Hippol. 891. 1264. Plutarch. in Theseo, p. 3. B. et Ciceron. De Offic. III. 25. Ceterum 'Ισθμίου Θεοῦ Παῖ, ut ὦ παῖ ποντίου Θεοῦ, Cyclop. 412. De locutione, Σοὶ μὲν τάδ' εἶπον, vide Valckenær. ad Phœniss. 785.

Corrige obiter in hac voce Clement. Alexandrinum Strom. VI. p. 753. ed. Oxon. ubi pro 'Ισθμίῳ Διΐ, scribendum 'Ικμαίῳ, ex Schol. Apollon. Rhodii II. 500. et ex ipso Apollonio II. 523. Reiskius hic legit 'Ισθμίου στενοῦ, sed non explicat quid sit τρίοδος 'Ισθμίου στενοῦ. Heathius, τρίοδον 'Ισθμίας ὁδοῦ. *Markl.*

Μέθες παρ' αὐτὴν τρίοδον 'Ισθμίας θεοῦ.] 'Ισθμίας χθόνος, Toup. in Suid. III. p. 215. Vulgatum retinet Musgravius. *Por.*

'Ισθμίας θεοῦ.] Inus sive Leucotheæ, cui locus in Isthmo, unde in mare se præcipitavit, sacer postea habitus est. vid. Pausan. in Atticis circa finem, et Philostrati Icones. Quod negat Marklandus, se videre, quid Eleusine faciat Isthmiæ Deæ trivium, non satis intelligo. Num enim sequitur, quia Leucothea, nullum templum, nullum peculiarem cultum Eleusine habuerit, idcirco trivium ibi non fuisse ab ea denominatum. An vero putat vir cl. ejusmodi denominationem, nisi ratio ejus reddi possit, pro mendosa habendam esse? Primo iniquum esset hoc statuere, cum constet ex Pausania, plura in Peloponneso loca Inus nomen gessisse, quæ tamen ipsa nec viva, nec fato functa, attigisse narratur: deinde vel sic tamen vulgata lectio probabiliter defendi possit. Ino enim, versus Isthmum fugiens, per Geraniam montem Megaricum transiisse dicitur. (Argument. in Isthm. Pindar. Schol. in Lycophron. v. 229.) Gerania autem mons erat mari imminens inter Eleusinem et Isthmon. (Antholog. Reisk. Epigr. 703.) Duces porro Argivi sepulti erant juxta viam inter Eleusinem et Megara. (Pausan. p. 37. l. 18. Ed. Sylb.) Megara denique sub Gerania sita fuisse videntur. (confer Pausan. p. 42. l. 9. cum Strabon. p. 394. D. Ed. Casaub.) Quamobrem necessario ei per Eleusinem vel Eleusinis viciniam transeundum erat. Quid igitur vetat, eam, cum ibi esset, in trivio aliquo vel incertam viæ constitisse, vel fatigatam consedisse, aut tale aliquid fictum et a populo creditum esse, unde nomen postea loco, ex rei veræ falsæve memoria, adhæsit. Imo ne quis hoc temere dictum putet, Plutarchi testimonio constat, locum fuisse Megaris ab Inus cursu denominatum. vid. Sympos. V. Prob. 3. *Musg.*

'Ισθμίας θεοῦ.] Miror Stiblinum, qui data opera Notas in Euripidem edidit, satis eas quidem prolixas, ne verbum quidem de hoc loco, ut nec de plurimis aliis, qui paulo difficiliores visi sunt, ausum mutire. 'Ισθμίας sane suspectum est; Brodæus vel 'Ιστρίας, vel 'Υμνίας, mavult, quod primo nomine Pindari Scholiastes Dianam insigniat, altero Pausanias. Quidni et nos legamus 'Ιμβρασίας Callimachi auctoritate, qui hymno in Dianam, v. 228. ita Dianam appellat: Χησιὰς, 'Ιμβρασίη, πρωτόθρονε, σοὶ δ' 'Αγαμέμνων, &c. De θεὸς autem in fœminino genere vide Androm. v. 130. *Barnes.*

Reisk. emendat: 'Ισθμίου στενοῦ, *faucium Isthmi;* Heath. 'Ισθμίας θεοῦ, et vertit: *Lucum vero, ubi ipsorum corpora igne purificata sunt, illis concede* (i. e. illis sit sacer) *prope ipsum trivium viæ Isthmiæ,* quæ scil. ad Isthmum ducat. Ideo prope viam lucum septem ducum manibus sacrum eligi voluit Minerva, quia per eam Argivos Atticam invasuros transire oportebat, ut hoc monumentum favoris Athen. erga majores ipsorum iis ingratum animum exprobraret.

Toup. in Suid. III. p. 215. audacter (i. e. temere) reponit: — τρίοδον 'Ισθμίας χθονὸς, et confert Soph. Œd. T. 949. *Beck.*

Legebatur 'Ισθμίας θεοῦ, in qua lectione vel explicanda vel emendanda certatim portenta protulerunt viri docti: quod in his, qui post Heathium Euripidem atti-

Σοὶ μὲν τάδ' εἶπον· παισὶ δ' Ἀργείων λέγω,
Πορθήσεθ' ἡβήσαντες Ἰσμηνοῦ πόλιν,
Πατέρων θανόντων ἐκδικάζοντες φόνον,
Σύ τ' ἀντὶ πατρὸς, Αἰγιαλεῦ, στρατηλάτης
Νέος καταστὰς, παῖς τ' ἀπ' Αἰτωλῶν μολὼν
Τυδέως, ὃν ὠνόμαζε Διομήδην πατήρ.

Tibi quidem hæc dixi: sed Argivorum dico filiis,
Adulti capietis Ismeni urbem,
Ulciscentes necem parentum mortuorum:
Tuque, Ægialeu, pro patre dux
Juvenis constitutus, et ab Ætolis veniens filius
Tydei, quem nominavit Diomedem pater.

gerunt, tanto magis mirandum est, quod hic pene unius litteræ mutatione ita hunc locum persanaverat, ut ejus emendatio etiam historiæ fide confirmata esset. Ipsa verba apposui Pausaniæ, quem auctorem citavit, I. 39, 1. 2. ἑτέρα δὲ ὁδὸς ἐξ Ἐλευσῖνος πρὸς Μέγαρα ἄγει. ταύτην ἐρχομένοις τὴν ὁδὸν φρέαρ ἐστίν, ἄνθινον καλούμενον.—ὀλίγῳ δὲ ἀπωτέρω τοῦ φρέατος ἱερὸν Μετανείρας ἐστί, καὶ μετ' αὐτὸ τάφοι τῶν ἐς Θήβας. Κρέων γὰρ, ὃς ἐδυνάστευε τότε ἐν Θήβαις, Λαοδάμαντα ἐπιτροπεύων τὸν Ἐτεοκλέους, οὐ παρῆκε τοῖς προσήκουσιν ἀνελομένοις θάψαι· ἱκετεύσαντος δὲ Ἀδράστου Θησέα καὶ μάχης Ἀθηναίων γινομένης πρὸς Βοιωτοὺς, Θησεὺς, ὡς ἐκράτησε τῇ μάχῃ, κομίσας ἐς τὴν Ἐλευσινίαν τοὺς νεκροὺς, ἐνταῦθα ἔθαψε. *Hermann.*

1224. Pro πορσήθεθ'] Cod. C. πορσησαθ'. *Markl.*

πορθήσεθ'·] Lib. P. πορθήσαθ'. *Musg.*

1225. ἐκδικάζοντες φόνον.] Si scriptura mendo vacat, neque legendum ἐκδικήσοντες, videtur significare *ulciscentes cædem*, quemadmodum vertitur. Negat vir summus ad Chariton. Aphrodisiensem, p. 586. et alibi; ἐκδικεῖν hoc esse, non ἐκδικάζειν, statuens. An semper? nam δικαστὴς videtur significare *ultor, vindex*, in Herc. Fur. 1140. ubi Hercules, post cædem liberorum suorum, ait:

> Ἦ φάσγανον πρὸς ἧπαρ ἐξακοντίσας,
> Τέκνοις δικαστὴς αἵματος γενήσομαι;

Nonne hoc eodem sensu dicitur quo ἐξεδίκησε τὸ αἷμα, Apocalyps. xix. 2.? et v. 1162. omnes codd. habent ἐκδικαστὰν, *vindicem*, non ἐκδικατάν. (Electra, 1094. φόνον δικάζων φόνος, *cædem ulciscens cædes.*) Quæro, non affirmo contra virum qui Græcam linguam intellexit decies melius quam scriptor harum notarum. vide ad v. 165. *Markl.*

1226. Αἰγιαλεῦ,] Ægialeus iste erat filius Adrasti; qui tamen *solus Epigonorum* post occubuit; sicut illius pater *solus* τῶν Ἑπτὰ evasit nunc salvus. Vide Pindari Interpretes ad Pythiorum, Od. VIII. et Αὐλικοκάτοπτρον, sive Estheram nostram, in Notis ad v. 108. *Barnes.*

1229. Ἀλλ' οὐ φθονεῖν χρὴ συσκιάζοντας γένυν, Καὶ χαλκοπληθῆ Δαναϊδῶν ὁρμᾶν στρατόν.] Brodæus: φθονεῖν· Placet φθανεῖν. *priusquam barba genas vestiat.*" Veram lectionem, φθάνειν, pæne vidit. Constructio est: Ἀλλὰ χρὴ ὑμᾶς, ΟΥ ΦΘΑΝΕΙΝ συσκιάζοντας γένυν, ΚΑΙ ὁρμᾶν στρατὸν, &c. Sensus et versio: *Sed oportet vos,* SIMUL AC (non *priusquam*) *barba vestras genas vestiat,* CONTINUO *ducere exercitum armatum Argivorum contra Thebas.* Ad verbum: *Sed oportet vos,* NON PRÆVENIRE *vestientes genas* vestras, ET *ducere*, &c. id est, simul ac vestiveritis barba genas, statim ducere, &c. Locutio elegantissima illustrationem meretur. Lucianus Dialog. Menip. et Tantal. p. 500. ubi Tantalus dicit: ἢν δέ ποτε καὶ ἀρύσωμαι, καὶ προσενέγκω τῷ στόματι, ΟΥ ΦΘΑΝΩ βρέξας ἄκρον τὸ χεῖλος, ΚΑΙ διὰ τῶν δακτύλων διαῤῥύεν, οὐκ οἶδ' ὅπως, αὖθις ἀπολείπει ξηρὰν τὴν χεῖρά μου· SIMUL AC *irrigavi summa labra,* CONTINUO *inter digitos* aqua *effluens,* &c. Xenophon De Re Equestri, p. 939. lin. ult. Ἢν δὲ καὶ πάνυ διαπονήσηταί τις ταῦτα, ΟΥ ΦΘΑΝΕΙ ἐξαγόμενος ὁ ἵππος, ΚΑΙ εὐθὺς ὅμοιός ἐστι τοῖς ἀκαθάρτοις.

Ἀλλ᾽ οὐ φθάνειν χρὴ ξυσκιάζοντας γένυν
Καὶ χαλκοπληθῆ Δαναΐδων ὁρμᾶν στρατὸν,
Ἑπτάστομον πύργωμα Καδμείων ἔπι.
Πικροὶ γὰρ αὐτοῖς ἥξετ᾽, ἐκτεθραμμένοι,
Σκύμνοι λεόντων, πόλεος ἐκπορθήτορες.
Κοὐκ ἔστιν ἄλλως. Ἐπίγονοι δ᾽ ἀν᾽ Ἑλλάδα

Sed oportet genis pubescentes,
Continuo bene armatum Danaïdum exercitum incitare
Adversus septem turres Cadmeorum.
Ubi enim creveritis, venietes acerbi ipsis
Catuli leonum, expugnatores urbis.
Non fiet aliter. Epigoni vero per Græciam

Vertitur: *Quod si maxime laborem in his perpetuum aliquis impenderit, non tam cito liberatur ab eis equus, quin statim similis sit immundis.* Tu verte, SIMUL AC *educitur equus,* STATIM *similis fit immundis.* Plutarchus De Garrulitate, p. 507. D. ΟΥ ΦΘΑΝΕΙ τὸ θεραπαινίδιον ἀποχωρῆσαν αὐτῆς, ΚΑΙ (τινι) τῶν ὁμοδούλων εὐθὺς— ἐμβάλλει τὸν λόγον· SIMUL AC *ancilla ab ea digressa fuit,* CONTINUO *alteri conservæ narrationem injicit.* Si plura velis, vide eundem in Anton. p. 946. F. Mario, p. 415. D. Galba, p. 1055. A. Aristidem Orat. Sacr. III. p. 314. Panath. p. 157. Alciphron. lib. III. epist. 30. 72. Aristophanem Nub. 1387. ubi cum infinitivo, οὐκ ἔφθης ἂν φράσαι, καὶ ἐγὼ, &c. et iterum male vertitur *priusquam* pro *simul ac.* Isocratem Epist. ad Philipp. p. m. 182. οὐ γὰρ ἔφθησαν, &c. quem locum Wolfius bene vertit: ut et alium περὶ Εἰρήν. p. 354. Evagora, p. 394. De Bigis, p. 698. Trapezit. p. 716. Æginet. 766. Reiskius hic legit Ἀλλ᾽ οὐχ ὀκνεῖν χρή. *Markl.*

φθονεῖν] Brodæus φθανεῖν. Legendum cum Marklando φθάνειν. Sensus est, non, ut Brodæus, *priusquam,* sed *quamprimum, barba genas vestiverit.* Isocrates Panegyr. οὐκ ἔφθησαν πυθόμενοι καὶ ἧκον. Idem Evagora: οὐκ ἔφθησαν πλησιάσαντες καὶ περὶ πλείονος ἐποιήσαντο. *Musg.*

1231. Ἑπτάστολον πύργωμα.] Hoc in Phœniss. 294. est ἑπτάστομον. et ita hic scribendum monuit Valckenærius, et Heathius: quod et ego pridem conjeceram ex hac fab. v. 411. et Bacch. 907. ad quem locum ille quoque remittit. Στόματα, *ora,* sunt *portæ.* Ἐπὶ πύργωμα favere potest iis qui Æschyli Tragœdiam inscribendam volunt Ἑπτὰ ἐπὶ Θήβας. ut in Lysiæ Epitaph. p. 31. Ἀδράστου δὲ καὶ Πολυνείκους ἐπὶ Θήβας στρατευσάντων, &c. *contra Thebas. Markl.*

Ἑπτάστολον] Optime Valckenærius [ad Phœn. 755.] ἑπτάστομον ex Phœn. v. 294. *Musg.*

1232. ἐκτεθραμμένοι,] Male B. ἐκτετραμμένοι. vide Aristoph. Nub. 793. Ion. 823. Herodotus IV. 9. ἐπεὰν γένωνται τρόφιες: quod ἀνδρωθέντας mox vocat. ἐς ὃ ἐπήβησαν οἱ τῶν ἀπολομένων παῖδες, VI. 83. i. e. ἐφήβησαν. In edit. Gronov. legitur ἐπέβησαν, et vertitur *accesserunt.* alioquin mendum typothetæ haberi posset. ἐπιτρεφόμενον de eadem re idem lib. I. 123. *Markl.*

1234. ἔκγονοι δ᾽ ἀν᾽ Ἑλλάδα Κληθέντες.] Barnesius Ἐπίγονοι· quod et postea invenit in exemplari Scaligeri: et ante monuerat Brodæus, et ita verterat Canterus. Apollodorus Biblioth. III. 7. Μετὰ δὲ ἔτη δέκα, οἱ τῶν ἀπολομένων παῖδες, κληθέντες Ἐπίγονοι, στρατεύειν ἐπὶ Θήβας προῃροῦντο, τὸν τῶν πατέρων θάνατον τιμωρήσασθαι βουλόμενοι. vide et Pindarum Pyth. VIII. et Strabon. lib. IX. p. 634. Ad hos Epigonos pertinet istud quod Diomedes loquitur in fragment. Oinei, p. 485. ed. Barn.

Ἐγὼ δὲ πατρὸς αἷμ᾽ ἐτιμωρησάμην
Σὺν τοῖς ἐφηβήσασι τῶν ὀλωλότων. *Markl.*

Ἔκγονοι] Legendum cum Cantero Ἐπίγονοι, quod et interpres Latinus viderat. vid. Apollodor. Biblioth. III. 7. indicatum a Marklando. *Musg.*

Κληθέντες, ᾠδὰς ὑστέροισι θήσετε·
Τοῖον στράτευμα, σὺν θεῷ, πορεύσετε.
ΘΗ. Δέσποιν' Ἀθάνα, πείσομαι λόγοισι σοῖς,
(Σὺ γάρ μ' ἀνορθοῖς, ὥστε μὴ 'ξαμαρτάνειν)
Καὶ τόνδ' ἐν ὅρκοις ζεύξομαι· μόνον σύ με

Vocati facietis posteris cantilenas,
Talem exercitum Deo duce ducetis.
Thes. Domina Minerva, parebo verbis tuis:
Tu enim me dirigis, ut non errem:
Et istum juramento divinciam: tantum tu me

Ἐπίγονοι] Nulla licet favebant exemplaria, ego ἔκγονοι rejeci, quod prius obtinuerat, et verbum suum reposui: nunquam enim τῶν Ἑπτὰ ἐπὶ Θήβαις filii ἔκγονοι per Græciam vocabantur, sed semper Ἐπίγονοι et proprie. Adeo ut etiam Fabulam de hoc nomine scripserit Euripides, sive, ut Meursius vult, Sophocles, quam Fabulam et Cicero de Opt. Gen. Orat. memorat. Vide Nicolai Lloydii, amici mei defuncti, Lexicon poëticum, et Pausan. in Bœoticis. Item Pauli Leopardi Emendat. l. XI. c. 9. Video autem nunc in l. Scalig. MS. ΕΠΙΓΟΝΟΙ. Epigonos autem novem omnino fuere numero, et eorum nomina memorat Eustath. in Iliad. δ. f. 489. l. 36. Nempe hi fuere: *Adrasti Ægialeus, Polynicis Thersander, Tydeos Diomedes, Capanei Sthenelus, Parthenopæi Stratolaus, Hippomedontis Polydorus. Amphiarai Alcmæon* et *Amphilochus,* et *Eteocli Melon. Barnes.*

1235. ᾠδὰς ὑστέροισι θήσετε, ut Troad. 1245. ἀοιδὰς δόντες ὑστέροις βροτῶν. *cantica*, id est, materiam *carminum* seu *poëmatum:* ut βίαν forte, *materiam violentiæ*, v. 461. μομφὴν *caussam querelæ*, Coloss. iii. 13. et Sophocl. Ajac. 180.

Versu antecedenti, Κοὐκ ἐστὶν ἄλλως, est Aristophanis Οὐκ ἔστι παρὰ ταῦτ' ἄλλα, Nub. 698. i. e. *ita, non aliter, fieri oportet.* pessime vertitur, *At præter hæc non sunt alia loca.* et ita Vesp. 1161. vid. et Εἰρήν. v. 109. *Markl.*

1238. ἀνορθοῖς.] Forte, ἀπορθοῖς, ut Sophocl. Antig. 646. Glossæ: Ἀπόρθωσις, *planacio*, nam ἀνορθοῦν est *lapsum* vel *lapsurum erigere*, Idem Œdip. Tyran. 46. 51. Noster Bacch. 360. Budæus G. L. p. 311. quod sensui hujus loci non convenit. Plato De Legg. VI. Θεὸν καὶ ἀγαθὴν Τύχην—ἐπικαλουμένους, ἀπορθοῦν αὐτοὺς τὸν κλῆρον πρὸς τὸ δικαιότατον. Qui ἀνορθοῦται, *jam* lapsus est, vel *peccavit:* qui ἀπορθοῦται, prævenitur ne labatur, vel peccet. *Markl.*

1239. ἐν ὅρκοις ζεύξομαι.] Sic ὁρκίοισι ζυγεὶς, Med. 733. ὁρκίοισι μεγάλοισι ἐνδεδέσθαι, Herodot. III. 19. ἔνορκον θέσθαι, Sophocl. Philoct. 825. *Markl.*

1241. ἀσφαλῶς οἰκήσομεν.] Demosthenes in Aristocrat. p. 293. ed. Taylor. ἐκ γὰρ τοῦ ταῦθ' οὕτως ἔχειν, ὑμῖν ὑπάρξει, μεγίστοις οὖσιν, ἀσφαλῶς οἰκεῖν· *summam potentiam securi tenere potestis*, vertit Wolfius. Οἰκεῖν, est *administrare, regere*, quod et docent lexica. Absolute (ut hic, et in loco Demosthenis citato) Xenophon Hist. Græc. lib. IV. p. 536. A. Plenius οἰκίαν τε καλῶς οἰκεῖν καὶ πόλιν. Idem Ἀπομνημ. lib. IV. p. 790. C. et Isocrates Panegyr. p. m. 149. ἐκείνοις τοῖς ἔργοις ἐπιχειρεῖν, ἐξ ὧν τάς τε πόλεις ἀσφαλέστερον οἰκήσομεν, καὶ, &c. *Markl.*

1242. ὅρκια δῶμεν Τῷδ' ἀνδρί.] Argivi hic dicuntur διδόναι ὅρκια seu ὅρκον *dare jusjurandum*, i. e. *jurare* Theseo; et Theseus λαμβάνειν vel δέχεσθαι *accipere* eorum ὅρκον, v. 1198. et sic Aristoph. Ran. 597. Nonnunquam tamen Græci more prorsus contrario loquuntur; secundum quem Theseus dici potuit διδόναι ὅρκον *Argivis*, i. e. facere *ut Argivi jurarent;* et tunc Argivi dicerentur λαμβάνειν vel δέχεσθαι ὅρκον, *to take an oath.* Demosthenes Paragraph. πρὸς Ἀπατούριον, p. m. 79. ἐνεστηκυίας δὲ τῆς δίκης, δίδωσιν ὁ Παρμένων ὅρκον τούτῳ (Ἀπατουρίῳ) περί τινων ἐγκλημάτων· καὶ οὗτος ἐδέξατο. ubi Parmeno *dedit* vel *obtulit* jusjurandum Apaturio, et Apaturius *accepit* conditionem, et *juravit.* vide quæ sequuntur. (et Plutarch. Eu-

Εἰς ὀρθὸν ἵστη. σοῦ γὰρ εὐμενοῦς πόλει
Οὔσης, τολοιπὸν ἀσφαλῶς οἰκήσομεν.
ΧΟ. Στείχωμεν, Ἄδραστ', ὅρκια δῶμεν
Τῷδ' ἀνδρὶ, πόλει τ'· ἄξια δ' ἡμῖν
Προμεμοχθήκασι, σέβεσθαι.

Dirigas. Nam te propitia urbi
Existente, in posterum tuto habitabimus.
Cho. Eamus, Adraste, jusjurandum demus
Isti vero, et urbi: digna cum enim nobis
Ante-laboraverat, ut colamus.

men. p. 585. E.) In nostro Idiomate hæc duplex significatio locutionis, *to give an oath*, adhuc servatur, nam *I give my oath*, est, *ego juro.* sed, *I gave him the oath*, est, *ego f ci ut ille juraret.* [Plura hujusce generis notavi ad Iphig. Aul. v. 460. quæ ab iis qui Græcam linguam intelligere cupiunt, summopere sunt observanda.]

Post versum ultimum in nonnullis editionibus ponuntur asterisci, signum defectus. Sensui fabulæ nihil mihi videtur deesse, neque defectum aliquem innuit Aldina. Si quid absit, forte fuerit solennis iste epilogus, Ὦ μέγα σεμνὰ Νίκα, &c. vel iste alter, Πολλαὶ μορφαὶ τῶν δαιμονίων, &c. Alterum horum, ut ad fabulam non spectantium, fieri potest ut omiserint librarii. Epigraphe ista, Εὐριπίδου Ἱκέτιδες, invenitur in vetustis editionibus, et opinor in MSS.

Hesychius: Ἀναδρομαί· αὐξήσεις, βλαστήσεις. Εὐριπίδης Ἱκέτισιν, Ὑψιπύλῃ. Hæc vox non nunc invenitur in hoc dramate. (Forte excidit post v. 273. Nam istud v. 1010. ΠροσέΒΑΝ ΔΡΟΜΑΣ ἐξ ἐμᾶν, &c. non video quomodo huc detorqueri possit.) *Markl.*

ΤΕΛΟΣ ἹΚΕΤΙΔΩΝ.

ΕΥΡΙΠΙΔΟΥ
ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ Ἡ ΕΝ ΑΥΛΙΔΙ.

ʽΥΠΟΘΕΣΙΣ ΙΗΣΟΥ ΒΑΡΝΕΣΙΟΥ

ΕΙΣ ΤΗΝ ΙΦΙΓΕΝΕΙΑΝ ΤΗΝ ΕΝ ΑΥΛΙΔΙ.

Οἱ Ἕλληνες εἰς Τροίαν ἀναχθησόμενοι ἐν Αὐλίδι τῆς Εὐβοίας ὑπὸ νηνεμίας κατείχοντο. Κάλχας ὁ μάντις, ἀπορούντων αὐτῶν, εἶπε, τὴν Ἰφιγένειαν τὴν τοῦ Ἀγαμέμνονος Ἀρτέμιδι δεῖν ἱερεύεσθαι, καὶ οὕτως εὔπλοιαν γενήσεσθαι. Ὁ Ἀγαμέμνων τὴν θυγατέρα μεταπέμπει, γάμους τοῦ Ἀχιλλέως προσποιούμενος. Ἡ μήτηρ Κλυταιμνήστρα αὐτὴν εἰς τὸ στρατόπεδον, ὡς Ἀχιλλεῖ γαμησομένην, ἄγει. Τῆς δὲ ἀληθείας ἀναφανείσης, τὸν μὲν ἄνδρα ἐπιπλήσσει, καὶ τὴν τοῦ Ἀχιλλέως συμμαχίαν αὐτῇ διαπράττεται. Ἡ δὲ Ἰφιγένεια γενναίως τῆς αὐτῶν εὐνοίας ἀπογινώσκει, ἑκουσίως ἀντὶ τῆς Ἑλλάδος θανεῖν ἀναδεχομένη. Ἀλλ᾽ ἡ μὲν Ἄρτεμις, αὐτὴν ἤδη μονονουχὶ ἱερευομένην ἀναρπάσασα, τὴν ἔλαφον ἀντὶ αὐτῆς ὑποτίθησιν. Ἡ Σκηνὴ ἐν Αὐλίδι· Χορὸς ἐκ γυναικῶν Χαλκιδικῶν. *

GRÆCI ad Trojam navigaturi in Aulide, Eubœæ portu, detinebantur, quod ventus illis non aderat. Calchas vates, suspensis illis, respondit, Iphigeniam, Agamemnonis filiam, Dianæ immolandam, atque ita ventum adfuturum. Agamemnon filiam accersit, Achillis nuptias prætexens. Mater Clytæmnestra illam, quasi Achilli nupturam, in castra ducit. Hinc re comperta, maritum objurgat, et Achillis patrocinium sibi comparat. At Iphigenia generose illorum favori renuntiat, sponte pro Græcia mori in se recipiens. Diana vero illam, jamjam immolandam, surripit, inque locum ejus cervum supponit. Scena est in Aulide. Chorus constat ex Chalcidensibus mulieribus.

* Ergo non Aulidensibus, ut Xylander in Argumento ad hanc fabulam scribit. Infra enim diserte Chorus dicit (v. 168.) Χαλκίδα πόλιν ἐμὰν cet. et 598. v. de se loquitur Στῶμεν Χαλκίδος ἔκγονα θρέμματα. *Hopfn.*

IPHIGENIA IN AULIDE.

ARGUMENTUM PER DES. ERASMUM ROTERODAMUM.

POSTQUAM Græcorum duces omnes una cum classe reliquoque belli apparatu in Aulidem convenissent, ut inde pariter ad Trojam evertendam navigarent: tanta consequuta est cœli tranquillitas, ut nullis flantibus ventis, non esset navigandi facultas. Quare cum exercitus jam moleste ferret, se frustra tempus ibi terere: consultis extis, Calchas augur respondit, Dianæ Aulidensi immolandam esse Iphigeniam Agamemnonis filiam, atque ita Græcos feliciter ad Ilium navigaturos. Ita convocato exercitu Agamemnon persuasus a Menelao, patitur fieri decretum, ut accersatur puella. Cæterum quo libentius eam Clytæmnestra mater mitteret, privatim fingunt titulum, quasi Achilli Græcorum principum optimo foret nuptura. Hoc commentum soli noverant Agamemnon, Menelaus, Calchas atque Ulysses. Atque missis jam ad uxorem litteris, Agamemnon, quum superioris consilii pœniteret, et futuram cædem filiæ ferre non posset, noctu clanculum alias ad uxorem litteras scribit, denuncians, ne virginem mittat in Aulidem: in aliud enim tempus proferendas nuptias. Eas antelucano seni cuidam servo Argos perferendas committit, exposito simul earum argumento. Verum hunc cum epistola Menelaus, dum et ipse ante lucem puellæ adventum observat, intercipit, et acriter cum fratre de consilii inconstantia expostulat. Interea e comitatu Clytæmnestræ præcurrens quidam, Agamemnoni, Menelao præsente nunciat, adesse in Aulide Iphigeniam una cum matre et Oreste infante, neque eam rem clam esse exercitu. Ibi simulatque Menelaus sensit, illi jam non esse integrum filiam remittere, ficte cœpit fratri suadere, ne virginem sua caussa pateretur occidi. Dum hæc inter illos versantur, interim advecta est Clytæmnestra cum filia: multisque modis exagitantur patris affectus, dum consilium de jugulanda filia studet celare. Qua de re dum consulturus Calchantem abiisset, interea accessit Achilles, expostulaturus cum Agamemnone: salutatur a Clytæmnestra tanquam futurus gener. Achilles ignarus demiratur. Ibi servus senex, ille cui litteræ secundæ fuerant commissæ, rem profert, proditque consilium regis. Indignatus Achilles, quod ad cædem virginis suo nomine essent abusi, in concilio defendit eam, ne perimatur, sed vincitur suffragiis. Itaque quum res ad summum tumultum

spectare videretur, reliquo exercitu postulante puellam, contra Achille cum universis depugnare parato, ipsa ultro mutata sententia suadet matri, satius esse speciosam oppetere mortem, quam ob suam unius vitam aut tot principes in certaminis periculum vocari, aut rem tantam omitti. Ducta igitur ad aram Deæ ipsa quidem sublata est in Tauricam regionem: at ejus loco cerva supposita est. Sacro peracto navigant Græci.

ΤΑ ΤΟΥ ΔΡΑΜΑΤΟΣ ΠΡΟΣΩΠΑ.

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.	AGAMEMNON.
ΠΡΕΣΒΥΤΗΣ.	SENEX.
ΧΟΡΟΣ.	CHORUS.
ΜΕΝΕΛΑΟΣ.	MENELAUS.
ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.	CLYTEMNESTRA.
ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.	IPHIGENIA.
ΑΧΙΛΛΕΥΣ.	ACHILLES.
ΘΕΡΑΠΩΝ.	MINISTER.
ΑΓΓΕΛΟΣ.	NUNCIUS.
Προλογίζει δὲ ὁ Ἀγαμέμνων.	Prologum autem agit Agamemnon.

ΘΕΡΑΠΩΝ] Hic idem est qui supra Πρεσβύτης appellatur, et qui in Scenam initio Fabulæ cum Agamemnone ingressus est. vide v. 855. et seqq. Hinc colligere licet, has Tabulas *Dramatis Personarum*, utcumque Antiquas, non tamen ab ipso Auctore his Fabulis præfixas fuisse. nam ipse Euripides non potuit tale παρόραμα admisisse.

ΑΓΓΕΛΟΣ] *Personæ Dramatis* collocari debent in Tabula personarum eodem ordine, quo in Scenam ingressæ sunt. Hic itaque Ἄγγελος poni debuit in Quinta sede, inter Μενέλαος et Κλυταίμνηστρα. Quod si hic Ἄγγελος, qui ultimo loco ponitur, diversus sit (uti videtur esse) ab eo *Nuncio* qui ingressus est supra v. 414. debuit signari, ἝΤΕΡΟΣ ΑΓΓΕΛΟΣ, ALIUS NUNCIUS, quemadmodum fit in Nostri *Phœnissis*, *Hippolyto*, et *Bacchis;* et in Aristophanis *Acharnensibus* et *Avibus*.

Markl.

Marklandum sequitur Koehler. in versione hujus fab. Germ. *Beck.*

ΕΥΡΙΠΙΔΟΥ

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ Ἡ ΕΝ ΑΥΛΙΔΙ.*

ARGUMENTUM ACTUS PRIMI.

Agamemnon, quem jam immolationi filiam destinasse pœnitebat, cum famulo sene consilium init, super illius adventu inhibendo; literasque suæ conjugi deportandas fidei ejus committit, quibus vult illam domi manere, nec filiam ad castra ducere. Et in hoc loco Agamemnon prima semina Trojani belli profert, et hujus quoque Fabulæ mentem aperit Chorus Catalogum Ducum Græciæ, qui ad Helenam repetendam armati convenerant, recenset.

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

Ὦ ΠΡΕΣΒΥ, δόμων τῶνδε πάροιθεν

AGAMEMNON.

O Senex, ante hanc domum

Ex hac fabula Ælianus (De Animal. VII. c. 29.) duos versus cum dimidio citat, quos tantum abest, ut inter ea, quæ supersunt, invenias, ut ne locum quidem, ubi commode exstare potuerunt. Ii sic se habent:

> ἔλαφον δ' Ἀχαιῶν χερσὶν ἐνθήσω φίλαις
> κεροῦσσαν, ἣν σφάζοντες αὐχήσουσι σὴν
> σφάζειν θυγατέρα.

Hæc dubitari non potest, quin a Diana enunciata sint; cujus persona cum prologo, in hac præsertim Tragœdia, convenientissima sit, versenturque hi versus, ut et multi apud Euripidem prologi, in prædictione rerum futurarum, magna exinde oritur suspicio, fragmentum hoc ex vero prologo, quem proinde nunc desideramus, desumtum esse. Accedit etiam, quod systema anapæsticum nusquam alibi ab Euripide in initio Tragœdiæ positum sit: nam Rhesi quidem prologus itidem inter-

* Fabula citatur Stob. Grotio. Tit. XXVIII. p. 123. citatur, suppresso fabulæ nomine. In marg. p. 324. Iphigenia legitur, ubi locus in Ione 407. De Iphigeniæ historia conferend. Plutarch. Parall. Gr. et Rom. II. 183, 4. *Burn.*

Vide Declamationes Libanii Sophistæ et Alexandri Sylvani Decl. 85. de hujus Fabulæ materia. Hanc autem Fabulam eleganter Latino versu explicuit Erasmus Roterodamus: quæ Tragœdiis selectis Henrici Stephani ad finem est addita. *Barnes.*

Στεῖχε. ΠΡΕΣΒΥΣ. Στείχω. τί δὲ καινουργεῖς,
Ἀγάμεμνον ἄναξ; ΑΓ. Πεύσει. ΠΡ. Σπεύδω.
Μάλα τὸ γῆρας τοὐμὸν ἄϋπνον,
Καὶ ἐπ' ὀφθαλμοῖς ὀξὺ πάρεστιν.

Procede. *Sen.* Procedo. Quid vero novi moliris,
Rex Agamemnon? *Aga.* Audies. *Sen.* Festino.
Usu *enim* senectutem meam insomnem,
Et vegetam oculis, præstiti.

cidit, testante fabulæ argumento, prout in MSS. exhibetur. Obstat tamen, quod Diana, cujus personæ unice accommodata est oratio, et Agamemnonem alloqui videatur, et eo sermone utatur, qui de summo rei exitu omnem et curam et dubitationem sustulisset. Verum isti scrupulo non magnam vim tribuo. Fieri enim potest, ut, quæ citat Ælianus, ad Agamemnonem vel absentem, vel non audientem, dicta sint; cujus rei cum multa exempla apud alios auctores, tum nonnulla apud Euripidem, habemus. vid. Hecub. v. 55. Androm v. 221. Iphig. in Taur. v. 379. Habet porro aliquid in hanc partem momenti, quod vox ἄθραυστα, quam ex hac fabula citat Hesychius, nuspiam inter ea, quæ supersunt, compareat. Neque enim Hemsterhusio, viro summo, assentiri possum, pro ἄριστα, v. 57. ex hac Hesychii glossa reponenti ἄθραυστα. Sed de hoc suo loco.

Scholiastes in Aristophanis Ranas 1345. ἔστι δὲ τὸ προεγκείμενον ἐξ Ἰφιγενείας τῆς ἐν Αὐλίδι. Versus, quos ibi interpretatur, hi sunt:

Ἀλκυόνες, αἳ παρ' ἀενάοις θαλάσσης
Κύμασι στωμύλλετε
Τέγγουσαι νοτεραῖς πτερῶν
Ῥανίσι χρόα δροσιζόμεναι.

Hæc in superstite fabula frustra quæras. An locum habuerunt in Chori παρόδῳ ante versum 154. *Musg.*

1--6. πάροιθεν (v. infr. 862.--ante hanc d.--ex hac domo (infra, v. 12. σκηνή) foras prodi. Sic πάροιθεν δόμων. Androm. 877. sq. στείχειν, ἐλθεῖν. v. ad Cyclop. 87. καινουργεῖν, aliquid novi moliri. Infra, v. 43. τι νέον περὶ σοί. Ut hi versus in anapæsticorum formam redigantur, sequutus sum hic Heathium, cui quoque assensum præbent Marklandus et Musgravius, cum antea sic legerentur:

Ω πρέσβυ — στείχω
Τί δὲ καινουργεῖς — ἄναξ;
Α. πεύσῃ. Π. σπεύδω. κ. τ. λ.

De v. ἄναξ multa observavi ad Eurip. Cyclop. p. 16. v. Indic. πεύσῃ, audies, ut infr. 1540. et Hippol. 327. v. Suid. h. v. μάλα τοι Sic malo cum Heathio legere. Steinbrüchel reddidit: *Der Schlaf flieht mein Alter, und mein Auge besitzt noch alle seine Schærfe.* Quod vero Cel. Köhlero neque huc pertinere, neque verbis Græcis inesse videtur, potius ejus e sententia senex certam quandam in oculis aciem injucundam sensisse videtur, quare vertit: *Mein Alter ist schlaflos, und meine Augen schmerzen mich.* *Hopfn.*

3. σπεῦδε. ΠΡ. σπεύδω.] Vulgo πεύσῃ. σπεύδω. *Por.*

4. Μάλα τὸ γῆρας τοὐμὸν] Ob metrum admisissem τοι (quod habet, nescio unde, margo Barnesii) si vel in uno exemplari invenissem. Vera Scriptura potuit esse δὴ vel γὰρ, vel τόδε. Quæ sequuntur, Καὶ ἐφ' ὀφθαλμοῖς, &c. valde ambigua sunt. *Markl.*

Frigere mihi videtur μάλα τοι, quin et πάρεστιν quoque versu proximo. An legendum:

Μελέτῃ γῆρας τοὐμὸν ἄϋπνον
Καὶ ἐπ' ὀφθαλμοῖς ὀξὺ παρέσταν.

παρέσταν, i. e. ἀπέδειξα, effeci. *Musg.*

6--12. Agamemnon ad cœlum stellis ornatum oculos erigit. ἀστὴρ stella, ut ἄστρον plurium stellarum sidus. πορθμεύει, pr. trajicit, fertur, ambulat, se movet. Ennius, vel auctore Vossio, Nævius fragm. apud Scrin. p. 20. in Castigg. Voss. p. 32. s. Agam. Quid nocti vide-

ΑΓ. Τίς ποτ' ἄρ' ἀστὴρ ὅδε πορθμεύει;
ΠΡ. Σείριος, ἐγγὺς τῆς ἑπταπόρου
Πλειάδος αἴσσων, ἔτι μεσσήρης.
ΑΓ. Οὔκουν φθόγγος γ' οὔτ' ὀρνίθων,

Aga. Quæ stella hæc vehitur cœlo?
Sen. Sirius prope septemplicem
Leporem currens in medio sublimis adhuc.
Aga. Non igitur est sonitus neque avium,

tur? Sen. in altisono (altissimo) cœli clypeo temo superat stellas.--Vide Polluc. et Suid. in v. πτὼξ et πτῶκα. De septem (ἕπταπορ, *siebenfach.*) Pleiadibus v. Eustath. ad Iliad. f. 1155. lin. 47. et Didym. ad Homer. Il. VI. 486. Sic Orest. 1002. legitur ἑπταπόρου πλειάδος δρομήματα ubi Schol. monet: ἐξ ἑπτὰ γὰρ ἀστέρων ἡ πληϊάς. Sic Rhes. 530. ἑπτάποροι Πλειάδες. Cæterum jam Valckenar. ad Hippolyt. 1347. observavit, modulum versus requirere ᾄσσων, quod et in textum recepi: De v. ἀΐσσειν quatenus de stellis adhiberi solet, v. Spanhem. ad Callim. H. in Del. 38. p. 354. ed. ant. Aratus Diosem. 194. καὶ διὰ νύκτα μέλαιναν, ὅτ' ἀστέρες ἀΐσσωσι. coll. Virg. Georg. I. 368. Suidas: μεσορῶν, μέσην ὁδεύων. (mediam viam incedens.) Hesychius: μεσσήρης (sic legendum pro μεσσόρης) ὁ μέσος οὐρανοῦ καὶ ὠκεανȣ̃ τόπος. Sic. Ion. 910. Apollinis oraculum dicitur esse in *mediis* terræ sedibus coll. 223. ubi μέσος ὄμφαλος legitur, qua de re plura monuimus ad Sophocl. Œdip. Colon. v. 415. Brodæus vertit: *mediam adhuc cœli partem adscendit.* σιγαὶ -- ἔχουσιν silentia ventorum (tranquillum) continent Euripum. Altum ventorum silentium regnat in hoc Euripo.-- Εὔριπον, (v. Suid. h. v.) Euripum Chalcidicum, qui Eubœam a Bœotia modico spatio separat. Est autem juxta Aulida, ubi jam Agamemnon cum Græcis castra metatus est, ventum præstolans. Unde Lucan. L. V. *Euripusque trahit, cursum mutantibus undis, Chalcidicas puppes ad iniquam classibus Aulin.* Conf. infr. v. 168. Chalcis est oppidum Eubœæ, et Aulis portus et regiuncula Bœotiæ, (quæ inter Atticam, Locridem, Phocidemque est sita) ita tamen se invicem attingunt, ut ab Euripo tantum separentur, hinc Plin. Hist. Nat. L. IV. c. 12. et 7. *Eubœa et ipsa avulsa, Bœotiæ tam modico interfluente Euripo, ut ponte jungatur.* (Adde Diodor. Sic. XIII. 47. Liv. XLV. 27.) Barnesius hanc in rem citat Lloydii Lexic. Geograph. Poët. in v. Chalcis. Vid. et Strabon. p. 308. Liv. XXXV. 37.

Hopfn.

7. τῆς ἑπταπόρου Πλειάδος] Hoc epitheton Pleiasin tribuitur etiam ab Euripide Orest. 1002. Ἑπταπόρου τε δρόμημα Πελειάδος, ita enim legendum ex Eustathio ad Homer. Odyss. M. p. 1713. Confer Athen. XI. p. 490. 1. 2. Ut autem ibi δρόμημα in δρομήματα, sic παιδεύματα recte scriptum apud Euripid. Hippol. 11. in παίδευμα degeneravit apud Plutarchum Thes. p. 2. B. Vide Musgrav. ad Helen. 1489. et adde Theocrit. XIII. 25. Heyn. ad Pindar. Nem. II. 7. *Por.*

Sirii constellatio in vicinia Leporis, non Pleiadum, sita est. Aratus:

ποσσὶν δ' Ὠρίωνος ὑπ' ἀμφοτέροισι λαγωὸς
ἐμμενὲς ἤματα πάντα διώκεται, αὐτὰρ ὅ γ' αἰεὶ
Σείριος ἐξόπιθεν φέρεται μετιόντι ἐοικώς.

Hyginus. Poët. Astron. *Canis Leporem fugientem persequens.* quod plane idem est, ac Nostri ἐγγὺς ἀΐσσων Lego igitur:

Σείριος ἐγγὺς τῆς ἑπταπόρου
Πτωκάδος ᾄσσων.

πτὼξ, πτωκὸς, de Animali quovis trepido dicitur, ut Corniger Latinorum de Animali quovis cornuto. Hesychius: Πτῶκες, δειλοὶ, λαγωοὶ, δορκάδες, ἔλαφοι, νεβροί. Idem paullo post πτὼξ, λαγωὸς, ut interpretatur etiam Scholiastes ad Theocrit. Idyll. I. v. 109. πτῶκας, πτωκάδος a πτὼξ non videtur differre. Constellationi huic septem stellas tribuit Eratosthenes, Hyginus tantum sex. *Musg.*

Σείριος ἐγγὺς τῆς ἑπταπόρου Πλειάδος] Hæc astronomia qui possit constare, merito dubitat Jos. Scaliger in proœmio ad Manilium.

Οὔτε θαλάσσης· σιγαὶ δ' ἀνέμων
Τόνδε κατ' Εὔριπον ἔχουσιν.
ΠΡ. Τί δὲ σὺ σκηνῆς ἐκτὸς ἀΐσσεις,
Ἀγάμεμνον ἄναξ;
Ἔτι δ' ἡσυχία τῇδε κατ' Αὖλιν,

Neque maris, et silentia ventorum
Circa Euripum hunc regnant.
Sen. Quid vero tu extra tentorium proruis,
Agamemnon rex?
Adhuc enim quies, hic in Aulide,

Notavit Joh. Miltonus. Ἑπταπόρου Πλειάδος] Sunt enim septem Pleiades a nostris Vergiliæ dictæ. Joh. Brodæus. De his autem et earum nominibus, etc. vide Eustath. in Iliad. fol. 1155. lin. 47. Ut et Didymi Notas ad illud Homer. Iliad. σ'. v. 486. Πληϊάδας θ', Ὑάδας τε, τό, τε σθένος Ὠρίωνος. *Barnes.*

Σείριος, alibi Κύων, *Canis major* in parte occidentali est Orioni vicinus, in parte orientali navi Argo. Prope partem orientalem tangit eum via lactea. Fingitur aut stans in pedibus posterioribus et quasi exsultans, aut sedens. Propter stellam primariam in ore canis, maxime lucidam inter stellas fixas, valde in oculos cadit. Atque hæc ipsa stella primaria a luce et fulgore plane insigni Σείριος dicitur, nam σειριάειν est eximie splendere, fulgurare. Cæterum v. Aratum Phænom. v. 326. s. Etiam Homerus Il. χ. 26. ss. hoc sidus novit tanquam canem Orionis, lucidos ejus radios prædicat, ipsumque splendidissimum vocat. De fabula, quæ ipsum inter stellas collocatum narrat, v. Eratosthen. Cataster. c. 33. coll. Hygin. P. A. 2. 35. Apollodorum II. 4. 6. s. et Amphianum apud Scholiast. Germanic. in h. im. Quod ad *leporem* attinet, hunc vere canis persequitur in tabula Astronomica, et locus Arati citatus est in Phænom. v. 338. s. ad quem locum Scholiastes, quem nuperus Arati Editor e Cod. Mosquensi nobis dedit, male auctorem reprehendit propter verba μετιόντι ἐοικώς. De variis mythis, qui leporem inter sidera relatum fabulantur, v. Eratosthen. Cataster. c. 34. et Hygin. P. A. 2. 33. Flamsteadius decem et novem, Doppelmayerus sedecim stellas numerat. Secundum Eratosthenem l. l. in utraque aure unam, in corpore tres, in utroque de posteriori unam, ideoque omnino *septem* stellas habet. Mihi vero nondum obvenit epitheton ἑπτάπορος de *lepore* adhibitum, quippe quod solenne est *Pleiadum* sideri, quam in rem in notis loca nonnulla jam laudavi. Conf. inprimis Aratum in Phæn. v. 254. seq. qui Pleiades non cum tauro jungit atque in fine caudæ illius collocat, quod omnes Astronomi recentiores atque nonnulli Veterum fecerunt, sed separat. Secundum Eratosthen. Catast. c. 23. coll. Hellanic. apud Schol. Homer. ad Il. σ. 486. sex tantum stellæ sideris illius conspiciuntur, id quod ab acie oculorum petendum est, Bodius enim oculis artificiosis quadraginta stellas observavit. Ex l. l. simul patet, fabulam septem filiarum Atlantis, nympharum Dianæ consecratarum venationem amantium atque, cum Orion ipsas persequeretur, a Jove in columbas (πελειάδες, hinc πλειάδες) mutatarum illi inter stellas translocationi ansam præbuisse. Sex filiæ cum Diis concubuerunt, una, Merope, cum mortali Sisypho, hinc hæc conspici nequit, præ pudore scilicet adspectui sororum se subtrahens (Eratosthen. l. l.) Alii nomen Pleiadum derivant a matre Pleione (Πλειόνη, Πληϊόνη,) alii a Πλείων s. Πλεῖος, *annus*, qui tempore Hesiodi apud Thebanos fere tunc incipiebat, cum Pleiades orirentur (Hesiod. Oper. II. 181.) alii denique a πλείονες i. e. *plures*, quia *plures* stellæ coacervatæ in eodem loco in cœlo videantur. *Hopfn.*

11. Εὔριπον] Euripum Chalcidicum, qui Eubœam a Bœotia modico spatio separat. Joh. Brodæus. Est autem juxta Aulida, ubi jam Agamemnon cum Græcis castra metatus est, ventum præstolans. Unde Lucan. L. V. Euripusque *trahit*,

Καὶ ἀκίνητοι φυλακαὶ τειχέων·
Στείχωμεν ἔσω. ΑΓ. Ζηλῶ σε, γέρον·
Ζηλῶ δ' ἀνδρῶν, ὃς ἀκίνδυνον
Βίον ἐξεπέρασ' ἀγνὼς, ἀκλεής·
Τοὺς δ' ἐν τιμαῖς ἧσσον ζηλῶ.

Et *sunt* immotæ custodiæ murorum.
An abimus intro? *Aga.* Felicem duco te, senex.
Felicem quoque duco mortalium, quicunque sine periculo
Vitam transegit ignotus, inglorius:
Minus vero felices duco illos, qui sunt in honoribus.

cursum mutantibus undis, Chalcidicas *puppes ad iniquam classibus* Aulin. Vide hujus Fab. v. 168. *Barnes.*

12. ss. ἀΐσσεις,] Editor Lipsiensis reponit ἐκτόσθ' ἄσσεις. Nam apud Atticos ἀΐσσω sive ἄσσω et ἄττω dissyllabum est. Piers. ad Mœr. p. 301. Adde Valckenar. ad Eurip. Phœn. p. 467. Cur — prorumpis, proruis, — l. ut Koehlerus: Cur tam anxius tentorium deseris? ἡσυχία sc. ἐστι. Omnes adhuc dormiunt. *Hopfn.*

14. Αὖλιν,] Aulis nomen regionis Bœotiæ, ubi Græci ad Trojam profecturi ventum præstolabant; de qua Tzetzes: Αὖλις δὲ ἀπὸ τοῦ ἐκεῖσε συγκυλισθῆναι τοὺς Ἕλληνας, ὅτε ἐποιοῦντο τὸν πρὸς Τροίαν ἀπόπλουν· Ἢ ἀπὸ Αὐλίδος τῆς Φορωνέως. Vel, ut Eustathius ad Iliad. Β. v. 496. fol. 265. lin. 5. Αὖλις erat filia *Euonymi*, filii *Cephissi*, vel, ut Pausanias fol. 296. Ogygi. Αὖλις, ιος, et Αὐλὶς, ίδος, ut Θέτις, Θέμις, Κύπρις. *Barnes.*

15. ἀκίνητοι (εἰσὶν) φυλακαὶ, (φύλακες) immoti adhuc stant custodes (nocturni). *Hopfn.*

16. Στείχομεν εἴσω] Codd. Parisiens. A. B. C. et marg. Barnes. habent στείχωμεν ἔσω quod usitatius est. et iis obsecutus sum. *Markl.*

Στείχομεν εἴσω.] *Num intus imus?* Quod verecundius est, quam si intus ire aut monuisset, aut etiam rogasset. Sic Virgil. Æneid. II. v. 322.

> Quo res summa loco, Pantheu? quam prendimus arcem?

MSS. duo et Lib. P. στείχωμεν ἔσω. *Musg.*

Ζηλῶ σε, γέρον·] Γέρων, Plutarch. II. p. 471. C. huc respicit Cicero Tusc. Disp. III. 24. γέρον habet Plutarchi editio Aldina, p. 471. *Por.*

16—19. Apud Stob. Grot. LVIII. p. 221. 16—18. Plutarch. de Tranquill. An. II. 627. *Burn.*

Ζηλῶ felicem prædico, sic centies alibi. *Hopfn.*

18. Βίον ἐξεπέρασ' ἀγνὼς,] Huc spectat illud λάθε βιώσας, et *Ovidianum: Crede mihi, bene qui latuit, bene vixit, et intra Fortunam debet quisque manere suam. Barnes.*

ἐκπερᾶν βίον transigere tempus vitæ, vitam degere, pro quo alibi ἄγειν, διάγειν vid. ad Cyclop. p. 178. cui opponitur τρίβειν βίον, et similia. Med 250. legitur ἀκίνδυνον βίον ζῆν. ἀγνὼς ignotus, quem nemo novit, qui in obscuro vivit. Eodem redit ἀκλεής a κλέος (gloria) inglorius, non clarus, celeber. Hippolyt. 1032. ἀκλεὴς jungitur cum ἀνώνυμος. Et opponitur statim, qui est ἐν τιμαῖς qui honoribus summis fungitur, in summa dignitate est constitutus. Bene jam cum his Barnesius contulit illud notissimum λάθε βιώσας, item Ovidianum, Trist. 3. Mediocritate tutius posse aliquem vivere, quam in splendida fortuna vid. Med. 122. Hippolyt. 1019, 1111. Sæpius quoque vera hæc atque egregia sententia a poëtis aliis passim traditur. Profecto qui summis in honoribus sunt constituti, eos solemus felicissimos prædicare, licet minime omnium sint, atque maximis curis et sollicitudinibus assidue premantur. Unde illud Homeri: ὦ μάκαρ Ἀτρείδη, μοιρηγενὲς ὀλβιοδαίμων. Sed ibidem Agamemnon: Ζεύς με μέγα Κρονίδης ἄτῃ ἐνέδησε βαρείῃ. Plutarch. περὶ εὐθυμίας dum hos VV. citat, scribit: ἔξωθεν οὗτος ὁ μακαρισμὸς ὅπλων καὶ ἵππων, καὶ στρατείας περικεχυμένης· αἱ δὲ τῶν παθῶν φωναὶ πρὸς τὴν κενὴν δόξαν ἔνδοθεν ἀντιμαρτυροῦσι. Idem sentit senex h. l. καλὸν, bonum, commodum, decus, ornamentum. ἐνταῦθα sc. in summis honoribus constitutum esse. (Subint. ἐστι) ἐστι (Heath. ἐστιν) σφαλερόν, res lu-

ΠΡ. Καὶ μὴν τὸ καλόν γ' ἐνταῦθα βίου.
ΑΓ. Τοῦτο δέ γ' ἐστὶν τὸ καλὸν, σφαλερόν·
Καὶ τὸ φιλότιμον
Γλυκὺ μὲν, λυπεῖ δὲ προσιστάμενον.
Τοτὲ μὲν, τὰ θεῶν οὐκ ὀρθωθέν-

Sen. Atqui decus hic *est* vitæ.
Aga. Hoc vero decus est lubricum:
Et principatus
Dulcis quidem *est*, sed molestia afficit cum adest.
Aliquando enim Deorum cultus non rite peractus

brica ut Suppl. 518. qui locus comparandus cum illo Virgilii (Bucol. III. 80.) *Triste lupus* cet. quod fallit, cui non satis certo fidem habere potes, lubricum, intutum. Quoniam honores non vere hanc nobis voluptatem præbent, quam videntur. Hoc sequentibus accuratius exponitur. τὸ φιλότιμον cupiditas gloriæ, honorum, imperii. Hoc poni videtur Musgravio pro ἔντιμον ut infra 342. ubi Heathius per φιλοτιμούμενον, objectum ambitionis interpretatur. Si adsunt s. possessio eorum (honorum) s. imperii, gloriæ. Brodæus vertit: quæ his obsistunt atque adversantur, molestia afficiunt. τότε — τότε mox — mox. Τὰ θεῶν (sacra s. cultus Deorum) οὐκ ὀρθωθέντ' non rite observata. Brodæus intelligit spretam ac neglectam Deorum religionem, sacrificia parum rite peracta, vota non reddita. ἀνέτρεψε solent evertere s. evertunt i. e. turbant vitam, excitant sollicitudines. Paulo post διακναίειν, quod eodem redit. De h. v. vid. nos ad Cyclop. p. 189. et Suid. qui ex Aristophan. Eccles. locum affert ubi διακναίειν est vexare, molestia afficere. γνῶμαι judicia hominum. δυσάρεστοι quibus difficile est respondere, placere, ita ut plane sint nobis contenti, s. injucunda. διέκναισαν eodem modo quo antea ἀνέτρεψε explanandum per *solere*. v. Viger. Idiotism. Græc. p. 204. ed. Zeun. ant. Quibus adde Cel. Ernest. ad Xenoph. Memorab. II. 4, 7. Valckenar. ad Hippolyt. p. 263. in Fragm. Sic Eurip. Suppl. 225. Orest. 708. Subintel. βίον s. ἡμᾶς. *Hopfn.*

19. ἧσσον ζηλῶ.] Stobæus Serm. LVI. pro ζηλῶ habet ἐπαινῶ: ut noster Hippolyt. 264. Οὕτω τὸ λίαν ἧσσον ἐπαινῶ τοῦ μηδὲν ἄγαν. *Markl.*

20. ἐνταῦθα] Δηλονότι ἐν ταῖς τιμαῖς. *Brodæus.*

21. Lege ἐστιν. *Heath.*

22. Καὶ τὸ φιλότιμον] Metrum poscit, vel, καὶ τὸ φιλότιμον· vel, τό τε φιλότιμον. *Markl.*

τὸ φιλότιμον] Poni videtur pro τὸ ἔντιμον, ut infra v. 342. Metrum porro postulat τό τε φιλότιμον, quod nec Marklando displicet. *Musg.*

23. Γλυκὺ μὲν, λυπεῖ δὲ προσιστάμενον.] Hunc versum παρῳδεῖ Macho Comicus apud Athenæum VI. 10. p. 244. A. Ὁ Χαιρεφῶν δὲ, καὶ μάλ', ὦ βέλτιστ', ἔφη, Γλυκὺ μὲν, προσιστάμενον δὲ λυπεῖ πανταχῆ. Editur, καὶ μάλιστα, ut et αὐτίκα μάλιστα pro αὐτίκα μάλα apud Dion. Chrysostom. Or. LIX. p. 576. *Por.*

28. Οὐκ ἄγαμαι ταῦτ' ἀνδρὸς ἀριστέος.] Lege ἀριστέως ex Stobæo. (Vid. ad Med. 5.) *Por.*

Οὐκ ἄγαμαι] Hunc locum Stobæus habet titulo 105. p. 430. editionis Hugonis Grotii. *Barnes.*

28—34. Hunc locum habet Stobæus Tit. 105. p. 430. ed. Grotii. Non gaudeo his — non laudo talem in principe s. forti et magno imperatore mentem. Jam ostendere ei vult, vitam humanam multis et gaudiis et ærumnis mixtam esse, neque unum sine altero postulari posse. Quam quidem sententiam egregie et alibi a poëtis Græcis expressam legimus, ut Trachin. Sophocl. 126. sqq. Plures ejusmodi sententias reperies in Plutarch. ad Apoll. Consol. v. et Proverbia *Homo bulla* et *Optimum non nasci*. cf. Herc. Fur. 1314. Pro eo *non ut gaudia tantum consequaris, natus es* — dicit senex, non ideo tantum, ut solis bonis fruereris (ἐπὶ ἀγαθοῖς) te genuit Atreus. Cf. Proverb. Cum Deo quisque gaudet et flet. et infra v. 161. sqq. φυτεύειν ut φιτύειν de pa-

τ', ἀνέτρεψε βίον·
Τοτὲ δ' ἀνθρώπων γνῶμαι πολλαὶ
Καὶ δυσάρεστοι διέκναισαν.
ΠΡ. Οὐκ ἄγαμαι ταῦτ' ἀνδρὸς ἀριστέως.
Οὐκ ἐπὶ πᾶσίν σ' ἐφύτευσ' ἀγαθοῖς,

Evertit vitam:
Aliquando vero hominum sententiæ variæ
Et morosæ male habent.
Sen. Non laudo ista *in* viro principe.
Non ad omnia bona genuit te,

tre adhiberi observavimus tam ad Trachin. Sophocl. 311. et in Indice, item. v. 31—33. adde Barnes. ad Iphig. Taur. 3. θνητὸς ἔφυς, (ὑπάρχεις) Stob. S. 103. habet πᾶσιν ἔφυς ἀγαθοῖς quod potuit esse πᾶσι σ' ἔφυσ' ἀγαθοῖς, Codd. Par. Edd. vett. et Plut. de Audiend. Poët. p. 33. et Cons. ad Ap. p. 103. legunt (monente Marklando) πᾶσι σ' ἐφύτευσ', nisi quod Cod. A. pro σ' habet δ'. Idemque vulgatam veram putat. Refer huc illud Sulpicii ad Ciceron. Epist. L. IV. 5. *Visne meminisse te hominem esse natum.* Ibi autem potius ad necessitatem moriendi hoc pertinet. κἂν μὴ σὺ θέλεις. Commode hic Barnesius comparavit illud Senecæ: *Ducunt volentem fata, Nolentem trahunt,* quod egregie suavissimus noster Poëta inclytus sic fere transtulit: *Gefesselt führt der Schmerz uns alle durch das Leben, sanft, wenn wir willig gehn, hart, wenn wir widerstreben.* Τὰ θεῶν οὕτω νενόμισται Musgravius mavult βουλομέν' ἔσται. Sic quoque ed. Stiblin. Ita Ed. Ald. MS. E. τὰ τῶν θεῶν. Plutarch. in Consolat. ad Apollon. p. 179. ed. Steph. τῶν θεῶν οὕτω βουλομένων ἔσται; quod in vulgaribus libris omnibus legi testatur Barnesius. Stobæus omnium planissime τὰ θεῶν οὕτω νενόμισται. Tit. 105. ed. Gronov. quod et Barnes. retinendum putat. Marklandus observat, τὰ βουλόμενα et τὸ βουλόμενον, v. 1270. esse τὸ βούλημα. *Deorum voluntas ita habet.* Hoc Œdip. Colon. v. ult. expressum legitur πάντως γὰρ τάδ' ἔχει κῦρος. Etsi nolis — perferre recuses — rata manent quæ Dii volunt. Hæc sententia sæpius apud Poëtas legitur. Recurrit quoque in mentem illud Poëtæ Arabici ab Ebn Arabshâh citati: Ne tristeris; nam quod decrevit Deus, fiet: Et res commissa voci, Esto, erit, dum oculum movere potes et motum sedare, status mutatur etc. *Hopfn.*

29. Οὐκ ἐπὶ πᾶσίν σ' ἐφύτευσ' ἀγαθοῖς,] Stobæus Serm. CIII. citat πᾶσιν ἔφυς ἀγαθοῖς. quod potuit esse, πᾶσί σ' ἔφυσ' ἀγαθοῖς. Codices Parisienses, Editt. vetustæ, et Plutarchus De Audiend. Poët. p. 33. et Consol. ad Apollon. p. 103. legunt, πᾶσί σ' ἐφιύτευσ': nisi quod Cod. A. pro σ' habet δ'. Vulgatam veram puto. *Markl.*

Valckenærius in Annot. ad Phalarin. p. XV. comparat ad hunc locum Phalarid. Ep. XX. p. 102. 10. γεννᾶται ἕκαστος ἡμῶν ἐπὶ μυρίοις κακοῖς. Similiter noster in Suppl. 584.

Ἦ πᾶσιν οὖν σ' ἔφυσεν ἐξαρκεῖν πατήρ;

laudat hos versus Plutarch. in Consolat. ad Apollon. T. II. p. 103. Ald. et Basil. legunt ἔφυσ' et deinde τῶν θεῶν οὕτω βουλομένων ἔσται perperam. *Jacobs.*

32. κἂν μὴ σὺ θέλῃς, etc.] Huc refer illud Senecæ: *Ducunt Volentem* Fata, *Nolentem* Trahunt. *Barnes.*

33. Τὰ Θεῶν οὕτω νενόμισται,] Codd. Par. Aldina, et cæteræ Editt. pro νενόμισται habent βουλόμεν' ἔσται. quam veram esse Euripidis manum non dubito, si pro ἔσται legatur ἐστιν. Plutarchus quoque T. II. p. 103. citat βουλομένων ἔσται. Idem est τὰ βουλόμενα quod τὸ βουλόμενον (ut v. 1270.) id est, τὸ βούλημα, *Deorum voluntas ita habet,* Dii sic volunt. *Markl.*

Τὰ θεῶν οὕτω βουλόμεν' ἔσται.] Ita Ed. Ald. MS. E. τὰ τῶν θεῶν. Plutarchus in Consolat. ad Apollon. p. 179. Ed. Steph. τῶν θεῶν οὕτω βουλομένων ἔσται. Stobæus omnium planissime τὰ θεῶν οὕτω νενόμισται. (Vid. Med. 172.) Tit. 105. Ed. Grot. *Musg.*

νενόμισται,] Ita Stobæus legit titulo 105. Ita Hugo Grotius in Excerptis, licet vul-

Ἀγάμεμνον, Ἀτρεύς·
Δεῖ δέ σε χαίρειν, καὶ λυπεῖσθαι·
Θνητὸς γὰρ ἔφυς· κἂν μὴ σὺ θέλῃς,
Τὰ θεῶν οὕτω βουλόμεν' ἔσται.
Σὺ δὲ λαμπτῆρος φάος ἀμπετάσας,
Δέλτον τε γράφεις
Τήνδ', ἣν πρὸ χερῶν ἔτι βαστάζεις,
Καὶ ταυτὰ πάλιν γράμματα συγχεῖς,
Καὶ σφραγίζεις, λύεις τ' ὀπίσω,

O Agamemnon, Atreus:
Oportet enim te gaudere, et dolere;
Es enim mortalis: et, etiamsi tu non velis,
Deorum ea est voluntas.
Tu vero lucernæ lumen aperiens,
Epistolam scribis
Hanc, quam adhuc geris in manibus,
Et easdem literas rursus confundis,
Et obsignas, et postea *resignas*,

gares libri omnes legebant βουλόμεν' ἔσται; quare et nos νενόμισται probamus. Etiam licet paulo infra ad v. 1270. τὸ βουλόμενον legatur, ut rectius sane potest legi in singulari, Οὐδ' ἐπὶ τὸ κείνου βουλόμενον ἐλήλυθα. *Barnes.*

Legend. βουλομέν' ἔσται. *Hopfn.*

34. ss. ἀμπετάσας, aperiens, accendens lucernæ lumen. λαμπτὴρ Suidæ est fax et lucerna in domo accensa. Idemque locum affert ex Soph. Ajace. δέλτον tabulam, h. l. epistolam. Cf. infr. 109. 155. 307. 891. 894. et v. 98. dr. δέλτου πτύχαι. Euripides mandata per epistolam ad Clytæmnestram data de arcessenda Iphigenia filia tribuit Agamemnoni ipsi, Dictys vero Cretensis Ulyssem clam Agamemnone Mycenas profectum tradit, falsas litteras, tanquam ab Agamemnone missas, ferentem. V. Passerius Picturr. Etruscc. in Vasc. p. 17, 18. T. I. Συγχεῖς, confundis, deles. Suidas: συγχεῖ, ἀφανίζει, συμμιγνύει. σφραγίζειν obsignare, unde Sophocl. Trachin. p. 117. σφραγὶς pro quo alibi τύπος σφραγίδος et σφραγιστῆρος, σφενδονῆς. V. Valcken. ad Hippol. 865. ὀπίσω, πάλιν. λύεις sc. σφραγίδα. Hippolyt. 867. ἐξελίσσειν περιβολὰς σφραγισμάτων. *Hopfn.*

37. Καὶ ταῦτα πάλιν γράμματα συγχεῖς,] Lege ταὐτὰ, secundum versionem. *Por.*

39. πεύκην,] Non *tædam*, ut Interpres, sed *lariceam tabellam*, cera oblitam, cui Epistola pro more ejus ævi inscripta erat. Lariceam dico, auctore Euripide Hippol. 1249. nam Theophrastus, si recte verba ejus capio, Hist. Plant. Lib. III. c. 13. *abietem* ἐλάτην potius, quam *laricem* πεύκην, huic usui inserviisse tradit. Cera oblitas fuisse has tabellas liquido patet ex v. 37. cui adde Herodotum in fine Polyhymniæ. *Musg.*

πεύκην,] Vide nos ad Trachin. p. 219. Eustath. ad Il. ζ'. v. 169. p. 489. Οἱ παλαιοὶ καὶ ἐν τῇ κατ' Εὐριπίδην Φαίδρᾳ, ἔνθα μνήμη Πεύκης κεῖται, φασὶ, πεύκην ἐκεῖ ῥηθῆναι τὴν ἐν τῇ χειρὶ τῆς Φαίδρας δέλτον, τὴν κατὰ τοῦ Ἱππολύτου, ὡς ξυλίνην οὖσαν, καὶ ἴσως ἐκ πευκῆς διὰ τὸ τῆς γραφῆς ἐν τοιουτῷ ξύλῳ εὐτύπωτον. Haud dubie sic nominavit Eurip. in prima ed. fabulæ, nam in nostro Hippolyto nuspiam dr. aliter quam δέλτος, neque vero in h. f. laudata de libello sermo est, quem Phædra moriens in manu habuerit. Aut forte memoria fefellit Archiepiscopum. Eadem Eustathii verba habet Philemon in Lex. MS. ap. Villois. ad Apoll. Sept. L. H. T. 2. p. 690. Valckenær. ad Hippolyt. 1249. et Koehlerus intelligunt per

Ῥίπτεις τε πέδῳ πεύκην, θαλερὸν
Κατὰ δάκρυ χέων·
Καὶ τῶν ἀπόρων οὐδενὸς ἐνδεὴς
Μὴ οὐ μαίνεσθαι. τί πονεῖς; τί πονεῖς;
Τί νέον, τί νέον περί σοι, βασιλεῦ;
Φέρε, κοίνωσον μῦθον ἐς ἡμᾶς·
Πρὸς δ' ἄνδρ' ἀγαθὸν, πιστόν τε φράσεις·
Σῇ γάρ μ' ἀλόχῳ τότε Τυνδάρεως
Πέμπεν φερνὴν,

Abjicisque tabulas humi, largas
Lachrymas effundens:
Et nulla perturbatione indiges,
Ne insanire credaris; quid laboras? quid laboras?
Quid novi, quid novi tibi adest, O rex?
Age, communica sermonem nobiscum:
Dices enim viro bono, et fideli.
Nam tuæ conjugi quondam Tyndareus me
Misit munus dotale,

πεύκην *tabellas ligneas*, ille monet etiam, huc respexisse Ovidium Metam. IX. 522. qui locus omnino dignus qui conferatur cum nostro. *Dextra tenet ferrum, vacuam tenet altera ceram. Incipit et dubitat; scribit, damnatque tabellas; et notat et delet; mutat, culpatque, probatque: Inque vicem sumtas ponit, positasque resumit. Quid velit ignorat: quidquid factura videtur, displicet. in vultu est audacia mixta pudori. Scripta soror fuerat; visum est delere sororem, Verbaque correctis incidere talia ceris.* Barnesius πεύκην reddit tædam, Schillerus *Lampe*, Koehlerus *die Tafel.* Fortasse non superflua est hæc observatio ad voc. πεύκην pertinens. Tabulæ duplices et triplices erant, unde, πίνακες, πτυκτοὶ, δίπτυχοι, τρίπτυχοι aut γραμματεῖα δίδυρα. V. Pollux Onom. 8, 10, 4, 2. 10. 14. V. Homer Il. ζ. 169. ubi πίναξ πτυκτός occurrit, cujus tamen partes interiores tunc temporis nondum cera inductæ erant, sed literæ iis incisæ. Vid. Koeppen in *Erklær. Anm. zum* Homer. P. II. l. l. Veteres autem scribere solebant stilo (στύλῳ, γραφείῳ σμίλῃ) cujus altera pars extrema acuta erat, altera lata et hebes ut literæ aut verba falsa illa incisa deleri possent. V. Montefalcon. Palæogr. Græc. p. 25. et Rambach. in *Archæol. Untersuch.* (Halæ 1778.) p. 302. et 316. θαλερὸν — Suidas: θαλεροὶ, δίυγροι νέοι. Occurrit sæpe in Homero et Hesiodo atque alibi. κατὰ δάκρυ χέων (assidue lacrimas fundens) v. Eurip. Cyclop. 404. pro quo ibidem 210. μεθιέναι δ. Sophocl. Trachin. 847. et 106. (ubi vid. notas nostras) paulo aliter assiduitatis in lacrimando ideam expressit. V. 42. Codd. Par. bis ponunt τί πονεῖς; in multis edd. altera vice deest, ut Markl. notat. μὴ οὐ μαίνεσθαι, Heathius vertit: quo minus insanias. Barnesius: Ne insanias. (fere ob inopiam consilii) Brodæus: una excepta insania. Koehlerus prorsus neglexit hæc verba in versione. νέον novi mali, νέον est *insigne* περί σοι tibi contigit, accidit, te excruciat. κοίνωσον ες, communica nobiscum μῦθον, rem omnem, mysterium. *Hopfn.*

40. Κατὰ δάκρυ χέων·] Ita distinguo trifariam; sin aliter, unico vocabulo legendum καταδακρυχέων. *Barnes.*

41. τῶν ἀπόρων] i. e. *eorum, quæ homines, in ἀπορίᾳ constituti, facere solent.* *Musg.*

42. τί πονεῖς;] Cod. Par. τι πονεις; τι πονεις; ultimum τί πονεῖς in multis Editt. deest. *Markl.*

46. Non mutarem τότε in ποτὲ contra omnia exemplaria. vide Helen. 1081.

Ξυννυμφοκόμον τε δίκαιον.
ΑΓ. Ἐγένοντο Λήδᾳ Θεστιάδι τρεῖς παρθένοι,
Φοίβη, Κλυταιμνήστρα τ' ἐμὴ ξυνάορος,
Ἑλένη τε· ταύτης οἱ τὰ πρῶτ' ὠλβισμένοι,
Μνηστῆρες ἦλθον, Ἑλλάδος νεανίαι.
Δειναὶ δ' ἀπειλαὶ, καὶ κατ' ἀλλήλων φόνος

Probumque sponsæ communem curatorem.
Aga. Fuerunt Ledæ Thestiadi tres virgines,
Phœbe, et Clytæmnestra mea conjunx,
Et Helena: hujus præstantes opibus
Proci fuerunt Græciæ.
Atroces vero minæ, et mutuæ cædes

Orest. 99. Supplic. 747. Sophocl. Ajac. 664. 1262. Aristoph. Thesmoph. 13. *Markl.*

τότε] Optime Barnesius in margine ποτέ. *Musg.*

Σῇ γάρ μ' ἀλόχῳ — φερνὴν,] i. e. Me illi famulum una cum cæteris rebus ad dotem pertinentibus addixit. Sic infra v. 869. χ' ὤτι δή με ταῖς σαῖς φερναῖς ἔλαβεν Ἀγαμέμνων ἄναξ. *Brodæus.*

47. Τυνδάρεως Πέμπειν φερνήν,] Corrige πέμπει. *Por.*

φερνὴν tanquam partem dotis inter cæteras res v. infr. v. 869. Me illi famulum una cum cæteris rebus ad dotem pertinentibus addixit. Sic infr. 869. Suidas; φέρνη προῖξ. ἄλοχος, uxor. συννυμφοκόμος qui sponsam comitatur, ejus curam habet. Infra v. 1087. occurrit v. νυμφοκόμος, quod tamen alia significatione gaudet. Alibi νυμφοστόλος, νυμφαγώγος. δίκαιος probus, fidelis. *Hopfn.*

49—55. Hic est quasi Prologus, in quo, ut supra jam monitum est, exponitur totius hujus fabulæ argumentum et occasio. Eadem fere repetit infra v. 584. Chorus. Θεστιάδι filiæ Thestii. ξυνάορος antea ἄλοχος. ὁ καὶ ἡ ξυν maritus (Orest. 1135.) et uxor, ut sæpius apud Nostrum. μνηστῆρες ἦλθον ταύτης ut eam in matrimonium peterent (ἐξαιτεῖν) alibi Electr. 21. et Sophocl. Trach. 10.) In Trachin. l. l. est φοιτᾶν pro ἔρχεσθαι hoc sensu adhibitum. Τὰ πρῶτ' ὠλβισμένοι maxime divites s. divitiis præstantes, totius Græciæ opulentissimi. Graves minæ et mutua cædes orta est, parabantur, i. e. graviter sibi mutuam cædem minabantur. Sic quoque Koehlerus qui vertit: *und jeder schwur, falls er nicht das Mædchen bekæme, dem andern den Tod.* Eidem conjectura Marklandi, qui φθόνος legendum putat, (fortasse ob sequentia ὅστις μὴ λάβοι, etc.) (invidia, odium, ira oriebatur,) displicet, quippe cui vulgatum gravius esse videtur. λάβοι in matrimonium acciperet. *Hopfn.*

53. s. φόνος Ξυνίσταθ',] Legendum puto, φθόνος ξυνίσταθ', *invidia, odium, ira oriebatur, constabat. Markl.*

55. ss. Τὸ πρᾶγμα δ' ἀπόρως εἶχε Τυνδάρεῳ πατρὶ, Δοῦναι τε, μὴ δοῦναί τε, τῆς τύχης ὅπως Ἅψαιτ' ἄριστα·] Ἅψαιτ' ἄθραυστα Hemsterhus. ad Hesych. I. p. 130. vulgatum defendente Musgravio ad locum, et Exercitat. I. 8. p. 26. Hemsterhusium sequitur Valckenærius ad Herodot. III. 1. ubi loci Æschylei meminit. *Por.*

55—65. ἀπόρως εἶχε dubium reddebat, multas curas et sollicitudines creabat, utrum daret, an non. Huc refert Hemsterhusius Hesychii glossam: ἄθραυστα, ἀπρόσκοπα, Εὐριπίδης Ἰφιγενείᾳ ἐν Αὐλίδι: legitque adeo ἅψαιτ' ἄθραυστα, uteretur fortuna inoffense. Hemsterhusii emendationem, cujus non meminit Marklandus, quamque ipse quoque Valcken. ad Herod. p. 193, 15. præfert, immerito rejici a Musgravio videtur Koehlero qui vertit: *und welches Glück konnte er, ohne selbst Schaden zu leiden wæhlen?* Alioquin sensus est hic: *quomodo optime — optima ratione — fortunam consequeretur.* *Hopfn.*

56. δοῦναί τε, μὴ δοῦναί τε, τῆς τύχης ὅπως Ἅψαιτ' ἄριστα.] Expressum videtur ex Æsch. Ἱκέτ. 384. Ἀμηχανῶ δὲ, καὶ φόβος μ' ἔχει φρένας. Δρᾶσαί τε, μὴ δρᾶσαί τε,

Ξυνίσταθ᾽, ὅστις μὴ λάβοι τὴν παρθένον.
Τὸ πρᾶγμα δ᾽ ἀπόρως εἶχε Τυνδάρεῳ πατρὶ,
Δοῦναί τε μὴ δοῦναί τε, τῆς τύχης ὅπως
Ἅψαιτ᾽ ἄριστα· καί νιν εἰσῆλθεν τάδε,
Ὅρκους ξυνάψαι, δεξιάς τε συμβαλεῖν
Μνηστῆρας ἀλλήλοισι, καὶ δι᾽ ἐμπύρων

Parabantur *ab eo*, quisquis non consecutus fuisset virginem.
Hæc igitur res valde anxium habebat patrem Tyndareum,
Sive daret, sive non daret, et quomodo rem
Optime aggrederetur: et hoc ei venit in mentem,
Ut jusjurandum mutuo darent, et dextras conjungerent
Proci inter se, et per ardentes victimas

καὶ τύχην ἑλεῖν. Conjeceram ex sensu, τῆς τύχης θ᾽ ὅπως: cui favet Æschyli καὶ τύχην ἑλεῖν. Sed aliter sumi potest. *Markl.*

57. εἰσῆλθεν τάδε.] Barnesius τόδε. parum refert. Sed τάδε frequentius. vide Valckenærium ad Phœniss. 430. *Markl.*

Ἅψαιτ᾽ ἄριστα·] Huc refert Hemsterhusius, vir incomparabilis, Hesychii Glossam: ἄθραυστα, ἀπρόσκοπα. Εὐριπίδης Ἰφιγενείᾳ ἐν Αὐλίδι: legitque adeo ἅψαιτ᾽ ἄθραυστα, *uteretur fortuna inoffense.* Ego vero, fateor, nondum concoquere possum ἀθραυστα de aliquo dictum, qui caute res administrando offensas hominum vitat. Commodius usurpari potuit de corporibus solidis, quæ alia solida sine collisione transeunt, ut cum navigia scopulos, aut currus offendicula quævis prætervehuntur. Hæc enim nihil prohibet et ἄθραυστα dici et ἀπρόσκοπα. vid. Lycophron. v. 890. ubi locus talis plane est, qualem fingimus. Quare existimo, glossam Hesychianam ex hujusmodi loco desumtam esse, qui ad Prologum fortasse pertinebat, cum in reliqua fabula non compareat. vid. supra ad harum Notarum initium.

τάδε.] Barnesius in margine τόδε, quod melius. *Musg.*

εἰσῆλθεν νιν τάδε.] Pro quo Cyclop. 410. εἰσῆλθέ μοι τι, venit in mentem. De v. εἰσέρχεσθαι usurpata de cogitationibus et affectibus animum subeuntibus cum tertio et quarto casu copiose disputavi ad Eurip. Cyclop. l. l. τάδε tuetur ut frequentius Marklandus. v. Valckenar. ad Phœnn. 430. ὅρκους συνάπτειν jurare, juramento se obligare. Sic Phœnn. 1256. Alibi ὅρκον ὀμνύω (infr. 391.) κατομνύω (Hel. 835.) δίδωμι (infr. 785.) πήγνυμι (infr. 395.) De hoc jurejurando, v. Pausan. Lacon. p. 103. lin. 36. conf. infr. 79. et 391. et Apollodor. Bibl. L. III. c. 9. qui omnium Helenæ procorum nomina recenset, et totam hanc rem fuse persequitur. Cæterum Stiblinus h. l. relegat lectorem ad Prov. *Phocensium exsecratio. Hopfn.*

58. Ὅρκους] De hoc jurejurando ita Pausanias in Laconicis, p. 103. lin. 36. Τυνδάρεως θύσας ἐνταῦθα (i. e. in loco ἵππου μνῆμα dicto) ἵππον, τοὺς Ἑλένης ἐξώρκου μνηστῆρας, ἱστὰς ἐπὶ τοῦ ἵππου τῶν τομίων· Ὁ δὲ ὅρκος ἦν, Ἑλένῃ καὶ τῷ γῆμαι προκριθέντι Ἑλένην ἀμύνειν ἀδικουμένοις. Ἐξορκώσας δὲ τὸν ἵππον κατώρυξεν ἐνταῦθα. Quæ verba cave ne exponas per Amasæi versionem; Sylburgium potius consule. Apollodor. Biblioth. L. III. c. 9. omnium Helenæ procorum nomina recenset, et totam hanc rem fuse persequitur. De hoc jurejurando vide infra v. 79. et 391. *Barnes.*

58. δέξιας συμβάλλειν] Jungere dextras, quod signum erat jurisjurandi, atque omnibus in fœderibus et pactis contrahendis adhibebatur. Dignus est locus Schol. MS. ad Aristoph. Nub. 81. p. 70. ed. Brunck. qui hic adscribatur: Ἔθος ἦν τοῖς παλαιοῖς τὰς δεξιὰς διδόναι ἀλλήλοις εἰς βεβαίωσιν τῶν συνθηκῶν. καὶ Ὅμηρος (Il. ζ. 233.) χεῖρας τ᾽ ἀλλήλων λαβέτην καὶ πιστώσαντο σπονδὰς καθεῖναι, Heath. pacisci. Koehlerus: *Trankopfer schütten — auf die flammenden Opferstücke.* Brodæus: immolatis hostiis fœdus inire. σπονδὴ (alias λοιβὴ) libatio, et quia pacta et fœdera

Σπονδὰς καθεῖναι, κἀπαράσασθαι τάδε,
Ὅτου γυνὴ γένοιτο Τυνδαρὶς κόρη,
Τούτῳ ξυναμυνεῖν, εἴ τις ἐκ δόμων λαβὼν
Οἴχοιτο, τόν τ' ἔχοντ' ἀπωθοίη λέχους,
Κἀπιστρατεύσειν, καὶ κατασκάψειν πόλιν,
Ἕλλην' ὁμοίως, βάρβαρόν θ', ὅπλων μέτα.
Ἐπεὶ δ' ἐπιστώθησαν, εὖ δέ πως γέρων

Libationes demitterent, dirisque se astringerent, *se*,
Cui uxor obtigisset Tyndaris puella,
Huic simul opitulaturos esse, si quis ex domo capiens *eam*
Abiret, et depelleret a lecto maritum,
Et adversus illum militaturos, et eversuros urbem,
Græcam pariter et barbaram, manu armata.
Postquam autem *mutuo* fidem dederunt, et astute senex

libatione diis facta contrahebantur, inde et pactum, fœdus ita dicitur. Multa de h. v. monui atque idem ex antiquitatibus Græcis illustravi ad Cyclop. p. 184. adde Potter. Archæol. 1, 2. p. 508. sqq. *Hopfn.*

59. ἔμπυρα] Dicebantur victimæ s. potius intestina ejus, quia ab igne consumebantur, (V. Suid. h. v.) atque in quibus quædam observari solebant signa eventus rerum futuri. Sic in Antigona Sophoclis divina, v. 1005. et Electra, 405. V. eundem Potter. l. l. de sacrificiis. Cæterum hic mos, quo sacrificiis oblatis solemni modo jurejurando homines pacta inibant, apud antiquissimos populos obtinuit, de quo vide ad Cyclop. l. l. Invenimus eum fere eodem modo jam in primo Mosis libro, c. xxi. v. 27. xv. 10. *Hopfn.*

60. κἀπαράσασθαι] Καὶ ἐπαράσασθαι. *Barnes.*

Σπονδὰς καθεῖναι, *pacisci*. *Heath.*

κἀπαράσασθαι καὶ ἐπαρ.] Et diris devovere, diris se adstringere pacto. *Hopfn.*

62. Τούτῳ συναμύνειν,] Anapæstus in secundo loco (nam tertia syllaba in συναμύνειν longa est) vitabitur scribendo συναμυνεῖν, in Futuro. et ita Heathius. Isocrates Encom. Helen. p. 422. Ed. Genev. πίστεις ἔδοσαν ἀλλήλοις, ἦ μὴν βοηθήσειν, εἴ τις, &c. De hac re loquitur. *Markl.*

62. ss. συναμύνειν,] Heathius, ut in secunda sede vitetur anapæstus, legendum censet συναμυνεῖν. Συναμύνειν conjunctim, s. conjunctis viribus defendere, adjuvare, si quis alius futuro marito uxorem vi abduceret, eriperet, et hunc (maritum) a lecto (conjugali) depelleret, etc. λέχους, τῶν τῆς Ἑλένης γάμων. Subintel. et priori marito reddituros. De V. λέχος v. ad Soph. Trachin. ἀπώσασθαι. Sic ed. Ald. Sed MS. Musgravii et Lib. P. ἀπωθείη. ἔχων (Helenam) maritus. Markl. affert hanc in rem Joh. iii. 29. Androm. 970. (971.) πόλιν, in quam se recepisset. κἀπιστρατεύειν. Sic Ed. Ald. Sed Marklandus emendat κἀπιστρατεύσειν. exercitum ducere adversus aliquem, bellum inferre. κατασκάπτειν. Sic Ed. Ald. Sed MS. G. et Lib. P. κατασκάψειν. (i. q. πορθεῖν, ἐκπέρθειν, Cyclop.) Sive Græca esset, sive barbara (non Græca, extera) Nam omnes non Græci a Græcis vocabantur βάρβαροι quod tralatitium est. *Hopfn.*

63. τόν τ' ἔχοντ' ἀπώσασθαι.] Codd. A. B. C. απωθοιη (omitto accentus quia in Collatione quam nactus sum omittebantur) pulchra et Attica restitutione. Et jam τὸν ἔχοντα est *maritum*, quemadmodum definitur, Joan. iii. 29. ὁ ἔχων τὴν νύμφην, νυμφίος ἐστίν. Vide Andromach. 962. *Markl.*

ἀπωθοίη] Ita MS. uterque et Lib. P. Ed. Ald. ἀπώσασθαι. *Musg.*

64. καὶ κατασκάπτειν] Codex C. κατασκαψειν. quod confirmat συναμυνεῖν, et probat scribi debere κἀπιστρατεύσειν pro κἀπιστρατεύειν. *Markl.*

Κἀπιστρατεύσειν,] Marklandi emendatio est. Ed. Ald. κἀπιστρατεύειν.

Ὑπῆλθεν αὐτοὺς Τυνδάρεως πυκνῇ φρενὶ,
Δίδωσ' ἑλέσθαι θυγατρὶ μνηστήρων ἕνα,
Ὅτου πνοαὶ φέροιεν Ἀφροδίτης φίλαι.
Ἡ δ' εἵλεθ', ὥς γε μή ποτ' ὤφελεν λαβεῖν,
Μενέλαον. Ἐλθὼν δ' ἐκ Φρυγῶν ὁ τὰς θεὰς
Κρίνας ὅδ', ὡς ὁ μῦθος ἀνθρώπων ἔχει,
Λακεδαίμον', ἀνθηρὸς μὲν εἱμάτων στολῇ,

Tyndareus eos fefellerat callido consilio,
Concessit *tunc* filiæ ut eligeret unum ex procis,
Ad quemcunque grati Veneris flatus *eam* ferrent.
Illa vero elegit, utinam ipse nunquam duxisset *eam*,
Menelaum. Veniens autem ex Phrygibus dearum
Iste judex, ut habet sermo hominum,
Lacedæmona, florens ornatu vestium,

κατασκάψειν] Ita MS. G. et Lib. P. Ed. Ald. *κατασκάπτειν.* *Musg.*

66. *ἐπιστώθησαν,*] Fidem dederunt, voverant. *εὖ δέ πως* Heathius mavult *εὖ δή πως.* *Hopfn.*

67. ss. *Ὑπῆλθεν*] Cum eos callido consilio fefellisset. *Δίδωσ'* permisit, ut sibi eligeret, in quem maxime ferretur, cujus amore maxime flagraret. Hoc bene expressit poëta *ὅτου* (*εἰς ὃν*) *φέροιεν φίλαι πνοαὶ* (*flatus* perquam commode cum inclinatione animi comparat.) *Ἀφροδίτης* Veneris, amoris. Pro *ὅτου* Heathius conjicit *ὅπου.* *Hopfn.*

68. *Δίδωσ' ἑλέσθαι*] Omnia Exemplaria, quantum scio, consentiunt in *Δίδωσιν.* Plene antea distinguebatur post *φρενὶ*, v. 67. Sensu et constructione pendentibus. *Markl.*

Jam ante Marklandum post *φρενὶ* comma reperitur in edit. Hervag. 1544. Antverp. Canteri 1751. et Commeliana 1597. *Hopfn.*

69. *Ὅτου πνοαὶ φέροιεν Ἀφροδίτης φίλαι.*] Cod. Par. B. habet *αφροδιτην*, quod verum esse potest; et tunc constructio erit, [*εἰς*] *ὅτου ἀφροδίτην πνοαὶ φίλαι φέροιεν* [*αὐτήν.*] *ad cujus amorem flatus grati eam ferrent.* Nonnullis placebit *Ὅπου.* *Markl.*

70. *ὡς ὤφελεν* utinam *αὐτὸς* (Menelaus) numquam duxisset illam, s. utinam ipsa eum numquam accepisset. *Hopfn.*

71. s. *Ἐλθὼν δ' ἐκ Φρυγῶν ὁ τὰς θεὰς Κρίνων ὅδ', ὡς ὁ μῦθος ἀνθρώπων ἔχει,*] Marklandus in Notis; " Clem. Alexandrinus Pædag. III. 2. *citat Ἀργείων pro ἀνθρώπων.*" In Homer. Il. Τ. 124. pro *Ἀργείοισιν* habet *ἀνθρώποισιν* Etymologus, p. 21, 53. *Κρίνων* Clemens. *Por.*

Vid. Androm. 273. ss. et infr. 1285. ss. *Hopfn.*

72. *ἀνθρώπων*] Clem. Alexandrinus Pædag. III. 2. citat *Ἀργείων* pro *ἀνθρώπων.* vere, ut mihi videtur: *ut narrant Argivi* vel *Græci*, nempe, qui eum viderunt. Non dubito quin *ἀνθρώπων* sit ex Interpolatione eorum qui acceperunt *μῦθος* pro *fabula.* *Markl.*

Κρίνας] Clem. Alexandr. qui hunc locum citat Pædagog. Lib. III. c. 2. *κρίνων* pro *κρίνας* habet, et *Ἀργείων* pro *ἀνθρώπων.* *Musg.*

κρίνας, i. e. Paris. cf. infr. 573. ubi diserte nominatur. *Μῦθος—ἔχει* ut fama hominum fert. *Hopfn.*

Vid. de v. *μῦθος* quæ monuimus ad Cyclop. v. 375. *Hopfn.*

73. *ἄνθηρος*, florens, i. e. florido (h. e. variis coloribus picto) vestimento s. ornatu indutus. vid. quæ de h. v. observavimus ad Euripidis Cyclopem, v. 539. Comparandus cum h. l. est ille Euripidis Cyclop. v. 181. sqq. ubi de Helena dicit: *ἢ τοὺς θυλάκους τοὺς ποικίλους Περὶ τοῖν σκελοῖν ἰδοῦσα, καὶ τὸν χρύσεον Κλοιὸν φοροῦντα περὶ μέσον τὸν αὐχένα Ἐξεπτοήθη, Μενέλεων ἀνθρώπιον Λῷστον λιποῦσα.* *Στολὴ* sæpissime simpliciter notat ornatum ut Æschyl. Pers. 19. Eurip. Bacch. 824. Electr. 966. ut Arnald. observavit, quem vide. *Χλίδημα* luxus, ornatus. Pro *τε* ex Marklandi

Χρυσῷ τε λαμπρὸς, βαρβάρῳ χλιδήματι,
Ἐρῶν ἐρῶσαν ᾤχετ᾽ ἐξαναρπάσας
Ἑλένην πρὸς Ἴδης βούσταθμ᾽, ἔκδημον λαβὼν
Μενέλαον. ὁ δὲ καθ᾽ Ἑλλάδ᾽ οἰστρήσας μόρῳ
Ὅρκους παλαιοὺς Τυνδάρεω μαρτύρεται,

Et auro splendens, barbarico luxu,
Amans amantem abiit abreptam vehens
Helenam in Idæ bovilia, peregre profectum nactus
Menelaum. Ille autem per Græciam æstuans ægritudine
Testatur vetus jusjurandum Tyndareo datum,

opinione posset scribi δὲ ob præcedens μὲν. Sed Clem. Alex. retinet τε. cf. infr. 600. sq. *Hopfn.*

74. χρυσῷ τε λαμπρὸς,] Scribi posset δὲ, ob præcedens μὲν; sed Clemens retinet τε. *Markl.*

76. Ἑλένην, πρὸς Ἴδης βούσταθμ᾽ ἔκδημον λαβών. Μενέλαος οὖν καθ᾽ Ἑλλάδ᾽ οἰστρήσας, &c.] Neque lingua, neque sensus recte habet. Clemens loco citato legit ἔκδημον λαβὼν Μενέλαον. unde obvium erat, ἔκδημον λαθὼν Μενέλαον· ὅς καθ᾽ Ἑλλάδ᾽, &c. *Latens peregre-profectum Menelaum: qui per Græciam, &c.* λαθὼν Μενέλαον est *clam Menelao*, ignaro Menelao, qui Cretam profectus erat. Sic λαθὼν τυράννους, Elect. 93.

Hæc scripseram. sed cum Par. Codd. A. B. C. habeant eodem sensu Μενελαον ο δε, pro ὅς, ita edidi. *Markl.*

βούσταθμ᾽] Stabulum ubi boves sunt, bovile, hinc omnino arva, ubi boves versantur. v. infr. 585. sqq. Ἔκδημον λαβὼν in regiones longe remotas abduxit. *Hopfn.*

77. οἰστρήσας μόνος] Iidem Codd. omnes pro μόνος (quod nihili est, utcumque incrustatum in Versione, *desertus a conjuge*) habent μορῳ. Latet aliquid. Proximum est πόρῳ vel πόρον, ut οἰστρήσασα, κέλευθον, eodem sensu, Æschyl. Prometh. 835. Conjici quoque potest, οἰστρήσας, τορῶς Ὅρκους παλαιοὺς, &c. *aperte, perspicue.* Vel δρόμῳ, ut Aristoph. Ὀρν. 205. θεύσονται δρόμῳ. et Ion. 1156. Quæ omnia incerta sunt. Edidi μόρῳ, MSS. lectionem, ut aliorum opinationibus sit locus. et 78. scribi *potest*, Τυνδάρεῳ, casu tertio, cum Interpretibus. vid. ad Iph. Taur. 460. *Markl.*

ὁ δὲ καθ᾽ Ἑλλάδ᾽ οἰστρήσας μόρῳ.— οἰστρήσας πόθῳ] Toupius Cur. Poster. in Theocrit. XV. 98. p. 30. *Por.*

Μενέλαον.] Ita MS. uterque et Lib. P. nec aliter habet Clemens loco citato. Ed. Ald. Μενέλαος.

ὁ δὲ] Ita MS. uterque et P. Ed. Ald. οὖν.

μόνος] MS. uterque et P. μόρῳ. Legendum, ni fallor μόγῳ. *Musg.*

μόνος] Μονωθεὶς τῆς γυναικὸς, ἢ οὗτος μόνος τοὺς ἄλλους πάντας μνηστῆρας ἐπικαλεῖ συνθήκας μαρτυρόμενος. Male Duportus in margine μένος. *Barnes.*

77. s. Μενέλαος οὖν καθ᾽ Ἑλλαδ᾽ οἰστρήσας μόνος Ὅρκους παλαιοὺς Τυνδάρεω μαρτύρεται,] Hos versus jam antiquitus corruptos fuisse Codicum dissensus indicat, qui μόνος et μόρῳ legunt. Utrumque sine sensu. Criticorum tentamina non magis placent quam Barnesii explicatio: μονωθεὶς τῆς γυναικός. Musgravio placuit, οἰστρήσας μόγῳ. Mihi non displiceret, si in Codice scriptum inveniretur:

Μενέλαος οὖν καθ᾽ Ἑλλαδ᾽ οἰστρησαμένος

Menelaus igitur Græciam pervagatur quasi œstro percitus. Verba οἰστρέω s. οἰστράω duplici significatione gaudent altera neutra, altera transitiva. Noster in Bacch. 32. αὐτὰς ἐκ δόμων οἴστρησ᾽ ἐγώ. Sophocles in Trachin. 663.

νῦν δ᾽ Ἄρης οἰστρηθεὶς
ἐξέλυσ᾽ ἐπίπονον ἁμέραν.

οἰστρησάμενος igitur idem est quod οἰστρηλατούμενος. In eadem Agamemnonis oratione v. 84. vulgatur:

κἀμὲ ΣΤΡΑΤΗΓΕΙΝ ΚΑΤΑ Μενέλεῳ χάριν
εἵλοντο σύγγονόν γε.

Ὡς χρὴ βοηθεῖν τοῖσιν ἠδικημένοις.
Τοὐντεῦθεν οὖν Ἕλληνες, αἴξαντες δορὶ,
Τεύχη λαβόντες, στενόπορ' Αὐλίδος βάθρα
Ἥκουσι τῆσδε, ναυσὶν, ἀσπίσιν θ' ὁμοῦ,
Ἵπποις τε, πολλοῖς θ' ἅρμασίν γ' ἠσκημένοι·

Quod oporteat opem ferre injuria affectis.
Hinc igitur Græci parantes navigia,
Armis correptis *in* Aulidis sedes freto vicinas
Hujus veniunt, navibus, et clypeis simul,
Ac equis, et multis curribus instructi.

ubi ni fallor legendum est:

κἀμὲ ΣΤΡΑΤΟΥ Γ' ἌΝΑΚΤΑ Μενέλεω χάριν
εἵλοντο σύγγονόν γε.

Alcest. 514. *ζαχρύσου Θρακίας πέλτης ἄναξ.* Cyclops 86. *κόπης τ' ἄνακτες σὺν στρατηλάτῃ τινι.* Reliquorum conjecturæ mihi non satis faciunt. v. 89. pro *ἀποριᾳ κεχρημένος* legendum esse: *κεχρημένοις* jam diu est quod videram. Heathius in eandem conjecturam incidit. *Jacobs.*

Μενέλαον.] Clem. Alex. punctum post λαβὼν in præc. versu omittit, et post Μενέλαον ponit. Koehlerus Marklandum sequutus nostram lectionem sine dubio falsam ait, at omnes conjecturas esse incertas. Vertit ille: *Nun raste der verlassne M.* — Si liceret; legerem λῶστος, ut miseria commotus Poëta noster eum Cyclop. 184. nominaverat. Οἰστρήσας furens amore. Infra, v. 602. ἔρωτι πτοεῖσθαι. v. quæ ibi monuimus. v. ad Trachin. v. 1254. et 653. *Hopfn.*

78. Μαρτύρεται] Provocat ad jusjurandum. Sic fere Med. 20. sq. *βοᾷ μὲν ὅρκους — ἀνακαλεῖ δὲ δεξιᾶς πίστιν μεγίστην καὶ θεοὺς μαρτύρεται.* Βοηθεῖν supra συναμύνειν. v. 62. Ἠδικημένοις. cf. vv. 62. sqq. Unum Menelaum intelligit. *Hopfn.*

79. Ὡς χρὴ βοηθεῖν] Vide jurisjurandi formam supra ad v. 58. ubi τὸ ἀμύνειν ἀδικουμένοις per omnia respondet huic Euripideo—βοηθεῖν ἠδικημένοις. *Barnes.*

80. αἴξαντες δορί,] Apud Aristot. Rhet. III. 11. male legitur ποσί. Dubito de sanitate et de Versione horum, *ruentes ad bellum.* Mallem δόρυ, si hic sit loci sensus, intellecta præposit. εἰς, utpote post participium *motus*, ut sæpissime. *Markl.*

Τοὐντεῦθεν οὖν Ἕλληνες, αἴξαντες δορί,] Markland. " Dubito de sanitate et de versione horum, ruentes ad bellum." Crotone saniora sunt vulgata. vide Aristophan. Lysistr. 1153. *Por.*

ἀΐξαντες ποσὶ,] Ita citatur ab Aristotele Rhetoric. III. c. 11. Ed. Ald. et MS. ἀΐξαντες δορί. Legendum, ni fallor: ἄρσαντες δόρη, *apparantes* vel *instruentes navigia.* Sic νῆ' ἄρσας ἐρέτῃσιν, Hom. Odyss. α'. 280. ἄρσετε νῆα, Apollon. Rhod. II. 1064. δόρη pro δόρατα, ut Rhes. 274. δόρυ autem *navim* significare ostendet Cyclop. 15. 19. *Musg.*

ἀΐξαντες] Ita quidem scribendum; sed legendum, quasi esset αἴξαντες, τρισυλλάβως. Vide similia exempla Phœniss. v. 1394. et 1398. et 1474. et Suppl. v. 1065. *Barnes.*

Koehlerus præfert Marklandi δόρυ, et confert Electr. 844. εὐθὺς ἦξαν εἰς δόρυ. *Die erzürnten Griechen greifen sofort zu den Waffen.* Malo reddere: ad bellum prorumpebant, statim bellum parabant. Quid enim tum esset τεύχη (arma) λαβ. nonne id ipsum? Βάθρα στενόπορα (εἰς) regiones, sedes angustæ. De v. βάθρον vid. ad Cyclop. 351. H. l. Αὐλίδα, supra autem, v. 14. Αὖλιν. Ὁμοῦ sæpe pro σύν v. Excell. Kuinœl. ad Œd. Tyr. v. 4. ἠσκημένοι, ornati, instructi. εἵλοντο στρατηγεῖν eligerunt me ut dux essem. σύγγονον, alibi ὅμαιμον, ἀδελφὸν, *tanquam* f. ἀξίωμα, dignitas (ducis,) imperium. *Hopfn.*

83. Ἵπποις τε, πολλοῖς θ' ἅρμασίν γ' ἠσκημένοι.] Simplicius videretur, Ἵπποις τε πολλοῖς, ἅρμασίν τ' ἠσκημένοι. et eo tendunt Codd. Par. qui omittunt γ'. Ἵπποις πολλοῖς, ut Phœniss. 111. Et ita Reiskius. ἵππων τ' ὄχλον, v. 191. *Markl.*

Κἀμὲ στρατηγεῖν, κᾆτα Μενέλεω χάριν,
Εἵλοντο, σύγγονόν γε. τἀξίωμα δὲ
Ἄλλος τις ὤφελ' ἀντ' ἐμοῦ λαβεῖν τόδε.
Ἠθροισμένου δὲ καὶ ξυνεστῶτος στρατοῦ,
Ἥμεσθ', ἀπλοίᾳ χρώμενοι, κατ' Αὐλίδα.
Κάλχας δ' ὁ μάντις ἀπορίᾳ κεχρημένοις

Et me summam belli administrare, Menelai gratia,
Elegerunt, fratrem *ipsius*. Dignitatem vero
Hanc utinam aliquis alius nactus esset pro me.
Collecto autem, et congregato exercitu,
Sedemus, cum non possimus navigare, in Aulide.
Calchas vero vates nesciis quid ageremus,

84. Κἀμὲ στρατηγεῖν, κᾆτα Μενέλεω χάριν, Εἵλοντο,] Sensui et metro satisfaceret, Κἀμὲ στρατηγήσοντα, Μενέλεω, &c. ut Herodian. VII. 23. τὸν υἱὸν αὐτοῦ, στρατηγήσοντα δὴ τοῦ πλήθους, εἵλοντο. Vel, στρατηλατοῦντα, quod verius puto. Ceteræ Conjecturæ, κάρτα, δῆτα, ἀλλὰ, πᾶσι, pro κᾆτα, omnes sunt æque incertæ. Sensus loci est satis perspicuus. *Markl.*

Turbat sententiam vox κᾆτα. Lego:

κἀμὲ στρατηγεῖν τἄκρα, Μενέλεω χάριν,
εἵλοντο.

Et me ad summam belli administrandam elegerunt. στρατηγεῖν τὰ ἄκρα, ut συνεστρατήγει τῷ πατρὶ τὴν κάθοδον, Strabo, p. 259. D. στρατηγεῖν τὸν ἐν χερσὶ πόλεμον. Id. p. 291. C. στρατήγησαι τὸν πόλεμον τοῖς Λακεδαιμονίοις, Id. p. 362. B. *Musg.*

Reiskius legi jubet κατὰ, *secundum gratiam*, i. e. *in gratiam Menelai* (ε secundum in Μενέλεω producitur necessitate metri, et quia nomen proprium, in quibus talia licent, aut, si cui durius hoc videatur, πᾶσι pro κατὰ legi posse putat. Denique Heathius conjicit κάρτα (*præcipue*) pro κᾆτα. Reiskius præterea dubitat, sitne servanda vulgata an σύγγονόν τε legendum, *mihi et fratri meo detulerunt imperium.* Posteriori favere ait, v. 175. sq. *Hopfn.*

85. Respexit Eustathius ad Homer. p. 57. B. 185. ed. Rom. ubi monet, Achæos Agamemnonem regem elegisse. *Hopfn.*

87. Ἠθροισμένου δὲ] Forte scripsit γὰρ, non δέ. *Musg.*

δὲ] Marklando placet γάρ. *Musg.*

ἀθροίζεσθαι] Colligi, se congregare. Sequens συνεστῶτος eodem redit, cum jam omnes adsint. *Hopfn.*

88. κατ' Αὐλίδα.] Semel alibi, nisi fallor, (Iph. Taur. 26.) inveneris hanc Terminationem Αὐλίδα in Euripide. Quin et ibi Metrum ferret Αὖλιν. *Markl.*

Αὐλίδα.] Supra autem ad v. 14. Αὖλιν, ut Θέτιδα, Θέτιν, Θέμιδα, Θέμιν, Κύπριδα, Κύπριν. *Barnes.*

88. ss. ἀπλοίᾳ χρώμενοι,] Cum non possimus ex hoc loco navigare, cum adverso vento utamur, unde addit ἥμεσθα hæremus. Hoc Noster Iph. Taur. v. 15. sic expressit: Δεινῆς δ' ἀπλοίας, πνευμάτων τ' οὐ τυγχάνων. Αὐλίδα ut supra v. 81. Calchas μάντις vel ex Homero pueris notus. Ἀπορίᾳ κεχρημένος incertus animi quid esset agendum, boni nobis ea in re consuleret. Koehlerus vertit *weil wir keinen Entschluss fassen kœnnen*, quasi legisset κεχρημένοις, (sc. Græcis) et vere sic Heathius emendat. Comma quoque, quod vulgo est ante ἀνεῖλεν, (respondit) delevit Heathius et vertit: *Calchas vero vates nobis præ consilii inopia cum consulentibus responsum reddidit.* Hesychius: ἀνεῖλεν· ἔχρησεν. v. Arn. et Albert. ad h. gl. Denique Reiskius emendat ἐμπύροις (v. ad 59.) κεχρημένοις, *consultis per ignes rerum sortibus.* ἣν ἔσπειρ' ἐγὼ perquam commode, pro quo alibi φιτύειν, φυτεύειν de patre dicitur. Plura de his v. supra ad v. 29. Notat hic Barnesius, ita quidem Agamemnonem putasse, se nempe Iphigeniæ patrem fuisse, nonnullos tamen statuere, illam non ex Clytæmnestra sed ex Helena, nec ab Agamemnone sed a Theseo genitam; ut

Ἀνεῖλεν, Ἰφιγένειαν, ἣν ἔσπειρ' ἐγὼ,
Ἀρτέμιδι θῦσαι, τῇ τόδ' οἰκούσῃ πέδον,
Καὶ πλοῦν τ' ἔσεσθαι, καὶ κατασκαφὰς Φρυγῶν,
Θύσασι· μὴ θύσασι δ', οὐκ εἶναι τάδε.
Κλύων δ' ἐγὼ ταῦτ', ὀρθίῳ κηρύγματι
Ταλθύβιον εἶπον πάντ' ἀφιέναι στρατὸν,

Respondit: Iphigeniam, quam genui ego,
Mactandam Dianæ habitanti hoc solum:
Et futuram simul navigationem et eversionem Phrygum,
Mactantibus *Iphigeniam*, at non mactantibus non fore hæc.
Hæc autem audiens ego, claro præconio
Jussi Talthybium dimittere totum exercitum,

Euphorion Chalcidensis, Alexander Pleuronius et Stesichorus Himeræus. v. Pausan. Corinth. fol. 65. lin. 10. Antonin. Liberal. Metamm. c. 27. οἰκούσῃ hic sedem fixam habet, colitur, hujus terræ tutelaris est Dea. καὶ — tunc nos feliciter navigaturos, vento secundo usuros esse et felici quoque successu eversuros esse P. κατασκαφὰς (vid. supra, v. 64.) Ambo MSS. Musgravii κατασφαγάς. Ego vero malo cum Marklando e v. 64, 535, 1379. vulgatum tueri θύσασι si eam mactaremus, hac lege, sin vero non. — εἶναι pro ἔσεσθαι, *vel* ea locum non habere. *Hopfn.*

89. ἀπορίᾳ κεχρημένος, Ἀνεῖλεν. Κεχρημένοις Ἀνεῖλεν, certum puto. Et ita Heathius. Vid. Æschyl. Agamemn. 208. Ultimæ vocum syllabæ, præcipue ad finem versuum, depravationi sunt maxime obnoxiæ. Exempla aliquot posui ad finem Fabulæ. *Markl.*

Κάλχας δ' ὁ μάντις ἀπορίᾳ κεχρημένοις Ἀνεῖλεν -- κεχρημένῳ Hemsterhusius ad Callimach. H. in Dian. 69. Sed alterum recte editur. *Por.*

κεχρημένος] Emendat Hemsterhusius, vir summus, κεχρημένῳ, Not. ad Callimach. Hymn. in Dian. v. 69. Lenius et, ni fallor, melius quoque Heathius, κεχρημένοις, sc. Græcis. confer v. 93. *Musg.*

Κάλχας δ' &c.] Apud Æschylum (Agam. 210.) Atridæ audito hoc vatis jussu tam vehementer commoventur, ut sceptris terram pulsent atque lacrymas fundant. Tunc major natu durum esse ait Diis non obedire, durum etiam filiam occidere, sed tamen facinus audet. Vid. infra ad v. 1257.

Delendum Comma post κεχρημένοις. *Hopfn.*

90. Ἰφιγένειαν, ἣν ἔσπειρ' ἐγὼ,] Ita quidem putabat Agamemnon, se nempe Iphigeniæ patrem fuisse; nonnulli tamen statuunt, illam non ex Clytæmnestra, sed ex Helena, nec ab Agamemnone, sed a Theseo, genitam; ut Euphorion Chalcidensis, Alexander Pleuronius, et Stesichorus Himeræus. Vide Pausan. Corinth. fol. 65. lin. 10. Idem testatur Antoninus Liberalis Metam. c. 27. Vide infra ad v. 1608. *Barnes.*

Hes. Ἀνεῖλεν· ἔχρησεν, ubi cf. Arn. et Ald. *Beck.*

92. κατασκαφὰς Φρυγῶν,] Vid. v. 64. 535. 1379. Codd. tamen omnes Par. κατασφαγὰς. *Markl.*

κατασκαφὰς] Ambo MSS. κατασφαγάς. *Musg.*

94—114. Jussi per Talth. omnem exercitum discedere, eum dimisi — ὀρθίῳ κηρύγματι solenni præconio — quippe nunquam passurus, permissurus — οὐ δή, donec s. ubi, quo tempore. δεινὰ — tam crudele factum patris erga filiam, quatenus eam Dianæ sacrificare cogitaverat. κἂν (καὶ ἐν) δ. πτυχαῖς, epistola ut infr. 112. Iph. Taur. 760. pro quo διαπτυχαὶ δ. 727. ὡς γαμ. tanquam sponsam, uxorem futuram, ut eam duceret uxorem. Scilicet hic tantum prætextus erat quo facilius eam mitteret ut ipse statim addit v. 104. sq. Pro πέμπειν Markl. mavult στέλλειν, quia ἔπεμψα præcessit. Laudat v. 119. 362. Soph. Philoct. 499. Œd. Col. 392. Ἐκγαυρούμενος, laudibus celebrabam dignitatem merita, τἀνδρὸς, Achillis. λέγων litteris (γράφων) s. prætexens

Ὡς οὔποτ' ἂν τλὰς θυγατέρα κτανεῖν ἐμήν.
Οὗ δή μ' ἀδελφὸς, πάντα προσφέρων λόγον,
Ἔπεισε τλῆναι δεινά. κἀν δέλτου πτυχαῖς
Γράψας, ἔπεμψα πρὸς δάμαρτα τὴν ἐμὴν,
Πέμπειν Ἀχιλλεῖ θυγατέρ' ὡς γαμουμένην,
Τό τ' ἀξίωμα τἀνδρὸς ἐκγαυρούμενος,
Ξυμπλεῖν τ' Ἀχαιοῖς οὕνεκ' οὐ θέλοι λέγων,
Εἰ μὴ παρ' ἡμῶν εἶσιν εἰς Φθίαν λέχος.
Πειθὼ γὰρ εἶχον τήνδε πρὸς δάμαρτ' ἐμὴν,
Ψευδῆ ξυνάψας ἀντὶ παρθένου γάμον.

Ut nunquam meam filiam occidere sustenturus.
Donec tandem me frater, omne admovens argumentum,
Persuasit sustinere atrocia: et in epistolæ plicis
Scribens misi ad meam uxorem,
Ut mittat filiam tanquam nupturam Achilli,
Et amplificans dignitatem viri,
Et dicens, quod non velit navigare cum Achivis,
Nisi a nobis veniat connubium in Phthiam.
Hanc enim persuasionem habui ad conjugem meam,
Falsas prætexens de puella nuptias.

— τοὔνεκ' Barnesius in margine οὕνεκ' quod ego cum Musgravio et Markland. (ob Eren. Philon. V. τοὔνεκα ed. Valck. præfero. Eum nolle — nisi — εἶσιν veniat a nobis connubium (λέχος et λέκτρον est *uxor*, ut lectus Propert. II. 5.) in Phtiam (Achillis patriam) i. e. nisi filia tanquam ejus nupta s. uxor futura Phtiam veniret. Cod. B. habet εἰς Τροίαν. Πείθω (de quo v. Intpp. ad 1 Cor. ii. init.) εἶχον πρὸς, sic persuadere studui uxori, hoc habebam persuadendi argumentum. ἀντὶ παρθένου. Si liceret, legerem ἀρτὶ παρθ. vel τὸν τῆς π. Reiskius ἀντιπαρθένου (*propemodum virginis*) Heath. denique ἀρτιπαρθένου conjicit, *jam modo adolescentulæ virginis*. Tales ut idem observat apud Æschyl. S. C. T. 339. appellantur ἀρτίτροποι, ut et in Pers. ἀρτιζύγια *mariti nuptiis recens juncti*. ὡς ἔχει ut se hæc res habet. Ἔγνων h. l. decrevi, ut alibi sæpius v. Viger. p. 226. Αὖθις μεταγράφω rursus revoco, retracto coll. v. 37. δέλτον, ut supra 98. quod v. 37. (coll. 35.) vocabatur γράμματα. De conjunctione vv. αὖθις πάλιν v. Viger. p. 428. et Suid. v. αὖθις. Sic Alcest. 189. Supra v. 38. ὀπίσω. εἰσεῖδες pro simplici v. λύοντα participia loco genitivorum. v. nos a Œdip. Colon. 397. λύειν ut supra v. 37 sed ibidem pro nostro συνδεῖν colligere claudere, erat σφραγίζειν. Κατ' εὐφρόνης σκι άν. Phœnn. 739. legitur εὐφρόνης κνέφας *Umbra noctis* pro nocte umbrosa s. opa ca. Quæ forma loquendi nec Hebræi ignota est. Nox autem εὐφρόνη dr. a εὐφρονεῖν (bene sapiendo) ut jam Stiblinu monuit. v. Proverb. in nocte consilium ἃ κέκευθε, quæ in hac epistola laten scripta. λόγῳ φρ. verbis (*mündlich*) tib enarrabo, detegam. πιστὸς, v. supra v 45. *Hopfn.*

95. ἔπω pro κελεύω ut Hecub. 552 Iph. Taur. 85. *Hopfn.*

100. Πέμπειν Ἀχιλλεῖ] Mallem, si qui
Πεμπειν
Cod. MS. daret, Στέλλειν Ἀχιλλεῖ. quo elegantius videretur, quia præcessit ἔπεμψα. vid. v. 119. 362. Sophocl. Philoct 499. Œdip. Colon. 302. *Markl.*

102. τοὔνεκ' οὐ θέλοι] Barnesius οὕνεκ recte. Vide Eranium Philonem edit. Valckenær. v. τοὔνεκα. *Markl.*

Μόνοι δ' Ἀχαιῶν ἴσμεν ὡς ἔχει τάδε,
Κάλχας, Ὀδυσσεὺς, Μενέλεώς θ'. ἃ δ' οὐ καλῶς
Ἔγνων τότ', αὖθις μεταγράφω καλῶς πάλιν
Εἰς τήνδε δέλτον, ἣν κατ' εὐφρόνης σκιὰν
Λύοντα, καὶ ξυνδοῦντά μ' εἰσεῖδες, γέρον.
Ἀλλ', εἶα, χώρει, τάσδ' ἐπιστολὰς λαβὼν,
Πρὸς Ἄργος. ἃ δὲ κέκευθε δέλτος ἐν πτυχαῖς,
Λόγῳ φράσω σοι πάντα τἀγγεγραμμένα·
Πιστὸς γὰρ ἀλόχῳ, τοῖς τ' ἐμοῖς δόμοισιν εἶ.
ΠΡ. Λέγε, καὶ σήμαιν', ἵνα καὶ γλώσσῃ

Soli vero ex Græcis scimus, quomodo se habeant hæc,
Calchas, Ulysses, et Menelaus. Sed quæ non rectè
Tunc decrevi, rursus rescribo recte
In has tabellas literis, quas in umbra noctis
Solventem et colligentem vidisti me, senex.
Sed eja vade, accipiens hanc epistolam,
Ad Argos. Sed quæ occultat epistola in plicis,
Verbis exponam tibi omnia, quæ in *ea sunt* scripta:
Es enim fidelis conjugi et meæ familiæ.
Sen. Dic et significa, ut lingua quoque

τοὔνεκ'] Barnesius in margine οὕνεκ', quod procul dubio verum. *Musg.*

103. εἰς Φθίαν] Cod. B. εις Τροιαν. Nil muta. λέχος et λέκτρον est *uxor:* unde *lectus* Poëtis Latinis. *Felix Admeti conjux*, et lectus *Ulyxis:* Propertius II. 5. i. e. *Penelope. Markl.*

105. ἀντὶ παρθένου] Opinor ἀμφὶ παρθένου, *de virgine*, ut v. 1347. Conjicitur ἀντιπαρθένου, una voce; et ἀρτιπαρθένου, *jam modo adultæ virginis.* Neutram harum vocum scio, neque invenire possum. *Markl.*

ἀντὶ παρθένου] Reiskius ἀντιπαρθένου, quod esset *propemodum virginis.* Lego ἀμφὶ παρθένου, ut sic in constructione ordinentur: πειθὼ γὰρ εἶχον τήνδε πρὸς δάμαρτ' ἐμὴν ἀμφὶ παρθένου, ψευδῆ συνάψας γάμον. *Musg.*

Heath. conjicit ἀρτιπαρθένου, *jam modo adolescentulæ virginis.* Tales ap. Æschyl. S. C. T. 339. appellantur ἀρτίτροποι, ut et in Pers. 542. ἀρτιζύγια, *mariti nuptiis recens juncti. Beck.*

109. κατ' εὐφρόνης σκίαν] Codd. A. B. κατ' ευφρονην. Quis non videt unde hoc venerit? *Markl.*

115. Λέγε καὶ σήμαιν', ἵνα καὶ γλώσσῃ Σύντονα τοῖς σοῖς γράμμασιν αὐδῶ.] Hi duo anapæsti poni debuerunt post δόμοισιν εἶ, v. 114. Et ita Reiskius. Xenophon Cyropæd. lib. iv. ἀναγνῶναι δέ σοι, ἔφη, καὶ ἃ ἐπιστέλλω, βούλομαι, ἵνα εἰδὼς αὐτὰ, ὁμολογῇς, ἐάν τις σε πρὸς ταῦτα ἐρωτᾷ. *Markl.*

115--118. Assentior Reiskio, viro clarissimo, hos versus sic ordinanti:

Πρ. λέγε καὶ σήμαιν', ἵνα καὶ γλώσσῃ
σύντονα τοῖς σοῖς γράμμασιν αὐδῶ.
Αγ. πέμπω σοι πρὸς ταῖς πρόσθεν
δέλτοις, ὦ Λήδας ἔρνος,
μὴ στέλλειν — *Musg.*

115. s. Hi duo versus non sunt anapæstici, sed hephthemimeres spondaicæ. Alii prorsus similes in ipso hoc systemate sequuntur v. 131. s. 136. s. 143. 149. *Heath.*

115. s. σύντονον vertitur vulgo *contentum*, vehemens (Trach. 923.) a τείνειν tendere, sed h. l. est consonum (τόνος, sonus) congruum, conveniens, quam notionem in pluribus Lexicis desidero. γλώσσῃ (opp. litteris (αὐδῶ (λέγω) ne alia proferam ore,

Ξύντονα τοῖς σοῖς γράμμασιν αὐδῶ.
ΑΓ. Πέμπω σοι, πρὸς ταῖς πρόσθεν
Δέλτοις, ὦ Λήδας ἔρνος,
Μὴ στέλλειν τὰν σὰν ἶνιν πρὸς
Τὰν κολπώδη πτέρυγ' Εὐβοίας,

Consentanea tuis scriptis dicam.
Aga. Has mitto tibi præter priores
Literas, O Ledæ germen,
Ne mittas tuam filiam ad
Sinuosam alam Eubœæ,

quam tu litteris scripsisti, ne sibi invicem repugnent. *Hopfn.*

117. πρὸς τ. πρόσθεν δ. (προτέροις v. ad Cyclop. v. 201.) post, præter illas litteras quas antea miseram. *Hopfn.*

118. ἔρνος, τέκνον, θυγάτηρ. Sic quoque Soph. Œd. Col. v. 1108. Proprie quidem h. v. notat *germen* βλάστημα (Suid. φυτὸν) item κλάδον (Eurip. Cyclop. 611.) v. Hesych. Sed deinde etiam quod multis in Lexx. frustra quæras, adhibetur ut σπέρμα (Cyclop. p. 52. Soph. Tr. 304.) θάλος (pro filia Homer. Od. ζ. 157.) ὄρπυξ et στάχυς (Orpheus 213. 216.) καρπὸς, etc. Sic apud nostrum Phœn. 198. Troad. 768. legitur, neque hoc ignotum esse Hebræis qui ita v. צמח utuntur, constat. Huc refer quæ omnino de v. σπείρειν, φύειν similibusque observavi supra ad v. 90. Adde Ruhnken. V. C. ad Homer. H. in Cer. p. 9. et Ill. Harles. ad Theocrit. 7, 44. *Hopfn.*

119. Μὴ στέλλειν] Duportianus codex hic notat legendum μοὶ, sed quam misero errore, non opus, ut hic dicam. *Barnes.* ἶνις (ὁ καὶ ἡ) filius (Troad. 572.) h. l. filia. Suidas: ἶνις, νέος, υἱός. v. et Hesych. Volunt derivare ab ἴς, ἰνὸς fibra, robur, (v. Foësii Œcon. Hippocrat.) quoniam liberi quasi robur sint parentum. v. Etymol. *Hopfn.*

120. Τὰν κολπώδη πτέρυγ' Εὐβοίας, Αὖλιν ἀκλύσταν.] Brodæus: "κολπώδη πτέρυγα, σκέπασμα, *sinuosum tegmen*, id est, portum undique a ventis tutum." Sed quæro adhuc, unde Aulis, quæ erat in Bœotia, appelletur πτέρυξ (*ala*) Eubœæ? Sic enim video doctos Interpretes intellexisse, quasi vox Αὖλιν esset appositiva ad πτέρυγ' Εὐβοίας. Sed puto non ita esse: et duo loca hic, opinor, significantur, Chalcis in Eubœa, et Aulis in Bœotia: *Ne adducas tuam filiam ad Chalcidem et ad Aulidem:* quasi scriptum fuisset (et, credo, scriptum fuit) Καὖλιν ἀκλύσταν· adeo enim vicinæ erant hæ urbes, Euripo solum discretæ, ut ponte jungerentur, et quod ad *hanc* factum erat, ad *illam* factum fuisse dici posset (confer Matt. xv. 39. cum Marc. viii. 10.); sed non ideo Aulis in Bœotia recte appellari videtur *ala Eubœæ;* non magis quam Chalcis in *Eubœa* dici potuit *ala Bœotiæ.* Πτέρυξ est quicquid procurrit ultra reliquum corpus, sicut *alæ* in avibus: vide Salmasium ad Tertullian. De Pallio, p. 58, 59. et Hesychium v. Πτέρυγες et Πτερύγια. Hinc *alæ* in Exercitu dictæ putantur (Gellius xvi. 4.) *quod circum legiones dextra sinistraque, tanquam alæ in avium corporibus, locabantur.* In hujusmodi vero terræ prominentiis, sive πτέρυξι, conditas fuisse tum Chalcida in Eubœa, tum Aulin in Bœotia, certum est, quia inter eas angustissimus esset Euripus, ponte διπλέθρῳ junctus, Strabo lib. IX. p. 615. Ubicumque autem terra hoc modo in mare procurrit, *sinus* fere efficitur: inde κολπώδης πτέρυξ. Eadem Metaphora qua Chalcis hic appellatur *ala* Eubœæ, Enna dicitur *umbilicus* (ὀμφαλὸς) Siciliæ, Callimacho Hymn. in Cerer. v. 15. et Ætna Siciliæ *frons* (μέτωπον) Pindaro Pyth. I. et Salmydesso (qui sinus est in Ponto, Stephan. de Urb.) attribuitur γνάθος, *maxilla*, apud Æsch. Prometh. 725. et Cithæron mons appellatur (Phœniss. 815.) ὄμμ' Ἀρτέμιδος, *oculus Dianæ.*

Distingui potest, Αὖλιν (seu Καὖλιν ἀκλύσταν· εἰς τὰς ἄλλας Ὥρας γὰρ δὴ Παιδὸς δαίσομεν ὑμεναίους. et ita Basis Anapæstica præcedet parœmiacum. Omittit τὰς Cod. A. pro δὴ Reiskius τῆς. Male Erasmus διοίσομεν. *Markl.*

Αὖλιν ἀκλύσταν·
Εἰς τὰς ἄλλας ὥρας γὰρ δὴ
Παιδὸς δαίσομεν ὑμεναίους.
ΠΡ. Καὶ πῶς Ἀχιλεὺς λέκτρων ἀπλακὼν,
Οὐ μέγα φυσῶν θυμὸν ἐπαίρει

Et Aulidem, fluctibus non vexatam:
Nam in aliud tempus
Filiæ Hymenæos dilatos celebrabimus.
Sen. Et quomodo Achilles frustratus conjugio,
Non valde incandescens incitabit iram

πτέρυγ' Εὐβοίας, *curvaturam Eubœæ.* Strabo: *συνάπτει δὲ* [Εὔβοια] *τῇ Ἠπείρῳ κατὰ Χαλκίδα μάλιστα, κυρτὴ προσπίπτουσα πρὸς τοὺς κατὰ τὴν Αὐλίδα τῆς Βοιωτίας τόπους, καὶ ποιοῦσα τὸν Εὔριπον*, p. 445. Ed. Par. Recte docet Marklandus, *alam Eubœæ* de Aulide non dici; quare copulam in proximo versu deesse. Legit igitur Κα̣ὖλιν ἀκλύσταν. Malim Αὖλιν ἀκλύσταν τ'. ἀκλύσταν interpretor: *tranquillam, non agitatam.* Incertus in Antholog. p. 123. *ἀκλύστων ἐκτὸς ἄγειν λιμένων.* Plutarchus *λεῖον δὲ καὶ ἄκλυστον στόμα* de ostio fluvii. vit. Mar. p. 756. Ed. Steph. Idem Op. Mor. p. 2071. *ποταμοί τινες ἄκλαυστοι καὶ λεῖοι.* ubi legendum pariter *ἄκλυστοι.* *Musg.*

122. Pro δὴ Reisk. legit τῆς. *Beck.*

123. *δαίσομεν ὑμεναίους.*] Sic *ἔδαισαν γάμους*, v. 707. *δαίσεις γάμους*, v. 720. *Musg.*

δαίσομεν] Legitur et *διοίσομεν*. Sed *δαίσομεν* longe præfero, quod Homericum est, Iliad. τ'. v. 299. *Δαίσειν δὲ γάμον μετὰ Μυρμιδόνεσσι.* Quin hujus Fab. v. 707. idem occurrit. *Ἐνταῦθ' ἔδαισαν Πηλέως γάμους θεοί.* et v. 720. *Κἄπειτα δαίσεις τοὺς γάμους ἐσύστερον.* Item pro *convivio excipio*, ut Orest. v. 15. *Ἔδαισε δ' οὖν νιν τέκν' ἀποκτείνας Ἀτρεύς.* Non bene itaque Erasmus legebat *διοίσομεν*, et exposuit *siquidem tædas virginis aliud Nunc in tempus producemus.* Quum rectius sic esset vertendum: *siquidem tædæ virginis alio tempore sunt celebrandæ.* Allusum autem ad *δαῖτας γαμηλίους*, de qua re vide *Αὐλικοκάτοπτρον*, sive Estheram nostram, ad v. 411. — *Δαῖτα δ' ἔπειθ' ἅμα πᾶσιν ἐφώπλισεν ἡγεμόνεσσιν, Ἐσθῆρος τὴν δαῖτα γαμήλιον· ἀλλὰ καὶ ἔμπης Δασμόν τ' ἐξαφίει πάνδημον, δῶρά τ' ὄπασσεν, Οἷα χρὴ βασιλῆα χερείοσιν ἀνδράσι δοῦναι.* *Barnes.*

δαίσομεν ὑμεναίους.] Erasmus legit *διοίσομεν* et vertit: *siquidem tædas virginis aliud nunc in tempus producemus.* Scilicet hic erat mos in nuptiis Veterum de quo videas velim Nostri Helen. 731. Hesiod. Scut. Herc. 275. Homer. Il. σ. v. 490. Ego nostrum *δαίσομεν* longe præfero lectioni Erasmi laudatæ, quippe solemnior et difficilior quoque ista forma loquendi, ac prorsus Homerica est, ut jam notavit Barnesius. Nimirum *δαίειν τινα* est: convivio aliquem excipere (Orest. 15.) epulum alicui præbere. (Herod. L. I.) Unde *δαίειν γάμον* (Il. τ. 299. Od. α'. 226. δ. 3.) vel *γάμους* infr. 707. 720.) celebrare nuptias. cf. Athen. Deipnos. V. 1. et Pollux. Sed h. l. *ὑμεναίους. ὑμέναιος* Deus nuptiarum, item cantus nuptialis ac nuptiæ ipsæ. Sic quoque Plural. *ὑμέναιοι* sunt nuptiales cantus et nuptiæ ipsæ sæpius apud Nostrum. *Hopfn.*

124. *καὶ πῶς Ἀχιλεὺς λέκτρ' ἀμπλακών.*] Ad sensum scribi potuit, *Ἀχιλεὺς εἰ λέκτρ' ἤμπλακεν·* sed verius videtur, *Ἀχιλεὺς λέκτρ' ἀμπλακέων·* Et sic Heathius. *λέκτρα* est *κατὰ λέκτρα.* Et ita in Alcest. 247. *Ὃς ἀρίστης ἀμπλακέων ἀλόχου*, ubi nunc vulgo legitur *ἀμπλακών.* Aldina habet *Ἀχιλεὺς*, hic, et v. 128. *Markl.*

λέκτρ' ἀμπλακὼν,] Legendum *λέκτρων ἀμπλακών.*] Primam enim corripere potest *ἀμπλακών.* Æschyl. Eumen. v. 937.

τὰ γὰρ ἐκ προτέρων ἀμπλακήματα νίν.

vid. etiam Alcest. v. 247. Neque hoc unicum est exemplum vocalis ante μτ correptæ. Leonidas Antholog. p. 412. Lib. VI.

εὐκαμπὲς ἄγκιστρον καὶ δούρατα δουλιχόεντα—

Noster Hecub. v. 453.

φασὶν Ἀπιδανόν. Stroph.

Σοὶ, σῇ τ' ἀλόχῳ;
ΑΓ. Τόδε καὶ δεινόν. ΠΡ. Σήμαιν' ὅ τι φής.
ΑΓ. Ὄνομ' οὐκ ἔργον παρέχων Ἀχιλεὺς,
Οὐκ οἶδε γάμους οὐδ' ὅ τι πράσσομεν,
Οὐδ' ὅτι κείνῳ παῖδ' ἐπεφήμισα,

Adversus te, et tuam conjugem?
Aga. Hoc etiam est incommodum. *Sen.* Expone, quid velis.
Aga. Nomen, non rem, præbens Achilles,
Haud novit nuptias, neque quid agamus,
Neque quod illi filiam promiserim

Χρυσίαν ἄμπυκα. Antistr.

Idem ante μφ obtinet. Aristoph. Equit. v. 803.

καὶ χίδρα φαγὼν ἀναθαῤῥήσῃ, καὶ στεμφύλων εἰς λόγον ἔλθῃ. *Musg.*

Ἀχιλλεὺς λέκτρ' ἀμπλακὼν] Alias Ἀχιλεὺς λέκτρων, &c. ita Scaliger. *Barnes.*

124—132. Ἀχιλλεύς,] Sic ed. Barnes. ego cum Heathio, ut constet metrum, lego Ἀχιλεὺς, et eadem de causa cum eodem viro docto ἀμπλακέων. Prius quoque est in ed. Ald. hic, et v. 128. ubi quoque cum Heathio et Marklando reponendum censeo Ἀχιλεύς. Marklandus adhuc observat, scribi quoque potuisse ad sensum Ἀχιλεύς εἰ λέκτρ' ἤμπλακεν. λέκτρα, subint. κατὰ — privatus, frustratus conjugio. Nam λέκτρον ut λέχος (Pindar. Pyth. Θ. 63.) quod de lecto nuptiali proprie usurpari constat, omnino pro nuptiis ipsis s. conjugio adhiberi solet. Sic supra v. 103. et κοίτη Trachin. Sophocl. 17. Ἀμπλακεῖν ut ἁμαρτάνειν aberrare a scopo, spe sua frustrari. Sic Soph. Antig. 554. et 910. vid. Alcest. 248. et nos ad Soph. Trachin. 120. Koehlerus V. C. hoc responsum senis valde censet esse inopinatum, quippe qui jam e sermonibus regis scire potuerit, Achillem ignorare omnem rem. Musgravius rescribit φυσῶν, quod ego quoque recepi. φυσάω, (et φυσσάω, ut in Lexx. producitur) pr. inflo, flatu distendo, v. c. tibiam, κόχλους (Iph. Taur. 303. coll. Theocrit. 22, 77.) et efflo, (Soph. Aj. 918.) inde i. q. πνέω spiro v. c. δεινὰ (infr. 381.) effero animo, superbio, insolens sum, incandesco. v. Hesych. h. v. ἐπαίρειν incitare (animum, iram) efferre. Reisk. leg. ἐπαρεῖ—ἄλοχος, 114. supra v. 99. δάμαρ. Δεινὸν, quidquid in suo genere est grave, v. Kühn. ad Ælian. V. H. init. h. l. periculosum, ut Cyclop. 195. et 281. Hoc inceptum cum periculo conjunctum est. φῄς dicere vis, s. quid cogitas. Sic Koehlerus. *Hopfn.*

125. Leg. ἐπαρεῖ Θυμόν. Vulgo Θυμὸν ἐπαίρει. *Por.*

Caret auctore φυσσῶν, quod habet Aldina. Rescripsi igitur φυσῶν. *Musg.*

127. Ita distinguendus, Τόδε καὶ δεινόν· σήμαιν' ὅ τι φής. *Markl.*

Hujus versus initium Agamemnoni tribuendum est, finis vero Seni:

Αγ. τόδε καὶ δεινόν. Πρ. σήμαιν', ὅ, τι φῄς.

Agam. *Hoc quoque dirum est.* Senex. *Clarius, quod dicis, explica.* *Musg.*

Forte, τῇ τε παιδὶ δεινόν: redit enim postremum vocabulum ad præcedens θυμόν. *Reisk.*

128. Ὄνομ' οὐκ ἔργον] Non ipsa res vera est, non vere nuptiæ fiunt, sed nomine ejus tantum usus sum. Vid. v. 105. coll. 100. *Agiebt blos seinen Nahmen dazu her.* Ἀχιλλεὺς, ed. Barnes. Sed vide supra ad v. 124. Ἐπέφησα, *ich habe zugesagt.* *Hopfn.*

130. παῖδ' ἐπέφησα,] Sensus, lingua, et metrum poscunt ἐπεφήμισα, ut v. 1356. ubi Achilles dicit, Ἣν ἐφήμισεν πατήρ μοι, *Quam pater mihi nuncupaverat.* φατίζειν hoc vocat v. 135. 936. προσειπεῖν πόσιν τινί. Iphig. Taur. 370. ἐκλήθης πόσις infra hac Fab. v. 908. ad Achillem: quod est *maritus nuncupatus* Apuleio Milesiar. IV. κατονομάζειν Hesychius v. Τάλις· ἡ μελλόγαμος παρθένος, καὶ κατωνομασμένη τινί. Lucianus in libello *Prometheus es in verbis*, p. 13. τὸν σοφώτατον τῶν Τιτάνων ἐπιφημίζεις αὐτοῖς. *sapientissimi istius Titanum* (i. e. Promethei) *nomine appellas eos*, sc. sermones. Ex qua locutione dis-

Νυμφείους εἰς ἀγκώνων
Εὐνὰς ἐνδώσειν λέκτροις.
ΠΡ. Δεινά γε τολμᾷς, 'Αγάμεμνον ἄναξ.
Οὕτω τῷ Θεᾶς σὴν παῖδ' ἄλοχον
Φατίσας, ἦγες σφάγιον Δαναοῖς;

Nuptialia in ulnarum
Vincula me daturum lectis.
Sen. Atrocia certe audes, rex Agamemnon.
Qui Deæ *Thetidis* filio tuam filiam sponsam
Dicens, ducebas victimam pro Danais.

cimus quid sit ἐπιφημίζειν τὴν παῖδα (vel θυγατέρα) τινὶ, nempe, futuri *mariti nomine eam appellare* et distinguere, ita ut post hanc patris nuncupationem, illa non amplius Iphigenia *simpliciter*, sed Achillis Iphigenia ab omnibus vocetur: quod est, opinor, Hesychii, κατωνομασμένη τινὶ, *denominata alicui*, ἡ ὀνομασθεῖσά τινι Suidæ, τῇ λεχθείσῃ δάμαρτι σῇ, v. 904. Τὸ ὄνομα τὸ σὸν κεκλήσθω ἐφ' ἡμᾶς, dicunt Fœminæ ad Virum, Esai. iv. 1. Vide Plutarchum in Gracch. p. 825. D. E. et Demetr. p. 912. A. Hunc morem respicit Penelope apud Ovidium Heroïd. I. 83. *tua sum*, TUA DICAR *oportet:* PENELOPE CONJUX *semper* ULIXIS *ero:* quæ est plena locutio, *Penelope Ulixis conjux.* Ejusdem formæ est Hectoris Andromache apud Virgilium: et sic Marcia, petit a Catone Lucan. II. 343. ut sibi *liceat tumulo scripsisse*, CATONIS MARCIA, ita ἡ Κλεισθένεος 'Αγαρίστη, Herod. VI. 31. et probabiliter Μαρία ἡ τοῦ Κλωπᾶ, Joan. xix. 25. Hujusmodi ἐπιφημισμένας *coronari* solitas esse discimus ex v. 905. vide Paschalium De Coron. II. 16. De mediis syllabis verborum passim omissis consule virum doctissimum Jac. Phil. Dorvillium in penu Critica ad Chariton. Aphrodis. lib. viii. p. 693. et ignosce longitudini hujus et præcedentis Notæ in v. 120. in quo genere, non frequenter peccaturus sum. *Markl.*

ἐπέφησα,] Legendum ἐπεφήμισα. Sic infra v. 1356.

ἥν ἐφήμισεν πατὴρ μοὶ —

Polyb. παρθένον. τῷ βασιλεῖ κατωνομασμένην. p. 388. B. vid. etiam v. 134. *Musg.*

ἐπέφησα] 'Εφῆκα Hesych. et Phavorinus. An potius legendum ἐπένευσα; Hoc certe Homericum est, illud monstrum vocabuli; nisi ab ἐπίφημι deducas, certe ἔφησα legitur in Aor. α. Vide in Orestæ Argumento et Athenæum l. XIII. c. 2. fol. 565. &c. *Barnes.*

Vulgatum ἐπέφησα tuetur Abresch. ad Æschyl. I. p. 376. vertitque, *promisi.* *Beck.*

In hoc systemate, quod inter legitima anapæstica reputandum non est, quia plures intermiscentur hephthemimeres spondaicæ, ultimæ syllabæ τὸ ἀδιάφορον retinetur. *Heath.*

131. Nimis vicina sunt sensu εὐνὰς et λέκτροις. An legendum:

νυμφείους εἰς ἀγκώνων
ζευγλὰς ἐνδώσειν λέκτροις.

Oppian. Halieut. IV. 156. ζευγλῇσιν ὑπ' εὐναίης' 'Αφροδίτης. *Musg.*

Hic νύμφειος adjectivum eodem sensu accipitur, quo νυμφίδιος in Med. 995. et Apollon. Rhod. I. 1031. nuptiarum conciliatrix vel præses. Cf. v. 831. hujus dramatis. Vid. Pierson. ad Moer. p. 269.

ἀγκὼν pr. locus, ubi ossa componuntur seque curvant, cubitus, hinc omnino complexus, ut in illo Generos. Stolbergii *führ dich in deines Jünglings Arm* cet. Εὔνη cubile et coitus (v. supra ad v. 124.) Hæc omnia circumscribunt ideam *connubii.* *Hopfn.*

132. ἐνδώσειν λέκτροις.] Scribo ἐκδώσειν, proprium vocabulum in hac re; exempla ubique sunt; multa in hoc dramate. *Markl.*

ἐκδώσειν] Quod ut in hac re solemne in textum recepi. *Hopfn.*

133. Δεινά γε τολμᾷς,] Vel γ' ἐτόλμας, quia loquitur de *priore* consilio Agamemnonis, ut φάτισας, et ἦγες. *Markl.*

ΑΓ. Οἴ μοι, γνώμας ἐξέσταν·
Αἶ, αἶ. πίπτω δ' εἰς ἄταν.
'Αλλ' ἴθ', ἐρέσσων σὸν πόδα, γήρᾳ
Μηδὲν ὑπείκων. ΠΡ. Σπεύδω, βασιλεῦ.
ΑΓ. Μὴ νῦν, μήτ' ἀλσώδεις ἵζου

Aga. Hei mihi, mente excidi.
Heu, heu. Incido enim in calamitatem.
Sed vade agitans tuum pedem, senectæ
Nihil cedens. *Sen.* Propero, rex.
Aga. Ne nunc, ne nemoribus cinctos consideas *juxta*

134. ὅς τῷ τῆς Θεᾶς] Codices, Aldina, et Vett. Editt. pro Ὅς τῷ habent Οὕτω. Lego, Οὕτω (vel Οὕτως) τῷ Θεᾶς, &c. cum Interrog. post Δαναοῖς; Τῷ vero, ante Θεᾶς, omnino necessarium est. τὴν in Ed. Barn. pro σὴν operarum est, opinor. v. 137. pro πίπτω (quod in ed. Barnes.) legi potest πίπτον, i. e. ἔπιπτον. *Markl.*

ὅς τῷ] Ita Lib. P. ut jam auctore Cantero editum est. Ed. Ald. οὕτω. *Musg.*

τῷ subint. υἱῷ, quod tralatitium est. Achilles Thetidis filius (Homer. Il. α'. 280. Hesiod. Theog. 1006.) quem fugiat? *Hopfn.*

135. Δαναοῖς *pro* Græcis, i. e. in eorum commodum, ut navigare possint, vel etiam *ad* Græcos ducebas s. potius ducere volebas. Σφάγιον h. l. i. q. θυσία, ἱερεῖον, victima. Alibi quoque pro σφαγεῖῳ, vase quo sanguis victimæ excipitur, (Cyclop. v. 394.) adhiberi solet. ἄγειν (de quo v. Viger. p. 218. s.) alibi θέσθαι σφ. Hecub. 108. 118. 305. it. κομίζειν infr. 1200. Iph. Taur. 211. ἄλοχον sc. futuram, ergo sponsam φατίσας fingens, prætendens. Sic infr. 936. Soph. Œd. Col. 139. Ajac. 715. Suidas: φατίζει, λέγει. Γνώμας ἐξέσταν, Orest. 1020. et Bacch. 355. 838. additur φρενῶν. ἐξιστάναι extra se esse positum, dr. de vehementi animi commotione, cum quis sui non amplius conscius est. Latini dicunt: *discedere a se* vel *a mente,* (Cic. de divinat. L. 2.) *excidere mente. Hopfn.*

137. ἄτη, damnum, infortunium. v. nos ad Soph. Trach. p. 164. *Hopfn.*

139. ἐρέσσων πόδα, paulo post σπεύδειν. ἐρέσσειν pr. remigare, hinc v. c. πτεροῖς, volare (Iph. Taur. 289.) atque omnino κινεῖν, movere, et plerumque, ut puto, ideam contentionis magnæ involvit. Sed h. l. ut et alibi interdum transitive adhibitum legimus, additur enim hic πόδα, i. e. gradi, celeriter ire. *Hopfn.*

140. Σπεύδω,] Cod. B. σπευσω: frequenti commutatione literarum δ et σ. *Markl.*

Μηδὲν ὑπείκ.] Quoniam senes tardi esse solent, et, quod Marklandus addit, senex supra (v. 4.) questus fuerat, se somnolentum esse. Supera infirmitatem senectuti propriam. *Hopfn.*

141. Μὴ νῦν, μήτ'.] Mallem, Μή νυν, μήτ', &c. ut νυν sit encliticum, *igitur. Markl.*

κρῆναι ἀλσώδεις fontes in nemoribus, ideoque opaci, epitheton fontium satis usitatum. Unde *fons umbrosus,* Ovid. Ep. 21, 177. ἄλσος enim quod infr. legitur vv. 185. 1544. 1548. est locus arboribus consitus, aquam habens, diisque sacratus, *lucus,* inde quivis alius locus sacer etiamsi arboribus non consitus. v. Hesych. et nos ad Soph. Œd. Col. 10. ἵζου· κάθισον. v. Hesych. *Hopfn.*

142. μήθ' ὕπνῳ θελχθῇς.] Hoc dicit Agamemnon, quia questus erat Senex (v. 4.) se *somnolentum* esse. *Markl.*

θέλγειν demulcere, μαλάσσειν, τέρπειν, ἀπατᾶν Hesych. et Suidas interpretantur propriam h. v. vim τὸ ἄγειν (τινὰ) εἰς ὃ θέλει (τις). Sic ut h. l. legitur, invenies quoque Rhes. 555. ubi ὕπνος dicitur θέλγειν ἕδραν ὄμματος, fere ut in illo *somnum suadebit inire* (Virg. Bucol. I. 56.) Vid. de h. v. θέλγειν quæ monuimus ad Soph. Trach. 355. *Hopfn.*

143. Εὔφημα θρόει.] *Bona verba, quæso!* Quare ita respondet Senex? Quia vox ὕπνῳ terruit eum, utpote *infausta* et *mali ominis.* Nam *Somnus* et *Mors* Fratres ex-

Κρήνας, μήθ' ὕπνῳ θελχθῇς.
ΠΡ. Εὔφημα θρόει.
ΑΓ. Πάντῃ δὲ πόρον σχιστὸν ἀμείβων,
Λεῦσσε, φυλάσσων μή τίς σε λάθῃ,
Τροχάλοισιν ὄχοις παραμειψαμένη,

Fontes, neque demulcearis somno.
Sen. Bona verba, quæso.
Aga. Ubique vero præteriens biviam viam,
Vide, observans ne forte te lateat
Velocibus rotis prætervecta,

istimabantur: Pausanias Laconic. p. 195. unde *Mors* χάλκεος ὕπνος Homero, *ferreus somnus*, Virgilio. Ὕπνῳ καὶ θανάτῳ διδυμάοσιν· et alibi, Ὕπνῳ κασιγνήτῳ θανάτοιο. Vide Plutarch. Consol. ad Apollonium, p. 107. et Val. Flaccum VIII. 74. Plautus Amphit. l. I. 42. *hic pugnis faciet hodie ut* DORMIAM. et mox, *Quid si ego illum tractim tangam ut* DORMIAT? i. e. moriatur, εὐφήμως: non enim dicere amabant *mortuus est*, sed *dormit*. Poëta apud Stobæum, Tit. CXX. Πᾶς γὰρ λέγει τις, ὁ μακαρίτης οἴχεται, Κατέδαρθεν εὐδαίμων· *abiit beatus iste*, OBDORMIVIT *felix*. Hinc *Nox* quoque inter δύσφημα, notante Strabone lib. iii. p. 222. Nox enim *Mater* erat *Mortis* et *Somni*, Hesiod. Theogon. 211. *Nutrix*, Pausan. Eliac. prior. p. 321. *Markl.*

εὔφημα θρόει.] (λέγε v. ad Trach. 188.) De v. εὔφημος et derivatis ibid. 178. et Indic. it. Œd. Col. 132. Exemplis Marklando allatis Adde Hesiod. Theog. 758. et *Herder Zerstreuete Blætter*, P. 2. Ep. 2. Hinc sæpe ὕπνος et Lat. *dormire* dicuntur de morte. vid. nos ad Soph. Trachin. p. 193. sq. Scilicet verba nonnulla apud Veteres Græcos ominosa erant, quæ ὄτται, κληδόνες et φῆμαι (*voces*, Cic. de divin. L. 1.) nominantur, et vel aliquid *boni* vel *mali* indicare videbantur, (κακαὶ ὄτται, δυσφημίαι, unde βλασφημεῖν et φθέγγεσθαι βλασφημίαν, talia verba proferre (Ion. 1189.) Plauto (Asinar. 2, 2, 18. Stich. 5, 4, 52.) *obscævare*, (sic enim legendum esse pro obscœnare, jam alii recte viderunt,) atque Horatio (Od. III. 14.) *verba male ominata*, talia evitare Græcis est εὐφημεῖν. Kochlerus hæc verba ita intellexit: *bono esto animo*. De propria ac solenni h. v. notione v. Spanheim. ad Callimach. T. II. p. 58. sq. et 676. *Hopfn.*

144—146. Πάντῃ, πανταχοῦ, ut Orest. 1288.—ἀμείβειν pr. mutare, sed interdum etiam præterire, prætervehi, ut apud Apollonium (quo quidem sensu Passivum ἀμείβεσθαι (Xenoph. Cyrop. V.) et παραμείβεσθαι paulo post legitur,) item exire, ut Electr. 750. Suidas: παραμείψας, παραλλάξας. παραλλάττειν autem est i. q. παρέρχεσθαι, v. Suid. in v. παραλλάττουσιν et παράλλαξον. — πόρος transitus, via, iter. Suidas per ὁδὸς, τρίβος vertit. — σχιστὸς fissus, h. l. de via est, uno voc. *bivium*. In Sophoclis Œd. Col. v. 1592. κέλευθος dr. πολύσχιστος, quæ in multas partes dividitur, i. e. ubi plures sunt viæ. Eurip. Phœn. 38. legitur ὁδὸς σχιστή. *Hopfn.*

145. μή τι σε λάθῃ, &c.] Lege, ex Metro et Sensu, μή τις σε λάθῃ, sc. ἀπήνη, quod sequitur. vid. Iph. Taur. 67. Aristoph. Ὀρν. 1191. *Markl.*

μή τι.] Legendum cum margine Barnesianæ μή τοι. Marklando placet μή τις. *Musg.*

λεῦσσε, βλέπε. v. Suid. in v. λεύσσετε. μή τοι, in marg. Barnes. quemadmodum Heathius. —παραμειψαμένη, v. ad v. 144. *Hopfn.*

146. τροχάλοισιν ὄχοις.] Cod. A. τροχαλοις οχοις. Voluit forte, Τροχάλοις ἐν ὄχοις. *Markl.*

146. s. ὄχος, τὸ ἅρμα. Suid. v. Schol. Sophocl. Œd. Tyr. 808. Apud eundem Suid. in v. ὄχοις (ex Sophoclis Electra 727.) deest interpretatio.—τρόχαλος rotundus, qui volvitur ut rota, hinc idea *celeritatis* h. v. inest. Denique ἀπήνη vehiculum, quod mulæ trahebant, antiquissimis temporibus usitatum atque honestum. v. Homer. Od. ζ'. 57. quem ad-

Παῖδα κομίζουσ' ἐνθάδ' ἀπήνῃ
Δαναῶν πρὸς ναῦς.
ΠΡ. Ἔσται τάδε. ΑΓ. Κλῄθρων δ' ἐξόρμα.
Ἢν γάρ νιν πομπαῖς ἀντήσῃς,

Filiam *meam* portans huc rheda,
Danaorum ad naves.
Sen. Fiet. *Aga.* Ex portis igitur ocyus exi:
Nam si ejus comitatui occurras,

das velim citatis a Spanhemio de Usu et Pr. Numism. diss. 8. qui plura de ea re notavit. *Hopfn.*

149. Ἔσται. ΑΓ. κλῄθρων, &c.] Cod. B. Εσται ταδε. ΑΓ. κληθρων εξορμᾶ. Codex C. Εσται ταδε. Multo frequentius Ἔσται τάδε. unde forte hic scribendum: Ἔσται τάδε. ΑΓ. Κλῄθρων ὅρμα, intellecta præpositione ἐκ. *Markl.*

Ἔσται τάδε.] Ita MS. G. et Lib. P. Vulgo deest τάδε. *Musg.*

Ἔσται τάδε.] Hoc τάδε vulgo deest. Sed in MS. G. et Lib. P. legitur. Sic quoque Musgravius et Marklandus, hic tamen pro ἐξόρμα corrigit ὅρμα, intellecta præpos. ἐκ. ἐξορμᾷν, ut supra ἀΐσσειν, v. 8. et 12. celeritatem innuit — κλῇθρον et κλήιθρον septum, claustrum, fores. Sic Hippolyt. 576. ubi Schol. per πύλας vertit, coll. 574. Unde ibid. 808. χαλᾷν κλῇθρα pro ἀνοίγειν θύρας, (v. Schol. l. l. et ad Soph. Œd. T. 1262.) *Hopfn*

150. Ἢν γάρ νιν πομπαῖς ἀντήσαις,] Opinor νιν ἀντήσαις non esse Græcum, quia docent Veteres, νιν esse Accusativum, non Dativum. Potuit scripsisse σφὶν, *illis:* sc. Iphigeniæ et comitatui ejus. Πομπαῖς, *missu* meo, hac missione. Idem est ἀποστολαῖς, Phœn. 1058. πομπαῖς Εὐρυσθέως, *missu* Eurysthei, Herc. Fur. 580. De adventu Clytæmnestræ, nihil suspicatus est Agamemnon. Legi quoque potest νῦν pro νιν, et, πομπαῖς regi ab ἀντήσῃς. Πομπαῖς tunc erit Ἰφιγενείᾳ πεμπομένῃ.

ἀντήσας.] Ald. ἀντήσας. Vel ex Sono conjeceram ἀντήσῃς. et ita clare exhibent Codd. A. B. *Markl.*

ἀντήσῃς.] Ita ambo MSS. et Lib. P. Vulgo ἀντήσαις. Accusativum verbo huic subjectum vide Soph. Antig. v. 992. *Musg.*

In vet. ed. est ἀντήσας, unde Reiskius conjicit vitium esse in πομπαῖς; et legendum aut, ἢν γάρ νίν που ἴδῃς ἀντήσας, aut ἢν γάρ νίν που βλέψῃς ἀντήσας. πομπὴ alibi missio, legatio, comitatus. Sophocli (Trachin. 226.) στόλος. *Hopfn.*

151. Πάλιν ἐξορμάσεις τοὺς χαλινούς,] Corruptum existimo ἐξορμάσεις: certus sum τοὺς χαλινοὺς ita esse. Conjecturæ omnes (ὁρμάσεις τοῖσδε vel τούς γε χαλινοὺς) incertæ sunt: sensus loci satis certus est. De vocibus ἐξόρμα, v. 149. et ἐξορμάσεις hoc loco, vide Cl. Grævium ad Lucian. Solœcist. p. 741. Secunda in χαλινοὺς semper est longa. *Markl.*

Legendum puto, ut constet metrum:

πάλιν ἐξορμάσεις τε χαλινούς.

Retro flectes illico fræna. δὲ et τὲ a Poëtis nonnunquam pro αὐτίκα, *illico*, nonnunquam etiam pro τότε δὴ *tum vero* usurpantur. Hom. Il. XII. v. 715.

ἀλλ' ὅτε πᾶν πεδίον μετεκίαθον ἄμμι Δ' Ἀθήνη
ἄγγελος ἦλθε —

XX. v. 448.

ἀλλ' ὅτε δὴ τὸ τέταρτον ἐπέσσυτο, δαίμονι ἶσος,
δεινὰ Δ' ὁμοκλήσας ἔπεα πτερόεντα προσηύδα.

Odyss. XVII. v. 274.

εἰ δέ μ' ἀτιμήσουσι δόμον κάτα, σὸν ΔΕ φίλον κῆρ
τετλάτω — —

Hesiod. Theogon. v. 784.

καί ῥ' ὅστις ψεύδηται ὀλύμπια δώματ' ἐχόντων,
Ζεὺς ΔΕ' ΤΕ Ἶριν ἔπεμψε — —

Orpheus Argonaut. v. 648.

ἀλλ' ὅτε πρὸς μεσάτην ἠῶ φέρεν ὠκέας ἵππους
ἠέλιος, κραιπνὸς Δ' ἐξ οὔρεος ἔπνεεν οὖρος.

Soph. Trachin. v. 780.

Πάλιν ἐξορμάσεις τοὺς χαλινοὺς,
Ἐπὶ Κυκλώπων ἱεὶς θυμέλας.
ΠΡ. Πιστὸς δὲ, φράσας τάδε, πῶς ἔσομαι,
Λέγε, παιδὶ σέθεν, τῇ σῇ τ' ἀλόχῳ;

Retro flectes fræna illico,
Mittens ad Cyclopum atria.
Sen. Quomodo autem fidem consequar dicens hæc
Apud filiam tuam et tuam conjugem? dic.

ὅπως δὲ σεμνῶν ὀργίων ἐδαίετο
φλὸξ αἱματηρὰ, κἀπὸ πιείρας δρυὸς
ἱδρῶτ' ἀνίει χρωτὶ, ΚΑΙ προσπτύσσετο
χιτὼν ἅπαν κατ' ἄρθρον —

Addo Virgilium Georg. I. v. 203.

— Si brachia forte remisit,

Atque *illum in princeps prono rapit alveus amni.*

De quo loco vide A. Gellium X. c. 29. *Musg.*

Πάλιν — τε χαλινοὺς,] Sic legendum puto cum Musgravio pro τοὺς χαλινοὺς, quod Barnesius habet. Sic quoque καὶ, (pro αὐτίκα, illico,) nisi abundat, celeritatem actionis indicat Ion. 1199. Heraclid. 174. Virgil. Georg. I. 203. coll. Gell. 10, 29. — χαλινὸς primam semper corripit, penultimam semper producit. Ut constet itaque metrum, legi posse videtur Heathio πάλιν ἐξορμάσεις γε χαλινούς. *Hopfn.*

152. Κυκλώπων] Architecti hi fuere, qui Prœtum ex Asia reducem comitati sunt: vid. Strabon. p. 373. Ed. Paris. Inter alia opera, quibus Græciam ornarunt, Mycenarum mœnia fuere, prout testantur Pausanias, p. 232. l. 39. et Hesychius in Κυκλώπων ἕδος.

θυμέλας.] Atria. vid. ad Electr. v. 713. *Musg.*

Κυκλώπων θυμέλας] Θυμέλη non tantum βωμὸν significat, sed et ἱερὸν ἔδαφος, ut Hesychius exponit: ita vero Poëta vocat Argos et Mycenas, urbes Peloponnesi, quod earum urbium mœnia a Cyclopibus fuerint exstructa. Hinc Hesych. Κυκλώπων ἕδος, ἐπειδὴ Κύκλωπες ἐτείχισαν τὰς Μυκήνας. Et Eurip. in Electra v. 1158. Κυκλώπειά τ' οὐράνια τείχη. et Hercul. Fur. v. 15. Ἀργεῖα τείχη καὶ Κυκλωπείαν πόλιν, et hujus Fab. v. 534. τείχεσιν Κυκλωπίοις. et v. 1501. Κυκλωπίων πόνον χερῶν. Orestæ demum v. 955. γᾶ Κυκλωπία. (in quem locum vide Scholiasten.) de his urbibus. Huc refer illud Plinii Hist. Nat. L. VII. c. 56. Turres (murorum), ut Aristoteles, Cyclopes; Tirynthii, ut Theophrastus. Et Mycenæ dicuntur Τιρύνθιον Ἄργος, ut Hesychio observatum. Idem denique exponit Τιρύνθιον πλίνθευμα ἀντὶ τοῦ τὸ τεῖχος, ὑπὸ Κυκλώπων δὲ κατεσκεύαστο. Recte itaque Joh. Brodæus exponit Κυκλώπων θυμέλας, Mycenas Cyclopum opus. Vide Eustathium in Iliad. β. ad v. 559. (Οἳ δ' Ἄργος τ' εἶχον, Τίρυνθά τε τειχιόεσσαν.) Τὴν δὲ Τίρυνθα τειχιόεσσαν λέγει, διὰ τὸ εὖ τετειχίσθαι. Δοκεῖ δέ φασιν ὑπὸ Κυκλώπων τειχισθῆναι τῶν κατὰ Ἄργος, &c. — [Eustath. fol. 286. lin. 20.] *Barnes.*

ἐπὶ cum accus. h. l. *versus*, ut Matth. xii. 49. Luc. iii. 2. Θυμέλη a v. θύειν, est ara, (v. Suid.) ara excelsa, ad quam per gradus adscenditur, podiis seclusa a vulgi aditu, sacris peragendis destinata. Musgravius ad Electr. 713. collatis locis Tragicorum statuit, h. v. primario sensu esse atrium amplum et magnificum, partim in regum divitumque ædibus, partim in templis Deorum. De postremo hoc genere adhibetur Eurip. Suppl. 73. Ion. 46. 114. et 128. Pratinæ apud Athenæum, p. 617. Altera notio (ejus ex sententia) unice convenit Æschyl. Suppl. 677. et h. nostro loco. Vertit idem V. D. h. l. *atria*. Obiter hic moneamus, in Indice Editionis Euripidis Lipsiensis h. v. pro Ion. corrigendum esse Iph. A. nam ad hunc ipsum locum nostrum illud pertinet. Cæterum de h. v. cf. Polluc. IV. 123. et Timæi Lex. Plat. p. 144. it. Vitruv. Archit. IV. 8. — Barnes. et Koehlerus reddunt *mœnia*. Cyclopes fuerunt architecti, qui Prœtum ex Asia reducem comitati sunt. Cf. Electr. 1158. Herc. Fur. 15. infra 534. 1501. atque Orest. 955. ubi v. Schol. it. Plin. Hist. Nat. L. VII. 56. Mycenæ olim regni caput, et regia Aga-

ΑΓ. Σφραγῖδα φύλασσ', ἣν ἐπὶ δέλτῳ
Τῆδε κομίζεις.
Ἴθι. λευκαίνει τόδε φῶς ἤδη
Λάμπουσ' ἠὼς,
Πῦρ τε τεθρίππων τῶν ἀελίου.
Ξύλλαβε μόχθων.
Θνητῶν δ' ὄλβιος εἰς τέλος οὐδεὶς,

Aga. Serva sigillum, quod supra literas
Has portas.
Vade; jam enim albescit lucem hanc
Aurora accendens,
Et ignis curruum Solis:
Adjuva *me in his* laboribus.
Nemo enim mortalium *est* ad finem usque beatus,

memnonis a poëtis celebrata. v. Virgil. Æn. VI. 838. *Hopfn.*

155. ss. πιστός, cui fides habetur. — σφραγῖδα, de hoc et cæteris vv. vid. supra Τῆδε v. 58. Solent nimirum Græci etiam post relativum, iterum antecedens vel synonymum aliquid ponere. Duo exempla attulit Bentleius ad Callimach. Epigr. 44. Aliud ex Homero Il. V. 424. attulit Musgravius ad Andromach. 648. ubi pro τήνδ' frustra e conjectura Barnesius reponit τῇδ', quod nec Heathio displicet l. l. *Hopfn.*

156. Τῆδε] Cod. B. τηνδε. correctum hoc modo, τηνδε (η suprascripto). Suprascripta lectio plerumque verior est et correctior, (quod semel monuisse sufficiat) nisi sit Explicatio. Vide Iphig. Taur. 1380. *Markl.*

Τῆδ'] MS. G. τήνδ', quod defendi potest ex licentia, de qua disseruimus ad Androm. v. 648. *Musg.*

157. λευκαίνει,] Λευκὸν ποιεῖ. *Hopfn.*

158. Λάμπουσ'] Active exponi potest, ut Hel. v. 1131. δόλιον ἀστέρα λάμψας. *Musg.*

159. τέθριππον, ἐκ τεσσάρων ἵππων ἅρμα. Alibi τέθριππος adjective adjunctum habet ὄχος, (v. c. Hippol. 1224. Troad. 849.) vel τέθριππον ἅρμα (Suppl. 511.) et plur. ἅρματα τεθρ. Phœn. 1578. Sed omitti substantivum ἅρμα, patet ex Alcest. 440. Suppl. 937. Cæterum constat, soli currum *tribui.* Vulgo, ut luna, *bigis* equorum vectus sol. proponitur a poëtis, ut Schol. Soph. Ajac. 685. monent, qui eosdem equos λάμποντα et φαέθοντα appellant. Sed *quadrigas* quoque passim ei adscribi nemo nescit. vid. Phœn. ibique Schol. et Valckenar. Unde illa apud Nostrum, τεθρίππου ὄντος ἡλίου δι' αἰθέρα, Archel. fr. 2, 5. ἅρματα τεθρίππων λαμπρὰ, Ion. 82. item ὦ τέθριππον ἡλίου σέλας, Electr. 866. Quod ibi erat σέλας, h. l. est πῦρ. Phœn. l. l. leguntur hæc: ἥλιε, θοαῖς ἵπποισιν εἱλίσσων φλόγα. Ibique hæc quadrijugum equorum nomina afferuntur, Χρόνος, Αἴθω, (Αἴθων) Ἀστραπὴ, Βροντὴ, aliter quam apud Ovid. Metamm. II. 153. cf. Hygin. fab. 183. ibique Muncker. Plura habet de hac re Spanhem. ad Callim. T. II. p. 434. τόδε φῶς diem, l. cœlum. σύλλαβε, βοήθησον. μόχθος dicitur de labore graviori, periculoso, viresque debilitante, et plus esse videtur quam πόνος, de quo plura disputavi ad Cyclop. p. 4. Hoc loco est ærumna, sollicitudo animi, cura anxia — Eleva curas. — Jam discedit senex, atque Agamemnon solus gravissimam illam sententiam profert, quam omnis antiquitas sæpe celebravit, atque inprimis Sophocles et Noster in dramatibus egregie lectoribus inculcare solent. *Hopfn.*

161. Θνητῶν δ' ὄλβιος εἰς τέλος οὐδεὶς,] Vide Sophocl. Œdip. Tyran. v. 1534. ad v. 1536. Eund. Trachin. v. 1. ad v. 5. Et Eurip. Androm. v. 100. Et Supplic. v. 270. Et Horatius dixit — *Nihil est ab omni parte beatum.* Idem fere Hercul. Furens, v. 103. Οἵ τ' εὐτυχοῦντες διὰ τέλους οὐκ εὐτυχεῖς. *Barnes.*

Οὐδ' εὐδαίμων·
Οὔπω γὰρ ἔφυ τις ἄλυπος.

ΧΟΡΟΣ.

Ἔμολον ἀμφὶ παρακτίαν στροφὴ α'.
Ψάμαθον Αὐλίδος ἐναλίας,
Εὐρίπου διὰ χευμάτων

Neque felix:
Nullus enim adhuc natus est omnis doloris expers.

CHORUS.

Veni ad littoralem
Arenam maritimæ Aulidis,
Per fluctus Euripi

De discrimine inter ὄλβος et πλοῦτος v. Ammon. Thom. Mag. Eustath. ad Il. *ω*. p. 1502. et *γ*. p. 304. 8. cf. Etymol. et Hesych. inprimisque Æschyl. Pers. 161. ὄλβιος, πλούσιος, εὐδαίμων, μακάριος. (Suid.) unde ὀλβίζειν apud Suidam μακαρίζειν — τέλος sc. βίου. Herc. Fur. 103. οἵ τ' εὐτυχοῦντες. διὰ τέλους οὐκ εὐτυχεῖς. Sic Jupiter dr. Æschyl. Suppl. 534. Brodæus: *summe* beatus. ἄλυπος, Pindar. Pyth. III. 153. αἰὼν ἀσφαλής. Conferas velim cum his illud Sophocleum (Œd. Tyr. 1529.) ὥστε θνητὸν ὄντ', ἐκείνην τὴν τελευταίαν ἰδεῖν ἡμέραν ἐπισκοποῦντα, μηδὲν, ὀλβίζειν, πρὶν ἂν τέρμα τοῦ βίου περάσῃ, μηδὲν ἀλγεινὸν παθών. Sic in ejusdem Trachin. initio. Vid. supra ad v. 29. sqq. Recurrit quoque in mentem divinum illud Pindari carmen Pythicum tertium, Ant. V. 186. sq. ἄλλοτε δ' ἀλλοῖαι πνοαὶ ὑψιπετᾶν ἀνέμων — ὄλβος οὐκ ἐς μακρὸν ἀνδρῶν ἔρχεται. item Pyth. ultimum v. 49. s. εἰ δέ τις ὄλβος ἐν ἀνθρώποισιν, ἄνευ καμάτου οὐ φαίνεται. atque ibid. V. 71. πόνων δ' οὔ τις ἀποκλαρός ἐστιν, οὔτ' ἔσεται. Nunc Agamemnon abire cogitandus est. *Hopfn.*

164. Chorus in scenam prodit, atque accuratam nobis loci apparatusque bellici Græcorum descriptionem exhibet. Est autem hic Chorus, ut jam Stiblinus monuit, extra argumenti rationem, ac veluti epistolii loco habendus, ne langueret theatrum, donec ad jurgium senex Menelaus et postea Agamemnon veniant, ubi prima pars epitaseos gliscere incipit. *) Cæterum observa artificiosas in hac descriptione hypotyposes rerum, personarum et locorum. Prevostus in Theatro Græcorum T. VII. 123. observat hæc: *On seroit tenté de croire, que le poëte a présenté à l' esprit une galerie de tableaux*; *et il pouvoit en effet y avoir à Athénes quelque monument public, dont ces situations fussent empruntées.* Conferri autem hic debet Homerus Il. *β*. inprimis inde a v. 494. sqq. qui inscribuntur: Βοιωτία, i. e. Catalogus navium, (a Bœotiis, qui agmen ducunt, sic dictus,) in quem Apollodorus duodecim volumina scripsisse fertur, quæ tamen temporum culpa interciderunt. V. et Strabon. Geogr. I. Macrob. Saturnal. V. 15. Dionys. Halicarn. περὶ συνθέσεως, §. 16. Thucydid. L. I. 10. coll. *Pope Observations on the Catalogue*, P. I. Riccii Diss. Homer. 20. et Virgil. Æn. VII. 641. sqq. ubi multa cum arte Homerum est imitatus.

Jam Chorus describit locum unde, et ad quem venerit. ἔμολον (ἦλθον) ἀμφὶ (πρός.) ψάμαθος et ψάμμαθος, illud rectius, alibi ψάμμος, arena, deinde ipsum littus, ut Sophocl. Ajac. 1064. Suidas: ψάμμαθος, pro quo rectius ab aliis scribi ψάμαθος jam Kusterus ad h. l. notavit, παραθαλάσσιος ἄμμος. Ἀμαθὸς γὰρ, ἡ μεσόγειος. *Hopfn.*

* Omnino eum, qui de Choro Veterum Tragicorum plura legere volet, relegamus ad dissertationes singulares Exc. Heeren et Cl. Ilgen, quæ hanc rem uberius tractarunt. *Hopfn.*

Κέλσασα, στενόπορθμον
Χαλκίδα, πόλιν ἐμὰν, προλιποῦ-
σ', ἀγχιάλων ὑδάτων τροφὸν
Τᾶς κλεινᾶς Ἀρεθούσας,

Navigans, angusto trajectu
Chalcidem, urbem meam relinquens
Altricem aquarum vicinarum mari,
Inclytæ Arethusæ:

165. Aulis dicitur ἐνάλια, maritima, nam ἐνάλιον est, quod ἐν ἁλὶ in mari vel ad mare jacet. Suidas reddit per θαλάσσιος. Legitur Cyclop. 317. *Hopfn.*

166. χεῦμα, ῥεῦμα ὕδατος, Suid. — De Euripo v. supra v. 11. *Hopfn.*

167. στενόπορθμον] Vocis νεοθαλεῖ, quæ huic in antistropha respondet, penultima brevis est Ion. 112. unde hic scribendum forte, στενόπορον Χαλκίδα, ut v. 1496. Αὐλίδος στενοπόροις ὅρμοις, i. e. Αὐλίδος στενοπόρου. vid. et Iph. Taur. 890. *Markl.*

στενόπορθμον] Legendum metri gratia στενόπορον, ut infra v. 1496. Vitiosa porro interpunctio, et sic emendanda est:

Κέλσασα, στενόπορον
Χαλκίδα πόλιν ἐμὰν προλιποῦσ' — *Musg.*

κέλλω, κέλσω i. q. προσορμάομαι, προσεγγίζω, in terram venio, ut Soph. Trach. 804. Alias i. q. moveo (monente Eustathio ad Homerum) atque celeriter curro στενόπορον, sic metri causa lego cum Musgravio, atque infra v. 1496. ὅρμοὶ Αὐλίδος vocantur quoque στενόποροι. Adde supra v. 81. ubi στενόπορα Aulidis βάθρα occurrebant. στενόπορος autem est locus, ubi angusta est via. Quia vocis νεοθαλεῖ in antistropha penultima syllaba brevis est (v. Ion. 112.) etiam Marklandus στενόπορον scribit pro vulgari στενόπορθμον, quod est in editione Barnesiana. Porro vulgo interpungitur post Χαλκίδα, sed vitiosam esse hanc interpunctionem jam vidit Heathius, qui ita distinguit, ut ego in textu Græco feci, quem sequitur Musgravius, commate post κέλσασα posito. De Chalcide v. quæ supra notavimus ad v. 11. — πόλιν sc. patriam. *Hopfn.*

168. Χαλκίδα,] Chalcis est oppidum Eubœæ, et Aulis portus et regiuncula Bœotiæ, adeo tamen sibi invicem attingunt, ut ab Euripo tantum separentur: hinc Plinius Nat. Hist. L. IV. c. 12. Eubœa et ipsa avulsa Bœotiæ tam modico interfluente Euripo, ut ponte jungatur. Vide amici mei defuncti, Nicolai Lloydii, Lexicon Geographico-poëticum in Chalcis. et quæ nos supra ad v. 11. Obiter hic vero observandum, quod cum Xylander in suo ad hanc Fabulam argumento dixerit, Chorum ex Aulidensibus mulieribus constare, hinc est corrigendus; constat enim ex Chalcidensibus mulieribus: ita enim ipse Chorus canit — Χαλκίδα, πόλιν ἐμάν· et infra v. 598. ipse Chorus de se loquens — Στῶμεν Χαλκίδος ἔκγονα θρέμματα. *Barnes.*

169. ss. ἀγχίαλος accentu in antepenultima, est i. q. θαλάσσιος, ἐγγὺς τῆς θαλάσσης. v. Suid. nam ἄγχι eodem interprete i. q. ἐγγύς. Sed ἀγχιαλὸς, est rudens, funis navis. v. Eustath. ad Homer. — De v. τρόφος plura monui ad Cyclop. v. 4. p. 6. sq. — Ἀρεθούσας, hujus meminit Schol. Homeri Od. XIV. 408. qui sub Didymi nomine notus est, et Proclus a Brodæo laudatus his verbis: καί τοι πολλαχοῦ κουφὸν μὲν ὕδωρ ἐστι, πονηρὸν δὲ, ὡς ἐν Χαλκίδι Πλούταρχος ἱστορεῖ τὸ τῆς Ἀρεθούσης. Ἀρέθουσαι δὲ (inquit) τέσσαρες, ἐν Συρακούσῃ, ἐν Σμύρνῃ, ἐν Χαλκίδι, καὶ ἐν Ἰθάκῃ. De Arethusa fonte Siciliæ v. Suid. h. v. Cic. Verr. 4, 52. Ovid. Metamorph. 573. sqq. coll. Virgil. Æn. III, 692. De nostra vid. Plin. 4, 12. Koehlerus hæc verba ita vertit: *die Arethusens berühmte Quelle ins Meer strömena wässert. Hopfn.*

170. Τᾶς κλεινᾶς Ἀρεθούσας,] Notæ in Homerum sub Didymi nomine laudatæ ad Odyss. ν'. v. 408. Ἀρέθουσαι δὲ τέσσαρες, ἐν Συρακούσῃ, ἐν Σμύρνῃ, ἐν Χαλκίδι, καὶ ἐν Ἰθάκῃ. Proclus—καίτοι πολλαχοῦ κοῦφον μὲν ὕδωρ ἐστὶ, πονηρὸν δὲ, ὡς ἐν Χαλκίδι Πλούταρχος ἱστορεῖ τὸ τῆς Ἀρεθούσης. *Brodæus.*

171. ὡς ἴδοιμ' ἄν,] Cod. A. και ιδοιμ αν. de qua re (ὡς pro καὶ) vid. in nota subsequenti. Heathius legit ὡς ἂν ἴδοιμ' ἄν, propter Antistrophen. verum puto, ὡς ἂν ἰδοίμαν, pro ἰδοίμην. *Markl.*

Ἀχαιῶν στρατιὰν ὡς ἴδοιμ᾽ ἂν,
Ἀχαιῶν τε πλάτας ναυσιπόρους
Ἡμιθέων· ὡς ἐπὶ Τροί-
αν ἐλάταις χιλιόναυσιν,

Ut videam exercitum Achivorum,
Et remos, qui naves promovent Achivorum
Juvenum: quos ad Trojam
Remis mille navium,

ὡς ἴδοιμ᾽ ἂν,] MS. E. ὡς καὶ ἴδοιμ᾽ ἄν. unde lego, metro favente, ὡς κατίδοιμ᾽ ἄν. *Musg.*

Heathius ob antistroph. reponit ὡς ἂν ἴδοιμ᾽ ἄν. Ego malui ὡς ἐσίδοιμ᾽ ἄν, ut sit antispasticus trimeter catalectus, ut jam conjecerat Struchtmeier Animadverss. Critt. p. 124. στρατιὰ dr. de exercitu, qui unius ducis imperio subest, sed differt a στρατεία, v. Suid. coll. Ammon. Photio in Timæi Lex. Platon. ed. Ruhnken. p. 171. quos ad Cyclop. 282. p. 115. sq. citavimus. *Hopfn.*

172. πλάτη est extrema et lata pars remi, remus ipse, species quædam navigii, deinde omnino navigium. v. Suid. qui per κώπη, εἶδος πλοίου et πλοῖον exponit. ναυσίπορος ubi naves possunt permeare, trajicere, navigare. Sic v. c. de fluvio dr. sed ναυσιπόρος est navigans, navi permeans, v. c. στρατὸς, Rhes. 48. Achæi vocantur ἠΐθεοὶ, ego enim malo cum Marklando et Musgravio, quibus nec Koehlerus, ut e versione patet, assensum denegat, legere ἠϊθέων pro vulgari, quod et in ed. Barnesiana legitur, ἡμιθέων, quanquam non ignoro, Hesiodum quoque ἡμιθέους nuncupare eos, qui apud Ilium naturæ concesserunt Ἑλένης ἕνεκ᾽ ἠϋκόμοιο. (Εργ. κ. ἡμερ. 159.) quem locum ante Marklandum, qui ex eo defendi vulgatum monet, jam excitaverat Brodæus ad h. l. ἠίθεος, ἠΐθεος et τρισυλλάβως ἤθεος cum iota subscripto, hoc quidem ἀττικῶς ut Eustathius observat, est is, qui nondum Venerem, expertus est, maturus quidem connubio, sed *innuptus*, vel etiam, quod rarius, *cœlebs*. Sic Plutarch. Vita Thesei, et Noster Phœnn. 959. quem Eustathius allegavit, ubi quoque monet, ἤθεον dici τὸν ἄπειρον γάμου. v. eum ad Iliad. Σ'. p. 382, 6. v. 474. et ad Od. ζ'. 63. Heathius ad Phœnn. l. l. scribit, ἤθεον non significare ὅσιον ἀπ᾽ εὐνῆς, sed γάμων ἄπειρον, quod ex exemplis a Valckenario citatis probari monet. Tu ipse illos adeas viros, atque dijudices velim. Photius in Lex. in edito: ἠΐθεος, ὁ ὥραν γάμου ἔχων καὶ μηθέπω γεγαμηκώς. Ὁμοίως δὲ καὶ ἡ ἐπίγαμος. Ex hac ultima glossa patet quoque, h. v. de *virgine* adhiberi, quod et Eustathius ad Homer. Etymologus atque Hesychius probant. Suidas: ἠΐθεος, ἄφθαρτος πρὸς γυναῖκας, allegatque in hanc rem Epigr. Antholog. L. 8. p. 604. item: καὶ ὁ ἴσος τοῖς θεοῖς. *Hopfn.*

173. ἡμιθέων.] Defenditur ex Hesiod. Op. et Dier. 159. Nihilominus, multo plura sunt quæ mihi persuadent Euripidem hoc loco scripsisse Ἠϊθέων, *juvenum*.

οὓς ἐπὶ Τροίαν] Cod. B. et Editt. antiquæ legunt ὡς pro οὓς, et Brodæus recte explicat *quoniam*. Cod. Reg. A. και επι: ut v. 171. pro ὡς, idem habet και. Hujusce mutationis ratio petatur ex Montfaucon. Palæograph. Græc. lib. V. p. 345, 346. Sic Rheso 851. pro ὡς σὺ iste Cod. habet και συ. Contra, Heracl. 683. pro καὶ μὴ, idem, ως μη. et ita alibi. Dicit Chorus: *Venimus huc a Chalcide ut videremus Exercitum et Classem Græcorum:* NAM (ὡς) *nostri mariti nobis narraverunt*, &c. *Markl.*

Ἡμιθέων·] Malim cum Marklando ἠϊθέων.

ὡς] Legendum cum Barnesiana οὓς. *Musg.*

173. ss. οὓς] Sic Barnesius, quem sequitur Musgravius. Sed ὡς, quod in ejusdem editionis Barn. margine legitur, est in Cod. B. et edd. antiquis, atque Brodæus explicat: *quoniam* in Trojam, &c. Cod. A. καὶ ἐπὶ. Sæpe sic in Codd. ὡς et καὶ permutantur. Dicit itaque Chorus: Venimus huc e Chalcide, ut videremus exercitum et classem Græcorum: *nam* (ὡς) nostri mariti nobis narraverunt, &c. Ego retineo οὓς, quod ob antecedens ὡς facile in ὡς mutari potuisse videtur. Sed Koeh-

Τὸν ξανθὸν Μενέλαον
Ἁμέτεροι πόσεις
Ἐνέπουσ', Ἀγαμέμνονά τ' εὐπατρίδαν
Στέλλειν ἐπὶ τὰν Ἑλέναν,
Ἀπ' Εὐρώτα δονακοτρόφου
Πάρις ὁ βουκόλος ἂν ἔλαβεν,
Δῶρον τᾶς Ἀφροδίτας,

Flavum Menelaum
Nostri mariti
Dicunt, et nobilem Agamemnonem,
Ducere, ad Helenam *repetendam:*
Ab Eurota arundinoso
Quam abduxit Paris pastor,
Munus Veneris:

lerus sequutus est lectionem ὡς. Si ὃς recipiamus, constructio hæc est: de quibus (Achivis) nobis narrarunt mariti, Menelaum et Agamemnonem eos ducere ad T. Helenæ repetendæ causa, et quidem mille navibus. *Hopfn.*

174. ἐλάταις χιλ. ἐλάτη proprie abies, corticosum, quod in summa palmula crescit, item hasta, cymba ex eo confecta. Idem ergo de h. v. valet quod jam alibi de v. δόρυ ad Cyclop. V, 15. notavimus. Infr. v. 1323. classis dr. ἐλάτη πομπαία. χιλιόναυς mille navibus constans s. exstructus. Sic Orest. 346. Hoc loco sine omni dubio redundat altera etymologiæ pars, quippe quæ jam in v. ἐλάταις latet, atque tantum numerus, idea multitudinis hic spectanda. Poëtæ autem, in primisque Tragici ubique pro numero incerto, rotundum usurpant. Proprie enim eorum numerus erat MCLXXXVI. Plutarchus mille ducentas statuit. At poëtæ de millenario numero consentiunt v. Androm. 106. Rhes. 262. Electr. 2. Æschyl. Agam. 45. Ovid. Metamm. 13, 182. Consilium autem hujus expeditionis bellicæ est Helena rapta repetenda, unde explanandum illud ἐπὶ v. 178. — Cyclops in dramate ejusdem nominis v. 279. sq. dicit: ἦ τῆς κακίστης οἳ μετήλθεθ' ἁρπαγὰς Ἑλένης Σκαμάνδρου γεῖτον, Ἰλίου πόλιν; πόσις, ἀνὴρ, maritus.

χιλιόναυσιν] Unde Agamemnon apud Lycophr. dr. χιλίαρχος, v. 210. in Eurip. Electr. 2. Ἄρης ναυσὶ χιλίαις et Androm. 106. ὁ χιλιόναυς ὠκὺς Ἄρης. *Hopfn.*

175. Menelaus vocatur ξανθὸς, i. e. pulcher. Hesychius vertit h. v. per καλός. Nam flavi capilli apud Veteres inter præcipuas pulchritudinis partes numerabantur. vid. nos ad Cyclop. 75. p. 40. sq. Adde Homer. H. in Cer. 315. coll. Il. ε'. 500. α'. 197. λ'. 739. Sed in eorum sententiam cedo, qui omnia ejusmodi epitheta, quod inprimis de compositis valet, ubi fieri potest, in versione accurate in linguam vernaculam transferunt, atque adeo nova vocabula germanica conficiunt, ut bene respondeant Græcis. *Hopfn.*

177. Agamemnon nominatur εὐπατρίδας, pro-quo alibi εὐγενὴς, (v. Suid.) γενναῖος, (Schol. ad Soph. Electr. 859.) et similia. Vid. ad Cyclop. 41. p. 27. sq. Schol. Sophocl. Electr. a VV. DD. laudatus, cujus tamen verba nuspiam reperire potui, hæc de h. v. notione observavit: εὐπατρίδαι παρὰ Ἀττικοῖς οἱ αὐτόχθονες, καὶ κατὰ τοῦτο περιφανεῖς· οἷον οἱ εὖ ἔχοντες ἕνεκα τῆς πατρίδος. ὥστε εἴ τις εὐπατρίδης, καὶ εὐγενής. οὐ μὴν, εἴ τις εὐγενὴς, καὶ εὐπατρίδης. Hinc illustrari potest Glossa Hesychii. Occurrit h. v. l. l. v. 162. et 859. quem modo excitavi. Infr. v. 1077. legitur quoque εὐπατρίς. *Hopfn.*

179. Ἀπ' Εὐρώτα] *Eurotas Laconiæ* flumen. Joh. Brodæus. De altero autem ejusdem nominis in Thessalia vide Androm. v. 793. *Barnes.*

Repetendum e sqq. ἂν ἔλαβε Πάρις ἀπ' Εὐρώτ. Εὐρώτας, flumen Laconiæ a Sparta decurrens, quam ab ortu præterfluit. v. Suid. h. v. Polyb. V. 22. Liv. 34, 28. Is memoratur Troad. 133. Alius Eurotas est sub Olympo, v. Sylburg. ad Pausan.

Ὅτ' ἐπὶ κρηναίαισι δρόσοις,
Ἥρᾳ Παλλάδι τ' ἔριν, ἔριν
Μορφᾶς, ἁ Κύπρις ἔσχεν.
Πολύθυτον δὲ δι' ἄλσος Ἀρ- ἀντιστροφὴ α'.
τέμιδος ἤλυθον ὀρομένα,
Φοινίσσουσα παρῆδ' ἐμὰν
Αἰσχύνᾳ νεοθαλεῖ,

Quando ad rorem fontanum,
Cum Junone et Pallade litem, litem
De forma Venus habuit.
Per nemus multorum sacrificiorum Dianæ
Veni, spectatam
Genam meam rubefaciens
Pudore juvenili,

p. 507. et Brodæi Miscellan. V. 28. Hic fluvius nominatur h. l. δονακοτρόφος qui arundines alit, i. e. ubi arundines nascuntur, magna arundinum copia est, (Ovid. Amor. III. 6, 1. *omnis arundinibus limosas obsite ripas.*) Pro quo δονακώδης legitur apud Apollonium, atque in Nostri Helen. 208. δονακόεις, item 183. δόνακι χλωρὸς, et Iphig. Taur. 400. δονακόχλους. Nam δόναξ est arundo Cypria concava et crassa apud fluvios proveniens, ut Dioscorides 1, 15. observat. v. Theophrast. Hist. Plant. 4, 12. Eustath. ad Homer. Schol. Orest. 146. hæc habet: δόναξ κάλαμος λεπτὸς ἐν τοῖς ἕλεσι φυόμενος. κ. τ. λ. *Hopfn.*

180. De judicio Paridis vide Androm. v. 284. *Barnes.*

Vid. infr. v. 1183. ss. *Hopfn.*

180. ss. Πάρις v. supra 71. ubi dr. Phrygius, ὁ κρίνας τὰς θεάς. De hac re dignus est Androm. 275. sqq. locus, qui conferatur. V. Homer. Il. γ'. 44. coll. 54. ζ. 513. γ'. 45, 48. 175. 478. Κρην. δρόσοις, δρόσοι pro ὕδωρ. Ἥρᾳ etc. subint. σύν. ἔριν ἔχειν, ἐρίζειν. μορφᾶς de pulchritudine. μορφὴ est forma externa. Reiskius conjicit ἔριν δύσεριν, *rixam, quæ finem habuit lugubrem.* Quod ad hoc præmium Veneris attinet, vide Homer. Il. ω'. 25. sqq. *Hopfn.*

182. Melius forsan legeretur, Ὅτ' ἐπὶ κρηναίαισι δρόσοις Ἥρᾳ Παλλάδι τ' ἔριν ΕΚΡΙΝΕ Μορφᾶς, ΑΝ Κύπρις ἔσχεν. Vulgo ἔριν ἔριν Μορφᾶς ἁ Κ. ἔ. *Por.*

δρόσοι, h. l. est *aqua.* *Valck.*

185. Πολύθυτον nominatur locus, ubi multæ victimæ mactantur. Ergo h. l. nemus, ubi multa sacrificia offeruntur. Ἄρτεμις Diana nuncupatur Hippolyt. 15. coll. 59. sqq. Phœbi soror et filia Jovis, atque ibidem tanquam venatrix proponitur quæ in montibus silvisque versatur, ferasque petit. Unde ἀγροτέρη dicitur Homero Il. φ'. 471. ἰοχέαιρα, Od. λ'. 171. τοξοφόρος, Il. φ'. 485. Euripidi Hippol. 166. τόξων μεδέουσα, ibid. πολύθηρος Δικτύννα coll. Ovid. V. 619. II, 441. Spanhem. Callim. h. Dian. v. 198. *Hopfn.*

186. ὁρωμέναν,] Canterus, metri, ut videtur, causa, ὀρομένα. Sed concitatus hic passus matronali verecundiæ vix convenisset. Retineo igitur ὁρωμέναν, et metro consulendum puto, legendo ἦλθον. Potest enim ἐναλίας in Stropha Amphimacri locum occupare. *Musg.*

Ὀρομένα] Ita lego cum Cantero ob versum: scriptum erat ante ὁρωμέναν. Duport. legit ὁρμωμένα, metro parum attentus: Cantero Scaliger assentit. *Barnes.*

Ego recepi ὀρομένα. ὀρομένος et per Syncop. ὄρμενος ab ὄρομαι concitor, impetu feror. Ergo *veni celeriter, citato gressu* per ἄλσος, i. e. nemus. Proprie ita vocatur quivis locus arboribus consitus, aquam habens, diisque sacratus, *lucus,* deinde et omnis locus sacer, etiamsi arboribus non consitus, ut Strabo Geograph. L. 9. monuit, v. et Schol. ad Homer. β'. 506. *Hopfn.*

187. παρηΐδ' ἐμάν] Vera scriptura est παρῆδ', ut v. 681. ubi vide Barnesium, et ad Helen. 1089. sed præcipue Dorvillium ad Chariton. p. 180. Versu præcedenti ὀρόμενα est Canteri bona restitutio, pro ὁρωμέναν. *Markl.*

Ἀσπίδος ἔρυμα, καὶ κλισίας
Ὁπλοφόρους Δαναῶν θέλου-
σ', ἵππων τ' ὄχλον ἰδέσθαι.
Κατεῖδον δὲ δύ' Αἴαντε συνέδρω,
Τὸν Οἰλέως, Τελαμῶνός τε γόνον,

Clypeatorum munimentum, et tentoria
Armifera Danaorum volens
Et equorum turmas videre.
Vidi autem duos Ajaces contubernales,
Oilei, et Telamonis filium,

φοινίσσειν a φοίνιξ, quod inter alia de rubro colore s. Phœniceo dr. (Phœnn. 1502.) est: colore inficere, h. l. rubore suffundere. παρῆϊδ' παρῆϊς, ut παρειὰ et Æol. παρηὰ it. παρήϊον, mala, gena. αἰσχύνη proprie, cum erubescimus ob turpia, unde et ignominiam notat, sed deinde i. q. αἰδὼς, pudor honestus, verecundia, ut h. l. Νεοθαλὴς (Suid. νεωστὶ βλαστήσασα,) quod nuper viruit, pullulavit, hinc *recens ortus*, (pudor recens obortus.) *Hopfn.*

189. Ἀσπίδος ἔρυμα] *Munitionem* vel *vallum clypei*, i. e. *castra clypeatorum* seu *militum*, distinctorum a *nautis*. ἀσπὶς pro ἀσπιδηφόρος, ut δόρυ pro δορυφόρος, passim. *Markl.*

ἔρυμα est munimentum, quo nos tutamur et inimicos arcemus, it. murus, vallum. φύλαγμα καὶ τεῖχος, ἀσφάλισμα. Suid. — i. q. alibi ἕρκος. Κλισία locus, ubi quis κλίνεται, recumbit. Hinc i. q. σκηνὴ tabernaculum, tentorium, item casa rustica, stabulum, et lectus. v. Suid. h. v. *Hopfn.*

191. ἵππων ὄχλον τ' ἰδέσθαι.] Scribo, ἵππων τ' ὄχλον ἰδέσθαι. vide Strophen. et ita Heathius. Andromach. 757. Herc. Fur. 971. Codd. Par. A. B. omittunt τ'. *Markl.*

ἵππων ὄχλον τ'] Optime Heathius, metri causa, ἵππων τ' ὄχλον. *Musg.*

ἵππων τ' ὄχλον] Sic ego cum Heathio metri causa, cui assensum præbet Musgravius. Vulgo ἵππων ὄχλον τ'. Etiam Struchtmeier l. l. p. 124. illud conjecerat. ὄχλος, turba hominum, alibi ὅμιλος (de turma militum ut h. l. Homer. Il. γ'. 22.) Cyclop. 100. coll. 221. Jam inde ab h. v. usque ad 205. Chorus narrat, a se visos esse duos Ajaces, Protesilaum, Palamedem, Diomedem, Merionem, Ulyssem, atque (in quo diutius commoratur, inde a v. 206.) Achillem. *Duo Ajaces* hic nominantur, quorum alter *Telamonis* filius, incolas Salaminis duodecim navibus ad Trojam duxit (Iliad. β'. 557.) fortissimus præter Achillem atque pulcherrimus. (l. l. 768. et Od. ω'. 17. Il. γ'. 225.) Frater ejus privignus (e serva natus) *Teucer* (Il. m. 371.) egregius jaculator (l. l. 363.) dicitur. Fatum et mortem hujus principis a Sophocle in dramate sub illius nomine propositam esse constat. — Alter Oilei et Eriopis, velox cursor, Locrensibus præerat in bello Trojano, eosque ad Ilium navibus quadraginta ducebat, (Il. β'. 527.) et sacrificio Agamemnonis intererat, (l. l. 406.) ejus e serva frater Medon vocatur, (Il. ν'. 694.) Euripides hos h. l. nominat συνέδρους, quia et consanguinei erant, et ubique fere simul ab Homero memorantur, ut l. l. Il. β'. 406. ubi vid. Eustath. — σύνεδρος est is, qui cum altero, in uno eodemque loco versatur, v. c. in taberna, tentorio, unde contubernalis, socius. Prior Ajax (γόνος, υἱὸς) filius Telamonis, ornatur titulo Σαλαμῖνος στέφανος, ob rationem ante laudatam. *Salamis*, portus et urbs nobilis in orientali insulæ Cypri parte sita, quæ a Teucro exstructa fertur, cum reversus ex Ilio, propter vindictam Ajacis fratris neglectam, a patre non exciperetur. Unde et *Salaminius* nuncupatur a Venusino poëta Carm. I. 15, 73. vid. et Barnes. ad Helen. 88. et 150. *Hopfn.*

192. Αἴαντε συνέδρω] Ajaces socios, (a σύνεδρος) ita vocat, quod et consanguinei erant, et semper fere simul ab Homero memorati. Vide Eustathium in Homer. Iliad. B. v. 406. *Barnes.*

194. τῆς Σαλαμῖνος στέφανον.] Libri

Τῆς Σαλαμῖνος στέφανον,
Πρωτεσίλαόν τ', ἐπὶ θάκοις
Πεσσῶν ἡδομένους μορ-
φαῖσι πολυπλόκοις,
Παλαμήδεά θ', ὃν τέκε παῖς ὁ Ποσει-

Decus Salaminis,
Et Protesilaum, in sedibus
Delectantes se tesserarum figuris
Multiplicibus:
Et Palamedem, quem genuit filius Neptuni,

Regg. A. B. τοις σαλαμινιοις. C. σαλαμινιοις. Aldina τοῖς. unde non dubium est quin vera Scriptura sit Τοῖς Σαλαμινίοις. Schema est Colophonium, ut χαλινὸν τῷ ἵππῳ, pro τοῦ ἵππου. Distinctiones mutavi ex necessitate constructionis. μινιοις in pronuntiatione duarum est tantum syllabarum. *Markl.*

τῆς Σαλαμῖνος] Ita ex Brodæi emendatione lego. Ed. Ald. τοῖς Σαλαμῖνος. Uterque MS. et Lib. P. τοῖς Σαλαμινίοις. *Musg.*

στέφανος· corona, cum sit præmium honorificum, etiam pro ornamento, quod honorem affert, adhiberi solet. Sic 1 Thessal. ii. 19. sqq. Commode autem etiam in nostra lingua corona alicujus loci nominatur, qui honorem affert, qui locum ubi versatur meritis suis celebrem reddit. Hesych. στεφανεῖ, κοσμεῖ. *Hopfn.*

195. Πρωτεσίλαόν τ' — ἡδομένους — Παλαμήδεά θ'.] Aliud Schema, nempe, Ἀλκμανικὸν, quando inter duo nomina numeri singularis, verbum vel participium plurale intervenit. vide Lesbonactem, p. 179. et Notam eruditiss. editoris Valckenærii. *Markl.*

Πρωτεσίλαόν τ',] *Protesilaus* Iphicli filius Philace oriundus, Philacenses quadraginta navibus ad Trojam duxit, sed statim adveniens a Trojano quodam occisus narratur Homero Il. β'. 695. Θάκος, τόπος (Schol. Antig. 999.) ἔνθα πολλοὶ συνήρχοντο σκεψόμενοι. v. Suid. Nam θακέω et θακεύω i. q. κάθημαι. Schol. Œd. Col. 9. interpretatur καθέδρα. Hi ergo modo nominati principes *ludebant*, hoc ita expressit, Poëta, ἡδόμενοι (paulo post κεχαρημέν. v. 200.) πολυπλόκοις Homer. Od. α'. 107. πεσσοῖσι ἔτερπον — θυμόν. *Hopfn.*

196. Πεσσός et πεττός est calculus, (κύβος, ψῆφος) quo apud Vett. ludebatur, unde ludus ipse, et (Med. 68.) locus ubi ludebatur. v. Schol. l. l. Hunc calculorum ludum invenisse narratur Palamedes, cujus mox fiet mentio. vid. Salmas. ad Flavii Vopisci Proculum, it. Athenæ. I. 14. Dicuntur autem formæ tesserarum πολυπλόκοι, i. e. ποικίλαι. Proprie πολύπλοκον est, in quo multæ sunt πλοκαὶ, ergo, multis nexibus implicitum, nodosum. In Med. 481. est pro πολύς. Cæterum Marklandus observavit ad h. l. quod inter duo nomina Singulari numeri hic intercedat participium plurale, id dici σχῆμα Ἀλκμανικόν V. Lesb. p. 179. ibique Valckenær. *Hopfn.*

198. Παλαμήδεά θ', ὃν τέκε παῖς ὁ Ποσειδᾶνος] *Palamedis* pater, *Nauplius*, filius *Neptuni* et *Amymonæ*. De illo vide Eustathium in Hom. fol. 228. l. 1. et fol. 1396. lin. 61. De his autem heroibus vid. Homerum in Iliad. *Barnes.*

198. sq. *Palamedes.* Nauplii regis Eubœæ, et Climenes filius, acerrimus Ulyssis inimicus, quem ad bellum Trojanum suscipiendum vi coëgit. Vid. Ovid. Metamm. XIII. 38. sqq. coll. Hygin. fab. 95. Quint. Cal. 195. Cic. Offic. III. 26. Homerus ejus nullam mentionem facit. Cf. Schol. ad Orest. 426. De ea re, et inventione ludi calculorum ei adscripta et v. 197. jam notata vid. Suid. v. Παλαμήδης. Eidem adscribitur inventio ponderis et mensuræ aciei cet. v. Plin. H. N. 7, 57. et Eudociæ Ionia, p. 321. Nauplius autem, hujus principis pater, filius Neptuni et Amymonæ Danai regis Argivorum filiæ fertur. Vid. Eustath. in Homer. fol. 228. l. 1. et fol. 1396. lin. 61. Unde h. l. παῖς Ποσειδᾶνος. Τέκε (ἔτεκε) τίκτειν de patre et matre dicitur, de illo tamen rarius. V. infr. 474. Sic Homer.

δᾶνος· Διομήδεά θ', ἡ-
δοναῖς δίσκου κεχαρημένον·
Παρὰ δὲ, Μηριόνην, Ἄρεος
Ὄζον, θαῦμα βροτοῖσι·
Τὸν ἀπὸ νησαίων τ' ὀρέων

Et Diomedem voluptatibus
Disci gaudentem:
Et juxta Merionem Martis
Germen, miraculum hominibus:
Et a montibus insularibus *profectum*

Il. β'. 741. φ'. 188. ξ'. 174. Eodem modo e contrario *γείνομαι* quod proprie est *gigno*, de matre dicitur v. c. Il. α'. 280. ε'. 896. Orest. 29. et infr. 639. Unde *ὁ τεκὼν, τεκόντες*, (vid. Cyclop. 261.) *γονεῖς, οἱ γεινάμενοι*, (Herodot. I. 120. et 121.) *γεννήτορες*, parentes. Vid. Eustath. ad Homer. fol. 1568. init. et fol. 1682. lin. 32. in *τεκεῖν*. Diomedes Tydei filius Œnei nepos (Rhes. 909.) Argos regebat, (Il. β'. 559.) præfectus in bello Trojano Argivis aliisque, ei subjuncti erant Stheneleus et Euryalus (Il. β'. 563.) quibuscum milites octoginta navibus ad Trojam ducebat. *Δίσκου ἡδ.* pro *δίσκῳ* simpliciter. *δίσκος* autem est lapis gravis quem corporis exercendi causa in auras conjicere solebant. Il. β'. 774. *λαοὶ — δίσκοισιν τέρποντο*, ubi vid. Schol. Statius (Thebaid. 6, 648.) nominat eum *ahenæ lubrica massæ pondera*, coll. Homer. Il. ψ'. 826. Forma disci plana erat, sed in circulum rotundata, interdum æneus interdum lapideus gravitate corpus jacientis exercebat, in sublime autem ita projiciebatur, ut inter spatium certum decideret. v. *Burette* in *Memoires de l'Acad. d. Inscr.* I. 153. ss. Fabri Agonist. I. 4. Barth. ad Stat. l. l. ejusdem Adversar. 35, 2. p. 1590. Potter. Archæol. I. 965. qui et effigiem discoboli exhibuit Tab. VI. Cæterum Ulysses inprimis hujus rei peritus ab Homero in Odyssea celebratur. *Hopfn.*

200. sqq. Juxta eum Chorus vidit *Merionem* (Il. β'. 651.) Is a poëtis (Il. κ'. 269. s.) vocatur filius Moli, et tanquam cursor egregius laudatur (l. l. ψ'. 249.) et cum Idomeneo, qui ab Apollodoro (III. 31.) ejus frater dicitur, (sed cf. Diod. Sic. V. 79. et Heyn. V. S. ad Apollodor. l. l.) Cretenses ad Trojam duxit, (Il. β'. 620. s.) Nominatur autem h. l. *ὄζος Ἄρεος*, h. e. fortissimus bellator. Nam *ὄζος* proprie nodus in arboribus, geniculum in calamis, deinde, qui ex eo enascitur, ramus, *ἀκρέμων* (major) aut *κλάδος* (v. Suid.) minor, (v. nos ad Cyclop. 454.) de quo tamen dubitat vir doctus, qui *ὄζον* non nisi *ἀντὶ ἀκρέμωνος* (*brachii arboris*) adhiberi putat, deinde metaphorice usurpatur pro sobole, progenie, filio. Observavi enim jam ad Trachin. 311. frequentem apud Græcos esse verborum botanicorum ad rem genitalem translationem. Eodem modo et Orientales loqui, quem fugiat? Unde, ut simillimum excitem exemplum Ies. liii. 2. ינק, item נצר et שלש ibid. 11. init. Vid. supra ad v. 29. et 118. Sic Hecub. 122. filii Thesei dicuntur *ὄζω* (dual.) i. e. *παῖδες Ἀθηνῶν*, ut Schol. ibi vertit. Jam vero Meriones, ut modo notavimus, eatenus dicitur *ὄζος Ἄρεος* h. l. quatenus Marti simillimus erat fortitudine bellica. Ea est descriptio hyperbolica ex imitatione Homerica Il. β'. 540. *θαῦμα*, quem homines vehementer admirantur, quæ enim raro vel plane non inter homines videntur, ideoque extra experientiam humanam posita sunt, ea vehementer afficiunt animum, adque admirationem rapiunt. v. S. V. Reinhard. in aureo libello: *Ueber das Wunderbare und die Verwunderung.* Ulysses, cujus nomen reticetur, nominatur *τόκος* (*υἱὸς* v. ad Cyclop. 161.) *Λαέρτα*, fuit enim, quod tritum est, Laërtis et Eurycleæ filius (Od. π'. 119.) sed ab avo Autolyco (patre Eurycleæ) nomen *Ὀδυσσεὺς* accepit. Patria ei erat Ithaca, urbs insulæ minoris in mari Ionio. v. quæ de eo monuimus ad Cyclop. 103. sqq. et copiosissime Cl. Hermann. in *Handbuch der Mythologie*, P. I. p. 308. sqq. ubi vitam ejus accuratius se-

Λαέρτα τόκον· ἅμα δὲ Νι-
ρέα, κάλλιστον Ἀχαιῶν.
Τὸν ἰσάνεμόν τε ποδοῖν ἐπῳδὸς α'.
Λαιψηροδρόμον Ἀχιλῆα,
Τὸν ἁ Θέτις τέκε, καὶ

Laërtis filium *Ulyssem*, et simul Nireum
Formosissimum Græcorum.
Et parem-vento pedibus
Celeriter-currentem Achillem,
Quem genuit Thetis, et

cundum Homerum delineavit. ἀπὸ νησ. qui venit a montibus in insula sitis, Siciliam puta cet. Hoc involvit ejus res præclarè gestas, itinera etc. eorumque, qui hæc norunt, in animos revocat dolum, fortitudinem in periculis imperterritam, accuratamque indolis humanæ cognitionem, quam sibi in itineribus comparaverat, unde epitheta ei propria πολύτροπος, πολύμητις, δριμὺς, ποικιλομήτης, κρόταλον v. ad Cyclop. l. l. p. 50. sq. Denique *Nireus*, Charopi regis et Aglaiæ filius; præter Achillem inter Græcos pulcherrimus, (Il. β'. 673.) *tres* tantum naves ad Trojam duxisse dicitur l. l. 671. *Hopfn.*

201. Ἄρεος ὄζον] Imitatio Homerica ex illo — ὄζος Ἄρηος, Iliad. β'. v. 540. *Barnes.*

204. Νιρέα, κάλλιστον Ἀχαιῶν] Ita Hom. Iliad. β'. v. 673. Νιρεὺς, ὃς κάλλιστος ἀνὴρ ὑπὸ Ἴλιον ἦλθε. *Barnes.*

206. Plures, et quidem dissimiles, in eodem ᾄσματι Epodos fuisse docet Scholiastes Pindari in initio. *Musg.*

206. s. Τὸν ἰσάνεμόν τε ποδοῖν λαιψηροδρόμον Ἀχιλῆα,] Achilles sæpe apud Homerum ob velocitatem incessus laudatur, ut supra ostendimus Androm. v. 1225. Hoc autem magnanimitatis et animi alacris indicium. Et sane rex noster, Carolus Secundus, Angliæ, adeo velociter est solitus incedere, ut multi proceres illius vestigia æquare non nisi pleno cursu valerent. *Barnes.*

206. Achilles dr. ἰσάνεμος (ἀνέμοισιν ὅμοιος, Homer. Il. κ'. 437. ubi de velocibus equis legitur, coll. Virgil. Æn. XII. 84. Eandem imaginem adhibuit Hesiod. Theog. 268.) velox, alibi ταχὺς πόδας, Androm. 1225. et centies apud Homerum πόδας ὠκὺς, ποδώκης, ποδάρκης, nominatur, in quo idea alacritatis et magnitudinis animi latet, ut ad h. l. observavit Barnesius. V. Nicolai Loensis Miscell. Epiphyll. 9, 24. Alibi hæc idea significatur v. ποδήνεμος (de Iride Il. β'. 786.) item ἀελλόπος, (Il. θ'. 409.) — Pindarus (Isthm. 8, 78. Nem. 3, 75.) dicit, eum sine canibus atque retibus, celeritate tantum, cervos assequutum esse. *Hopfn.*

207. λαιψηροδρόμος alibi λαιψηρὸς ποδὶ Hecub. 1022. Electr. 549. cf. Helen. 555. Ergo i. q. ταχὺς, ἔλαφρος. *Hopfn.*

208. τὸν (ὃν) ἁ Θ. τέκε (ἔτικε) *Thetis*, Nerei filia, Pelei uxor, mater Achillis (Hesiod. Theog. 1006.) sæpius in mari profundo apud patrem senem in circulo sororum sedere fingitur. v. Homer. Il. σ'. 38. s. ω'. 60. κ. τ. λ. Achilles quidem princeps heroum apud Homerum, et, quippe Deæ filius, fortissimus et pulcherrimus (Il. α'. 280. β'. 674. 769.) quinquaginta naves Myrmidonum, Achæorum, Græcorumque ad Trojam duxisse dicitur. (Il. β'. 685.) Ab eo omne bellum Trojanum perficiendum, et exercitus Græcus conservandus erat. (Il. α'. 284.) Phœnix ejus educator et præceptor fuit, a quo etiam postea præcepta eloquentiæ et virtutis bellicæ didicerat. (Il. ι'. 438. s. 480. s.) Sed et *Chiron*, (Centaurus, Saturni filius, unde et *geminus*, Ovid. Metamm. II. 630. nominatur,) qui ab antiquitate sub nomine boni juvenum præceptoris (v. omnino de ejus in genus humanum meritis Clem. Alexandrin. Strom. I. p. 360.) et Astronomiæ periti celebratur, (v. Heyne V. S. ad Apollodor. II. 565.) qualem æstimavit Neutonus ὁ πάνυ, sed cui aliquid detraxit *Bailly* in Historia Astronomiæ (2, 242.) Achillem in arte sanandi et lyra pulsanda instituisse dici-

Χείρων ἐξεπόνασεν,
Εἶδον αἰγιαλοῖσι
Παρά τε κροκάλαις
Δρόμον ἔχοντα σὺν ὅπλοις.
Ἅμιλλαν δ' ἐπόνει ποδοῖν
Πρὸς ἅρμα τέτρωρον

Chiron instituit,
Vidi *in* littore,
Et ad areas
Cursum habentem, cum armis,
Et faciebat certamen pedibus
Cum curru quadrijugo,

tur. v. Xenoph. de Venat. I. 1. Apud poëtas, qui Homerum excipiunt, (v. c. Pindar. Pyth. 6, 21. Nem. 3, 75. et 192. 4, 99. coll. Isthm. 8, 78.) Chiron ubique educasse dicitur Achillem, cum tamen Phœnix hoc fecerit, unde illos patet, ulterius extendisse ea, quæ ab Homero scripta legimus. Chiron (inquit Cel. Kœppe ad Homer. Il. ι'. 481.) *der Centaur war der eigentliche Lehrer Achills, und Phœnix scheint aus Zuneigung die Stelle eines παιδαγωγὸς heym Achill vertreten zu haben.* — Illius mythi antiquitatem demonstrat Ill. Heynius ex opere Amyclæo in *Antiquar. Aufsætze* I. St. p. 32. Verba Homeri Il. λ'. 830. sunt hæc: ὃν (Achillem) Χείρων ἐδίδαξε, δικαιότατος Κενταύρων. Habitasse: autem dr. Chiron in quodam Pelii montis jugo ad mare v. Spanh. ad Callim. h. Del. 104. P. 2. p. 409. Peleo donavit (Il. π'. 140.) immensam hastam. Ipse quoque Æsculapius ejus usus est amicitia, atque ab eo plura in arte vulnera sanandi, notitiamque nonnullarum herbarum accepit. (Il. δ'. 219. v. et Xenoph. de Venat. 1, 2.) Secundum Hesiodum (Theog. 994.) Medeium quoque, Jasonis filium, (Pindarus ipsum Jasonem dicit, Pyth. 2, 204. 11, 12, 182. 3, init. 111. s.) atque Herculem educavit. *Hopfn.*

209. ἐξεπόνασεν] Forte, ἐξεπόνασσεν. *Markl.*

Χείρων ἐξεπόνασεν] De hac re Hom. Iliad. λ'. v. 831. Ὃν (Ἀχιλλέα) Χείρων ἐδίδαξε, δικαιότατος Κενταύρων. Et Horatius Epod. 13. *Nobilis ut grandi cecinit Centaurus alumno*, etc. Quem locum Anglico quodam cantico haud incelebri expressum habemus. Ἐκπονεῖν autem ad verbum *elaboro* sonat, figurate *instruo* et *erudio*. *Barnes.*

209. ss. ἐκπονεῖν, elaborare i. e. excolere, instruere, erudire, quia multo labore eum, quem instruimus, exercemus, et sic tandem excolimus. Unde Venusinus quoque poëta, Epod. 13, 11. *Nobilis ut grandi cecinit Centaurus alumno*, etc. σὺν ὅπλ. armis indutus. *Hopfn.*

211. κροκάλαις] Hes. κροκάλαι, ψῆφοι, ἀκταὶ, ἄμμος. *Musg.*

κροκάλη, ὁ αἰγίαλος] Suid. — Idemque est ὁ κρόκαλος et τὸ κρόκαλον. κρόκη pr. arena littorea, s. calculi, lapilli littorei aut marini, atque littus. v. Etymolog. et Schol. Lycophron — Hesych. κροκάλαι, ψῆφοι, ἀκταὶ, ἄμμος. *Hopfn.*

212. s. δρόμον ἔχοντα i. e. τρέχοντα. ἅμιλλαν ἐπόνει π. *Geharnischt lief er mit einem vierspænnigen Wagen um die Wette.* Stiblinus: Pedum autem cursu cum quadrigis certabat, celeritate anticipans palmam. ἅμιλλα i. q. ἀνταγώνισμα, φιλονικεία, ἐξίσωσις (æmulatio, certamen,) Soph. Œd. Col. 1063. *Hopfn.*

214. τέτρωρον (Hippol. 1228. τέτρωρος ὄχος) ut τέθριππον, vel τετραΐππον (Suid.) Soph. Trachin. 568. τετράωρον. *Hopfn.*

215. περὶ νίκας] Annon legendum potius περὶ νύσσας, *circa metam*. vid. Hom. Il. ψ'. v. 309.

ἑλίσσων pro ἑλισσόμενος] Musæus apud Clem. Alex. p. 691. A. — ἀνθρώπου γενεὴ καὶ φῦλον ἑλίσσει. Ferri posset περὶ νίκας, nisi præcederet ἅμιλλαν — πρὸς ἅρμα, quod eandem sententiam dat. *Musg.*

ἑλίσσει (ἀναστρέφει, Suid.) περὶ νύσσας, quoque Theocrit. Id. 24, 117. ss. ubi

Ἑλίσσων περὶ νίκας.
Ὁ δὲ διφρηλάτας βοᾶτ' Εὔ-
μηλος Φερητιάδας,
ὧ καλλίστους εἰδόμαν
Χρυσοδαιδάλτους στομίοισι πώλους
Κέντρῳ θεινομένους· τοὺς

Flectens cursum circa metam.
Auriga vero clamabat
Eumelus Pheretiades,
Cui vidi pulcherrimos
Equos frænis, auro varie ornatis insignes,
Stimulo impelli;

Amphitryo filium docuisse dicitur equos ad currum junctos educere et περὶ νύσσαν ἀσφαλέως κάμπτοντα, τροχῷ σύριγγα φυλάξαι, quem quidem locum infra v. 230. alio consilio excitatum invenies. Brodæus interpretatur τὸ ἅρμα προσελίσσων, currum circum metam vertens, idque ut victor evaderet. *Hopfn.*

216. Ὁ διφρηλάτας, etc.] Poëta jam respicit Homeri locum Iliad. B. v. 763. Ἵπποι μὲν μέγ' ἄρισται ἔσαν Φηρητιάδαο, Τὰς Εὔμηλος ἔλαυνε ποδώκεας, ὄρνιθας ὥς, Ὄτριχας, οἰέτεας, σταφύλῃ ἐπὶ νῶτον ἐΐσας. Et Eustathius quidem in locum dicit, Φηρητιάδαο referri debere jure optimo ad Admetum, Eumeli patrem; is enim Pheretis erat filius; nihilominus etiam ad Eumelum nepotem extendi posse, et ita quidem Euripides hic accipit; ipsum enim Eumelum vocat Φερητιάδαν. *Barnes.*

Sequentes ita concinnius constituuntur ex Heathii sententia:

Ὁ δὲ διφρηλάτας βοᾶτ' Euripideus.
Εὔμηλος Φερητιάδας, Glyconius πολυσχηματιστος.

Confer. Homerum Il. ε'. 763. ubi hæc invenies: Ἵπποι μὲν μέγ' ἄρισται ἔσαν Φηρητιάδαο, τὰς Εὔμηλος ἔλαυνε ποδώκεας, ὄρνιθας ὥς, ὄτριχας, οἰέτεας, σταφύλῃ ἐπὶ νῶτον ἐΐσας. In quo quidem loco Eustathius illud Φηρητιάδαο referri debere monet ad Admetum, Eumeli patrem, (Is enim Pheretis erat filius v. Ill. Gedike ad versionem Pindari (Pyth. 4.) vernaculam, p. 140, not. 29.) nihilominus etiam ad Eumelum extendi posse, et sic Tragicus noster intellexit, ipsum enim Eumelum vocat Φερητιάδαν. De augmentorum omissione plura monui ad Sophocl. Trachin. p. 141. et 175. διφρηλάτης (Dor. τας) pro quo διφρηλατῶν, Soph. Ajac. 845. de sole dr. διφρηλατεῖν ἵππους, Rhes. 783. δίφρον et δίφρος, pr. (*der Wagenstuhl,*) locus, in quo παραβάτης (*der eigentliche Krieger*) et ἡνίοχος (*der Wagenführer,*) (quasi δίφορος, δύο φέρων,) sedet, v. Homer. Il. δ'. 367. et λ'. 102. it. Hesiod. Scut. 77. deinde pro toto curru, (Herc. Fur. 943.) vel biga, i. e. curru bijugi (alibi quoque pro sella) adhiberi solet. v. Suid. h. v. et Eustath. ad Il. χ'. Hoc enim discrimen Poëtis non observatur. v. Homer. Od. γ'. 481. coll. 492. quo scilicet volunt ἅρμα quadrigam, sed δίφρον bigam significare. Addere adhuc liceat, Eumelum illum Admeti et Alcestidis filium, (Il. β'. 714. s.) undecim navibus Pheræos aliosque ad Trojam comitatum esse, (Il. β'. 711.) inprimisque artis currum regendi peritum celebrari ab Homero. Il. ψ'. 288, 354.) Equi ipsius præter eos, quos Achilles habebat, pulcherrimi erant, celeres pedibus, ut aves, ejusdem coloris, ætatis, et staturæ ab ipso Apolline nutriti, (Il. β'. 763.) Unde ei et in h. l. pulcherrimi equi adscribuntur. *Hopfn.*

217. Cod. B. φερενιαδας. "Ita concinnius constituentur hi versiculi, Ὁ δὲ διφρηλάτας βοᾶτ'. Euripideus Εὔμηλος Φερητιάδας Glyconius πολυσχηματιστος." Heathius. *Markl.*

218. ὧ καλλίστους] Ut Homer. Il. κ'. 436. τοὺ δὴ καλλίστους ἵππους ἴδον, ἠδὲ μεγίστους, λευκότεροι χιόνος, θείειν δ' ἀνέμοισιν ὁμοῖοι. Ibi de Rhesi equis poëta loqui-

Μὲν μέσους, ζυγίους, λευ-
κοστίκτῳ τριχὶ βαλιούς·
Τοὺς δ' ἔξω, σειραφόρους,
'Αντήρεις καμπαῖσι δρόμων,

Medios quidem jugales albis
Maculis distincta coma varios,
Exteriores vero funales
Obliquos flexibus cursuum

tur, quem locum infra v. 222. excitavi. *Hopfn.*

219. Pro στομίοισι Codd. Par. στομιοις. *Markl.*

χρυσοδαίδαλτοι, i. e. artificiose auro ornati. Nam Dædalum tanquam artificem ingeniosum Cretensem a poëtis celebrari constat. Artificium tale egregium ab eo confectum narrat Homerus Il. σ'. 591. Non tantum statuas artificiosas (quibus fortasse tantum pretium non tribuendum videtur, Diod. Sic. 4. 76. Plato Hipp. p. 1245. Frf. Pausan. 2. 4. *Meiners Geschichte der Welt*, p. 1, 2. append.) sed etiam plura instrumenta mechanica invenit. (Plin. H. N. 7. 57.) v. ejus historiam a Gedoyno conscriptam in *Memoires de l'Acad. d'Inscr.* 9. 177. ss. Nomen ipsius derivare volunt a δαίω, scio, polleo. Unde δαιδάλλω, magna arte laboro, δαίδαλμα, opus artificiosum, multa cum arte elaboratum; et δαιδάλων artificiosum. Suidas δαίδαλιον, τίμιον. v. et Homer. Il. δ'. 135. ubi πολυδαίδαλον, i. e. ποικίλον legitur. Hoc loco intellige *frena varie auro ornata.* Unde *apis* dr. *dædala* in Calpurn. Crocale Ecl. 2. v. et Hesych. h. vv. Alibi sic fere pro χρυσοδαιδ. legitur χρυσήλατος, Trachin. Soph. 924.—στομίον pars freni, quæ inditur ori equi. Hippol. 1223. στόμια vocantur πυριγενῆ. — Codd. Parr. στόμιοις. *Hopfn.*

220. κέντρον est stimulus, quo Veteres equos, boves, cætera ad cursum incitabant. v. Schol. Œdip. Tyr. 802. Homer. Il. ψ'. 337. δ'. 391. Unde formula illa λακτίζειν πρὸς κέντρα, quæ in Actis Apostolorum ix. 5. legitur et Eurip. Bacch. 794. Peliad. fr. 4. Pindar. Olymp. 2. fine. θένειν ferire, verberare. v. Pierson. Verisim. p. 190. et Beck. V. S. ad Aristoph. Av. 1612. Sic Herc. Fur. 944. pro quo Hippol. 1189. κέντρον ἐπάγειν πώλοις. Deinde v. κέντρον metaphorice, ut Lat. calcar, stimulus, i. q. ἐρεθισμός. Suidas in v. κέντρα et κέντρων vertit: τὰ τῶν ἵππων πλῆκτρα. *Hopfn.*

221. ss. ζύγιοι drr. equi, qui currus jugo subjiciuntur, hoc est medius sinister, et medius dexter, atque simpliciter hoc v. adhibetur de equo, qui non est *funalis.* Hæc Schol. ad Aristoph. Nubes notavit, quem exscripsit Suidas v. ζύγιοι ἵπποι. Scilicet Veteres curribus suis quaternos equos παραλλήλως jungebant quorum bini medii (h. l. μέσοι ζύγιοι, hinc inde a temone discreti,) vocabantur *jugales*, propter jugum eis impositum; bini vero extremi, qui jugo non alligantur, παράσειροι vel σειραφόροι, i. e. *funales*, quod loro tantum mediis juncti essent, (h. l. τοὺς δ' ἔξω σειραφόρους.) Nam σειρὰ non tantum *catenam* notat, sed et i. q. ἡνία v. Hesych. et Polluc. I. 141. — Isidorus Orig. 17. 35. ex emendatione Salmasii (ad Solin. p. 630. ed. Ultraject.) hæc monet: Quadrigarum currus duplici temone olim erant, perpetuoque, et quod omnibus equis injiceretur jugo. Primus Clisthenes Sicyonius tantum medios jugavit, eosque singulos ex utraque parte simplici vinculo applicuit, quos Græci σειραφόρους. Latini funarios vocant, a genere vinculi, quo prius alligabantur. Ex his aliquid lucis locus noster accipere videtur.

De v. ζύγιος et σειραφόρος copiose disputavit Spanhem. ad Comici Nub. v. 122. *Hopfn.*

222. Vocantur hoc loco equi βαλιοὶ — βαλιὸς partim est *maculosus*, varius, variis maculis distinctus, (ποικίλος,) partim *velox*, ut Rhes. 356. nam collato Homer. Il. κ'. 437. equi Rhesi candidi fuere, sed et veloces, (candore nives, cursibus auras anteibant, ut cum Virgilio (Æn. XII. 84.) loquar.) v. Eustath. ad Il. π'. 149. Cæterum Barnesius ad illum Rhesi locum observat, Græcis poëtis usitatum esse, *equos optimos* per femininum genus vocare *equas*, ut in loco Rhesi laudato

Πυῤῥότριχας, μονό-
χαλα δ' ὑπὸ σφυρὰ
Ποικιλοδέρμονας.
Οἷς παρεπάλλετο

Ruffis conspicuos pilis, et solidis
ungulis sub cruribus,
Variegatos pellem:
Juxta quos currebat

(βαλιαῖσι πώλοις) λευκόστικτος, albis maculis distinctus, varians. Equi albi apud Veteres præprimis inter pulcherrimos habebantur. v. Kœppe, quem proh dolor Musis Græcis mors nuper eripuit, ad Homer. Il. ε'. 654. T. II. p. 101. copiose de hac re disserentem. Abresch. Anim. ad Æschyl. II. p. 162. accipit active, βαλιοὺς τριχὶ στιζούσῃ αὐτοὺς λευκῇ. In Homeri Il. π'. 149. equus Achillis nuncupatur βαλίος, ad quem locum respexit Suidas his verbis. βαλίος, ἵππος. Idemque in v. βαλίαν interpretatur τὴν ἔλαφον τὴν κατάστικτον. Kusterus ad h. l. monet vel legendum esse βαλίαν ἔλαφον. τὴν κατάστικτον: vel βαλίαν, τὴν ἐλαφράν. τὴν κατάστ. atque conferri jubet Hesychium. Locus quem Interpretes neglexerunt, quemque Suidas in mente habuit, est in Hecub. 88. ubi in textu legitur βαλιὰν ἔλαφον, et παράφρασις habet: ἔλαφον κατάστικτον καὶ ταχεῖαν. *Hopfn.*

223. Σειραφόρους] Consule Pollucem L. I. c. 10. περὶ ἵππων καὶ ἁρμάτων.
Barnes.

De v. σειροφόρος vide quæ paulo antea monuimus. Est i. q. σειραῖος Schol. ad Sophoclis Electr. 722. hæc profert: σειραῖον ἵππον· τὸν ἔξω τοῦ ζυγοῦ, τὸν δεξιόν· προσκείμενον δὲ τῷ καμπτῆρι τὸν ἀριστερόν. In l. l. Orestes, cum ad metas pervenisset, equo dextro habenas prudenter laxabat; sinistri vero inhibebat, ne ad metas axem allideret. Erat hic enim προσκείμενος τῷ καμπτῆρι, i. e. metæ proximus: dexter autem ab eadem remotus. Ad illum Schol. Soph. l. l. respexit Suidas v. σειραῖος. Idem σειροφόρος, καὶ ἄζυξ, ὁ λεγόμενος κέλης ἵππος, (i. e. singularis.) Vide de h. v. Polluc. I. 10. περὶ ἵππων καὶ ἁρμάτων, et Petavium ad Themist. Orat. VII. p. 587. *Hopfn.*

224. Pro καμπαῖσι Cod. A. λαμπαισι.
Markl.

ἀντήρεις.] Alibi apud Euripidem significat res, quarum frontes oppositæ sunt. vid. Phœniss. v. 766. Troad. v. 223. Hic interpreter: *qui in contrarias partes nituntur. Musg.*

ἀντήρης ab ἐρέσσω pr. adhibetur de remigantibus cum æquali contentione, ut navis neutram in partem impellatur. Schol. ad Soph. Electr. 89. hæc de h. v. monet: ἀντήρης — μετῆκται ἀπὸ τῶν ἐρεσσόντων, ὅταν κατ' ἴσον ἐρέσσωσι, καὶ μὴ εἰς θάτερον περιωθῆται ἡ ναῦς. Eidem est i. q. ἀντίθετος, (sic alibi apud Euripidem de rebus quarum frontes oppositæ sunt. v. Phœnn. 766. Sic Troad. 223. de loco alteri opposito legitur,) et Schol. Phœnn. 1385. vertit: ἐναντίος, et ad Troad. 523. ἀντίπαλος. Cæterum Suidas in v. ἀντήρης sua debet enarratori Sophoclis laudato, l. l. sed locus ipse ibi non est notatus a Lexicographo. — Etiam Hesych. ex eodem Schol. l. l. sua compilavit h. v. καμπὴ curvatura, flexus artuum. VV. DD. vertunt h. l. *æqualem cursum obliquantes propter metam.* Heathius cum Brodæo reddit: *sibi mutuo in flectendis metis respondentes.* Koehlerus transtulit hæc ita: *Zwey (Rosse) auswendig sich gleich drehend bey dem Krümmen im Laufe. Hopfn.*

225. πυῤῥὸς fulvus, rutilus, rufus, it. flavus. v. Theocrit. Id. VIII. 3. Suidas reddit ξανθός. *Hopfn.*

226. χηλὴ ungula bisulca et bipartita v. c. ovis, bovis. v. Suid. sed et, ὁπλὴ, ut h. l. v. eundem v. χηλαργοῖς, ubi e Schol. Sophoclis Electra 861. verba citavit.

σφυρὸν malleus, instrumentum fabrile, hinc propter similitudinem malleolus pedis, et pes totus v. Alcest. 602. Pro σφυρῷ Œdipi (Phœnn. 26.) Sophocles in Œdipo Tyr. 1032. adhibet ἄρθρον ποδός. Suidas monet σφυρὰ esse malleolos pedum, sed σφύρα malleum. Ungulæ ornantur epitheto μονόχαλα, *mit ungespaltnem*

Πηλείδας ξὺν ὅπλοις, παρ' ἄντυγα,
Καὶ σύριγγας ἁρματείους.
Ναῶν δ' εἰς ἀριθμὸν ἤλυθον, στροφὴ β'.
Καὶ θέαν ἀθέσφατον,

Pelides armatus, juxta rotarum orbem,
Et *modiolos* curules.
Navium deinde ad multitudinem veni,
Et spectaculum inenarrabile,

Horn am Hufe, μένος in h. v. composito est *solidus*. *Hopfn.*

227. Pro Ποικιλοδέρμονας Ald. Steph. et omnes Codd. Parisini Ποικιλλοδέρμονας. et versu 230. pro παρ' ἄντυγα, Cod. A. επ αντυγα, quasi præcessisset ὅπλοισιν. Ver. prox. seq. mallem γ' ἁρματίους, si admittatur Heathii dispositio. *Markl.*

ποικιλοδέρμονας.] Ed. Ald. ποικιλλοδέρμονας. *Musg.*

ποικιλοδέρμων, ut αἰολοδέρμων, qui variam cutem, i. e. maculis distinctam habet. Alcest. 600. νεβρὸς (hinnulus) vocatur ποικιλόθριξ. *Hopfn.*

228. ss. παραπάλλωμαι juxta locum aliquem me moveo, salio, salto, ἅλλομαι. πάλλειν enim est vibrare, movere. ἄντυξ ambitus, orbis, v. c. clypei v. ad Cyclop. p. 9. it. de rotis, earum curvatura summa, rotunditas superior rotæ et currus (ἡ περιφέρεια τοῦ ἅρματος v. Suid. et Eustath. ad Homer. Il. ε'. 728. Eidem Homero Il. ε'. 486. ἴτος. — Cod. A. legit ἐπ' αντυγα, quasi præcessisset ὅπλοισιν. — ἁρματεῖον est quod ad currum pertinet. Denique σύριγξ Lexicographis dr. id quod fistulosum est, utque sypho cavernosum, unde et foramina rotæ fistulam cavitate imitantia, in quæ axis inseritur. Suidas: σύριγξ τὸ εἰς τὴν ὀπὴν τοῦ τροχοῦ ἐμβαλλόμενον μέρος τοῦ ἄξονος. καὶ ἡ ὀπὴ τοῦ τροχοῦ οὕτω καλεῖται. Idemque nunc allegat e Sophoclis Electra versum 721. ubi hæc leguntur: Orestes sub ultimam metam (στήλην) jam currum agens, ἔχριμπτ' ἀεὶ σύριγγα, propius propiusque admovebat modiolum rotæ, &c. Ibi Schol. προσεπέλαζε τῷ καμπτῆρι ἀεὶ τὴν ὀπὴν τοῦ τροχοῦ. Glossa autem Suidæ modo laudata, est e Schol. ad Electr. v. 717. depromta, ubi Schol. v. χνόας interpretatus fuerat τὰς τοῦ ἄξονος σύριγγας. Noster Hippolyt. 1229. s. narrat inter alia hæc de infortunio Hippolyti e curru dejecti, σύριγγές τ' ἄνω τροχῶν ἐπεπήδων, ἀξόνων τ' ἐνήλατα. Cf. quoque Theocrit. Id. XXIV. 118. supra jam alia de causa ad v. 215. allegatum. Koehlerus vertit: *Ihnen nahe sprang der Pelide neben den Felgen und der glühenden Axe.* Omnes hi versus, unico anapæstico excepto, dactylici sunt, et ita ad metrum, ex Heathii sententia, redigendi:

κέντρῳ θεινομένους· τοὺς μὲν μέσ-
σους ζυγίους λευκοστίκτῳ τριχὶ
βαλιοὺς, τοὺς δ' ἔξω σειραφόρους,
ἀντήρεις καμπαῖσι δρόμων
πυῤῥότριχας, μονόχαλα δ' ὑπὸ σφυρὰ
ποικιλοδέρμονας. οἷς παρεπάλλετο
Πηλείδας σὺν ὅπλοισι παρ' ἄντυγα,
καὶ σύριγγάς γ' ἁρματείους.

Marklandus, si admittatur Heathii dispositio, mavult γ' ἁρματίους. *Hopfn.*

230. Σύριγγας ἁρματείους] Τὸ κενὸν, τὸ ἐναρμοζόμενον τῷ ἄξονι, σύριγξ. Idem Pollux Onomastici L. I. c. 10. περὶ μερῶν ἁρμάτων. Hæc vero Brodæus prius observavit, quamquam locis non satis diserte indicatis. *Barnes.*

231. Jam Chorus narrat, se vidisse classem ἀριθμὸν, sc. ἀθέσφατον. θέαν quasi in appositione positum. Quæ classis singulare quoddam spectaculum præbebat, ἀθέσφατον proprie quod Deus fari nequit, quasi ἀθεόφατον, unde per syncopen et pleonasmum τοῦ σ fit ἀθεσφ. v. Hesych. h. v. Nam θέσφατον est dictum divinum, oraculum, ut sæpe apud Homerum, et Sophocl. Trachin. 86. et 1150. *Hopfn.*

233. ὄψιν ὀμμάτων.] Malim nunc θρύψιν ὀμμάτων, *delicias oculorum.* *Musg.*

Mirum dictu ὄψιν ὀμμάτων pro simplici ὄμματα vel ὄψιν, sed talia sæpius leguntur apud poëtas atque etiam apud Nostrum, e quo excitabo Orest. 506. Hecub. 696. Iphig. Taur. 1167. item Cyclop. 625. Quare nescio, cur Reiskius censeat ὀμμάτων h. l. non esse *oculorum*, sed *rerum spectatarum*, *spectaculorum*, quanquam

Τὰν γυναικείαν ὄψιν ὀμμάτων
Ὡς πλήσαιμι, μείλινον ἁδονάν.
Καὶ κέρας μὲν ἦν
Δεξιὸν πλάτας ἔχων

Muliebrem delectationem oculorum
Ut explerem, suavem voluptatem.
Et ad cornu quidem erat
Dextrum, classem protegens,

nec Marklandus nec Koehlerus ei favent. Nolo quoque cum Musgravio corrigere θρύψιν ὀμμάτων, *delicias oculorum.*

Hopfn.

234. μείλινον ἁδονάν.] Sequor Codd. Paris. in scriptura vocis μείλινον: in accentu, Ald. et Steph. quamquam non displiceret μείλιχον, ex Pindar. Pyth. IX. et Olymp. I. Homero, aliisque. Barnesius mavult μείλιον, *delinitricem.* *Markl.*

μείλινον, *melleum*, a μέλι contra analogiam peccat. μέλι enim adjectivum format μελιτινὸς a genitivo μέλιτος, ut ὄμφαξ, ὀμφακινὸς a genitivo ὄμφακος. Legendum igitur μείλιχον. Vitium porro est in præcedenti versu, quod sic sustulerim:

τὰν γυναικείαν τέρψιν, ὀμμάτων
ὡς πλήσαιμι μείλιχον ἁδονάν.

τέρψιν hic non regitur a πλήσαιμι, sed est accusativus pendens, ut *ministerium* in illo Virgilii Æneid. VI. 223.

Pars ingenti subiere feretro,
Triste ministerium.

Valet autem τὰν γυναικείαν τέρψιν idem, quod ὅπερ γυναικεία τέρψις ἐστί. *Musg.*

Μείλινον ἁδονὰν] Joh. Brodæus exponit διὰ τὴν μείλινον ἡδονὴν, sed difficultatem, quæ hic latet, ultro præterit. Et hæc quidem perpetua fere interpretum, qui mihi præiverunt, astutia; ut in rebus obviis et tritis toti sint occupati, ubi vero difficultas orta fuerit, in summo se otio simulent. At nos fideliter in nos recepimus, omnia diligenter excutere — μείλινον quid sit, ignoro; ab Homero quidem hoc verbum frequenter usurpatum, sed ibi semper *fraxineum* quid significat, quasi μελίϊνον, a μελία, fraxinus. Suspicor itaque, legendum μείλιον, quod delinitricem sonat: et apud Hom. τὰ μείλια pro μειλίγματα occurrunt, ut Iliad. ί. v. 147.— ἐγὼ δ' ἐπὶ μείλια δώσω. Vide Not. vulgo Didymi dictas. Et Lucian. Epigr. Anthol. L. I. cap. 10. πολλ' ἐμείλια δούς. Ita autem Euripides exponendus: ὡς πλήσαιμι καὶ κορέσαιμι τὴν ὄψιν τῶν ὀμμάτων, (γυναικείαν δὲ καλεῖ, ὅτι γυναῖκές εἰσι φιλοθέωροι) καὶ ἀνάπλεον ποιήσαιμι ἡδονὴν τὴν μειλικτήριον. Scapula μειλινὸν legit accentu mutato, et a μέλι deducit, quod admittendum est, si omnia exemplaria ita legunt; præsertim ut distinguatur a μείλινον, *fraxineum.* *Barnes.*

μείλιχον] Legitur Sophocl. Œd. Col. 159. ubi Schol. per γλυκὺ reddit, q. v. item Homer. Od. ό. 373. et alibi. Reiskius suspicatur μειλίχῳ ἁδονᾷ, *ut implerem oculum fœmininum dulci voluptate spectaculorum.* Suidas habet μείλιχον et μειλίχιος, utrumque interpretatur πρᾶον, χρηστόν. v. et Hesych. h. v. Ad Il. έ. 666. pertinere mihi videtur glossa Suidæ μείλινον δόρυ, (ubi interpretamentum desidero,) quam Interpretes neglexerunt. Barnesius sic exponendum esse Euripidem censet: ὡς πλήσαιμι καὶ κορέσαιμι τὴν ὄψιν τῶν ὀμμάτων, (γυναικείαν δὲ καλεῖ, ὅτι γυναῖκές εἰσι φιλοθέωροι,) καὶ ἀνάπλεον ποιήσαιμι ἡδονὴν τὴν μειλικτήριον. — *ut grata videndi voluptate oculos — satiarem.* — πλήσαιμι, sic Orest. 457. ἐκπλέειν φιλήματα, oscula ad satietatem usque dare, osculorum desiderium implere. v. Cl. Facium ad l. l.

Hopfn.

235. κέρας δεξιὸν] Subauditur hic κατὰ, non inusitata licentia. Supplic. v. 667. δεξιὸν τεταγμένους κέρας. Vide etiam Rhes. v. 486. Heraclid. v. 671. *Musg.*

κέρας h. l. sensu militari ut *cornu* Latin. v. Lips. Mil. Rom. ii. 7. Similitudo a capite bovino desumta. Alibi Latinis dr. *ala.* Ἔχων occupabat, tenebat. Sic Thucyd. L. 5. δεξιὸν κέρας Μαντινεῖς εἶχον. Opponitur λαιόν. v. Markl. ad Suppl. 667. et infr. 290. coll. 289. *Hopfn.*

236. πλάτας ἔχων] Pro virtute Achillis non satis honorifice dictum videtur. Is enim, si Homero fides, extimum clas-

Φθιώτας ὁ Μυρμιδόνων Ἄρης,
Πεντήκοντα ναυσὶ θουρίαις.
Χρυσέαις δ' εἰκόσιν
Κατ' ἄκρα Νηρῆδες ἕστασαν θεαὶ

Phthioticus Myrmidonum exercitus,
Quinquaginta navibus impetuosis:
Aureis vero simulachris
In summitate stabant Nereides Deæ

sis locum non casu aut forte occupabat, sed virtute fidens ultro delegerat. An ergo legendum *πλάτας στέγων*, *rates protegens*. *Musg.*

Pro ἔχων πλάτας (de v. πλάτη, pro navi, classe. ut h. l. vid. supra ad 172.) Homer. Il. β'. 684. Νῦν δ' αὖ — οἵ τ' εἶχον Φθίην — Μυρμιδόνες δὲ καλεῦντο, καὶ Ἕλληνες καὶ Ἀχαιοί. Τῶν αὖ πεντήκοντα νεῶν ἦν ἀρχὸς Ἀχιλλεὺς Phtia celebre Thessaliæ oppidum, Plin. 4. 7. Achillis patria, (Virgil. Æn. I. 284.) unde Phtiotis Thessaliæ pars in austrum devergens et mare contingens ab ortu. v. Strabon. 9. p. 296. Hinc Phtius Achilles Horat. L. 4. Od. 6. 4. v. Cl. Kœppen ad Homer. Il. ν'. 686. P. 4. p. 90. s. — Myrmidones veteres insulæ Æginæ incolæ, omninoque sic vocantur Thessali. Strabo, notante Regio, hos inde hoc nomen accepisse putat, quod formicarum (μυρμήκων) more terram in petras apportaverunt, ut agri colendi materiam haberent. Ovid. Metamm. VII. 654. sqq. coll. Horat. Serm. I. 1, 33. Aliter fabula.—Alii a Myrmidone Jovis filio principe quondam illius regionis dictos volunt. Ἄρης, ηος, εως, ου, et ητος, Mars. (Homer. Il. ε'. 892.) Jovis e Junone filius, pro ipso bello, impetu bellico, vulnere, cæde, cet. ponitur. v. Suid. qui proprie h. v. de ferro adhiberi monet. Adde Cel. Kœppe ad Homer. Il. ν'. 444. IV. p. 62. Jam h. l. copias, exercitum intellige. Sic quoque Phœnn. 1140. Heraclid. 290. et aliquoties apud Sophoclem. Infra, 253. ὅπλισμα. Naves h. l. vocantur θούριαι, i. e. impetuosæ. Nam θοῦρος, θούριος, θουρικὸς, et θουραῖος a θορέω (insilio) est, qui cum impetu assultat. Sic ut h. l. apud Apollon. Rhod. navis δόρυ dr. θέριον.

Hopfn.

240. κατ' ἄκραν Νηρῆδες] Κατ' ἄκρα, opinor; id est, ἀμφὶ ναῶν κόρυμβα, v. 258. ex Homeri νηῶν ἄκρα κόρυμβα, Iliad. l. 241. Litera ν adhæsit ex subsequenti. Piersonus quoque legit ἄκρα, et Πρύμνας (v. 241.) pro Πρύμναις, Verisimil. l. 2. p. 26.

Hic σῆμα occurrit, non σᾶμα; et iterum, v. 275. Ἤλιδος, v. 280. ἦγεν, 284. Νήσους, 287. et nonnulla alia, quæ per α, more Dorico, in Choris usitatius scribuntur. Unde colligere licet, si fidendum sit Exemplaribus, Dorica in Choris non semper prælata fuisse. vid. ad v. 527.

Markl.

ἕστασαν] MS. E. ἕστασιν et in margine γρ. ἕστασαν. Verum est ἕστασαν. Nam ἕστασιν penultimam producit, quod metro minus convenit. Cæterum versum hunc cum sequenti feliciter emendat Piersonus Verisim. p. 26.

κατ' ἄκρα Νηρῆδες ἕστασαν θεαὶ
πρύμνας, σῆμ' Ἀχιλλείου στρατοῦ.

Musg.

Κατ' ἄκρα] Sic ego cum Marklando et Piersono lego. Idemque cum illo v. 258. ἀμφὶ ναῶν κόρυμβα ex Homer. Il. ί. v. 241. νηῶν ἄκρα κόρυμβα. Si liceret, legerem κατ' ἄκρας — πρύμνας. Nereides quinquaginta erant Nerei (filii Ponti natu maximi, v. Heyn. V. S. Comment. de Theogonia Hesiodi, p. 142.) et Doridis (Oceani f.) filiæ. Hesiodus Theog. v. 233. ss. omnes nominat, at Homerus tantum triginta tres (Il. σ'. 39. s.) interdum et alia nonnullis nomina impertit. Earum una Thetis erat. v. supra, v. 208. Quia igitur Achilles cum istis conjunctus erat necessitudine, navis ejus illarum tutelæ commissa erat, quare σῆμα (alibi παράσημον, quo naves solebant agnosci atque ab aliis discerni,) erant Nereides. Multa disputantur in utramque partem de Parasemis atque tutela, de eorum discrimine, loco, multisque aliis. Omnino Schefferus dignus est, qui legatur *de militia navali* (Upsal. 1654.) atque *de varietate*

Πρύμνας, σῆμ' Ἀχιλλείου στρατοῦ.
Ἀργείων δὲ ταῖσδ' ἰσήρετμοι — ἀντιστροφὴ β'.
Νᾶες, ἕστασαν πέλας·
Ὧν ὁ Μηκιστέως στρατηλάτας

Puppis, signum exercitus Achillei.
Argivorum vero paribus instructæ remis
Naves stabant prope istas.
Quarum dux Mecistei

navium, præter *Bayfium de re navali* et qui sua inde depromsit, Potterus Archæol. P. 2. p. 253—305. De *tutelis* autem *insignibusque navium* singularem dissertationem scripsit Enschede, Leid. 1770. Sic infra, v. 248. sqq. classis Thesei Minervæ, deæ Athenarum tutelaris, curæ commissa dicitur, ejusque præ se fert insigne. Scilicet Veteres eorum deorum dearumque curæ naves tradere solebant, quorum præprimis favorem ac benevolentiam sperabant, aut quibuscum conjuncti erant, aut quibus præcipue favebant. Neque tantum tota classis, sed et singulæ naves sub tutela eorum esse credebantur. Cæterum ad deos patriæ tutelares, aut negotiorum, quibus se dicabant, præsides respicere solebant, v. Ovid. Epist. 16. 113. Omnino autem ornamenta, quæ in puppi proraque conspiciebantur, ἀκρόνια. (v. Suid. h. v.) aut νεῶν κορωνίδες, Homer. Il. β'. 771. Latinis *corymbi* (κόρυμβα νεῶν ἄκρα, infr. 258. et apud Homerum Il. ι'. 241. quæ tamen non eo sensu his adhiberi solent, quo Græcis, quippe qui ornamenta *proræ* tantum sic appellabant, alibi ἀκροστόλια, v. Etymol. M.) dicta. Cæterum πρύμνη puppis, quod tritum est, alibi quoque οὐρὰ dicitur, quatenus quasi cauda (extrema pars navis) est. Hæc multo rotundior erat et sublimior prora, quia ibi gubernator navis sedebat. v. Cyclop. 14. ubi Silenus: ἐν πρύμνῃ δ' ἄκρᾳ Αὐτὸς λαβὼν, εὔθυνον ἀμφῆρες δόρυ. *Hopfn.*

242. ἰσήρετμοι] An exprimit Homeri νῆας ἐΐσας, quod Scholiastes interpretatur ἰσοτοίχους? An ἰσήρετμοι sunt pares magnitudine Phthioticis?

Diversa certe apud antiquos remorum longitudo erat, teste Scholiasta Aristoph. ad Ran. 1106. Non ergo ἰσήρετμοι interpretari licebat *paribus instructæ remis*, nisi Argivarum navium fabricam singularem plane et a reliquis diversam fuisse fingamus, quod nemo veterum tradidit. ἰσήριθμοι ne reponamus, obstat Homerus Il. β'. 568. Superest, ut pro ἰσήρετμοι legamus εὐήρετμοι, quod Epitheton ad naves commendandas adhibent Æschyl. Pers. 276. Noster Ion. 1160. *Musg.*

Ego malo εὐηρέτμους, ut Ion. 1160. legitur, in qua quidem conjectura mecum consentientem non sine lætitia vidi Musgravium, qui Æschyli Pers. 276. et Ion. 1179. (1160.) citavit. *Hopfn.*

244. ὁ Μηκιστέως, sc.] Euryalus, de quo Homerus Il. II. v. 565.

τοῖσι δ' ἅμ' Εὐρύαλος τρίτατος κίεν, ἰσόθεος φὼς,
Μηκιστέως υἱὸς Ταλαιονίδαο ἄνακτος.

Musg.

Ὧν ὁ Μηκιστέως] Mecisteus erat frater Adrasti, Euryalus Mecistei filius, de quo vide Pausan. Corinth. fol. 73. lin. 27. et Capanei Sthenelus; mirum autem, quod tertium, et horum longe Ducem præcipuum, Tydei Diomedem, omiserit hic Euripides; quum Homerus hos tres simul memoret, Iliad. β'. sed notandum est, Poëtam nostrum supra Diomedem memorasse, cum fortioribus viris versantem ad v. 199. *Barnes.*

ὁ Μηκιστέως] sc. Euryalus, frater Adrasti. v. Pausan. Corinthiac. fol. 73. lin. 27. Homerus Il. β'. 565. hæc:

τοῖσι δ' ἅμ' Εὐρύαλος τρίτατος κίεν, ἰσόθεος φὼς,
Μηκιστέως υἱὸς Ταλαιονίδαο ἄνακτος.

Talaus cum Eurynome procreaverat Mecisteum Parthenopæum, Adrastum, Hippomedontem, Pronactem et Eriphylen. vid. Phœniss. 420. coll. 433. ibique Schol. Vide de Euryalo nostro Homer. Il. ζ'. 20. et ψ'. 665. ss. Στρατηλάτης i. q. alibi στρατηγὸς, ut Phœnn. 602. v. ad Cyclop. p. 45. *Hopfn.*

Παῖς ἦν, ὃν τρέφει Ταλαὸς πατὴρ,
Καπανέως τε παῖς
Σθένελος. Ἀτθίδος δ' ἄγων
Ἑξήκοντα νῆας ὁ Θησέως
Παῖς, ἑξῆς ἐναυλόχει, θεὰν
Παλλάδ' ἐν μωνύχοις

Erat filius, quem educat pater Talaus:
Et Capanei filius
Sthenelus. Ex Attica vero ducens
Sexaginta naves Thesei
Filius deinceps habebat stationem, Deam
Palladem in equestribus

245. Ταλαὸς ὃν τρέφει πατήρ.] Ὃν τρέφει Ταλαὸς πατήρ. vide Strophen. v. 248. pro νῆας Cod. C. ναῦς. *Markl.*

πατήρ.] i. e. tanquam Pater; fuit enim Avus Euryali. vid. Not. præcedent. Metri gratia voces sic transponit Marklandus:

Παῖς ἦν, ὃν τρέφει Τάλαος πατήρ.

Musg.

Pro simplici τρέφειν, quod h. l. legitur, alibi valde frequentatum Euripid. ἐκτρέφειν, de quo v. nos ad Cyclop. 142. πατὴρ, tanquam pater, fuit enim avus Euryali ut modo vidimus. Sthenelus perpetuus Diomedis comes, Il. δ'. 367. Capanei filius v. Homer. l. l. et β'. 565. it. Il. ε'. 108, 319, 327, 835. θ'. 118. Capaneus unus e septem ducibus qui Polynicem adversus Thebas comitabantur, (Phœnn. 184. s. 1188. Suppl. 871. coll. Æschyl. Sept. Theb.) Hipponoi et Astynomes filius, uxor ejus Evadne fuit. Hunc Capaneum, quem superbissimum Divum contemtorem vocant ipse Euripides noster Phœnissis, et Æschylus l. l. atque Statius in Thebaide, idem Euripides nescio quo jure, tanquam modestum, atque humilem proponit, Suppl. l. l. *Hopfn.*

248. Ἑξήκοντα] Quinquaginta tantum Atheniensibus tribuit Homerus: ut notat Brodæus. *Musg.*

Ὁ Θησέως παῖς] Vel Acamas, vel Demophon, pro arbitrio notatur; et aliquem e Thesei liberis contra Homeri sententiam Poëta noster Atheniensibus præesse vult, in honorem Thesei, fundatoris illius urbis; quum Homer. Menesthea Ducem memoret. Ita Euripides auget numerum ἑξήκοντα, quum Homero tantum πεντήκοντα numerentur. *Brodæus.*

ἑξήκοντα νῆας] Homero tantum πεντήκοντα numerantur. Sic enim ille Il. β'. 546.

Οἳ δ' ἄρ' Ἀθήνας εἶχον ἐϋκτίμενον πτολίεθρον
Δῆμον Ἐρεχθῆος, μεγαλήτορος κ. τ. λ.
Τῶν αὖθ' ἡγεμόνευ' υἱὸς Πετεῶο Μενεσθεύς. κ. τ. λ.
Τῷ δ' ἅμα πεντήκοντα μέλαιναι νῆες ἕποντο.

Ἀτθὶς ut Ἀκτὴ, (Hel. 1673.) et Ἀκταῖα, (regio littoralis Græciæ mediæ) vetus nomen est Atticæ, postea Ἀττικὴ dictæ. v. Strabon. IX. 599. s. Apollod. Fr. p. 1121. s. T. 3. Pausan. Attic. c. 2. Plin. IV. 2. Cæterum de Theseo ejusque filiis, rebus gestis cæt. v. Plutarch. Vit. Thesei Opp. T. I. ed. Reisk. et Meursium libro singulari inserto Thesauro Gronoviano, T. X. 465. ss. ἑξῆς proximum post illas locum tenebat — ἐναυλόχει, λόχος insidiæ, unde λοχεύω insidias struo, deinde, quia talis, qui insidias struit, in aliquo loco sedet aut cubat, ut observet, hinc omnino notio *sedendi* in eo v. remanet. Ergo h. l. de navibus erit simpliciter sedere, stationem habere, unde ὁ καὶ ἡ ναύλοχος, et τὸ ναύλοχον, locus quem naves insident, locus navium stationi accommodatus. Sic Sophocl. Ajac. 460. ναύλοχος ἕδρα, ubi Schol. exponit per ναύσταθμον, ἔνθα αἱ νῆες ἵστανται κατὰ λόχον, τουτέστι κατὰ τάξιν. v quoque Trachin. 633. Suidas: ναύλοχος, εὔδιον, (locus tranquillus,) ἐν ᾧ αἱ νῆες λοχῶσιν, ἢ ἀναπαύονται. Idemque:

Ἔχων πτερωτοῖσιν ἅρμασιν θετὸν,
Εὔσημόν τε φάσμα ναυβάταις.
Τῶν Βοιωτῶν δ' ὅπλισμα, ποντίας — στροφὴ γ'.
Πεντήκοντα νῆας εἰδόμαν,
Σημείοις εὐστολισμένας.
Τοῖς δὲ Κάδμος ἦν

Alatis curribus habens venustum
Faustumque signum nautis.
Et exercitum Bœotorum, marinas
Naves quinquaginta vidi,
Ornatas signis faustis :
Quippe quibus Cadmus,

ναυλοχῶ, τὸ τὰς ναῦς ἐνεδρεύω, ἢ ἀναπαύω καθιστῶν. *Hopfn.*

250. Παλλάδ' ἐν μωνύχοις Ἔχων πτερωτοῖσιν ἅρμασιν, &c.] *Palladem in equestribus alatis curribus habens.* Lego, Παλλάδ' ἐν Μωνυχίοις Ἔχων πτερωτοῖσιν ἅρμασιν, &c. *Palladem in Munichiis alatis curribus habens.* Μωνυχίοις est Ἀττικοῖς, ut notum est omnibus, a Μωνυχία vel Μουνυχία (Hippol. v. 758.) portu Atticæ. Πτερωτὰ ἅρματα, *alati currus*, sunt *naves*. exempla sunt ubique. νυχίοις, tres ultimæ syllabæ vocis Μωνυχίοις, in pronuntiatione pro duabus solum sunt habendæ. vid. v. 194. *Markl.*

μωνύχοις.] Recte Interpres, *equestribus.* Palladem curru vectam effingere mos erat, quia in Gigantomachia ἐπήλασεν Ἐγκελάδῳ ἵππων τὸ ἅρμα. Pausan. p. 275. l. 34. *Musg.*

Pallas filia Jovis (Il. α'. 202.) ex hujus capite prognata (Hes. Theog. 924.) dea erat Athenarum tutelaris, unde ejus curæ commissa erat classis filii Thesei. A Minerva enim (Ἀθήνη) sine dubio urbs illa nomen accepit, cui sacra erat. v. Pausan. in Atticis, Eustath. ad Homer. p. 483. ed. Basil. Varro ap. Aug. de civit. D. 18. 9. Apollodor. III. 14. Meursius in Athenis Atticis. (Thesaur. Gronov. IV. 817. ss.) et Cecropia (Thes. Gronov. l. l. p. 905.) et Fortuna Attica (l. l. V. 1677. ss.) Μώνυχος per syncopen pro μονώνυχος, ut μώνυξ pro μονώνυξ ab ὄνυξ, qui unicam, solidam, individuam ungulam habet. Suidas: μώνυξ· ὁ μονώνυξ, καὶ μώνυχες ἵπποι. μώνυχα ζῶα, ἵππος, ὄνος, ὀρεὺς (mulus) κ. τ. λ. Sic apud Homerum Il. ι'. 127. μώνυχες ἵπποι. Ad quem respexit Suidas in glossa modo laudata, sed locus ipse ab Intpp. non est notatus. Marklandus mavult legere:

Παλλάδ' ἐν Μωνυχίοις
Ἔχων πτερωτοῖσιν ἅρμασιν, etc.

Palladem in Munichiis alatis curribus habens. Eidemque Μωνυχίοις est Ἀττικοῖς, et πτερωτὰ ἅρματα *naves. Munychia* enim erat pars urbis Atheniensis cum portu, qui minor quam Piræus. v. Thucydid. L. 2. p. 110. Strabo, L. 9. p. 232. Pausan. Attic. I. Cornel. Nepos Thrasybul. c. 2. v. et Statium Thebaid. XII. 615. *Hopfn.*

251. θετὸν quid sit hoc loco, nemo dixerit. Lego: πτερωτοῖσιν ἅρμασ', εὔθετον — ut constructio sit εὔθετον φάσμα, εὔσημόν τε ναυβάταις. εὔθετον, *pulchre, venuste concinnatum* vel *compositum.*

Legendum: πτερωτοῖσιν ἅρμασ' ἄνθετον. *Habens in equestri alato curru dedicatum.* ἄνθετον pro ἀνάθετον, *dedicatum.* Sic ἀνθέντων pro ἀναθέντων, Pausan. p. 180. Proximo versu malim γε pro τε. *Musg.*

252. Εὔσημόν τε φάσμα ναυβάταις.] Mallem, Εὔσημόν τι φάσμα, ut ἄσπετόν τι θαῦμα, Sophocl. Trachin. 978. παρθένος, πάγκαλόν τι χρῆμα, Lucian. Dial. Marin. p. 247. et innumera ejusmodi. Post hanc antistrophen abest integer Ἐπῳδὸς β'. *Markl.*

φάσμα] Supra 242. σῆμα. εὔσημον quod bonum, faustum omen habet. Sic de clamore avium Sophocl. Antig. v. 1021. Cætera de tali σήματι v. ad v. 242. ναυ-

Χρύσεον δράκοντ' ἔχων
'Αμφὶ ναῶν κόρυμβα·
Λήϊτος δ' ὁ γηγενὴς
Ἆρχε ναΐου στρατοῦ·
Φωκίδος δ' ἀπὸ χθονός.
Λοκροῖς δὲ τοῖσδ' ἴσας ἄγων

Aureum draconem tenens,
In navium rostris erat;
Leïtus vero terrigena
Dux-erat navalis exercitus:
Phocidis vero pone erat turba:
Locrisque ordinabat pares numero ducens

βάτης, i. q. ναύτης. Sic sæpius apud Nostrum et Sophoclem occurrit. *Hopfn.*

253. ὅπλισμα] Alibi armatura, apparatus bellicus, h. l. classis. *Hopfn.*

254. νῆας εἰδόμαν, Σημείοις ἐστολισμένας. Τοῖς δὲ, &c.] Codd. et Editt. εὐστολισμένας. Lego et distinguo, Πεντήκοντα νῆας εἰδόμαν. Σημεῖον εὖ 'στολισμέναις Ταῖσδε Κάδμος ἦν, &c. Versus secundus est Iambus dimeter acatalectus. vid. Antistrophen. Legi potest divisim, Ταῖς δὲ, pro ταύταις δὲ, *his vero.* εὖ 'στολισμέναις, ut ἤδη 'σπαρμένα, pro ἐσπαρμένα, Aristoph. Εἰρήν. 1140. ubi pro ἢ τυχεῖν, scrib. ἢ 'υτυχεῖν, i. e. ἢ εὐτυχεῖν. *Markl.*

255. εὖ 'στολισμένας. i. e. εὖ ἐστολισμένας. Ed. Ald. εὐστολισμένας, unde Scaliger ἐστολισμένας. Non displiceret:

σημεῖ' ὅδι' ἐστολισμένας·
οἷς γε Κάδμος ἦν,
χρύσεον δράκοντ' ἔχων,
ἀμφὶ ναῶν —

σημεῖα ὅδια, *signa fausta.* vid. ad Ion. 101. σημεῖα ἐστολισμένας, ut σκευὴν ἐσταλμένοι, Herodot. VII. 62. *Musg.*

'Εστολισμένας] Ita recte Codex Heinsio-Scaligerianus: quare εὐστολισμένας rejeci; non enim exstat εὐστολίζω, sed εὔστολος et εὐσταλὴς, καλῶς ἐστολισμένος. Sin autem exstaret εὐστολίζω, scriberetur ηὐστολισμένας; et Ionice remitteretur augmentum. *Barnes.*

Barnesius rejicit εὐστολισμένας quia putat non exstare v. εὐστολίζειν, sed εὔστολος, (v. c. de navi oneraria bene instructa apud Apollon.) εὐσταλὴς, καλῶς ἐστολισμένος. Bœotia inter Atticam Locridem Phocidemque sita, ejus in Mediterranea parte est Thebæ urbs Bœotiæ primaria ad Ismenum fluvium clarissima. v. Plin. 4. 7. Dicitur hæc a Cadmo Agenoris filio condita, quare et acropolis adjacens Cadmeæ nomen servavit, v. Cornel. Nep. Pelopid. c. 1. Pausan. Bœot. c. 5. et nos ad Sophoclis Trachin. 116. Unde h. l. in navium κορύμβοις dicitur Cadmus fuisse. Quod autem h. l. narratur δράκοντα χρύσεον ἔχειν, hoc pertinet ad fabulam illam, (Ovidio Metamm. III. 14—130. narratam,) qua draconem interfecisse fertur, cujus e dentibus, suadente Minerva terræ mandatis, homines armati progressi sunt, ut fabula narrat, quorum pars aliqua ei in urbe exstruenda adfuit. Unde ab his oriundus paulo post, v. 259. γηγενὴς dicitur, notante Brodæo. V. Apollodor. III. 4. et Munker. ad Hygin. fab. 6. Pausan. Bœot. p. 719. et 733. (fol. 290. lin. 44.) coll. Palæphat. fab. 6. Seneca Œdip. 709. ss. Eurip. Phœnn. 647. ss. ibique Schol. Item ibid. 947, 955. Suppl. 713. Bacch. 168. Diod. Sic. 4. κορύμβον. v. Hesych. v. κόρυμβον. et κόρυμβος vertex v. c. montis, deinde κ. ε. ita vocantur navium partes extremæ, s. prominentes, v. supra ad v. 240. s. Nam quidquid in aliqua re prominet vel eminet, Græci dixere κόρυμβον. Etiam Latini utuntur v. Corymbi, v. c. pro ornatu s. hederaceis navium coronis, de quo v. Rosin. Antiq. Rom. X. 20. p. 989. Alibi κορύφαι νηῶν, seriori tempore ἀκρωτήρια. v. Cel. Kœppe ad Homer. Il. ι'. 241. *Hopfn.*

259. Λήϊτος δ' ὁ γηγενὴς Ἆρχε ναΐου στρα-

Ναῦς Οἰλέως τόκος, κλυτὰν
Θρονιάδ' ἐκλιπὼν πόλιν.
Ἐκ Μυκήνας δὲ τᾶς Κυκλωπίας, ἀντιστροφὴ γ'.
Παῖς Ἀτρέως ἔπεμπε ναυβάτας
Ναῶν ἑκατὸν ἠθροισμένους·
Σὺν δ' Ἄδραστος ἦν

Naves Oilei filius, claram
Throniada urbem relinquens.
Ex Mycenis vero Cyclopeis
Filius Atrei mittebat nautas
Centum navium collectos:
Et simul erat Adrastus

τοῦ, Φωκίδος δ' ἀπὸ χθονός.] Distinguendum semiplene post στρατοῦ· deinde legendum, Φωκίδος τ' ἀπὸ χθονὸς: scil. εἰδόμαν ὅπλισμα, ex superioribus repetendum: *Bœotorum classem vidi, cui præerat Leïtus, ex Spartorum posteris: et* vidi classem *ex terra Phocensi.* Ita vitabitur Absurdum vulgatæ. *Markl.*

261. Leitus, Bœotorum dux, nullum in Phocenses imperium habuisse traditur. Plene igitur distinguendum post στρατοῦ. De Phocensibus et Locris auctor est Homerus, utramque gentem quadraginta naves implevisse. Numerum non videtur diserte memorasse Euripides; tantum pares numero dixisse. Scribendum forte:

Φωκίδος δ' ὄπισθ' ὄχλος
Λοκροῖς τ' ἔτασσ' ἴσας ἄγων
Ναῦς Ὀϊλέως τόκος —

Phocidis vero deinceps erat turba: Locrisque Oilei filius pares numero naves ducens ordinabat. ὄπισθε, *deinceps*, ut Hom. Iliad. ί. 511.

Locum infeliciter antea tentatum nunc demum persanasse mihi videor. Lego:

Φωκίδος δ' ἀπὸ χθονὸς,
Ἄγχ'· οἷς ἔτασσ' ἴσας ἄγων
Ναῦς Ὀϊλέως τόκος —

Facile carere possumus Λοκροῖς, sive malit aliquis Λοκρὸς vel Λοκρὰς, tum ad Gentem, quæ naves hasce instruxerat, indicandam Urbis Thronii mentio abunde sufficiat.

In primo tamen versu Ellipsis est, quæ nonnullis forte insolens videatur. Citra Ellipsin utique dicendum erat, οἱ ἀπὸ Φωκίδος χθονός· vel etiam plenius οἱ ἀπὸ Φωκίδος χθονὸς σταλέντες, vel φύντες. Verum sic solent Tragici. vid. citata ad Ion. v. 116. *Musg.*

Λήϊτος δ' ὁ γηγενὴς] Homer. Peneleum, aliosque tres adjungit; per τὸ γηγενὴς autem claritudo illius generis monstratur, utpote qui ex Spartis, i. e. e draconis dentibus seminatis viris, originem traxit. De qua re vide, quæ nos ad Suppl. v. 588. et Phœniss. v. 945. *Barnes.*

Leitus Bœotorum dux, filius Alectryonis (Il. β'. 494. ρ'. 601. ζ'. 35.) Heathius monet, in Euripide nullam fieri Phocensium mentionem, sed iis æque, ac Locrensibus, præfuisse videri Ajacem, Oilei filium. Quare is quoque post στρατοῦ punctum, et post χθονὸς atque Λοκροῖς δὲ, pro quo idem Λοκρῶν δὲ legendum putat, comma, ponendum censet. Minus recte, eodem judice, Canterus et Scaliger Λοκρὸς scribunt, propterea, quia τὸ δὲ statim sequitur. Equidem jam emendaveram ut Heathius h. l. *Hopfn.*

262. Λοκροῖς δὲ τοῖσδε ἴσας ἄγων Ναῦς Ὀϊλέως τόκος,] Scalig. et Canter. Λοκρὸς: Heathius Λοκρῶν. Forte Λοκρὰς — ἄγειν. Τοῖσδ' sc. Phocensibus: nisi quis malit ταῖσδ', sc. ναυσί. vide Homer. Catal. Nav. v. 31. 41. Si retineatur ἄγων, subintellige ἦν. *Markl.*

Λοκροῖς] Canterus Λοκρὸς, et Scaliger. *Barnes.*

τοῖσδ', sc. Phocensibus, nisi quis malit ταῖσδ', sc. ναυσί. Si retineatur ἄγων, subint. ἦν. Cæterum apud Homerum

Ταγὸς, ὡς φίλος φίλῳ,
Τᾶς φυγούσας μέλαθρα
Βαρβάρων χάριν γάμων

Dux, ut amicus cum amico,
Helenæ illius quæ deseruerat domum *suam*,
Barbararum gratia nuptiarum;

Il. β'. 494. 517. duces Phocensium sunt Schedius et Epistrophus, filii Iphiti, qui Phocenses quadraginta navibus ad Trojam duxerunt. l. l. coll. 524. s. Præter *Leitum* nominantur Bœotorum duces Peneleus, Arcesilaus, Prothoenor, et Clonius. Sic enim Homerus Catalogum navium incipit, v. 494. Βοιωτῶν μὲν Πηνέλεως καὶ Λήϊτος ἦρχον, κ. τ. λ. Quisque horum ducum quinquaginta navibus præerat, in quibus singulis centum et viginti juvenes erant v. l. l. 509. s. Ibidem v. 527. et v. 534.

Λοκρῶν δ' ἡγεμόνευεν Ὀϊλῆος ταχὺς Αἴας
Τῷ δ' ἅμα τεσσαράκοντα μέλαιναι νῆες ἕποντο
Λοκρῶν, οἳ ναίουσι πέρην ἱερῆς Εὐβοίης.

De Ajace Oilei filio vid. supra ad v. 193. ἴσας, i. e. ἰσηρίθμους. Γηγενὴς, (Cyclop. 5.) quo epitheto ornatur Leitus, nobilitatem generis ejus indicare videtur, quatenus a Spartis, viris e dentibus draconis prognatis, originem traxit. Vid. quæ hac de re supra monuimus ad v. 257. Etenim ex his oriundi nobilissimi Thebanorum omnium habebantur, unde Atius apud Nonium: — *ab Dracontis es stirpe armata exaratus, genere Antiquior.* V. Jani Guilielmi Verisimm. III. 5. Τόκος (ut τέκος, i. q. τέκνον, υἱὸς,) Artemidoro (4. 82. p. 248.) monente, καλεῖται πᾶς ὁ γεννώμενος παῖς. V. nos ad Cyclop. 48. et 161. *Hopfn.*

264. Θρονιάδ' ἐκλιπὼν πόλιν.] Scribendum, Θρονειάδ', epenthesi Poëtica. Θρονειὰς πόλις est Θρόνιον Homeri, Iliad. B. 533. *Markl.*

Θρονιάδα] Hom. Θρόνιον vocat Iliad. β'. v. 533. *Barnes.*

ἐκλιπὼν, venit ex — Θρονιάδ' Homerus Il. β'. 533. vocat Θρόνιον. Marklandus ideo legendum censet Θρονειάδ' epenthesi poëtica, (quem sequutus sum.) Θρονειὰς πόλις est Θρόνιον Homeri. Hæc præcipua Epicnemidiorum urbs est, quam præterfluit amnis Boagrius. v. Homer. l. l. Plin. IV. 7. Strabo IX. p. 293. Livius XXXVI. 20. Pausan. Eliac. I. 22. Suidas: Θρόνιον urbs est Locridis. Scilicet *Locris* est duplex, observante Strabone, (IX. p. 287.) Pars *citerior* est Λοκρῶν Ὀζολῶν, Locrorum Ozolarum, inter Ætoliam et Phocidem sita, *ulterior* trans Parnassum procurrit versus Thermopylas, et ad Euripum Eubœæ pertinet. Hi sunt vel *Opuntii*, qui ad mare Euboicum habitant, vel *Epicnemidii*, qui ad montem Cnemidem incolunt. Alii omnes trans Parnassum habitantes Epicnemidiorum nomine afficiunt. v. Schol. Pindari Olymp. XI. *Phocis* denique (v. 261.) inter Bœotos et Locros sita, olim inde a sinu Corinthiaco usque ad mare Euboicum procurrebat, adque Thermopylas, si fidendum Dionysio Periegetæ, v. 438. Sed postea Phocensium regio angustior est reddita. v. Pausan. Phoc. 3. *Hopfn.*

265. Κυκλωπίας in Cod. B. scribitur Κυκλωπειας. *Markl.*

Ἐκ Μυκήνας τᾶς Κυκλωπίας] Vide supra ad v. 151. *Barnes.*

265—267. Mycenæ, interdum et Μυκήνα numero singulari Homer. Il. δ'. 52. in Argolide sita, regni olim caput, et regia Agamemnonis a poëtis satis celebrata. Virgil. Æn. VI. 839. *Agamemnoniæ Mycenæ* vocantur. Hujus quoque urbis mœnia, quia a Cyclopibus putantur exstructa, Κυκλώπιαι nominantur, qua de re v. supra v. 152. *Filius Atrei,* (ut supra v. 30.) Agamemnon, frater Menelai, (quare uterque Atridæ nuncupantur,) rex Mycenarum. Hic cum fratre per totam Græciam profectus est, ut civitates moveret, ut participes fierent belli Trojani, (Od. ω'. 115.) quod et effecit, ejusque sub imperio summo classis Græca enavigavit. Pars ei demandata maxima erat, naves enim, ut et h. l. legimus, centum numero ducebat. Ita Homerus Catal. navium (β'. 569.)

Οἳ δὲ Μυκήνας εἶχον, ἐϋκτίμενον πτολίεθρον,
Ἀφνειόν τε Κόρινθον, ἐϋκτιμένας τε Κλεωνὰς,
Ὀρνειάς τ' ἐνέμοντο, Ἀραιθυρέην τ' ἐρατεινὴν,

Πρᾶξιν Ἑλλὰς ὡς λάβοι.
Ἐκ Πύλου δὲ Νέστορος
Γερηνίου κατειδόμαν

Ut acciperet Græcia compensationem.
Ex Pylo autem Nestoris
Gerenii, vidi

καὶ Σικυῶν', ὅθ' ἄρ' Ἄδρηστος πρῶτ' ἐμβασίλευεν·
οἵ θ' Ὑπερησίην τε καὶ αἰπεινὴν Γονόεσσαν,
Πελλήνην τ' εἶχον, ἠδ' Αἴγιον ἀμφενέμοντο,
αἰγιαλόν τ' ἀνὰ πάντα, καὶ ἀμφ' Ἑλίκην εὐρεῖαν.
τῶν ἑκατὸν νηῶν ἦρχε κρείων Ἀγαμέμνων,
Ἀτρείδης· ἅμα τῷ γε πολὺ πλεῖστοι καὶ ἄριστοι
λαοὶ ἕποντ'. κ. τ. λ.

v. Strabon. 8. p. 256. ed. Casaub. ναυβάτης (supra 252.) ἐπιβάτης ἢ ναύτης. Suid. *Hopfn.*

268. σὺν δ' Ἄδραστος ἦν ταγὸς, &c.] De Menelao hæc intelligenda esse mihi quoque videntur. Clarum esset si pro Ἄδραστος scriptum fuisset ἀδελφός. Sed quis probabilem caussam tantæ mutationis potest reddere? Eadem difficultate premitur ὕπαρχος Sophoclis, Ajac. 1129. Nam ἀγαστὸς, ἀγαυὸς, et similia, forte non sunt mentione digna. Mihi locus immedicabilis videtur, licet sciam viros doctos in diversum abituros. Ego minime dubito, quin multa, etiam eorum quæ sensum bonum continent, et in quibus consentiunt MSS. interpolata tamen sint in his Dramatibus, et in aliis Antiquis Scriptoribus. Exemplum sit v. 72. *Markl.*

Ἄδραστος] Facile intelligitur, Poëtam de Adrasto, Polynicis socero, non loqui, utpote qui brevi post captas ab Epigonis Thebas mortem obierit. Pausan. p. 41. l. 14. Ed. Sylb. Verba ὡς φίλος φίλῳ indicare videntur aliquem, qui caussas inimicitiæ cum Agamemnone habebat, quas tamen publico bono posthabuerat. Id ego ad Adrastum refero, Polynicis filium, cujus meminit Pausan. p. 62. Ed. Sylb. quippe ad quem regnum Argivorum a Pelopidis jam occupatum hæreditario jure pertinebat. De Historia Adrasti et Argivorum, deque Argis civitate ab Agamemnone subacta, multa et scitu digna habet Eustathius Vol. I. p. 288. Ed. Rom. Vide etiam Schol. Pindar. ad Nem. IX. δυωδ'. γ'. denique Strabon. Lib. X. p. 426. A. *Musg.*

Σὺν δ' Ἄδραστος] Brodæus hunc putat esse illum, quem Homerus dicit olim Sicyone regnasse: nos vero illum ante Trojana tempora defunctum statuimus; nec alium Græcum Adrastum, Agamemnoni amicum, ab Homero memorari; sed vel ipsum Euripidem deceptum æque ac Brodæum, vel ἄδραστον nomen appellativum, idem valens, ac ἄτρεστον; et Menelaum fratrem hic significari. Eustathius autem cæterique omnes veterem illum Adrastum, qui exercitum contra Thebas et Eteoclem duxit, Sicyonis olim regem, mox Argorum, agnoscunt: nec alium Homerus novit, excepto uno Trojanarum partium, ab ipso Agamemnone interfecto. *Barnes.*

De Adrasto v. supra ad v. 244. — Ἄδραστος] Mallem ἀδελφὸς, quod jam video a Marklando prolatum, (qui quidem locum hunç immedicabilem censet,) cui opponit Koehlerus hoc, de fratre Agamemnonis non potuisse dici eum conjunctum fuisse ὡς φίλον φίλῳ. Quod, cum bene conveniat cum illo altero Adrasto, cedit in sententiam Musgravii. Eustathius cæterique omnes veterem illum Adrastum, qui exercitum contra Thebas et Eteoclem duxit, Sicyonis olim regem, mox Argorum agnoscunt; nec alium Homerus novit, excepto uno Trojanarum partium, ab ipso Agamemnone interfecto. Il. ζ'. 53. ubi Ἄδρηστος vocatur. ὁ ταγὸς, ὁ ἡγεμών. Suid. τᾶς φυγ. Helena. — μέλαθρον a Lexicographis dicitur esse trabs in medio tecti fumo denigrata, ἀπὸ τοῦ μελαίνεσθαι (v. Suid.) hinc omnino domus, et κ. ε. palatium. πρᾶξιν, negotium, λαμβάνειν suscipere. Reiskius monet πρᾶξιν h. l. esse *exactionem, repetitionem*, et loci sensum, *ut Græcia repeteret et recuperaret Helenam*. Hesychius: πρᾶξις, ἀπαίτησις. v. de h. v. Duport. Prælectt. in Theophrast. c. 6.

Πρύμνας, σῆμα ταυρόπουν
Ὁρᾷν, πάροικον Ἀλφεόν.
Αἰνιάνων δὲ δώδεκα στόλοι ἐπῳδὸς γ'.
Ναῶν ἦσαν, ὧν ἄναξ Γουνεὺς

In puppibus signum taurinis-pedibus
Videndum, accolam Alpheum.
Ænianorum autem duodecim rostra
Navium erant, quibus rex Guneus

Cæterum Heathius observat, ab his verbis πρᾶξιν — omnino pendere illa τᾶς φυγ. et cum eis connectenda esse. *Hopfn.*

273. s. *Pylus*, tres sunt Pyli in Peloponneso, Eliacus, (v. Pausan. Eliac. 2. 22. Strabo VIII. p. 234.) Triphyliacus, et Messeniacus. Omnes sese jactabant alumno Nestore. Strabo l. l. (p. 341.) putat, Pylum Nestoris fuisse Triphyliacum, qui solus fuit circa fluvium Alpheum, nam Homerus Nestoris possessiones ad utramque ripam Alphei disposuit. (v. Pausan. Messen. ult.) Pars Elidis inde ab Alpheo usque ad Messeniæ fines dicebatur Tryphylia et Tryphalia. *Alpheus* nobilissimus Peloponnesi fluvius, qui longo anfractu per Arcadiam delapsus effunditur, de quo constat multa fabulari antiquitatem, eum amore Arethusæ nymphæ subter mare deferri ad Siciliam, et in fonte Syracusano erumpere. v. Virgil. Æn. III. 694. Ovid. Metam. V. 409. Cic. Verr. 4. 53. v. supra v. 170. Quare h. l. dicitur πάροικος, accola, vicinus. *Gerenia* et Gerania (Dorico more) urbs Messeniæ, unde Nestor Gerenius, quia ibi educatus est, postquam Hercules Pylum destruxisset, Neleumque, Nestoris patrem, reliquosque filios interfecisset. v. Apollodor. 2. 7, 3. et Ill. Heyn. p. 155. v. Plin. 4. 5. Sic Homer. Odyss. γ'. 68. vocatur Nestor Γερήνιος ἱππότα, ubi Schol. κατὰ μὲν Ἡσίοδον, ὁ ἐν Γερήνοις ἀνατραφείς· κρεῖσσον δὲ ἀποδιδόναι, ὁ ἔντιμος, παρὰ τὸ γέρας. (Propterea quoque h. l. Barnesius reddit *senis.*) Vid. ibid. v. 102. et Il. α'. 601. Nestor autem Nelei et Chloridis filius (Homer. Od. λ'. 280. coll. 691.) in Pylo patri successit, (Od. γ'. 411.) fortis in juventute pugnator, disertus orator, summam attigisse fertur hominum ætatem, (Il. α'. 250. ss.) navibusque viginti ad Trojam duxisse incolas Pyli &c. Homer. Il. β'. 591—602. *Hopfn.*

275. s. πρύμνας, σῆμα ταυρόπουν, Ὁρᾷν πάροικον Ἀλφεόν.] Metrum poscit Πρύμναισι, et sensus hanc distinctionem, Γερηνίου κατειδόμαν Πρύμναισι σῆμα, ταυρόπουν Ὁρᾷν, πάροικον Ἀλφεόν. Vide Strophen. Codd. Par. A. B. habent Ὁραν τον παροικον: Solito more inserendi Articulum. Heathius quoque distinguit post Ὁρᾷν. Brodæus videtur legisse ταυρωπὸν, contra metrum; quod vir ille magnus sæpe parum curavit. *Markl.*

Hi versus, metro jubente, sic refingendi videntur:

σῆμα πρύμνας ταυρόπουν ὁρᾷν,
τὸν πάροικον Ἀλφεόν.

Ubi τὸν, quod in Aldina deest, MSS. ambo et Lib. P. suppeditarunt. Fluviorum imagines taurina specie factas esse, pervulgatum est. Videri possunt de eo Strabo, p. 458. D. Ælianus Var. Hist. II. c. 33. *Musg.*

Σῆμα ταυρόπουν Ἀλφεόν] Taurorum imagines fluviis affingebant Poëtæ, et ταυροκράνους et ταυρόποδας vocabant, et Hom. de fluvio, Iliad. φ'. v. 237. μεμυκὼς ἠΰτε ταῦρος. In quem locum ita Eustathius — διότι ταύρους τῇ τε θαλάσσῃ καὶ τοῖς ποταμοῖς ἱέρευον· ἴσως γὰρ διὰ τὸ μυκητικὸν, καὶ οὕτως αὐτοῖς οἰκεῖον καὶ προσφυές. Vide supra ad Orest. v. 1373. *Barnes.*

πρύμνας] V. supra ad 252. et 240. s. Ταυρόπουν, Observandum, fluviorum imagines taurina specie factas esse, unde ταυροκράνοι, βούπρωροι, et ταυρόποδες vocantur. Sic Achelous Sophocl. Trachin. 13. dicitur βούπρωρος, ubi plura monui. His adde Orest. Euripidis 1373. s. ubi Ὠκέανος ταυροκράνος legitur, et Scholiastes hæc monet: ἐπιεικῶς δὲ τοὺς ποταμοὺς ταυροκράνους ἐζωγράφουν τε, καὶ ἔλεγον, ἴσως ὅτι παραπλήσια τῷ μυκήματι τῶν ταύρων ἡ ἀπήχησις τοῦ ὕδατος ποιεῖ, ἐν τοῖς σφοδρῶς ῥέουσι ποταμοῖς. ἢ διὰ τὸ βίαιον τῶν ὑδάτων, ἅπερ τὴν γῆν διαῤῥήσσουσι, παρεμπίπτοντα

Ἆρχε. τῶνδε δ' αὖ πέλας,
Ἠλίδος δυνάστορες,
Οὓς Ἐπειοὺς ὠνόμαζε πᾶς λεώς·
Εὔρυτος δ' ἄνασσε τῶνδε.

Imperabat: prope vero istos
Elidis principes,
Quos Epeos vocabat omnis populus:
Eurytus autem imperabat his.

ὡς τοῖς κέρασιν οἱ ταῦροι. Item Eustath. ad Il. φ'. 237. ubi verba leguntur hæc: μεμυκὼς, ἠΰτε ταῦρος, — observat: διότι ταύρους τῇ τε θαλάσσῃ καὶ τοῖς ποταμοῖς ἱέρευον· ἴσως γὰρ διὰ τὸ μυκητικὸν, καὶ οὕτως αὐτοῖς οἰκεῖον καὶ προσφυές. Imaginem ejusmodi v. apud Montefalcon. Antiquitt. T. 3. P. 1. p. 188. Conferas quoque velim Strabon. p. 458. et Ælian. V. H. 2, 33. Heathius distinguit post ὁρᾷν. Koehlerus suspicatur metri causa legendum esse ταυροπὸν pro ταυρωπὸν, non ταυρόπουν. *Hopfn.*

277. στόλοι] Hic rostra navium sunt, ut Iphig. in Taur. v. 1142. *Musg.*

Αἰνιάνων] Vide Stephanum περὶ πόλεων in voce Αἰνία. Illos autem Homer. carminis causa Ἐνιῆνες vocat. Iliad. β'. v. 47. —Γουνεὺς δ' ἐκ Κύφου ἦγε δύω καὶ εἴκοσι νῆας· Τῷ δ' Ἐνιῆνες ἕποντο, μενεπτόλεμοί τε Περαιβοί. *Barnes.*

στόλοι,] Hesychius h. v. hæc affert: στόλος, ὁ τῆς νεὼς ἔμβολος, τὸ εἰς ὀξὺ συνεστραμμένον. Scholiastes in Lib. I. Apollon. Rhod. —στόλος δὲ λέγεται τὸ ἐξέχον ἀπὸ τῆς πτυχῆς, καὶ διῆκον ἄχρι τῆς πρώρας ξύλον. v. et Polluc. L. I. sect. 86. Heathius vertit: *naves militibus instructæ.* Αἰνιάνων, Homero dicuntur Ἐνιῆνες, Il. β'. 749. (non 47. ut in nota Barnesii ad h. l. legitur.) Ænianes a Lapithis pulsos ad Æthices venisse, indeque τῆς Μολοσσίας χώραν, (Molossidis regionem) ad Aravam (Plinii Apham) flumen occupasse, Plutarchus narrat quæstionibus Græcis. Strabo autem L. IX. p. 294. ad aliud haud dubie tempus respiciens: τοῖς Ἐπικνημιδίοις Αἰνιᾶνες συνεχεῖς, et L. I. p. 42. Ænianes Ætolis finitimos dicit. v. Stephanum de urbibus v. Αἰνία. Homerus l. l. conjungit eos cum Perrhæbis. Apud eundem Guneus ille e Cepho oriundus duas et viginti naves duxisse dicitur, eumque sequuti narrantur Enienes et bellicosi Peræbi, quos ait extruxisse domos circa Dodonam frigidam, et habitare circa Titaresium:

Γουνεὺς δ' ἐκ Κύφου ἦγε δύω καὶ εἴκοσι νῆας·
Τῷ δ' Ἐνιῆνες ἕποντο, μενεπτόλεμοί τε Περιβαιοὶ κ. τ. λ.

ἆρχε ut supra 260. pro quo 269. ταγὸς ἦν — et 244. στρατηλάτας. Paulo post ἄνασσε. *Hopfn.*

230. δυνάστωρ] Pro quo magis tritum δυνάστης, i. e. qui auctoritate, potestate pollet, præfectus. *Elis* s. Elea, Peloponnesi regio inter Achaiam et Messeniam. Araxus promontorium terminus Achaiæ et Elidis. v. Strabon. L. VIII. p. 232. ss. Elidem irrigat Alpheus (hodie *Carbon*) et tum mari Peloponnesiaco infunditur. v. supra ad v. 276. Est et urbs ejus nominis primaria in Mediterranea regionis illius parte, ad Peneum, illam perfluentem, sita. Hujus autem regionis incolæ ab initio dicebantur *Epei*, unde γᾶ Ἐπείων apud Pindarum Olymp. Θ. 86. pro Elide ponitur, hinc h. l. οὓς— ὠνόμαζε. Homerus Od. ο'. 297. Ἦλιδα vocat δῖαν, ὅθι κρατέουσιν Ἐπειοί. et ibid. v. 275. eodem modo. (v. Strabon. L. VIII. p. 318. l. 336.) Ibid. λ'. 685. coll. 687, 693. Ad v. 687. Schol. hæc monet; Ἔπειοι—οἱ Ἠλεῖοι. Ἀπὸ Ἐπειοῦ, τοῦ Ἠλείου βασιλέως αὐτῶν, καὶ οἱ πλησιόχωροι. Idemque Homerus Il. β'. 620. ss. non Eurytum, sed Thalpium, hujus Euryti, et Amphimachum Cleati filium tanquam duces nominat. (Itaque, ut obiter moneamus, erravit Koehlerus, si utrumque, Amphimachum et Thalpium Euryti filios nominat.) Quisque eorum Epeos decem navibus ad Trojam duxit. Hic habes ejus verba:

615. Οἳ δ' ἄρα Βουπράσιόν τε καὶ Ἤλιδα δῖαν ἔναιον — κ. τ. λ.
618. Τῶν αὖ τέσσαρες ἀρχοὶ ἔσαν, δέκα δ' ἀνδρὶ ἑκάστῳ
Νῆες ἕποντο θοαὶ, πολέες δ' ἔμβαινον Ἐπειοί.
Τῶν μὲν ἄρ' Ἀμφίμαχος καὶ Θάλπιος ἡγησάσθην

Λευκήρετμον δ' Ἄρη
Τάφιον ἧγεν ὧν Μέγης

Albis vero remis instructum *exercitum*
Taphium mirabar, cui Meges

Υἷες, ὁ μὲν Κτεάτου, ὁ δὲ Εὐρύτου Ἀκτορίωνος.— V. Leopardi Emendatt. 4. 10. et Pausan. p. 149. l. 34. ed. Sylb. *Hopfn.*

282. Homerus non Eurytum, sed filium ejus, Thalpium, cum Amphimacho, Cteati filio, Elidensibus præficit. vid. Il. II. v. 260. collat. cum Pausan. p. 149. l. 34. Ed. Sylb. *Musg.*

Εὔρυτος δ' ἄνασσε τῶνδε] Quod supra ad v. 268. Euripidem diximus deceptum esse, id certissime nunc videmus; cum enim Homerus Iliad. β'. 621. dicat, Epeos et Elidenses ab Amphimacho et Thalpio, Cteati et Euryti filiis, ductos, Poëta noster dicit Eurytum eorum Ducem misero lapsu. Homerus autem hæc habet: Ἐπειοί· Τῶν μὲν ἄρ' Ἀμφίμαχος καὶ Θάλπιος ἡγησάσθην, Υἷες, ὁ μὲν Κτεάτου, ὁ δὲ Εὐρύτου Ἀκτορίωνος, etc. Vide Pauli Leopardi Emendat. L. IV. c. 10. *Barnes.*

283. Si verum est Λευκήρετμον, significare debet *Nitidis remis instructum:* Hesychius: Λευκὰ, φαιδρὰ, λαμπρά. Sic remos Paridis πελαργοχρῶτας vocat Lycophron, v. 24. sive candorem eorum laudans, sive illud commune remorum Epitheton fuerit.

Sequentia nondum integritati restituta esse, facile agnosco. Pro ἧγεν ὧν legendum ἡγεμὼν, quod mirum est omnes adhuc Interpretes latuisse. Quid tamen pro ἄνασσε reponendum sit, non adeo promtum est dicere. Non displiceret νώμασε, *inspexit, contemplatus est.* vid. ad Phœniss. 1271. vel etiam *gubernavit.* Hesychius: Νωμῆσαι—κυβερνῆσαι. *Musg.*

Λευκήρετμον ἄρη Τάφιον] Hom. Odyss. α'. v. 181.—Ταφίοισι φιληρέτμοισιν ἀνάσσων. Vide Pauli Leopardi Emendat. L. IV. c. 10. *Barnes.*

λευκηρ. etc.] Hæc Brumœus vertit: Megès fils de Phylée, conduit la flotte des Taphiens aux rames blànches. Ergo ἧγεν ad Μέγης retulit, quod assensu probat Prevostus, propterea quod vulgaris lectio, ex qua ἧγεν sit cum Εὔρυτος conjungendum, repugnet, traditionibus. *Beck.*

Copiæ navales (ἄρης, v. supra ad v. 237.) ornantur epitheto λευκήρετμος. — ἧγεν Reisk. οἶδεν. ἧγεν Ἄρη Τάφιον ὧν ἄνασσε ex Homer. Catal. 134. Τάφιον pro Ταφίων et collective ὧν potius, quam οὗ. Sic quoque Brumœus ἧγεν ad Μέγης retulit, quod assensu probat Prevostus, propterea quod vulgaris lectio, ex qua ἧγεν sit cum Εὔρυτος conjungendum, repugnet traditionibus. Jam supra v. 282. locum Homeri allegavimus, ubi Thalpius et Amphimachus duces classis Epeorum vocantur, quare suspicatur Koehlerus, forte hic quoque Euripidem scripsisse Θάλπιος pro Τάφιος, atque Codices meliorem adhuc suppeditaturos esse lectionem, nam structuram verborum paullo ante a Marklando allatam, duram esse putat atque inusitatam. — dictis Musgravii addere liceat Plinium L. IV. c. 12. hæc monentem: *Inter Leucadiam et Achaiam permultæ, quarum Teleboides, eædemque Telephiæ, ab incolis ante Leucadiam appellantur Taphias, Oxiæ, Prinoëssa: et ante Ætoliam Echinades, Echialia, Cotonis,* etc. v. Strabo, VII. p. 222. et X. p. 316. *Meges* Phylei filius, illustris heros bello, princeps incolarum Dulichii et Echinadum, quos duxisse dicitur ad Trojam quadraginta navibus. Il. β'. 625. *Phyleus* autem filius Augeæ regis Epeorum, cum quo rixatus propter Herculem, cui ille denegaverat mercedem pro stabulis purgatis, discessit ad Dulichium. Il. β'. 628. ubi v. Schol. — λόχευμα a' λοχεύω, parturio, (Bacch. 3.) ut τόκος, γέννημα, et alia id genus alibi apud Euripidem. Sic Orest. 995. de agno legitur, sed de homine (Œdipo) Phœnn. 816. ubi Schol. per γέννημα exposuit. Echinades sunt plures parvæ insulæ ante Acheloi ostia, sed asperæ pleræque, steriles ac desertæ. Virgil. Æn. III. 270. *Dulichiumque Sameque et Neritos ardua saxis,* idemque Eclog. VI. 76. *Dulichias vexasse rates,* ubi v. Illustr. Heynium. Thucydides, Lib. 2. p. 171. plerasque Echinadum insularum ait jacere e regione Œniadarum, ab adluvionibus Acheloi nihil admodum distantes. v. et Strabo, L. X. p. 453. Dionys. Perieget. v. 433. ss. et ex quo græca expressa sunt,

Ἄνασσε, Φυλέως λόχευμα,
Τὰς Ἐχίδνας λιπὼν

Præerat, Phylei filius,
Relictis Echinadibus

Avienus Perieg. v. 594. item Pausan. Arcad. p. 647. Brodæus habebat ἐχίδνας, ut in Stiblini editione legitur, verum hoc nihil est, nullibi enim insulæ Echidnæ reperiuntur, neque vero difficile intellectu, quomodo ex Homeri Ἐχινάων et vulgari insularum illarum denominatione Ἐχινάδας (Callimach. in Del.) potuerit fieri Ἐχίδνας. Versus gratia lego Ἐχινάδας cum Barnesio. Brodæus et Reiskius Ἐχίνας præfert. Tamen Arnoldus in Animadv. defendit Ἐχίδνας ex Athenæo aliisque, qui observant, Echinadas insulas nomen traxisse ἀπὸ τῶν ἐχίνων, quæ et ἔχιδναι dictæ sint. Cæterum mythum respectu illarum insularum v. apud Ovidium Metamm. VIII. 546—610. Echinæ vocantur Senecæ Troad. 838. sed Ovidio l. l. aliisque Echinades. V. Eustath. in v. Ἐχῖναι νῆσοι et in Ἐχινάδες, Stephanum de urbibus in v. Ἐχῖναι, atque Leopard. Emendd. IV. 10. Denique conferre liceat locum Homeri, quem Noster adumbravit. Il. β'. 625. ss. :

Οἳ δ' ἐκ Δουλιχίοιο, Ἐχινάων θ' ἱεράων
Νήσων, αἳ ναίουσι πέρην ἁλὸς Ἤλιδος ἄντα,
Τῶν αὖθ' ἡγεμόνευε Μέγης, ἀτάλαντος Ἄρηϊ,
Φυλείδης, ὃν τίκτε Διῒ φίλος ἱππότα Φυλεύς,
Ὅς ποτε Δουλίχιόνδ' ἀπενάσσατο πατρὶ χολωθείς.
Τῷ δ' ἅμα τεσσαράκοντα μέλαιναι νῆες ἕποντο.

— ἀπροσφόρους (ἀπροσίτους) ναυβάταις (ναύταις v. supra 252. v. Suid. h. v.) *inaccessas* vocat. — Nonne etiam propterea ita vocantur, quia asperæ erant et limosæ? vide, quæ modo de Echinadibus monuimus. *Hopfn.*

284. Τάφιον ἦγεν· ὧν Μέγης Ἄνασσε.] Delevi punctum post ἦγεν, ut Constructio sit, Μέγης δὲ—ἦγεν ἄρη Τάφιον ὧν ἄνασσε. ex Homeri Catal. 134. Τάφιον pro Ταφίων, et collective ὧν potius quam Grammatice οὗ. Mox, pro Ἐχίδνας, Brodæus Ἐχίνας, ex Homero: Barnesius, Ἐχινάδας *Markl.*

Negat Strabo, Taphios, Trojani belli tempore, sub eodem duce, ac reliquos Echinadum incolas, fuisse: dubitare etiam videtur, utrum Taphos insula inter Echinadas recenseri debeat. Primum adstruit ex Homero, qui Mentem, Anchiali filium, Taphiis imperasse affirmat, Odyss. L. V. 105. et 180. Non meminerat sc. hoc ad decimum a Trojæ excidio annum pertinere: Megetem vero ad scopulos Capharios, statim post captum Ilium, naufragio periisse. Tzetzes ad Lycophron. ex Apollodoro, p. 146. Ed. P. Steph. Nihil igitur prohibet, et Mentem et Megetem omnibus Echinadum incolis, quippe diverso tempore, imperasse. Verum dubitat, ut dixi, utrum Taphos inter Echinadas referenda sit. Sed hoc facile ex pluribus Veterum locis diluitur. Apollod. II. c. 4. ταύτην ἁρπάσας Ποσειδῶν, καὶ κομίσας ἐπὶ τὰς Ἐχινάδας νήσους μίγνυται, καὶ γεννᾷ Τάφιον, ὃς ᾤκισε Τάφον, καὶ τοὺς λαοὺς Τηλεβόας ἐκάλεσε. Scholiastes in Odyss. L. V. 105. Τάφος ἡ νῆσος τῶν Ἐχινάδων, ἣν κατῴκουν Τηλεβόαι. Interpres Apollon. Rhod. ad Lib. I. ἡ Τάφος νῆσος ἔστι μία τῶν Ἐχινάδων, ἣν ᾤκησαν Τηλεβόαι — ἄνδρες λῃστρικώτατοι τὸν τρόπον. Restat scrupulus ab Heathio nuper motus, Megetem scilicet, Euryti auspiciis, Taphios ad Ilium duxisse, sed summum eorum imperium penes Eurytum fuisse. Sed neque hoc historiæ consentaneum est. Phyleus enim, Megetis pater, qui ante eum in Taphios regnabat, ex Elide illuc profugerat, patri Augeæ, Elidensium regi, iratus. Hom. Il. II. v. 629. Strabo, p. 459. A. Pausan. p. 148. l. 24. et p. 149. l. 30. Nullum igitur Elidensibus in Taphios jus, falsumque est, quod dicit hic vulgata lectio, Eurytum Taphios duxisse. Lego:

λευκήρετμον δ' Ἄρη
Τάφιον ἦγων, ᾧ Μέγης
ἄνασσε, Φυλέως λόχευμα.

Admirabar Martem Taphium, nitidis remis insignem, cui Meges imperabat, Phylei soboles. ἦγων, *admirabar*, a verbo antiquo ἀγάω, cui passivam formam ἄγαμαι Græcorum consuetudo substituit. Taphios, credo, admirabatur, quia Piraticam eo tempore exercentes, rei nauticæ præ reliquis Græcis periti erant. Verbum ἀγῶ, *miror* nuspiam inveni, præterquam

Νήσους, ναυβάταις ἀπροσφόρους.
Αἴας δ' ὁ Σαλαμῖνος ἔντροφος,
Δεξιὸν κέρας
Πρὸς τὸ λαιὸν ξύναγε·
Τῶν ἄσσον ὥρμει, πλάταισιν
Ἐσχάταισι συμπλέκων,
Δώδεκ' εὐστροφωτάταισι

Insulis, quæ nautis sunt inaccessæ.
Ajax autem, alumnus Salaminis,
Dextrum cornu
Sinistro conjungebat,
Quibus propius habebat stationem, ratibus
Extremis cohærens,
Duodecim celerrimis

apud Etymologum, qui pluribus locis habet, ut v. ἀγαυὸς, v. ἄγη, v. ἄγω, v. ἀγώμενος. *Musg.*

286. Ἐχίδνας] Ita præter Euripidem nemo vocat, sed vel Ἐχίνας, vel Ἐχινάδας. Eligat Lector. *Musg.*

Ἐχινάδας pro Ἐχίδνας lego, non quod Joh. Brodæus ita legendum suadeat, nec quod ita Homerus, quem Euripides adumbrat, sic legit, aliique; sed etiam quod nullæ insulæ Echidnæ dictæ exstent, aut exstiterint unquam. Vide Eustath. in Ἐχῖναι νῆσοι et in Ἐχινάδες: utroque enim modo dicuntur, tam apud Græcos, quam Latinos: Seneca enim — *Quolibet vento faciles* Echinæ. Vide Pauli Leopardi Emendat. L. IV. c. 10. Hic vero Ἐχινάδας est versui convenientius, quam Ἐχίνας. Vide Hom. β'. v. 625. Ἐχινάων θ' ἱεράων. Vide Stephanum περὶ πόλεων in Ἐχῖναι. *Barnes.*

287. ναυβάταις ἀπροσφόρους.] Piraticam enim exercebant Taphii, ut diserte testatur Strabo, p. 459. A. Suidas: Τάφιος, ἐθνικὸν, ὁ λῃστής. *Musg.*

288. ss. *Ajax Salaminis alumnus* — v. supra ad v. 194. ἔντροφος i. q. ἐντεθραμμένος, educatus, nutritus. v. Suid. in h. v. qui e Sophoclis Ajace, v. 623. allegavit. — λαιόν, τὸ ἀριστερόν. Suid. ὁρμεῖν, ἐπὶ ξηρᾶς. ὁρμίζω δὲ, ἐπὶ θαλάσσης, καὶ νέως, καὶ ἀναπαύσεως. Suidas. Quam glossam Kusterus sic explanavit: *Stationem habere, in portu stare.* At ὁρμίζω, *navem ad portum appello. Item, ad quietem perduco.* Sic apud Herodotum, Thucydidem, Demosthenem. ἐσχάταισιν, Brodæus affert Homer. Il. θ'. 225. ubi de Ajace et Achille dicitur:

ἔσχατοι νῆας ἐΐσας εἴρυσαν.

et Sophocl. Ajac. 3. ubi Ajax narratur τάξιν ἐσχάτην ἔχειν ἐπὶ σκηναῖς ναυτικαῖς. συμπλέκων antea ξύναγε. Post ναυσὶν punctum ponendum esse monet Koehlerus. Naves h. l. vocantur εὐστροφ. quæ bene verti, flecti possunt, i. e. celeres, pro quo alibi apud Homerum θοαὶ, ὠκυπόροι (Il. α'. 488.) etc. Heathius sic vertit: *Ajax vero, Salaminis alumnus, dextrum cornu, sinistrum versus, claudebat, quorum prope naves extremas stationem habebat duodecim agilissimis navigiis iis conjunctus.* Nam (ait V. D.) navale Græcorum agmen claudebat ex una parte Achillis, ex altera Ajacis naves; erat autem ita circumflexum, ad circuli fere figuram, ut Achillis et Ajacis naves, quæ utrinque extrema tenebant, inter se prope concurrerent. *Hopfn.*

290. Ajax, si mentem loci recte capio, in extremitate cornu sinistri collocatus (τῶν ἆσσον ὥρμει;) idcirco dicitur dextrum cornu ad sinistrum adduxisse, quia, navibus tantum non in orbem circumactis, extremitates cornuum sese invicem fere contingebant. *Musg.*

292. Ἐσχάταισι] Hom. Iliad. θ'. v. 225. de Ajace et Achille:

— Τοί ῥ' ἔσχατοι νῆας ἐΐσας
Εἴρυσαν, ἠνορέῃ πίσυνοι καὶ κάρτεϊ χειρῶν.

Ναυσὶν, ὡς ἄϊον, καὶ ναυβάταν
Εἰδόμαν λεών·
Ὧι τις εἰ προσαρμόσει
Βαρβάρους βάριδας,
Νόστον οὐκ ἀποίσεται.
Ἔνθα δ' ἄϊον, εἰδόμαν
Νάϊον πόρευμα.

Navibus, ut audivi, et nauticum
Populum vidi.
Cui si quis committat
Barbaricas naves,
Non consequentur reditum.
Ubi bellicam, vidi
Navalem expeditionem.

Et Sophocl. Ajac. Flagell. v. 3.

Καὶ νῦν ἐπὶ σκηναῖς σὲ ναυτικαῖς ὁρῶ
Αἴαντος, ἔνθα τάξιν ἐσχάτην ἔχει.

Brodæus.

294. Puncto post ναυσὶν posito, Koehlerus ὡς accepit pro ὧς, *sic* audivi, *sic* vidi. — ἄϊον, ἤκουον. προσαρμόσοι, si quis adjungat, committat. Sic vulgo. *Hopfn.*

296. προσαρμόσοι] Cod. A. προσαρμοσει. non male. *Markl.*

προσαρμόσει] Ita MS. E. Vulgo προσαρμόσοι. Melius tamen foret προσορμίσει. *Musg.*

297. βάριδας,] Barbarum navigii genus est, cujus descriptionem vide apud Herodot. II. c. 96. *Musg.*

βάριδας,] Βάρις, ιος, vel ιδος, Hesych. βάρις, πλοῖον. Dicitur vox Ionum, quos ob affinitatem sæpe cum Barbaris initam reliqui Græci ut Barbaros reputabant. Herodotus, utpote ex Ionia oriundus, Ægyptiacum vocabulum esse, et fluviatilis navigii genus quoddam signare auctor est. Phavorinus — Βάρεις, τὰς ναῦς λέγουσιν οἱ Ἴωνες. *Barnes.*

Βαρβάρους] Non Ionicas, ut Barn. sed Ægyptias. Wess. ad Her. p. 147. *Beck.*

Βαρβάρους h. l. hostiles. βάρις, ιος, et ιδος, monente Herodoto (II. 96.) est voc. Ægyptiacum, notatque barbarum quoddam genus navigii fluviatilis. In Schulzii Lex. Ægyptiaco est ⲃⲁⲣⲓ, ϯ navicula. v. Kircher. p. 133. Hesychius: βάρις, πλοῖον. Suidas: βάρεις, πλοῖα. Idemque plures h. v. notiones citavit. Phavorinus: βάρεις, τὰς ναῦς λέγουσιν οἱ Ἴωνες. Unde Barnesius intelligit Ionicas. Sed Ægyptiæ sunt intelligendæ. v. quoque Wesseling. V. S. ad Herodot. p 147. et quos citavit Cel. Santenius ad Propertium, L. III. El. 9. 44. ubi Baridos legitur. Sic nimirum vocabantur cymbæ, quibus ad sepulcra vehebantur cadavera. *Hopfn.*

298. Post hunc versum desideratur versus, vel unus, vel plures, quorum sententia erat, ni fallor: *Salve mihi, Aulis:* cui probe cohæreret, quod sequitur: *ubi vidi bellicam navalemque expeditionem.* *Musg.*

ἀποίσει] Reditum non deportabit s. consequetur, i. e. non redibit domum. νόστος a Suida explanatur ἡ οἴκαδε ἐπάνοδος, atque derivatur α νέομαι, redeo. — Repetitio vim innuit. ἄϊον, νάϊον — πόρευμα, supra λεὼν ναυβάταν, i. e. nautas, milites nauticos, agmen navale, expeditionem navalem. Musgravius legit (ut et Codex Heinsio—Scaligerianus) δάϊον, i. e. bellicam, quod ipse quoque suspicabar. Cæterum plura de h. v. monuimus ad Cyclop. v. 512. Sin vertas *bellicosam*, stare potest hæc lectio. Nam mulieres Chalcidenses Græcam classem non possunt δάϊον *hostilem* vocare, quod cuivis facile in oculos incurret. Quod nec Barnesius omisit in defendenda lectione vul-

Τάδε κατ' οἴκους κλύουσα, συγκλήτου
Μνήμην σώζομαι στρατεύματος.

Alia vero audiens domi, convocati
Memoriam servo exercitus.

ARGUMENTUM ACTUS SECUNDI.

Menelaus senem famulum Agamemnonis ad Argos jam iturum offendit, et id, quo res erat, suspicatus, literas vi extorquet; quod cum Agamemnon audiret, jurgium inte fratres oritur acerbissimum. Exprobrat enim Menelaus Agamemnoni ambitionem, incon stantiam, levitatem; cui vicissim Agamemnon impudentiam et animum uxorium objicit qui nulla ratione ac prorsus sine fronte audeat, adulteræ gratia, abs illo liberos neci pos cere. Discedente Menelao, adest, qui nuntiat, Clytæmnestram cum filia ad nuptias per ficiendas, ut putabatur, advenisse. Hinc misera Agamemnonis querela, qui quo se ver tat, nescit. Menelaus, mutata jam sententia, ad fratrem redit, consulturus cum eo, quo modo filia illius morti eripiatur. Chorus de mediocritate, de casto conjugio, de bona li berorum institutione, de vita tranquilla, de virtute et vera gloria canit; originem deniqu Trojani belli commemorat.

ΠΡ. Μενέλαε, τολμᾷς δείν', ἅ σ' οὐ τολμᾷν χρεών.

Sen. Menelae, audes atrocia, quæ te non decet audere.

gata, cui et in eo assentior, quod jam paulo antea fuerat ἄϊον, etc. ideo nil corrigendum esse. *Hopfn.*

299. Ἔνθα δ' ἄϊον, εἰδόμαν.] Mallem, Ἐνθάδ' ἄϊον, εἰδόμαν, &c.] *Hic* (sc. Aulide) *vidi, audivi,* &c. Distinguit inter ἐνθάδε et κατ' οἴκους. Quæ sequuntur, in Aldina ita concipiuntur, Τάδε κατ' οἴκους κλύουσα συγκλήτου, Μνήμην σώζομαι, στρατεύματος: ut κλύουσα συγκλήτου στρατεύματος, sit, περὶ συγκλήτου στρατεύματος. Scripsisse potuit, Μνήμῃ. σώζομαι est σώζω. *Markl.*

δάϊον, i. e. *bellicam.* Sic δάϊα δόρατα, *naves bellicæ,* infra, v. 1494. δαΐαις μάχαις, *bellicis prœliis.* Soph. Ajac. v. 368. Ed. Ald. δ' ἀΐον. *Musg.*

Δ' ἄϊον] Codex Heinsio-Scaligerianus legit δάϊον, ingeniose quidem; sed non jam admitto, quod ἄϊον et εἰδόμαν sæpe supra exstat, ut v. 294. hæc autem de fluctibus et nauticis clamoribus intelliguntur: et sane δάϊον hic nullo jure a Græca muliere dici potest de Græca classe: potius de *hostili* dicitur, aut *captivo* quovis. Sin ita legas, expone *bellicosam,* etc. *Barnes.*

302. σώζομαι (pro σώζω) μνήμην, memoria teneo, servo, huc refer κατ' οἴκους, non ad κλύουσα. Reiskius nimis quæsitam lectionem h. l. profert: ταῦθ' ἃ δάϊο εἰδόμαν Νάϊον παρ' ἑσμὸν, aut παρὰ ῥεῦμα, *hæc sunt, quæ bellicum navale apud examen* (aut *apud torrentem*) *vidi. Et torrens* et *examen* significat *copias bellatorum.* Editor Lipsiensis non male κλείουσα, i. e. celebrans, ut v. 1047. legit. In ed. Ald. hæc est horum versuum distinctio:

Τάδε κατ' οἴκους, κλύουσα συγκλήτου,
Μνήμην σώζομαι, στρατεύματος.

ut κλύουσα σ. στρ. sit περὶ συγκλ. στρ. Marklandus poëtam potuisse scripsisse μνήμῃ, monet. Eorum autem constructionem Heathius eandem profert, quam ego protuli, et Koehlerus in versione sequitur, κλύουσα τάδε, σώζομαι κατ' οἴκους μνήμην συγκλήτου στρατεύματος. *Hopfn.*

303. Menelaus litteras seni vi extorquere studet. Infra enim, v. 313. vere ei eripit. Δεινὸν, quod in suo genere grave est, h. l. iniquum. V. supra, v. 133. ubi eadem verba leguntur. Χρεών, quod non decet. Sententiam Menelai, qua nimis fidelem domino esse dicit senem, pessimam vocat Marklandus. Sed ubique fere Euripides talia Menelao tribuit, quæ ostendunt, hunc ab illo valde fuisse

ΜΕΝΕΛΑΟΣ.

Ἄπελθε, λίαν δεσπόταισι πιστὸς εἶ.
ΠΡ. Καλόν γέ μοι τοὔνειδος ἐξωνείδισας.
ΜΕ. Κλάοις ἂν, εἰ πράσσοις ἃ μὴ πράσσειν σε δεῖ.
ΠΡ. Οὐ χρῆν σε λῦσαι δέλτον, ἣν ἐγὼ 'φερον.
ΜΕ. Οὐδέ σε φέρειν δεῖ πᾶσιν Ἕλλησιν κακά.
ΠΡ. Ἄλλως ἁμιλλᾷ ταῦτ', ἄφες δὲ τήνδ' ἐμοί.
ΜΕ. Οὐκ ἂν μεθείμην. ΠΡ. Οὐδ' ἔγωγ' ἀφήσομαι.

MENELAUS.

Apage, nimis fidelis es dominis.
Sen. Honestum sane probrum mihi exprobras.
Men. Plorabis, si facias, quæ te non decet facere.
Sen. Non oportebat te aperire literas, quas ego ferebam.
Men. Neque oportet te ferre mala omnibus Græcis.
Sen. Cum aliis de his contendito; relinque vero mihi has *literas*.
Men. Non relinquam. *Sen.* Neque ego dimittam.

contemtum. Vide modo v. c. Cyclop. 184. s. *Hopfn.*

304. λίαν δεσπόταισι.] Multæ Editt. inserunt γε post λίαν. Codd. A. B. C recte omittunt; prima enim in λίαν sæpe producitur: ob quam rationem prima in λιπαρεῖν longa esse dicitur, utpote a λίαν παρεῖναί τινι. Qualis vero sententia est hæc! Sed memineris, Menelai ori inditam esse ab Euripide, qui illum summopere contemsit. *Markl.*

Ἄπελθε, λίαν δεσπόταισι πιστὸς εἶ.] Theopompus Medo apud Schol. ad Pindar. Pyth. II. 79. Παρ' ἐμοὶ τὰ λίαν μειράκια χαρίζεται Τοῖς ἡλικιώταις. Male λίαν τὰ μ. legit Meursius in Reliq. Attic. c. VII. p. 29. "Multæ Editt. inserunt γε post λίαν. Codd. A. B. C. recte omittunt." Markl. probante Brunckio ad Euripid. Andromach. 860. *Por.*

λίαν δεσπόταισι] Ita ambo MSS. ut jam Barnesius. Ed. Ald. λίαν γε δεσπόταισι. ubi γε superfluum est, cum λίαν non raro penultimam producat. *Musg.*

ἄπελθε,] Ut nos quoque tali contextu, *Ach geh weg, du bist deinem Herrn auch gar zu treu.* λίαν δεσπόταισι, Agamemnoni. *Hopfn.*

305. Forma loquendi ὄνειδος ἐξονειδίζειν Græcis solennis est, ut alia ejusmodi. Quod autem ad v. ὄνειδος attinet, ex h. l. patet, esse v. μέσον, atque in utramque partem a Græcis adhiberi, omninoque significare famam, sive illa bona sit, sive mala. Unde et Phœnn. 835. ὄνειδος κάλλιστον, ubi v. Schol. Quin etiam ὄνειδος simpliciter est decus, gloria, ut Phœnn. 1746. ubi v. Schol. Plura hac de re monui ad Cyclop. 295. quibus adde Musgrav. et Cel. Beck. ad Bacch. 641. Hinc h. l. adjectum legitur καλὸν. ὄνειδος sic legitur Med. 514. Idem valet de v. κλέος, Hel. 135. Ita et *honor* Latinis voc. est ambiguum, ut observat A. Gell. Noct. Att. 12. 9. qui citat Orationem Q. Metelli Numidici de triumpho suo. *Hopfn.*

306. Κλαίοις ἂν,] Eodem modo minatur Cyclops in dramate ejusdem nominis, v. 209. s. τάχα τις ὑμῶν ξύλῳ Δάκρυα μεθήσει. Cum quo conferas infra, v. 311. quem in nota ad Cyclop. l. l. jam excitaveram. πράσσοις, si mihi litteras denegas, et eas Clytæmnestræ reddis, cum infortunium afferant Græciæ. v. v. seq. λῦσαι δ. v. supra ad v. 38. *Hopfn.*

307. ἐγὼ φέρω.] Iidem Codices, εγω φερον. recte. hoc est ἐγὼ 'φέρον, seu ἔφερον. *Markl.*

'φερον.] Ita MS. uterque et Lib. P. Vulgo φέρω. *Musg.*

φέρω vulgo legitur. Sic Barnes. Stiblin. alii. *Hopfn.*

308. κακὰ,] Quatenus litteris prohibebatur mors Iphigeniæ, per quam ventus secundus, ut supra observatum est,

ΜΕ. Σκήπτρῳ τάχ' ἆρα σὸν καθαιμάξω κάρα.
ΠΡ. Ἀλλ' εὐκλεές τοι δεσποτῶν θνήσκειν ὕπερ.
ΜΕ. Μέθες. μακροὺς δὲ, δοῦλος ὢν, λέγεις λόγους;
ΠΡ. Ὦ δέσποτ', ἀδικούμεσθα· σὰς δ' ἐπιστολὰς
Ἐξαρπάσας ὅδ' ἐκ χερῶν ἐμῶν βίᾳ,
Ἀγάμεμνον, οὐδὲν τῇ δίκῃ χρῆσθαι θέλει.

Men. Cito igitur cruentabo caput tuum sceptro.
Sen. Sed gloriosum est mori pro dominis.
Men. Dimitte; cum enim servus es dicis longas orationes.
Sen. O domine, injuria afficimur: tuas enim epistolas
Hicce rapiens ex meis manibus vi,
Agamemnon, non vult uti jure.

Græcorum exercitui futurus erat. *Hopfn.*

309. Ἄλλως ἁμιλλῶ] Piersonus, [ad Mœrin, p. 16.] Reiskius, et Heathius, ἁμιλλᾷ. Sed mendum erat, opinor, in voce ἄλλως, pro qua scribendum, Ἄλλοις ἁμιλλῶ ταῦτ', *Cum aliis discepta de his rebus;* nempe, cum Agamemnone. ita Supplic. 206. Ἄλλοισι—ἁμιλληθεὶς, et τοῖς ἀρίστοις ἁμιλλᾶσθαι, Plutarch. Cat. Major. p. 342. B. Cum præpositione πρὸς, ead. pag. D. Vid. Andromach. 128. *Markl.*

ἁμιλλῶ] Ita MS. uterque et Lib. P. ut jam eleganter Barnesius. Ed. Ald. ἁμιλλᾷ. *Musg.*

Ἄλλως ἁμιλλῶ] Ita lego, ut sit Imperativi Modi contract. pro ἁμιλλάου. Et versionem Latinam in hunc sensum correxi; manifestum enim est, senem a Menelao accusatum maleficii erga Græcos, dicere, se paratum esse ad eam litem subeundam, modo dimittat literas. Prius ἁμιλλᾷ legebatur, sensu non æque commodo. *Barnes.*

309. ss. Ἄλλως ἁμιλλῶ vel ἄλλως ἁμιλλᾷ, utraque lectio potest defendi. Priorem retinet quoque Marklandus atque Koehlerus, nisi quod ille V. D. pro ἄλλως, scribendum putet potius ἄλλοις. At ed. Ald. ut et Stiblin. aliique habent ἁμιλλᾷ, quod Pierson. ad Mœrid. p. 16. Heathius, Reiskius, atque Struchtmeier. Animadverss. Critt. p. 125. defendunt. Hic quidem addit, ἄλλως esse *frustra,* quod patet. V. nos ad Cyclop. 354. Sic Aristoph. Equit. 11. Pac. 1113. Piersonus l. l. docet ex Etymol. M. p. 201, 46. Platon. Euthyd. p. 211. E. et Xenophont. Cyrop. 5. p. 116. non tantum secundam Personam Præs. Conjunct. ita contractam esse ab Atticis, sed etiam secundam Sing. Præs. Indicativi. Reiskius atque Heathius vertunt: *frustra de his contendis.* ἁμιλλᾷ, Frustra est Barnes. dictum pro ἁμιλλᾶσαι· Attice. Mœris, ἀκροᾷ Ἀττικῶς. ἀκροᾶσαι Ἑλληνικῶς. Ad hunc vidend. Pierson, p. 16. Ἀφιέναι, i. q. paulo post μεθιέναι. τήνδε, δέλτον. τάχα pro ταχέως sæpius apud Poëtas, non item Prosaicos Scriptores. v. Thom. Mag. p. 835. *Hopfn.*

Ἄλλως ἁμιλλῶ] Legendum, ut videtur, ἄλλοις. ita ut hoc opponatur sequenti: ἄφες δὲ τήνδ' ἐμοί. *Faehse.*

310. Οὐκ ἂν μεθείμην. Οὐκ ἂν μεθείην,] Sophocl. Philoct. 1337. loco simili: et Noster Alcest. 1130. nulla sensus differentia, magna constructionis; cum μεθίημι Accusativum post se trahat, μεθίεμαι Genitivum, docente Dawesio Miscell. Crit. p. 238. *Markl.*

Οὐκ ἂν μεθείην.] Sophocl. Philoct. 1302. (ed. Br.) [ubi Cod. B. habet μεθείμην, proclivis enim est in harum formarum permutatione lapsus. Vid. Brunck. ad Aristoph. Vesp. 416.] Eurip. Alcest. 1130. nulla sensus differentia, magna autem constructionis, nam μεθίημι Accusat. post se habet, μεθίεμαι Genitivum. v. Dawes. Misc. Crit. p. 236. (ed. Burgess.)—His adjungas Valckenar. ad Phœnn. p. 189. et Hippolyt. 333. ubi hæc observatio illustratur. *Hopfn.*

311—316. σκῆπτρον, hasta (δόρυ) politior et ornatior, qua utebantur reges et principes tanquam insigni, est σκῆπτρον. v. Hip-

ΑΓ. Ἔα· τίς ἐν πύλαισι θόρυβος, καὶ λόγων ἀκοσμία;
ΠΡ. Οὑμὸς, οὐχ ὁ τοῦδε μῦθος, κυριώτερος λέγειν.
ΑΓ. Σὺ δὲ τί τῷδ' ἐς ἔριν ἀφῖξαι, Μενέλεως, βίᾳ τ' ἄγεις;
ΜΕ. Βλέψον εἰς ἡμᾶς, ἵν' ἀρχὰς τῶν λόγων ταύτας λάβω.

Aga. Eja, quisnam tumultus est in foribus, et verborum indecentia?
Sen. Mea, non hujus, oratio est potior dici.
Aga. Tu vero Menelæ quare venisti cum isto in contentionem, et ducis eum vi?
Men. Respice ad nos, ut hinc sumam initium orationis.

polyt. 979. Hecub. 9. coll. Justin. Histor. L. XLIII. c. 3. καθαιμάσσω, cruento, cruore perfundo. Fere eodem redit quo comicum *dispergam cerebrum, diminuetur tibi cerebrum,* et alia id genus apud Terentium. Vide quam fidelis sit servus Agamemnonis, qui nec blanditiis nec minis se ab officio deduci patitur. Vim autem cum sustinere non posset, Agamemnoni, nulla Menelai potentiæ ratione habita, injuriam patefacit. Marklandum sequutus sum in distinctione. — Quomodo (dicere vult Menelaus) servus talis potest tam multa verba facere, quod eum non decet? Jamque cogitandus est ei litteras vi eripere et legere. Nunc clamat vehementer et Agamemnonem vocat, ut in auxilium veniat. ἐπιστολὰς, antea v. 307. δέλτον. δίκη χρῆσθαι, æquum esse, audire rationes ab altero allatas. οὐδὲν pro οὐ sæpius sic legitur apud Græcos. Agamemnon nunc in scenam prodit. *Hopfn.*

313. μακροὺς δὲ δοῦλος ὢν λέγεις λόγους.] Multo animosius erit cum nota interrog. post λόγους, et magis ex usu. vide Helen. 1630. Orest. 1537. Aristoph. Avib. 912. Plautum Asinar. II. 4. *tun' libero homini male servus loquere?* O quantas difficultates tolleret hæc punctuatio interrogativa, si restitueretur Evangelio D. Lucæ, xxiv. 34. Ἠγέρθη ὁ Κύριος ὄντως, καὶ ὤφθη Σίμωνι; *Resurrexit Dominus revera, et apparuit Simoni?* Quasi dixissent subsannantes: Quid? isti Simoni, qui tribus abhinc diebus illi, et omni ejus notitiæ renunciavit? non probabile est: *non credimus,* Marc. xvi. 13. Parum in S. Scripturis versatus est, qui nescit, λέγοντας ibi significare, *quærentes, interrogantes:* et ὅτι, *nempe* vel, *quæ sequuntur. Markl.*

317. Ἔα, τίς δῆτ' ἐν πύλαισι, &c.] Ἔα est extra versum, ut sæpe. δῆτ' peccat in normam trochaïcorum. Forte, Ἔα· Τίς δέ γ' ἐν πύλαισι—vel, Τίς δ' ὅδ' (vel ὅ γ') ἐν πύλαισι, &c. Codd. C. πυλαις. *Markl.*

Ἔα! τίς δῆτ' ἐν π.] Τὸ Ἔα hoc in loco extra versum poni debet. Vide, quæ nos ad Hecub. v. 1098. *Barnes.*

τίς δῆτ' ἐν πύλαισι.] Delendum δῆτ', quod metrum corrumpit. *Musg.*

317. s. Jurgium oritur inter Agamemnonem atque Menelaum, cum propter litteras vi ereptas et solutas, tum propter ipsam rem ab Agamemnone revocatam.—τίς δῆτ' Marklandus conjicit: Ἔα· τίς δέ γ' ἐν π. vel τίς δ' ὅδ' (vel ὅ γ') ἐν π. Heathius atque Marklandus, quos sequutus sum, metri causa delendum esse censent δῆτ', quod nec sensus postulat. ἀκοσμία λόγων, verba insolentia, quæ proferre non decet, quod impudentiam produnt. Suidas: ἄκοσμα, ἀπρεπῆ, ἄτακτα. Μῦθος pr. verbum, oratio, ut sæpe apud Homerum. v. ad Cyclop. 375. *Hopfn.*

318. ss. κυριώτερος, *nemo est, cui sermonem hunc magis efferre conveniat, quam mihi.* Sic Brodæus interpretatur. Barnesius vertit: *potior ad narrandum.*—Ad me pertinet, meum est potius dicere, mea interest. κυριώτερος exponitur in Lexicis a) qui est potior, b) cui magis credimus, cujus fides magis est spectata. Nam κύριος est proprius, dominus, qui potestate, auctoritate pollet.—*Ego* potius *illum* debeo accusare, quam *ille me.* ἀρχὰς λάβω, ut inde initium faciam. Nimirum eum jubet se adspicere, simulque litteras, quas manu tenet, ut erubescat, tanquam qui ignavus amorem paternum prætulisset saluti Græcorum. μῶν, num. v. Schol. Phœnn. 725. et quos laudavimus ad Cy-

ΑΓ. Μῶν τρέσας οὐκ ἀνακαλύψω βλέφαρον, Ἀτρέως γεγώς;

ΜΕ. Τήνδ' ὁρᾷς δέλτον, κακίστων γραμμάτων ὑπηρέτιν;

ΑΓ. Εἰσορῶ. καὶ πρῶτα ταύτην σῶν ἀπάλλαξον χερῶν.

ΜΕ. Οὔ, πρὶν ἂν δείξω γε Δαναοῖς πᾶσι τἀγγεγραμμένα.

ΑΓ. Ἦ γὰρ οἶσθ' ἃ μή σε καιρὸς εἰδέναι, σήμαντρ' ἀνείς;

ΜΕ. Ὥστε σ' ἀλγῦναί γ', ἀνοίξας ἃ σὺ κάκ' εἰργάσω λάθρα.

Aga. Num timens non aperiam palpebras, natus ex Atreo?

Men. Videsne hanc tabulam ministram pessimorum facinorum?

Aga. Video, et primum hanc ex tuis manibus dimitte.

Men. Non, priusquam ostendero omnibus Græcis quæ in *ea sunt* scripta.

Aga. An igitur scis quæ non decet te scire, relaxato sigillo?

Men. Quantum te dolore afficiet, detegens quæ clam tu patrasti, mala?

clop. 37. τρέσας, ἄντι τοῦ φυγὼν, φοβηθεὶς, δειλιάσας. Atrei filius, tantus et talis non aperiat palpebras, non audeat te adspicere? Hoc enim solent, qui mali quid commiserunt, ideoque pudore et dolore animi excruciantur. Quare et Cyclops in dramate ejusdem nominis Sileno caput in terram demittenti acclamat: βλέπετ' ἄνω καὶ μὴ κάτω (v. 210.) βλέφαρον pro ὄμμα, ὀφθαλμὸς, Cyclop. 614. Marklandus magis emphaticum esse censet. Ὦ 'τρέως, i. e. ὁ Ἀτρέως, ut ὤ 'ριστος, Homer. Il. τ'. 413. Sed ego ideo non emendaverim pro lubitu. *Hopfn.*

321. Ἀτρέως γεγώς.] Magis emphaticum putarem Ὦ'τρέως, i. e. ὁ Ἀτρέως γεγώς; Ὦ'τρέως foret ut ὤ"ριστος, pro ὁ ἄριστος, Hom. Il. τ'. 413. Usitatissima est contractio. *Markl.*

322. κακίστων γραμμάτων ὑπηρέτιν.] Γραμμάτων, *scripturæ.* alioquin scribere potuit πραγμάτων vel ἐργμάτων, *pessimorum facinorum ministram.* *Markl.*

322. s. γραμμάτων, *scripturæ.* Koehlerus reddit: *das Werkzeug der schændlichsten That.* ἀπάλλαξον, redde. *Hopfn.*

323. ἀπάλλαξον.] Reiskius ἀπαλλάξω: sed præstat vulgata. *Musg.*

Reiskius ἀπαλλάξω, quod ante oculos habuisse videtur Koehlerus, sed mihi et Musgravio placet vulgata. ἀπαλλάττειν est voc. forense, atque de creditore adhibetur, qui debitorem peracta litis causa liberum dimittit, item de domino dicitur servum e servitute dimittente, unde omnino i. q. ἐλευθεροῦν. v. Kypk. ad Luc. xii. 1. δείξω Δαναοῖς ἅπασι — MS. G. δείξω γε Δαναοῖς πᾶσι. Si scribatur Δαναοῖσι πᾶσι, servabitur ratio commatis trochaici. *Hopfn.*

324. δείξω Δαναοῖς ἅπασι.] MS. G. δείξω γε Δαναοῖς πᾶσι. *Musg.*

Vid. R. P. Præf. Hecub. p. clxvii. *Burn.*

325. Pro οἶσθ' Ald. ἦσθ'. [Contra mox 344. pro ἦσθα idem οἶσθα] et ita Brodæus, qui explicat *jam nosti.* cepit forte ᾗσθα pro ᾔδεισθα, ab εἴδω, *scio.* *Markl.*

οἶσθ'] Sic Barnes. verum Ed. Ald. ἦσθ' quod et Brodæus recepit, qui explicat, *jam nosti.* Cepit forte ἦσθ' pro ᾔδεισθα ab εἴδω scio. Koehlerus quoque legit, ᾖσθ', i. e. ᾔδεισθα. Sic ᾖσμεν pro ᾔδειμεν et ᾖσαν pro ᾔδεισαν apud Nostrum. v. Pierson. Verisim. p. 82. μὴ καιρὸς, non decet, non fas est, i. q. οὐκ ἔξεστι, οὐ πρέπει. Atque tu ausus es litterarum, quæ ad te non sunt

ΑΓ. Ποῦ δὲ κἄλαβές νιν; ὦ θεοὶ, σῆς ἀναισχύντου φρενός.
ΜΕ. Προσδοκῶν σὴν παῖδ' ἀπ' Ἄργους εἰ στράτευμ' ἀφίξεται.
ΑΓ. Τί δέ σε τἀμὰ δεῖ φυλάσσειν; οὐκ ἀναισχύντου τόδε;
ΜΕ. Ὅτι τὸ βούλεσθαί μ' ἔκνιζε· σὸς δὲ δοῦλος οὐκ ἔφυν.
ΑΓ. Οὐχὶ δεινά; τὸν ἐμὸν οἰκεῖν οἶκον οὐκ ἐάσομαι;
ΜΕ. Πλάγια γὰρ φρονεῖς· τὰ μὲν νῦν, τὰ δὲ πάλαι, τὰ δ' αὐτίκα.

Aga. Ubi vero has *literas* cepisti? O dii, O tuæ impudentis mentis.
Men. Expectans tuam filiam, num Argis veniat *ad* exercitum.
Aga. Quid vero te *res* meas observare oportet? nonne impudentis hoc *est?*
Men. Quia voluntas me pungebat: tuus autem servus non eram.
Aga. Non *sunt hæc* atrocia? non sinar regere meam domum?
Men. Obliqua enim sentis, alia quidem nunc, alia olim, alia mox.

scriptæ, sigillum solvere, easque legere? σήμαντρον ἀνιέναι i. q. supra (σφραγῖδα) λύειν, v. 38. et paulo ante λύειν δέλτον, v. 307. Suidas: σήμαντρα, σφραγῖδες. ὥστε — subint. Hoc feci, atque ut te dolore afficiam, detexi — ἀνοίγειν posset h. l. sensu prægnanti sumi pro litteras aperire atque hoc modo simul cognoscere consilium clandestinum in litteris manifestatum. *Hopfn.*

326. Ἀνοίξας] Recte manet, licet Brodæus ἄνοιξα vult restitui, nec versui, nec Grammaticæ, satis consulens. *Barnes.*

326. ss. στράτευμ' subint. πρός. τἀμὰ res meas. Brodæus: liberos meos φυλάσσειν, ἐπιτηρεῖν. τόδε sc. πρᾶγμα ἔστι. τὸ βούλεσθαι (βούλημα, πόθος,) ἔκνιζε — *vellicavit me.* κνίζειν verti solet per λυπεῖν, τέμνειν. v. Suid. v. κνίζων. et Schol. ad Nostri Med. 599. et Androm. 209. It. Schol. Vet. ad Sophocl. Œd. Tyr. 786. qui inprimis ἐρωτικῶς sumi monet. Suidas l. l. deducit a κνῶ, unde derivari putat κνήθω et κνίζω, in superficie et leviter rado. Itaque κνίζειν pr. est i. q. vellere, (τίλλειν) fricare (ut illud Epicharmi, manus manum fricat, ex Axiocho,) deinde metaph. aliquem excitare ad aliquid, levius criminari atque stomachum, indignationem movere, scrupulum alicui objicere, eoque eum anxium reddere atque dolore et sollicitudine afficere. Inprimis de amantibus adhiberi amat h. v. unde κνισμοὶ et κνίσματα amantium offensiones. v. Bergler. ad Alciphron. L. 1. Ep. 29. p. 122. Idem valet de Latinorum *vellicare,* vid. Plaut. Mostell. III. 2. 142. coll. Senec. Epist. 20. Horat. Sat. I. 10, 79. Propert. L. II. El. IV. v. 8. ubi v. Cel. Santenium. Sequentia Heathius vertit: *Nonne memet ipse sinam* (i. e. nonne hoc mihi jure tribuam,) *meam administrare domum.* Non enim, ait V. D. se videre, quomodo ἐάσομαι passivam significationem induere possit. *Hopfn.*

330. Herodotus I. 42. οὔτε τὸ βούλεσθαι πάρα. *Musg.*

332. Πλάγια φρονεῖς eodem redit quo paulo post v. 334. νοῦς οὐ βέβαιος. πλάγιος est obliquus, transversus, diversus. Jam qui diversa ac varia semper mente voluit, is non est constans. De νῦν et αὐτίκα, quod levius alicui videatur, subtiliorem addere liceat Hoogeveni observationem hanc: νῦν *præsentissimum* tempus significat, αὐτίκα vero tempus *paulo post futurum,* et reddi debet, *mox, statim, continuo,* exclusa omni mora. Vid. V. D. in li-

ΑΓ. Ἐκκεκόμψευσαι· πονηρὸν γλῶσσ' ἐπίφθονον σοφή.
ΜΕ. Νοῦς δέ γ' οὐ βέβαιος ἄδικον κτῆμα, κοὐ σαφὲς φίλοις.
Βούλομαι δέ σ' ἐξελέγξαι, καὶ σὺ μήτ' ὀργῆς ὕπο
Ἀποτρέπου τἀληθές. οὔ τοι καταινῶ λίαν σ' ἐγώ.
Οἶσθ', ὅτ' ἐσπούδαζες ἄρχειν Δαναΐδαις πρὸς Ἴλιον,
Τῷ δοκεῖν μὲν οὐχὶ χρῄζων, τῷ δὲ βούλεσθαι, θέλων,

Aga. Facundus extitisti. Malum est lingua ad odium concitandum solers.
Men. Animus vero instabilis, neque certus amicis, mala haberi res.
Volo autem te convincere, tu vero ne præ ira
Aversare verum, etiamsi valde te ego vellicavero.
Meministi quando cupiebas præfici Græcis ad Ilium euntibus,
Specie quidem non volens, voluntate vero cupiens:

bello de Particulis Græcis, et Vigerum, p. 386. *Hopfn.*

333. Ἐκκεκόμψευσαι· πονηρὸν, &c.] Conjeceram, Εἰ κεκόμψευσαι, (vel κεκόμψευσαι,) πονηρὸν, &c. *Licet scitus sis,* (vel *scita sit,*) *tamen lingua arguta odiosum est malum.* Doctiss. Ruhnkenius ad Timæi Lexic. Platonic. p. 113. legit Εὖ κεκόμψευσαι.

Ἐκκεκόμψευσαι·] Malim cum Ruhnkenio meo [ad Timæi Lex. Plat. p. 113.] Εὖ κεκόμψευσαι. Quanquam et alterum defendi potest. ἐκ enim in compositione nonnunquam abundat, ut in ἐξευλαβοῦνται, Androm. v. 642.

ἐπὶ φθόνον] Vulgo conjunctim legunt, ἐπίφθονον. *Musg.*

Ἐκκεκόμψευσαι·] Quanquam hoc defendi potest, cum constet, ἐκ in compositione interdum abundare, ut in ἐξευλαβοῦνται, Androm. 642. κομψεύειν, κομψεία et κομψὸς dicitur de eo, qui venustis verbis utitur, unde, qui facundus est, ostentat, adulatur, atque versutus est. v. Schol. ad Aristophan. Av. 195. Multa de h. v. observavi ad Eurip. Cyclop. 314. Schol. Sophocl. Antig. 324. ubi Creon putat, custodem velle rem suam tegere verbis fictis, vertit per σεμνολογεῖν, monetque, κομψοὺς dici Græcis, qui περπέροι et πολυλάλοι vocentur. ἐπίφθονον, sic conjunctim vulgo legitur. *Hopfn.*

334. s. κτῆμα ut πρᾶγμα h. l. οὐ σαφὲς, non vera, i.e. sincera sed falsa. ἐξελέγχειν, φανεροποιεῖν. Suidas, convincere aliquem de aliqua re. Barnesius μήτ' — (quod ortum esse videtur e lectione μή τ' (i. e. μὴ τῆς ὀργῆς) Codd. Parr. et ed. Aldina) neque tamen a VV. DD. emendatum. ἀποτρέπου τἀληθές. Ne aversare verum, ne renuas, potius audias, sequere vera, quæ tibi dicam. *Hopfn.*

335. καὶ σὺ μήτ' ὀργῆς ὕπο Ἀποτρέπου τ' ἀληθές. οὔτοι, &c.] *Tu vero ne præ ira Aversare verum. Non,* &c. In Codd. Par. et Ald. est μή τ' (unde Barnesii μήτ') hoc est, μὴ τῆς ὀργῆς, vel τῆς, quod Stephani editio plane et plene habet, Porti μὴ τῆς ὀργῆς. Puto verum esse, Βούλομαι δέ σ' ἐξελέγξαι· κ'ει σὺ τῆς ὀργῆς ὕπο Ἀποτρέπῃ τ' ἀληθὲς, οὐ, &c. *Volo autem te redarguere: quod si tu præ ira Aversaris veritatem, non,* &c. Obvium est perspicere unde *vetatorium* istud μὴ venerit; nempe, postquam ἀποτρέπῃ mutatum fuisset in imperativum ἀποτρέπου, quod flagitabat particulam μὴ: et inde necesse erat ut κ'ει verteretur in καί. Quæ sequuntur legi possunt, Ἀποτρέπῃ τ'αληθὲς, οὐκ ἐπαινέσω (vel, οὔ ποτ' αἰνέσω) λίαν σ' ἐγώ. Certum puto, verbum καταινῶ nihil hic habere quod agat. Codd. A. B. omittunt σ' ante ἐγώ. In Vulgata οὐ καταινῶ, vel οὐ καταινήσω, neque sensus est, neque metrum. *Markl.*

336. οὔτοι καταινῶ] Ita Ed. Ald. ubi nescias, metrum, an sententia, pejus se habeat. Lego:

οὔτ' εἰ κατακναίω λίαν σ' ἐγώ.

Tu vero veritatem ne averseris, etiamsi tibi

Ὡς ταπεινὸς ἦς, ἁπάσης δεξιᾶς προσθιγγάνων,
Καὶ θύρας ἔχων ἀκλείστους τῷ θέλοντι δημοτῶν,
Καὶ διδοὺς πρόσρησιν ἑξῆς πᾶσι, κεἰ μή τις θέλοι,
Τοῖς τρόποις ζητῶν πρίασθαι τὸ φιλότιμον ἐκ μέσου;
Κᾆτ᾽ ἐπεὶ κατέσχες ἀρχὰς, μεταβαλὼν ἄλλους τρό-
πους,
Τοῖς φίλοισιν οὐκ ἔτ᾽ ἦσθα τοῖς πρὶν, ὡς πρόσθεν, φίλος,

Quam eras humilis, omnem dextram prehensans,
Et habens fores patentes, cuilibet popularium,
Et dans alloquium ordine omnibus, etiam si quis non volebat,
Moribus quærens imperium a vulgo redimere?
Deinde postquam potitus es imperio mutans mores,
Amicis non amplius fuisti, sicut ante, amicus,

valde molestus fuero. κατακναίω a lexicis abest, sed exstat apud Themistium, p. 362. Ed. Harduin. *Musg.*

Ἀποτρέπου τἀληθές. Οὔτοι καταινῶ λίαν σ᾽ ἐγώ.] Hoc Carmen est misere luxatum: quinto enim in loco iambus, qui in trochaico nullum locum habet; ut nec trochæus in iambico. Textum mutare non ausim, excepto pro οὔκοι ex Aldina restitui οὔτοι, sed sic legendum suaderem: κᾀπαινῶ pro καὶ ἐπαινῶ, vel potius οὐ καταινήσω; aliter enim si carmen metiamur, erunt duo iambi quoque in principio; quare sic nos: Ἀποτρεπουτα-ληθες-ου καταινη-σω λι-αν σεγω. Et hoc tamen carmen Scaliger, Heinsius, Rutgersius, Dupōrtus, Brodæus, Canterus, Johannes Miltonus, Æmilius Portus, Stiblinus, aliique transilierunt omnes. *Barnes.*

Ego mallem cum Heathio: οὔ σέ τοι καταινῶ ᾽γὼ λίαν. Barnesius enim contra leges metri trochaici spondeum in quinta sede inseruit. Struchtmeier. Animadvers. Critt. p. 128. pro καταινῶ reponit γὰρ ἀνιῶ. *Hopfn.*

337. Δαναΐδαι interdum drr. Argivi, ut Suppl. 141. interdum Ἕλληνες, ut h. l. et infra 352. it. Troad. 449. σπουδάζω serio, vehementer aliquid cupio. Suidas inter alia vertit: λίαν θέλω. χρῄζειν, i. q. paulo post βούλεσθαι. v. ad Cyclop. 253. et 427. Ineptam hic tautologiam agnoscit Reiskius, quare proponit emendationem: τῇδ᾽ ἀληθείᾳ θέλων. Sensus patet, neque non ejusmodi tautologiæ apud Poëtas interdum reperiuntur. *Hopfn.*

339. Ὡς ταπεινὸς ἦς, ἁπάσης] Græcorum est ἦς· Atticorum ἦσθα. proinde mallem, vel, Ὡς ταπεινὸς ἦσθ᾽, ἁπάσης δεξιᾶς, &c. vel, Ὡς ταπεινὸς ἦσθα, πάσης. *Markl.*

339. ss. ταπεινὸς,] Qui se submittit, humilis, modestus. Προσθιγγ. prehensans. Ἀκλήστους, nunquam clausos, semper patentes. Θέλοντι, cuilibet, te adire cupienti. Πρόσρησιν (προσηγορίαν, Suid. coll. Schol. ad Sophocl. Œd. Tyr. 1437.) διδόναι, *Audienz ertheilen*, vel simpliciter, colloqui cum aliquo, vel eum salutare, ut Stiblinus reddit. *Hopfn.*

342. τοῖς τρόποις — (τοιούτοις) his moribus, hac ratione, hac modestia. τὸ φιλότιμον; ambitionis objectum, pro φιλοτιμούμενον. Intellige dignitatem imperatoris. ἄρχειν Δαναΐδαις, v. 337. et v. sq. ἀρχάς. Vide supra ad v. 22. ἐκ μέσου, Barnesius: *a vulgo*. Verum Brodæus intelligit id, quod plerisque in medio positum erat, unde Koehlerus: (*die Würde*) *die noch jedem offen stund*. Vide, quam egregie Poëta describat homines ambitiosos, qui malis sæpe artibus, simulatione, calumniis, largitione cet. auram populi captare, sibique ad aliquam dignitatem viam munire solent. Recurrit illud Ciceronis de petitione consulatus: *Ratio popularis — desiderat nomenclationem, blanditiam, assiduitatem, benignitatem, rumorem.* Item: *Frons et vultus, et sermo ad eorum, quoscunque convenerit, sensum et voluntatem commutandus est.—Cura, ut aditus diurni et nocturni pateant, neque foribus solum ædium tuarum, sed etiam vultu et fronte, quæ est animi janua.* *Hopfn.*

343. μεταβαλὼν] Moribus mutatis, *du nahmst ein ganz anderes Betragen an.* Quod quidem sqq. explanatur. *Hopfn.*

Δυσπρόσιτος, ἔσω τε κλείθρων σπάνιος; Ἄνδρα δ' οὐ χρεὼν
Τὸν ἀγαθὸν, πράσσοντα μεγάλα, τὰς τρόπους μεθιστάναι,
Ἀλλὰ καὶ βέβαιον εἶναι τότε μάλιστα τοῖς φίλοις,
Ἡνίκ' ὠφελεῖν μάλιστα δυνατός ἐστιν εὐτυχῶν.
Ταῦτα μέν σε πρῶτ' ἐπῆλθον, ἵνα σε πρῶθ' εὕρω κακόν.

Difficilis aditu, et rarus extra claustra: virum non decet
Probum, *res* magnas gerentem, mores mutare:
Sed tunc maxime firmum esse amicis,
Quando ipse fortunatus maxime potest *eos* juvare.
Hæc igitur tibi primum objeci, ut in primis te invenirem malum.

345. Δυσπρόσιτος, ἔσω τε κλείθρων σπάνιος;] Omnia recte habent. Sensum loci exprimit Martialis Epig. II. 5. *Sæpe domi non es: cum sis quoque, sæpe negaris.* *Markl.*

Δυσπρόσιτος, ἔσω τε κλείθρων σπάνιος; δυσπρόσοδος eodem sensu Thucydides I. 130. ἔξω pro ἔσω Brunck. ad Theogn. 56. *Por.*

ἔσω τε] Haud dubie legendum cum Æmilio Porto ἔξω τε. Alioqui εὐπρόσιτος, non δυσπρόσιτος fuisset.

κλήθρων] Ita MS. G. Vulgo κλείθρων. *Musg.*

Δυσπρόσιτος, etc.] Recte hunc versum intactum relinquimus: Male enim Æmil. Portus illum exagitat; et Scaliger legit δυσπρόσικτος, cum penultima τοῦ δυσπρόσιτος sit per se longa. Scaliger, Erasmus, H. Stephanus et Grotius τὸ ἔσω retinent. Vide Jul. Pollucis Onomast. L. V. c. 31. περὶ ἀσπασμῶν. *Barnes.*

Δυσπρόσιτος, homo, quem non facile adire licet, qui neminem facile excipit. Nam Suidas πρόσιτον vertit: προσδεχόμενον. Hæc verba nonnullis Interpretibus visa sunt ambigua. Quare Æmilius Portus ἔξω τε legere malebat, alioquin enim ejus ex sententia εὐπρόσιτος, non δυσπρόσιτος fuisset. Scaliger (qui legit δυσπρόσικτος,) Erasmus, H. Stephanus, Grotius, atque Barnesius (qui Jul. Polluc. Onomast. V. 31. allegavit,) τὸ ἔσω retinent, at Reiskius corrigit εὐπρόσιτος, *facilis aditu et raro clausis foribus.* Heathius qui item scribendum censet ἔξω τε κλ. — quemque ego sequor, hæc h. l. observat: Menelaus fastum Agamemnoni exprobrans, dicit, cum intra tentorium *difficilem esse accessu, extra tentorium raro progredi solere.* Κλείθρων, sic vulgo legitur, at MS. G. habet κλήθρων, quod præfero. Sic Sophocl. Œd. Tyr. 1262. ubi Aldus et Codd. κλεῖθρα. Sed multis aliis in locis, ut ibi Brunckius monet, Atticam servant scripturam, quam ibidem, v. 1287. repræsentant scholia Romana. De v. κλῆθρον v. supra ad v. 149. Cæterum his vv. opposita sunt illa, v. 340. sq. ἔξω τε κλ. σπάνιον. Penultima v. δυσπρόσιτος est certissime brevis. Adjectiva enim in hanc formam a verbis derivata, modum Perfecti Passivi fere sequuntur, ut ἄκριτος a κέκριται, etc. Cum vero verbo εἶμι desit perf. Pass., verisimile est, adjectiv. ιτος derivari ab ἴτον vel ἴτε, temporis præs. ac proinde horum modulum sequi, atque adeo corripi. Sic verbale ἔξιτον, Hesiod. Theog. 731. penultimam habet brevem. Hæc Heathius. Prevostus quoque, vulgarem lectionem servari posse existimans, modo per interpunctionem verba, quæ vulgo jungi solent, separat, hoc modo: "*D'un difficile accès. toujours dans ton palais: rare ailleurs.*" Cum his conferas illa Ciceronis in Lælio: *Non enim solum ipsa fortuna cæca est, sed eos etiam plerumque efficit cæcos, quos complexa est. Itaque illi efferuntur fastidio et contumacia: neque quicquam insipiente fortunato intolerabilius fieri potest. Atque hinc videre licet, eos, qui antea commodis fuerunt moribus, imperio, potestate, prosperis moribus immutari,* etc. *Hopfn.*

346. Profert nunc, pro more Poëta sententiam: πράσσειν μεγάλα, summa in dignitate constitutum esse, magna atque gravia negotia suscipere. Πράττειν At-

Ὡς δ᾽ ἐς Αὖλιν ἦλθες αὖθις, χὼ πανελλήνων στρατὸς,
Οὐδὲν ἦσθ᾽, ἀλλ᾽ ἐξεπλήσσου τῇ τύχῃ τῇ τῶν θεῶν,
Οὐρίας πομπῆς σπανίζων. Δαναΐδαι δ᾽ ἀφιέναι
Ναῦς διήγγελλον, μάτην δὲ μὴ πονεῖν ἐν Αὐλίδι.
Ὡς δ᾽ ἄνολβον εἶχες ὄμμα, σύγχυσίν τε, μὴ νεῶν

Postquam vero etiam in Aulin venisti, et totus Græcorum exercitus,
Nullus eras: sed consternabaris calamitate divinitus immissa,
Secunda navigatione carens: Græci vero, ut dimitteres
Naves, flagitabant, et ne frustra laborares in Aulide.
Quam vero miserum vultum habuisti et quantam perturbationem, nisi navibus

ticis interdum est *fortunam aliquam experiri* vel *sorte aliqua uti,* non tantum, ubi adverbiis κακῶς s. εὖ jungitur, sed etiam ubi adjectivis, ut h. l. Neque hic vertere debes cum nonnullis *res magnas gerentem* sed *potentia, opibus pollentem.* Sic πράττειν τὰ μέγιστα, Comic. Eccles. 104. ad summum fortunæ pervenisse. Vid. Kuster. ad Aristoph. Plut. 341. *Hopfn.*

349. Ταῦτα μέν σοι πρῶτ᾽ ἐπῆλθον,] Cod. A. omittit σοι. sed C. clare habet σε. Recte, et Græce. Andromach. 686. Ταῦτ᾽ εὖ φρονῶν σ᾽ ἐπῆλθον. ita μετῆλθόν σε αἷμα, Orest. 417.

ἵνα σε πρῶθ᾽ εὕρω κακόν.] Ἵνα est *ubi,* cum indicativo, ut ἵνα ἦσαν, *ubi erant.* Scribendum opinor, εὗρον κακόν. et ita Reiskius. ἵνα εὕρω foret *ut inveniam.* Infra v. 459. ἵν᾽ ἡμᾶς ὄντας εὑρήσει κακούς. nisi malis ὁρῶ, pro εὕρω. Si ἂν conjungatur cum ἵνα, tunc ἵνα significat *ubi,* et ἂν proprium modum habet, potentialem vel subjunctivum: v. 1579. et Aristophan. alicubi in Plut. nisi fallor, cum subjunctivo. *Markl.*

Ταῦτα μέν σε] Ita optime Lib. P. Ed. Ald. ταῦτα μέν σοι.

ἵνα σε πρῶθ᾽] Malim: ἵνα σ᾽ ἐς πρῶθ᾽. Reiskio placet ἵνα σε πρῶθ᾽ εὗρον κακόν.

Contra legem metri trochaici peccat ἵνα σ᾽ ἐς πρῶθ᾽, quod nunc demum animadverto. Forte igitur reponendum:

—ἵνα σε πρῶθ᾽ εὗροι κακόν.

ut πρῶτα nominativus sit, non accusativus. *Ut prima te improbum esse ostenderent.* Εὑρίσκειν sc. Tragicis *ostendere* nonnunquam valet. Soph. Œd. Tyr. 1236. ἐφεῦρέ σ᾽ ἄκονθ᾽ ὁ πάνθ᾽ ὁρῶν χρόνος. Noster Ion. 566. ὁ πότμος ἐξεῦρέ σε, τέκνον. *Musg.*

Brumoy legi jubet ἀπόντα ταῦτα. *Hæc absunt a nobis. Beck.*

Reiskio placet ἵνα σε πρῶθ᾽ εὗρον κακόν. Heathius, qui animadvertit, contra legem metri trochaici peccare ἵνα σ᾽ ἐς πρῶθ᾽, reponendum suspicatur: ἵνα σε πρῶθ᾽ εὗροι κακὸν, ut πρῶτα sit nominativus, non accusativus. *Ut prima te improbum esse ostenderent.* εὑρίσκειν scilicet, eodem V. D. observante, Tragicis nonnunquam valet *ostendere*, ut Soph. Œd. Tyr. 1236. (ed. Brunck. 1213.) atque in Nostri Ion. 566. Marklandus cum Reiskio vult εὗρον. *inveni,* quia ἵνα, *ubi,* (h. l. i. q. ὅτε, v. Viger. p. 540.) Indicativum habet additum, nisi ἂν adjectum est, nam tum potest sequi conjunctivus. Censet quoque, posse legi ὁρῶ pro εὕρω. ἐπῆλθον, *objeci.* οὐδὲν, ut sæpius apud Terentium, Plautum, alios, *Nullus eras. Hopfn.*

351. ἐκπλήττεσθαι de quovis affectu vehementiori adhibetur, Trachin. Sophocl. 386. *Hopfn.*

352. s. σπανίζειν τινὸς πράγματος alibi δεῖσθαι τινὸς πρ. v. ad Cyclop. v. 133. Πομπὴ (navigatio, ut infra 1324.) dicitur οὐρία. Οὔριος, ἐπιδέξιος, ἐπιτήδειος ἄνεμος. Sic οὐρία, οὔριος, οὔριον, simpliciter, vel, quod ibi supplendum est, adjectis vv. (v. Helen. 406.) πνοὴ, ἄνεμος, πνεῦμα, (vid. Hecub. 888. Helen. 1612.) Infra 1596. habes πλοῦν οὔριον. Alibi simpliciter legitur οὖρος. v. Viger. 131. Διαγγέλλειν h. l. petere, flagitare. ναῦς, classem atque exercitum. Μάτην π. frustra tempus terere, otiosum commorari. *Hopfn.*

354. Ὡς δ᾽ ἄνολβον εἶχες ὄνομα,] Codd. A.

Χιλίων ἄρχων, Πριάμου τε πεδίον ἐμπλήσας δορὸς,
Κἀμὲ παρεκάλεις, τί δράσω; τίνα δὲ πόρον εὕρω ποθέν;
Ὥστε μὴ στερέντα σ' ἀρχᾶς, ἀπολέσαι καλὸν κλέος.
Κᾆτ' ἐπεὶ Κάλχας ἐν ἱεροῖς εἶπε σὴν θῦσαι κόρην
Ἀρτέμιδι, καὶ πλοῦν ἔσεσθαι Δαναΐδαις, ἡσθεὶς φρένας,

Mille præpositus, Priami campum armis impleturus esses?
Et me consulebas, quid faciam? quamnam viam alicubi reperiam?
Ne privatus imperio præclaram gloriam amittam.
Deinde postquam in sacrificiis Calchas dixit, ut mactares tuam filiam
Dianæ, atque ita secundam navigationem fore Græcis, gavisus animo,

B. C. ὄμμα. Recte. ὄμμα est *vultus, facies, aspectus.* Rem illustrat locus Cœlii ad Ciceron. Famil. VIII. 14. *Nunquam tibi oculi doluissent, si in repulsa Domitii vultum vidisses. Markl.*

ὄμμα.] Ita ambo MSS. et Lib. P. plane ut emendaverant Reiskius et Tyrwhittus. Ed. Ald. ὄνομα. Totum locum sic constituo: Ὡς δ' ἄνολβον εἶχες ὄμμα σύγχυσίν τ', εἰ μὴ νεῶν Χιλίων ἄρχων τὸ Πριάμου πεδίον ἐμπλήσεις δορός. Apponam modo duo loca, quorum similis forma est. Dio Chrysost. p. 183. B. ἦν οὖν ἀθυμία παρὰ τοῖς Τρωσὶν, εἰ μηδέποτε παύσονται. Noster Heraclid. v. 645.

τῶν ἀφιγμένων,
ψυχὴν ἐτήκου νόστος, εἰ γενήσεται.

Musg.

354. ss. Dubitant Interpretes de lectione ὄνομα, quæ in Ed. Aldina atque inde in Barnesiana et Stiblini habetur, pro qua ambo MSS. Musgravii atque Lib. P. ὄμμα, quod jam Reiskius maluerat, Tyrwhittus, atque Marklandus, qui vertit: *vultus, facies, adspectus,* citatque Cœlium apud Ciceron. Epp. VIII. 14. ὄνομα, nomen, dignitas, alibi. Barnesius atque Stiblinus reddunt: quam nomen miserum *habuisses,* nisi, *implevisses.* Unde Koehlerus: *Welche Niedergeschlagenheit—sah man auf deinem Gesichte,* sed Schillerus in *Thalia: wie klæglich stand es da um deine Feldherrnschaft,* &c. Sane quidem non statim locus recurrit in mentem, ubi legissem ὄνομα ἄνολβον, neque verò, ubi invenissem ὄμμα ἄνολβον, quare, si licuisset, maluissem ἄναυδον, (Med. 1180.) aut ἄλαον (Phœnn. 1547.) aut ἄγρυπνον (Rhes. 824.) ὄμμα. ἄνολβον est i. q. triste, miserum. Infra 448. est ἄνολβα εἰπεῖν. Σύγχυσις i. q. ἔκπληξις. Infra 1128. est: σύγχυσιν καὶ ταραγμὸν ὀμμάτων ἔχειν. μή, non amplius præesse. *Hopfn.*

355. Πριάμου τε πέδιον ἐμπλήσας δορός.] Difficultas hujus loci pendet, opinor, ab elegantia Græci sermonis non percepta, nempe, a suppressione particulæ μὴ, quæ repeti debuit ante τε, ita, μὴ ἄρχων, μήτε ἐμπλήσας. Sic Iph. Taur. 1368. Κεῖνοί τε γὰρ σίδηρον ΟΥΚ εἶχον χεροῖν, Ἡμεῖς ΤΕ: i. e. Οὔτε (vel Οὔθ') ἡμεῖς. recte vertitur, *neque nos.* Vide Notam ibi. Æque facile scripsisse potuit plene, Πριάμου τε πέδια μὴ 'μπλήσας δορὸς: Sed noluit. Atticis enim scripsit. Post δορὸς pono minimam distinctionem, sententia adhuc pendente. *Markl.*

Conf. R. P. Præf. ad Hecub. p. clxvii. *Burn.*

ἐμπλεῖν δορὸς, ducere in regionem. Δόρυ, h. l. exercitus, milites armati, ut plurimi intellexerunt. Koehlerus de *bello* intellexit. De hoc aliisque signiff. h. v. vide ad Cyclop. v. 5. et 15. Præterea observandum, Reiskium legere pro εἶχες, εἶδες, et paulo post χιλίων ξάνθον Πριάμου τε, &c. atque vertere: et quam videris infelicem adspectum et confusionem, propterea, quod mille navibus et armatis non implevisses Xanthum et Priami campum. Idem monet, ὡς δὲ pendere a præced. ἐπῆλθον, *narro tibi,* aut *in memoriam tibi revoco, quomodo.* In fine v. 355. non ponendum esse notam interrogationis, sed comma, Heathius notat. Nostrumque plene scribere potuisse: Πριάμου τε πεδία μὴ 'μπλήσας δ. Atticis enim eum scripsisse. *Hopfn.*

356. παρεκάλεις. *arcessebas.* Sequitur

Ἄσμενος θύσειν ὑπέστης παῖδα· καὶ πέμπεις ἑκὼν,
Οὐ βίᾳ, μὴ τοῦτο λέξῃς, σῇ δάμαρτι, παῖδα σὴν
Δεῦρ' ἀποστέλλειν, Ἀχιλλεῖ πρόφασιν ὡς γαμουμένην.
Κᾆθ' ὑποστρέψας, λέλησαι μεταβαλὼν ἄλλας γρα-
φὰς,
Ὡς φονεὺς οὐκέτι θυγατρὸς σῆς ἔσει μάλιστά γε.

Libens mactaturum te esse filiam tuam promisisti, et volens mandas
Uxori tuæ, non coactus vi, ne dixeris istud, tuam filiam
Huc mittere, hoc prætextu, tanquam nupturam Achilli.
Deinde mutata sententia clam alias literas misisti,
Quod non sis futurus interfector filiæ tuæ ullo modo.

deinde ῥῆσις exigua ex persona Agamemnonis. *Musg.*

356. s. παρακαλεῖν ad auxilium vocare, consulere. Πόρον εὑρίσκειν, exitum invenire, ut Med. 262. 1415. Iph. Taur. 876. atque alibi. Adhibetur hæc loquendi formula de hominibus anxie hæsitantibus, ut Alcest. 211. στερέντα pro στερηθέντα, a στέρομαι pro στερέομαι. Ita Hesiod. 209. Esse vero Atticum putatur. Sic Iph. Taur. 474. στερεῖσα, quod ibi Barnesius cum Scaligero, æque ac Musgravius, pro στερηθεῖσα recepit, quod Ed. Ald. et MSS. habebant. Cf. quoque Bacch. 1351. et Orest. 580. *Hopfn.*

357. Pro ἀρχᾶς forte ἀρχῆς, et pro γνώμας (v. 368.) verius videtur γνώμης. Dorica enim non solent poni in trochaïcis. Sed "optimæ membranæ in plurimis "vocabulis dialectorum analogiam con-"stanter respuunt;" ut notat peritissimus harum rerum judex, Dorvillius, ad Chariton. p. 629. *Markl.*

ʻστερέντα σ'.] Lego: στερέντας, subaudito ἡμᾶς. De se enim in plurali loqui solebant Veteres. Androm. v. 355. et seq. *Musg.*

στερέντα] Pro στερηθέντα, a στέρομαι pro στερέομαι. Ita Hesiod. Ἔργων καὶ Ἡμερῶν, v. 209. Νίκης τε στέρεται, πρός τ' αἴσχεσιν ἄλγεα πάσχει. Esse vero Atticum putatur. Vide Iphig. Tauric. v. 474.

κλέος ornatur epitheto καλὸν, quia h. v. vtroque sensu adhiberi constat, æque ac ὄνειδος, (de quo v. nos ad Cyclop. v. 295. et supra 305.) vid. Muret. Var. Lectt. 6, 8. Eustath. ad Homer. Od. α'. p. 56. 28. Unde αἰσχρὸν κλ. Helen. 135. sed καλὸν, Hecub. 1207. *Hopfn.*

358—364. Κάλχας, εἶπε ἐν ἱεροῖς (in sacrificiis,) supra v. 90. ἀνεῖλεν. ἄσμενος, χαίρων, ἡδέως, προθύμως. Suid. — ὑπέστης, promisisti. Sic infra v. 530. πέμπεις, ἀποστέλλειν. Jubes (litteris) — uxorem mittere filiam, (V. supra v. 99. sq.) hoc prætextu — v. supra l. l. ὑποστρέφειν ut nostrum *umkehren*, h. l. sententiam mutare. λέλησαι, Græcismus satis tritus, e quo λανθάνειν cum participio junctum per *clam* reddendum. Sic alibi κλέπτειν, ut Cyclop. 542. ubi vid. nos. Aliquando per *imprudens* explicandum, vel etiam per *ignoro, non animadverto.* De hoc Idiotismo v. Viger. p. 252. ss. unde Brodæus reddit hæc: imprudenter mutas, vel: non animadvertis, te. Ego reddo: *clam* alias litteras scribis. Cf. supra v. 108. Heathius vulgatum vertit: Et deinde clam eam intercepisti, domumque amandasti, aliis postea missis epistolis. Reiskius ita scribit: κᾆθ' ὑποστρέψας, λέλησαι μεταβαλὼν ἄλλας στροφὰς, *deinde pristinam viam repetens* (i. e. rursus) *vertis te ad alias rationes* (strophas, versutias,) *nobis insciis.* Koehlerus autem hoc modo interpungit: κᾆθ' ὑποστρέψας, λέλησαι μεταβαλὼν ἄ. γρ. atque reddit: *allein bald ændertest du dich, und schriebest heimlich einen andern Brief, du wolltest nie an deiner Tochter zum Mœrder werden.* Idem addit, (quod ego quoque inter legendum sentiebam) "*Sehr unnatürlich hat hier abermals der Dichter Mitleiden und Abscheu erweckende Worte dem Menelaus in den Mund gelegt. Agamemnon hatte sich dieser Ausdrücke nicht bedient, sondern nur seine Gemahlin gebeten, ihre Tochter, weil die Hochzeit noch ein Iahr Anstand haben müsste, nicht nach Aulis*

Οὗτος αὐτός ἐστιν αἰθὴρ, ὅς τάδ' ἤκουσεν σέθεν.
Μυρίοι δέ τοι πεπόνθασ' αὐτὸ πρὸς τὰ πράγματα,
'Εκπονοῦσ' ἔχοντες· εἶτα δ' ἐξεχώρησαν κακῶς·
Τὰ μὲν ὑπὸ γνώμας πολιτῶν ἀσυνέτου, τὰ δ' ἐνδίκως,

Hic idem æther est testis, qui de te hæc audivit.
Innumeris autem hoc accidit in rerum administratione;
Ut penes ipsos sit, labore consequuntur; tandem vero excedunt turpiter:
Partim quidem ob stultum civium judicium, partim vero juste,

zu senden," ὡς φονεὺς, κ. τ. λ. sc. sic scribens. Vid supra 96. μάλιστα γε, Ironice. Reiskius monet, collocandum esse punctum ante μάλιστα γε. *Recte vero, euge bene. Hopfn.*

363. λέλησαι, μεταβαλὼν] Codd. omnes λελῆφαι, a λαμβάνομαι. Atticis usitatius εἴληφαι. quod metrum non admittit. Reiskius distinguit Καθ' ὑποστρέψας, λέλησαι μεταβαλὼν, &c. qui et v. 364. censet punctum collocandum esse ante voces μάλιστά γε, quas εἰρωνικῶς Brodæus accipit, *recte vero, euge bene.* Ego eas non intelligo hoc sensu; et adjungo sequentibus: dubius tamen, propter usum istarum vocum, quæ sententiam fere claudunt. *Markl.*

λέληφαι.] Ita MS. uterque et Lib. P. Vulgo λέλησαι. *Musg.*

364. μάλιστά γε.] Præ cæteris, sc. Argivis. *Musg.*

365. Οὗτος αὐτός ἐστιν αἰθήρ,] Opinor, Οὗτος ὡὑτός ἐστιν, *Hic idem est aër:* ut Troas. 1017. τὸν αὐτὸν αἰθέρ'. *Markl.*

Koehlerus: *Nun dieser Himmel, der alles gehœrt hat, sey Zeuge.* At Schillerus: *Doch ist die Luft, die jetzo dich umgiebt, die nemliche, die deinen Schwur gehœrt. Hopfn.*

366. Μυρίοι — πεπόνθασι, Sed innumeri sic agere solent, permultis hoc accidit, ratione negotiorum, (honorum) s. in negotiis gerendis l. suscipiendis. μύριοι de certo quodam, at μυρίοι de incerto numero, pro πάμπολλοι adhibetur. v. ad Cyclop. p. 4. et Aristotel. Poët. c. 21. —Hæc observatio de v. μύριοι non ubique valet et referri posse videtur ad Grammaticorum argutias. Vid. Kœppen. Erkl. Anmerk. zum Homer. P. V. p. 81. *Hopfn.*

367. Nonnullis placebit conjectura, 'Εκπονοῦσ' ἑκόντες· εἶτα, &c. [quomodo edidit Barnesius, Cantero et Scaligero auctoribus] pro 'Εκπονοῦσ' ἔχοντες, εἶτα δ', &c. sed vid. Valckenær. ad Phœn. 713. *Markl.*

'Εκπονοῦσ' ἔχοντες·] Interpretor: ἐκπονοῦσιν, ὥστε ἔχειν. Gemina plane locutio est, δίδασκε σοφοὺς, pro δίδασκε σοφοὺς εἶναι. Heraclid. v. 575. ubi vide, quæ annotavimus. Sic et Dionys. Halicar. φεύγειν ἀπολυόμενον pro φεύγειν ἀπολύεσθαι, p. 443. l. 32. Ed. Hudson. Participium quoque infinitivi vice posuisse videtur Herodotus VIII. 139. ubi ἐπειρῶντο ἀντιούμενοι, iterumque IX. 26. ἐπειρῶντο κατιόντες. ἔχειν τὰ πράγματα Græcis valet *summa rerum potiri.* Thucyd. III. 72. οἱ ἔχοντες τὰ πράγματα. Scholiastes ibi interpretatus, οἱ δυνατοὶ, οἱ πλούσιοι, mihi quidem non penitus satisfacit. Confer ejusd. Libr. c. 27. Canterus ἐκπονοῦσ' ἑκόντες, quod nec vim, nec venustatem, habet. *Musg.*

'Εκπονοῦσ' ἑκόντες·] Τὸ ἐκπονοῦσιν absolute hic ponitur, et neutrum est, ut Xenoph. Cyropæd. L. IV. ἱκανώτεροι τοῖς σώμασιν ἐκπονεῖν. Significat *laboribus exerceor*, vel, ut ad *Latinam* Versionem posui, *Ardua aggredior.* Alias ἐκπονεῖν est activum, et sonat *elaboro, perficio*, item *instruo.* ἑκόντες vero pro ἔχοντες in textum recepi, Cantero, Scaligero et sensu ita postulante. *Barnes.*

'Εκπονοῦσι] Omnibus viribus allaborant, omnes vires contendunt. Hæc enim idea in v. ἐκπονεῖν latere mihi videtur. De alia h. v. notione v. infra v. 209. At pro vulgari ἑκόντες quod Canterus, Barnesius aliique habent, sed Musgravio censente, vi atque venustate caret, plures legunt ἔχοντες, Grotius post ἐκπονοῦσ' distinguit, ut ἔχοντες cum sqq. connectatur, quod probat Heathius, qui etiam scribendum esse censet τὸ μὲν — τὸ δὲ, atque ita locum vertendum: *Innumeri autem idem passi sunt in negotiis gerendis, laborando perficiunt, ut rerum potiantur, deinde autem loco turpiter excidunt; primum quidem* (habent) *ex sententia civium*

Ἀδύνατοι γεγῶτες αὐτοὶ διαφυλάξασθαι πόλιν.
Ἑλλάδος μάλιστ' ἔγωγε τῆς ταλαιπώρου στένω,
Ἣ θέλουσα δρᾷν τι κεδνὸν βαρβάρους, τοὺς οὐδένας
Καταγελῶντας ἐξανήσει διὰ σὲ, καὶ τὴν σὴν κόρην.

Cum non possint ipsi tueri Rempublicam.
Ego potissimum gemo miseram Græciam,
Quæ cum velit aliquid gloriosum gerere contra barbaros, nihili homines,
Dimittet *eos* ridentes propter te et tuam filiam.

imperitorum, alterum vero (evenit) *merito; ipsi* scilicet *minus apti nati* (sunt) *ad rempublicam tuendam.* Cæterum v. ἐξεχώρησαν, ut sæpe fit, significationem præsentis habere, aut reddendum esse per *solent*, tritum est. Vide supra ad v. 27. *Relinquere, negligere solent* turpiter, s. pessime, *quod antea tam studiose affectarant.* ὑπὸ. Propter stulta judicia, s. perversas opiniones, vulgi. γεγῶτες,· ὑπάρχοντες. Cyclop. 6. διαφυλ. tueri s. regere civitatem. *Hopfn.*

370. Ante Ἑλλάδος intellige ἕνεκα, et videbis nihil mutandum esse in μάλιστα. Hunc versum respicit Eubulus Comicus ap. Athenæum XIII. 5. p. 569. A. Ἑλλάδος ἔγωγε τῆς ταλαιπώρου πέρι Στένω. *Markl.*

Ἑλλάδος μάλιστ' ἔγωγε τῆς ταλαιπώρου στένω,] "Hunc versum respicit Eubulus Comicus apud Athen. XIII. 5. p. 569. A. Ἑλλάδος ἔγωγε τῆς ταλαιπώρου πέρι Στένω." Markl. In Eubuli versu miror Marklandum non vidisse expungendum, tum Euripidis auctoritate, tum metri jussu, importunum istud περί. Idem faciendum in Herodot. II. 102. p. 150, 5. judicat Valckenærius ad VIII. 143. *Por.*

στένειν τι, vel ἐπί τινι, vel τινὸς, ut h. l. et Phœnn. 1440. *Doleo vicem Græciæ.* Reiskius conjicere vult τύχην pro μάλιστα. Ταλαίπωρος dicitur, qui miseriis premitur. v. de h. v. quæ copiose monui ad Cyclop. 580. δρᾷν τινα τι sensu deteriori i. q. κακοποιεῖν v. Schol. Med. 291. coll. 285. contra aliquem aliquid suscipere. Alibi δρᾷν τινι τι bono sensu Cyclop. 132. ubi multa de hac forma loquendi observavimus. Κεδνὸν a κήδομαι magnifacio, curo, sollicitum, gloriosum inter alia significat. *Hopfn.*

Cæterum ad hunc versum respicit Eubulus apud Athen. XIII. 5. p. 569. A. Ἑλλάδος ἔγωγε τῆς ταλαιπώρου πέρι Στένω τοὺς οὐδένας, homines nihili, nullius frugis, abjectos, indignos. *Hopfn.*

371. βαρβάρους, τοὺς οὐδένας, Καταγελῶντας ἐξανήσει] Sustuli dictinctionem post οὐδένας, quæ vox non pertinet ad βαρβάρους, sed ad sequentia. Nonnulli malent ἐξαφήσει quam ἐξανήσει, quia ἀφίημι est *dimitto*, quod loci sensus postulat: sed ἀνίημι est *remitto*. Usus tamen forte aliud dicit. *Markl.*

372. ἐξανήσει] Miror, in Duportiano codice ἐξανύσει scriptum; nec sensu, nec metro servato. *Barnes.*

372. In ed. Stiblini invenio ἐξανύσει atque hanc versionem: *Ipsis jam risum movebit, propter te et tuam filiam.* Καταγελῶντας, cum tanto apparatu bellico instructi hic hæreamus, nec, vento cessante, ulterius progredi valeamus. Sequitur nunc sententia, quæ, quid ad imperatorem bonum eligendum requiratur, proponit. Ἕκατι (i. q. χάριν, ἕνεκα) χρέους. Vulgo vertunt: *propter opes.* Sic Barnesius, Koehlerus, atque Schillerus. Sed nescio an hic sensus h. l. locum habeat, quantum enim memini, *propter opes* Agamemnon dux non est electus. Sed quia magna auctoritate pollebat, et, quod Menelaus ei jam exprobraverat, auram plebis captarat, sibique ad exercitus animum hoc modo aditum paraverat, (v. 337. ss. coll. 22.) licet ipse Agamemnon, Menelai, quippe fratris, causa, ad quem novimus omnem hanc rem pertinuisse, (v. 77. ss.) se præfectum esse exercitui asserat, supra v. 84. sq. Ibi diserte monet, se tanquam σύγγονον, Μενέλεω χάριν hoc munus accepisse. Quare lubentissime legerem γένους cum Reiskio, vel κήδους cum Musgravio, neminem propter generis conjunctionem (s. genus, affinitatem,) principem civitatis facerem s. constituerem. Accedit, quod nullus locus mihi in mentem recurrat, ubi χρέος idem esset, quod χρῆμα. An viri docti decepti sunt permutatione χρέος et χρῆμα? An notione illa, qua χρέος *æs alienum* significat? quo

Μηδέν' ἂν χρέους ἕκατι προστάτην θείμην χθονὸς,
Μήδ' ὅπλων ἄρχοντα. νοῦν χρὴ τὸν στρατηλάτην ἔχειν
Πόλεος. ὡς ἄρχων ἀνὴρ πᾶς, ξύνεσιν ἣν ἔχων τύχῃ.
ΧΟ. Δεινὸν, κασιγνήτοισι γίγνεσθαι λόγους,
Μάχας θ', ὅταν ποτ' ἐμπέσωσιν εἰς ἔριν.

Neminem ego facerem præfectum alicujus loci propter affinitatem,
Neque ducem exercitus: oportet sapere ductorem:
Quivis enim vir civitates ornaverit, si sapientiam habeat.
Cho. Acerba *res est,* inter fratres fieri convitia
Et pugnas, quando in contentionem inciderint.

sensu etiam τὰ χρέα et τὰ χρήματα apud Demosthenem legitur. χρέος notat *debitum, negotium, necessitas.* Heathius reddidit: *commodi gratia.* *Hopfn.*

373. χρέους ἕκατι] Valde ambiguum est χρέους hoc loco. *necessitatis gratia,* vertit Brodæus. *Markl.*

χρέους ἕκατι] Interpretantur: *propter opes.* Sed quis χρέος hoc sensu dixit? Lego:

Μηδέν' ἂν κήδους ἕκατι.

Neminem propter generis conjunctionem principem civitatis facerem. *Musg.*

373. ss. προστάτην χθονὸς, paulo post στρατηλάτην πόλεως. προστάτης, præfectus, dux, imperator, i. q. ἄρχων. Alibi quoque x. ε. patronus inquilinarum Athenis viventium. vid. Suid. h. v. Occurrit h. v. Heracl. 964. Antiop. fr. XI. 4. στρατηλάτης i. q. στρατηγός. v. nos ad Cyclop. 86. πόλις autem et alibi pro χώρα, χθὼν, ut h. l. legitur, quemadmodum contra γῆ, &c. pro urbe. Multa de hoc usu observavi ad Cyclop. 99. ξύνεσις, antea νοῦς. Principes, quomodo esse debeant, docuerunt quoque Aristoteles de Republ. 5. Plutarch. πρὸς ἡγέμονα ἀπαίδευτον, atque Isocrat. Orat. ad Nicocl. Marklandus, Heathius, atque Grotius scribi jubent πόλεος, quia πόλεως metro repugnat. *Hopfn.*

374. Canterus legit ἄρχοντ' ἄνουν. Sed Vir doctiss. non prospiciebat sequentibus. *Markl.*

Μηδ' ὅπλων, &c.] Canterus putat legendum ἄρχοντ' ἄνουν. Sed non æque hæc conjectura arridet: Nihil itaque muto. *Barnes.*

375. στρατηλάτην—Πόλεως. ὡς] Scribendum Πόλεος. alterum metro repugnat. Ita Grotius quoque legebat. *Markl.*

ἄρχων ἀνὴρ πᾶς.] Comparandum Plutarcheum illud, φύσει μὲν οὖν ἄρχων ὁ πολιτικός. Op. Mor. p. 1455. Mihi nihilominus legendum videtur:

Πόλεας ὡς ἤρτυν' ἀνὴρ πᾶς, ξύνεσιν ἣν ἔχων τύχῃ.

Nam civitates ordinaverit quivis vir, modo prudentiam habeat. *Musg.*

376. γίνεσθαι] Γίγνεσθαι Stobæus Grot. p. 349. *Por.*

Hæc si quis attentius perpenderit, parum accurate dicta esse videbit. *Acerbum est,* inquit, *fratribus, cum in contentionem venerint, in verba incidere et pugnas.* Quasi vero fratrum contentiones eo nomine metuendæ sint, quod verborum disceptationibus occasionem dare soleant. Legendum quippe ψόγους pro λόγους. Est enim ψόγος non simplex reprehensio, sed aliquando, Hesychio teste, ὄνειδος. *Musg.*

376. s. δεινὸν (v. supra ad v. 127.) res dira, acerbum est, fratribus, cum in contentionem venerint, in verba incidere et pugnas. — κασίγνητος ex κάσις et γείνομαι, ex utroque seu altero parente germanus frater. Plura notata de h. v. reperies ad Cyclop. 444. V. Proverb. Fratrum iræ sunt acerbissimæ, et fratrum simultas esse solet atrocior, quam vulgarium inimicorum. *Hopfn.*

378. βούλομαί σ' εἰπεῖν κακῶς εὖ, βραχέα, μὴ λίαν ἂν ὦ Βλέφαρα πρὸς τ' ἀναιδὲς ἀγαγών. ἀλλὰ σωφρονέστερος, Ὡς ἀδελφὸν ὄντ'. *Volo tibi recte maledicere, idque breviter, ne nimis sim,* i. e. videar, *Oculos ad impudentiam deducere: sed modestior* videar erga te *Utpote qui sis frater meus.* Hæc mira sunt tam in Græcis quam in Versione. Legendum (pro εὖ) αὖ, *vicissim:* nam hæc respondent istis Menelai, v. 335. Βούλομαι δέ σ' ἐξελέγξαι, &c. pro ἂν ὦ et σωφρονέστε-

ΑΓ. Βούλομαί σ' εἰπεῖν κακῶς εὖ, βραχέα, μὴ λίαν ἄνω
Βλέφαρα πρὸς τἀναιδὲς ἀγαγὼν, ἀλλὰ σωφρονεστέρως
Ὡς ἀδελφὸν ὄντ'. Ἀνὴρ γὰρ χρηστὸς αἰδεῖσθαι φιλεῖ.
Εἰπέ μοι, τί δεινὰ φυσᾷς, αἱματηρὸν ὄμμ' ἔχων;
Τίς ἀδικεῖ σε; τοῦ κέχρησαι; λέκτρα χρήστ' ἐρᾷς λαβεῖν;

Aga. Volo te vituperare paucis, non nimis sursum
Palpebras impudenter attollens, sed modestius:
Quippe fratrem, etiam improbum, probus revereri amat.
Dic mihi quare acerba spiras, habens cruentum oculum?
Quis te injuria afficit? qua re indiges? conjugium, bonum utique, adipisci cupis?

ρος, conjeceram ἄνω et σωφρονεστέρως: et mirabar ita jam editum invenire in Stobæo, Tit. 31. p. 211. edit. Aurel. Allob. 1609. Distinguo post βλέφαρα, et scribo πρός τ' ἀναιδὲς, i. e. πρός τε, *et impudenter.* Codd. A. B. pro Var. Lect. habent ἄνω, et C. in contextu. Καλῶς quoque ironice, forte melius legeretur quam κακῶς. *Markl.*

378. ss. Apud Stob. Grot. xxxi. p. 137. ubi ἂν ὦ. *Burn.*

εὖ βραχέα,] Legendum ἐς βραχέα, vel, quod Marklando placet, αὖ βραχέα.

ἄνω] Ita Lib. P. et in margine ambo MSS. Ed. Ald. ἂν ὦ. *Musg.*

Ἂν ὦ] Alias ἀνῶ, sed melius prius. *Barnes.*

378. ss. κακῶς εἰπεῖν—εὖ,] *Recht derb sagen*, accusare, objicere. Alii εὖ βραχέα conjungunt. βλέφαρα ἀγαγεῖν πρὸς τἀναιδὲς — ore impudenti, fronte effrenata. Paulo post ὄμμα αἱματηρὸν, v. 381. Pro ἂν ὦ alii ἀνῶ (?) vel potius ἄνω *sursum*, quod in Lib. P. et margine ambo MSS. habent, atque jam Heathius cum Grotio ex Stobæo emendaverat. Οὐ φιλεῖ, *non solet*, quod Latini non ignorant. Τί δεινὰ φυσᾷς. Quid tam vehementer spiras, incandescit animus? De v. φυσᾷν v. supra ad v. 125. τοῦ κέχρ. quanam re eges? Jam omnia ac singula ordine refutat. Visne *conjugem bonam recuperare*, ego non possum tibi eam reddere; quam habebas, eam non bene servasti, s. erga eam non bene te gessisti. Cur *ego* pœnas dabo, cum *tu* peccaveris, non *ego!* An te mordet *ambitio* mea? *Tu* vero temere ac inhoneste *amplexus mulieris* formosæ desideras! Num vero *ego insanio*, sententia mutata, an *tu*, repetens malam conjugem, tibi a benevolo Deo ereptam? *Jusjurandum* amatorum *stultorum ad te non attinet*, quod, quam *temerarium* sit, mox intelliges. Ego vero nolo tuum in commodum, pessimæ mulieris causa, filiam necare, atque lacrimis animum conficere. *Hopfn.*

Βούλομαί σ' εἰπεῖν κακῶς εὖ, βράχέα, μὴ λίαν ἂν ὦ,
Βλέφαρα πρὸς τ' ἀναιδὲς ἀγαγών.

Defendo, quod olim excogitavi, ἀλῶ cum ἀγαγὼν constructum, ut sensus sit: Ne oculos ad impudentiam deducere deprehendar. *Faehse.*

379. Βλέφαρα πρός τ' ἀναιδὲς ἀγαγών,] "Distinguo post βλέφαρα, et scribo πρός τ' ἀναιδὲς, i. e. πρός τε, et impudenter." Markl. Pessime Marklandus. Ocyus repone πρὸς τἀναιδές, quamvis alterum in Stobæo vulgetur. *Por.*

σωφρονεστέρως] Ita Marklandus ex Stobæo. Tit. XXXI. Ed. Ald. σωφρονέστερος. *Musg.*

380. αἰδεῖσθ' οὐ φιλεῖ.] Codd. A. B. C. ουκ αιδεισθαι φιλει, magno errore: sed ex isto consensu probabile est locum esse interpolatum. Stobæus (loco citato) habet, Ἀνὴρ γὰρ χρηστὸς χρηστὸν αἰδεῖσθαι φιλεῖ. Lego, Ὡς ἀδελφὸν ὄντ'. ἀνὴρ γὰρ χρηστὸς αἰδεῖσθαι φιλεῖ. ut de seipso Agamemnon loquatur, et de sua moderatione, rationem reddens quare dixerit σωφρονεστέρως. Versu proxime sequenti, αἱματηρὸν ὄμμ' ambiguum est. *Markl.*

Ὡς ἀδελφὸν ὄντ'. ἀνὴρ γὰρ χρηστὸς, αἰδεῖσθαι φιλεῖ.] Ita jam ediderat Grotius, p. 137. *Por.*

αἰσχρὸς αἰδεῖσθ' οὐ φιλεῖ.] Stobæus, ubi supra, χρηστὸς χρηστὸν αἰδεῖσθαι φιλεῖ. unde Marklandus ἀνὴρ γὰρ χρηστὸς αἰδεῖσθαι φιλεῖ. An legendum ἀνὴρ γὰρ χρηστὸς αἰδεῖθ', ὃν φιλεῖ. i. e. αἰδεῖται. *Musg.*

382. λέκτρ' ἐρᾷς χρηστὰ λαβεῖν;] Scripturæ vestigia, metrum, sensus, et præcipue

Οὐκ ἔχοιμ' ἄν σοι παρασχεῖν· ὧν γὰρ ἐκτήσω, κακῶς
Ἦρχες. εἶτ' ἐγὼ δίκην δῶ σῶν κακῶν, ὁ μὴ σφαλείς;
Ἢ δάκνει σε τὸ φιλότιμον τοὐμόν; ἀλλ' ἐν ἀγκάλαις
Εὐπρεπῆ γυναῖκα χρῄζεις, τὸ λελογισμένον παρείς,
Καὶ τὸ καλὸν, ἔχειν; πονηροῦ φωτὸς ἡδοναὶ κακαί.

Non possum equidem tibi præstare: quæ enim possidebas, male
Rexisti. An igitur ego pœnas dabo malorum tuorum, qui non peccavi?
An te mea ambitio mordet? At in complexibus
Formosam conjugem vis, ratione contempta,
Et honestate, habere? Hominis mali malæ *sunt* voluptates.

sequentia verba Agamemnonis, ducunt ad lectionem de cujus veritate non dubitari posse opinor, λέκτρ' ἐμὰ χρῄζεις λαβεῖν; Vide autem quam bene hæc connectantur, *Quis te injuria afficit? qua re indiges? cupisne habere meam uxorem? Non dabo tibi* eam; *nam* uxorem *quam habebas, male Regebas*. In antt. Editt. est ἐρᾷς γε, pro ἐμά γε, addita γε ab interpolatore, qui nescivit ultimam in ἐμὰ produci posse ob sequens χρ, ut ὁ ante χρυσοκόμας, v. 548. et ablegant γε, Codd. A. B. Χρῄζεις λαβεῖν, ut Supplic. 750. et χρῄζεις λέγειν, hac Fab. 866. *Markl.*

ἐρᾷς γε χρηστὰ.] Lego, metri gratia, ἐρᾷς χρηστά γε. *Musg.*

ἐρᾷς χρηστὰ λαβεῖν] Delevi τὸ γε post ἐρᾷς, quia versui erat impedimento. τὸ autem—στὰ in χρηστὰ producitur ob ectaticum λ sequens. Vide, quæ nos ad Estheram nostram, sive Αὐλικοκάτοπτρον, in Notis ad v. 113. Item aliquando τὸ τ'. est ectaticum, ut Homer. Odyss. α'. v. 40. Ἐκ γὰρ Ὀρέσταο τίσις ἔσσεται Ἀτρείδαο. Et Eurip. Orest. v. 154. Τίνα τύχαν εἴπω; τίνα δὲ συμφοράν; ubi in Carmine iambo prius τίνα producit ultimam ante τ' et posterius ante δ'. Quare non necesse erat, ut Arsenius utrobique pro τίνα substitueret ποίαν. Idem Homerus facit ante μ'. et π'. Ut Iliad. ρ'. v. 723. Ὕψι μάλα μεγάλως· ἐπὶ δ' ἴαχε λαὸς ὄπισθεν. Et Iliad. ψ'. v. 216. Ἐν δὲ πυρὶ πεσέτην, μέγα δ' ἴαχε θεσπιδαὲς πῦρ. De γ'. ectatico magis constat, quia media est litera, ut δ'. et β'. Exstat igitur e nostris Esther. v. 14. Μοῦνον Ἰούδαο γένος ἄλκιμον αἰχμήταο: sed hujusmodi exempla sunt infinita; quare *manum de tabula*.

Barnes.

382. s. λέκτρ' ἐρᾷς γε χρηστὰ λαβεῖν.] Reiskius χρηστὰ λέκτρ' ἐρᾷς λαβεῖν; ut Koehlerus. Verum recte Koehlerus contra Marklandum monet, vulgatum λ. χρηστὰ confirmari verbis statim sequentibus, atque v. 386. ubi mulieri *bonæ* opponatur formosa, εὐπρεπὴς γυνὴ, quare, quod jam monuimus, verba tantummodo metri causa transponit, ut Reiskius fecit. Paullulum immutato ordine Heathius: λέκτρα χρηστ' ἐρᾷς λαβεῖν. ἐρᾷς, ut et alibi, h. l. cupis. λέκτρον, ut λέχος lectus, torus conjugalis, amplexus, conjux. v. supra ad v. 124. ἔχειν pro δύνασθαι est tralatitium. ὧν, refer ad uxorem. *Hopfn.*

383. ὧν γὰρ ἐκτήσω.] *Nempe idcirco conjugem pudicam habere cupis, quia, quam habuisti, male regebas.* Fingit Menelaum ita ratiocinari. *Musg.*

384. δίκην δώσω κακῶν, &c.] Doctissimus Ric. Dawesius Miscell. Crit. p. 341. legit δίκην δῶ σῶν κακῶν, ex Sensu et Regula Ter. Mauri de Trochaïcis, ut quartus pes in voce integra δῶ finiatur. Indubitabilem puto correctionem. Poëtæ Comici hanc regulam sæpe migrant; etiam Tragici in vocibus compositis. *Markl.*

εἶτ' ἐγὼ δίκην δῶ σῶν κακῶν, ὁ μὴ σφαλείς;] Imitatur Ennius Iphigenia apud J. Rufinianum de Fig. Sent. et Eloc. c. 37. ubi Dawesii emendationem (δῶ σῶν *pro* δώσων) probat Ruhnkenius, p. 222. *Por.*

εἶτ' ἐγὼ δίκην δώσω κακῶν.] *An igitur ego pœnas dabo malorum* tuorum. Ita Interpretes. Viderunt scilicet, *tuorum* ad necessariam sententiæ emphasin desiderari. Nec vero σῶν in Græca oratione subaudiri patitur alterum istud ἐγώ. Porro autem peccat lectio recepta adversus commatum Trochaicorum rationem, quæ exigebat scilicet:

Εἰ δ' ἐγὼ, γνοὺς πρόσθεν οὐκ εὖ, μετετέθην εὐβουλίᾳ,
Μαίνομαι; σὺ μᾶλλον, ὅστις ἀπολέσας κακὸν λέχος,
Ἀναλαβεῖν θέλεις, θεοῦ σοι τὴν τύχην διδόντος εὖ.
Ὤμοσαν τὸν Τυνδάρειον ὅρκον οἱ κακόφρονες
Φιλόγαμοι μνηστῆρες· ἡ δέ γ' ἐλπὶς, οἶμαι μὲν, θεὸς

Quod vero ego non recte prius sentiens, sententiam mutârim prudenter,
An insanio? tu magis, qui amissa mala conjuge,
Eam recipere vis, deo tibi fortunam secundam largiente.
Quando juraverunt Tyndarei illud jusjurandum excordes
Nuptiarum-cupidi proci, spes, credo, cecinit deos,

finis ut quarti pedis
Nominis verbive fine comma primum clauderet.

Utrique malo uno negotio sic subveniendum est:

Ἦρχες· εἶτ' ἐγὼ δίκην δῶ σῶν κακῶν, ὁ μὴ σφαλείς.

Aristoph. Equit. v. 703.

ὡς ὀξύθυμος· φέρε, τί σοι δῶ καταφαγεῖν.

Ex Dawesio Miscell. p. 341. *Musg.*

ἦρχες,] Si enim majori cum cura eam servasset, non fuisset abrepta a Paride. Δίκην (s. τιμωρίαν) διδόναι, ut Lat. pœnas dare, luere. V. ad Cyclop. 421. 639. κακῶν, malorum *tuorum*. — Ita Interpretes. Viderunt scilicet, *tuorum* ad necessariam sententiæ emphasin desiderari. Nec vero σῶν in Græca oratione subaudiri patitur alterum istud ἐγώ. Porro autem peccat lectio recepta adversus commatum *Trochaicorum* rationem, quæ exigebat scilicet: *finis ut quarti pedis nominis verbive fine comma clauderet.* Utrique malo uno negotio sic subveniendum est:

ἦρχες· εἶτ' ἐγὼ δίκην δῶ σῶν κακῶν, ὁ μὴ σφαλείς.

Nempe litera ν librarii scribentis aures effugit, isque adeo pro δῶ σῶν exaravit δώσω. Similem autem verbi δῶ, aliorumque hujus formæ usum passim videre est. Sic Aristoph. Equit. 703.—Hæc Dawesius in Miscell. Critt. p. 332. sq. ed. noviss. Burgessii. Σφάλλω, facio ut aliquis aberret, seduco, pecco. *Hopfn.*

385. δάκνειν, pr. dentibus lædere, ut Lat. *mordere*, pro cruciare, vexare, molestia afficere, adhiberi amat. Sic sæpe apud Ciceronem, Terentium, Eunuch. III. 1. 55.) alios. *Hopfn.*

φιλότιμον,] Studium honorum, ambitio. V. supra v. 342. et 22. Vide quam egregie Agamemnon fratri rependat reprehensionem! Tu fortasse me vituperas propter ambitionem, hæc tibi molesta, odiosa est, sed quis melior? *tu voluptatibus* te tradis, *ego honores* cupio. — ἐν ἀγκάλαις ἔχειν alias uno v. ἐναγκαλίζεσθαι v. ad Cyclop. 142. Sic Anacreon. Od. *Hopfn.*

386. Τὸ λελογισμένον] Ὁ λόγος: sic infra v. 922. οἱ λελογισμένοι, pro οἱ λόγιοι, Prudentes: sic σεσοφισμένος pro σοφὸς, &c. *Barnes.*

386. ss. εὐπρεπὴς alibi ὡραία, formosa. τὸ λελογισμένον, λόγον, rationem. Sic infr. 922. οἱ λολογισμένοι, pro λόγιοι (v. Kypk. Obss. SS. II. 94.) Heathius delendam esse censet notam interrogationis post ἔχειν. Hæc enim (ut monet ille) continent responsum ad exprobrationem ambitionis a Menelao profectam, quam memorat Agamemnon verbis proxime præcedentibus, quasi dixisset: *Tune vero ambitionem mihi exprobras? qui longe turpiori animi perturbatione occæcatus, modo pulchram uxorem in ulnis teneas, rationem et honestum susque deque habes.* φὼς (ὀξυτόνως,) masculin. est vir, homo. v. ad Cyclop. 396. sed φῶς neutrum *lucem* notat. μετετέθην, mutavi. Λέχος ut alibi apud Poëtas, quemadmodum λέκτρον pro conjuge adhiberi amat. V. supra ad v. 382. θεοῦ — διδόντος. Reiskius conjiciebat τιθέντος εὖ, *Deo tibi fortunam in bonum vertente* jactura et fuga malæ uxoris. *Hopfn.*

390. θεοῦ σοι τὴν τύχην διδόντος εὖ.] Si τὴν τύχην recte habet (neque legendum τῆς τύχης sc. ἕνεκα) intelligi potest κατά. Alluditur ad formulam εὖ δοίης, qua utebantur in precationibus ad Deum aliquem. *Markl.*

* * * * * * * * * * * *

Κἀξέπραξεν αὐτὸ μᾶλλον, ἢ σὺ, καὶ τὸ σὸν σθένος·
Οὓς λαβὼν στράτευέ γ' οἶμαι δ' εἴσει μωρίᾳ φρενῶν

* * * * * * * * * * * *

Ad præstandum vero adegit æmulatio, non Tu, aut tuum robur:
Quos assumens bellum aggredere: quo eos insanos agunt mentium delirationes:

* * * * * * * * * * * *

591. Hæc et sequentia mendis scatent. Proponam sine ambagibus, quomodo corrigenda esse arbitrer:

Ὤμοσαν τὸν Τυνδάρειον ὅρκον οἱ ἀκακόφρονες
Φιλόγαμοι μνηστῆρες, ἦδέ γ' ἐλπὶς, οἶμαι μὲν, θεοὺς,
Κἀξέπραξέ τ' ἀνθάμιλλον, οὐ σὺ, καὶ τὸ σὸν σθένος·
Οὓς λαβὼν στράτευέ γ', οἳ μαίνουσι μωρίαι φρενῶν·
Οὐ γὰρ ἀσύνετον —

Proci, præsertim φιλόγαμοι, haud dubie dicendi erant ἀκακόφρονες, *minime dolosi*, aut *suspicaces*, non κακόφρονες, *malitiosi*.

ἐλπὶς θεοὺς ἦδε, *spes cecinit juramenti formulam*, i. e. spe illecti juraverunt. Carmen de formula jurisjurandi habet Livius L. XXIV. et alibi.

κἀξέπραξέ τ' ἀνθάμιλλον, i. e. καὶ τὸ ἀνθάμιλλον ἐξέπραξε τοὺς θεοὺς, vel τὸν ὅρκον, *et æmulatio principum, non tu, aut tua potestas, jurijurando stare adegit.*

οἳ μαίνουσι μωρίαι. *quo eos insanos agunt deliria.* Sic alibi Græcorum amentiam accusat, v. 1264. μωρίαι autem, utpote rarius, elegantius mihi visum est, quam singulare μωρία. *Musg.*

Ὤμοσαν τὸν Τυνδάρειον ὅρκον] Vide supra v. 58. *Barnes.*

592. Leg. οἶμαι καὶ θεὸς, *spes, ut puto,* (quam unusquisque habebat, se Helena potiturum esse) *et deus* aliquis, aut dea aliqua, aut sors. *Reisk.*

592. s. *Spes* vocatur Dea, quod tritum est, conferas illud Theognidis Ἐλπὶς ἐν ἀνθρώποισι μόνη Θεὸς ἐσθλὴ ἔνεστιν, &c. ἐξέπραξεν, eo eos perduxit. *Hopfn.*

593. Ἐξέπραξεν αὐτὸ, &c.] MSS. κἀξέπραξεν: particula καὶ monstrante, periisse aliquid, quod καὶ istud olim connectebat. *Markl.*

594. οἶμαι δ' εἴσῃ μωρίᾳ φρενῶν.] Post hæc additur versus sequens ex Theophilo Antiocheno. Οὐ γὰρ ἀσύνετον τὸ Θεῖον, ἀλλ' ἔχει συνιέναι Τοὺς κακῶς, &c. De his duobus locis vide quæ scripserunt Viri Eruditissimi, Reiskius, Heathius, et Musgravius. Totum exscribam quemadmodum legere soleo: Ὤμοσαν τὸν Τυνδάρειον ὅρκον οἱ κακόφρονες Φιλόγαμοι μνηστῆρες· ἡ δέ γ' ἐλπὶς, οἶμαι, γ' εὐνίδος * * * * * Κἀξέπραξεν αὐτὸ μᾶλλον ἢ σὺ, καὶ τὸ σὸν σθένος· Οὓς λαβὼν, στράτευέ γ', οὔ μοι, σῇ δὲ μωρίᾳ φρενῶν. Οὐ δ' ἄρ' ἀσύνετον τὸ Θεῖον, ἀλλ' ἔχει συνιέναι Τοὺς κακῶς παγέντας ὅρκους, καὶ συνηναγκασμένους.

Οὔ μοι, *non mihi*, non mei gratia, nulla enim mea res agitur hac expeditione. Σῇ δὲ μωρίᾳ φρενῶν, pro μωρίᾳ δὲ σῶν φρενῶν vel σῆς φρενὸς: vid. ad v. 901. Codd. A. B. omittunt γ' post στράτευε, quasi legissent στράτευες, pro ἐστράτευες: quod potest esse verum. Pro συνιέναι non male legeretur μετιέναι, *punire, ulcisci*. Scripsi δ' ἄρ' pro γὰρ, quia nihil probandum videtur. Phrasis παγεὶς ὅρκος non est Euripidi propria, si Auratus recte (quod puto) emendat Æschylum Agam. 1207. legendo ὅρκου πῆγμα pro ὅρκος πῆμα. versum istum in Interpretatione Latina supplevi ex sensu, præeunte Isocrate in Encom. Helen. p. 422. Ed. Genev. 8vo. *Markl.*

Theophili auctoritati adde Stobæum xxvi. p. 190. Gesn. xxviii. p. 123. Grot. *Por.*

Leg. στράτευέ γ', εἴσῃ δ', οἶμαι, μωρίᾳ φρ. diphthongus αι anceps est. *Reisk.*

594. s. Heathius ita legendum censet: οἶμαι, μωρίαν δ' εἴσῃ φρενῶν· atque, ut ego quoque feci, cum Marklando, Musgravio, et Valckenario, (quanquam dubius adhuc hæream, utrum hic versus sit vere ab Euripide profectus,) integrum versum trochaicum, qui in MSS. atque editis adhuc omnibus desideratur, revocat, qui apud Theophil. Antioch. 2. 54. p. 258. ed. Wolf. legitur (coll. Stob. Anthol. Tit. 28.) Idem tamen mavult adhuc δὲ in primo versu, quod structuræ obsit, tolli,

Τοὺς κακῶς παγέντας ὅρκους, καὶ ξυνηναγκασμένους.
Τἀμὰ δ' οὐκ ἀποκτενῶ 'γὼ τέκνα. καὶ τὸ σὸν μὲν εὖ
Παρὰ δίκης ἔσται, κακίστης εὐνίδος τιμωρία·
'Εμὲ δὲ συντήξουσι νύκτες, ἡμέραι τε δακρύοις,

Male pactum jusjurandum, et per vim extortum.
Ego vero non interficiam meos liberos: unde tibi feliciter
Præter jus erit, vindicta pessimæ conjugis.
Me vero conficient noctes, diesque lachrymis,

Denique Valckenarius Diatrib. p. 224. scribit:

Ο. λ. στράτευέ γ', ὅρμα· μωρίαν δ' εἴση φρενῶν κ. τ. λ.

atque pro συνηναγκ. — κατηναγκασμένους, idemque prius στράτευέ γ', ὅρμα animoso regi inprimis aptum censet. παγέντας ὅρκ. supra συνάπτειν ὅρκον, v. 58. *Hopfn.*

394. Apud Theophil. Antioch. 2. 54. p. 258. Wolf. sequitur integer versus trochaicus, qui revocandus, atque ita legendum, est:

Οὓς λαβὼν στράτευέ γ'· οἶμαι, μωρίαν δ' εἴση φρενῶν.
Οὐ γὰρ ἀσύνετον τὸ θεῖον, ἀλλ' ἔχει συνιέναι
Τοὺς κακῶς παγέντας ὅρκους, καὶ συνηναγκασμένους.

Illud δὲ in primo versu, quod structuræ obest, mallem tolli. *Heath.*

οὐ γ. &c.] Apud Stob. Grot. xxviii. p. 123. ubi male in iambos digessit Grotius. Valck. Diatr. 224. *Burn.*

Οὐ γὰρ ἀσύνετον. Hunc versum in MSS. editisque adhuc omnibus desideratum suppeditarunt Theoph. ad Autol. Lib. II. et Stobæus Anthol. Tit. XXVIII. *Musg.*

παγέντας ὅρκους,] Phrasis hæc singularis, et Euripidi fere propria, et tamen Latinis usitatissima; unde Pactum dicitur. Pango autem Latine idem, quod πήγνυμι Græce. Hinc et nos Anglice Compact dicimus. *Barnes.*

396. Non video, quomodo vindicta pessimæ conjugis dici possit præter jus et æquum esse; reponendum puto οὐ pro εὖ, atque sic oppositio particulis μὲν et δὲ designata perspicua statim evadet: Menelai scilicet hoc in negotio partes jus et æquum non transgrediebantur, sed quæ ab Agamemnone exigebantur, erant injustissima, quippe in filia innocenti patranda. *Heath.*

τὸ σὸν, commodum tuum. Sic Soph. Electr. 251. ubi Schol. συμφέρον δηλονότι. Ibid. v. sq. τοὐμόν. *Hopfn.*

397. εὐνίδος τιμωρία·] Hi quatuor versus ita distinguendi sunt, et legendi, ut opinor: καὶ τὸ σὸν μὲν εὖ Πέρα δίκης — τιμωρία, 'Εμὲ δὲ — δακρύοις, Ἄνομα δρῶντα — ἐγεινάμην; Vulgo plene distinguitur post τιμωρία, et deest interrog. post ἐγεινάμην, quod in Ald. Port. Steph. et Barnes. legitur ἐγείναμεν, voce Græcis incognita. Reiskius quoque mecum emendavit. Πέρα δίκης (non Παρὰ δίκην) ut Plutarch. in Sertor. p. 570. B. Sophocl. Electr. 523. pro εὖ Heathius οὐ. τὸ εὖ est *commodum, utilitas:* ubique occurrit. *Markl.*

Παρὰ δίκην. *Por.*

Πέρα δίκης] Ultimam hic corripit πέρα, sed producit Æschyl. Prometh. v. 30.

τιμωρία·] Lego τιμωρίᾳ cum iota subscripto. *Musg.*

εὐνίδος] Εὐνέτις et εὐνὶς, uxor, ab εὐνὴ, cubile, εὐνήτειρα idem; vide infra ad v. 807. *Barnes.*

Leg. παρὰ δίκης, *commodum quidem tuum esset a justitia impetrandum,* vel *repetendum,* punitio *uxoris tuæ.* *Beck.*

εὐνὶς (ut infra v. 807. et Sophocl. Trach. 563.) i. q. εὐνέτις et εὐνήτειρα, uxor, ab εὐνὴ, cubile. Suidas interpretatur ἡ γαμετή. *Hopfn.*

398. τήκειν, τήκεσθαι proprie de nive, cera, rebusque adhibetur, quæ brevi consumuntur, hinc de iis, qui mœrore ac tristitia conficiuntur. Vid. Schol. ad Hecub. 433. Sic ἐκτήκειν sensu priori Cyclop. 458. ubi multa de h. v. notavi. συντήκειν autem, ut h. l. legitur Med. 25. Electr. 240. Aristoph. Plut. 1035. v. Dorvill. Chariton. II. 7. De usu v. δρᾶν v. ad v. 371. ἄνομα καὶ δίκαια, quæ sunt contra jus et fas, contra leges naturæ ac civiles, quatenus impius et iniquus est pater, si, quam ipse procreavit, filiam misere inter-

Ἄνομα δρῶντα, κοὐ δίκαια, παῖδας, οὓς ἐγεινάμην;
Ταῦτά σοι βραχέα λέλεκται, καὶ σαφῆ, καὶ ῥάδια.
Εἰ δὲ μὴ βούλει φρονεῖν σὺ, τἀμ' ἐγὼ θήσω καλῶς.
ΧΟ. Οἵδ' αὖ διάφοροι τῶν πάρος λελεγμένων
Μύθων. καλῶς δ' ἔχουσι, φείδεσθαι τέκνων.
ΜΕ. Αἴ, αἴ. φίλους ἄρ' οὐχὶ κεκτήμην τάλας.
ΑΓ. Εἰ τοὺς φίλους γε μὴ θέλεις ἀπολλύναι.
ΜΕ. Δείξεις δὲ ποῦ μοι πατρὸς ἐκ ταυτοῦ γεγώς;

Si faciam iniqua, et injusta in liberos, quos genui.
Hæc tibi pauca dicta sunt et clara, et facilia:
Quod si non vis sapere, ego mea recte curabo.
Cho. Hi dissimiles sunt prius dictis
Sermonibus; probe autem habent, ut parcatur liberis.
Men. Heu, heu! non igitur habeo miser amicos?
Aga. *Imo*, si modo non vis perdere amicos.
Men. Ubi vero ostendes quod sis ex eodem patre natus?

ficiat. παῖδας — pro singulari, unicam enim filiam intelligit. *Hopfn.*

399. ἐγεινάμην;] Ita MS. G. et Lib. P. Ed. Ald. ἐγείναμεν. *Musg.*

οὓς ἐγείναμεν.] Sic Ed. Ald. Sed MS. G. et Lib. P. ἐγεινάμην. h. l. de patre, verum Sophocl. Electra 261. de matre *adhibitum* legitur. *Hopfn.*

401. φρονεῖν εὖ, τἀμ' ἐγώ] Lego, εἰ δὲ μὴ βούλει φρονεῖν ΣΥ, τἀμ' ΕΓΩ θήσω καλῶς. vid. v. 790. *Markl.*

εὖ,] Marklandus non male σύ. *Musg.*

τἀμὰ θήσω καλῶς, meo commodo bene inserviam, mea negotia, officia, meam (meæque filiæ) salutem recte curabo. Hæc locutio invenitur quoque Hippolyt. 706. Androm. 379. sed ibi Medium τίθεσθαι legitur. Med. 922. est eodem sensu εὖ γὰρ τῶνδ' ἐγὼ θήσω πέρι. *Hopfn.*

402. ss. Chorus judicium de sententia Agamemnonis mutata innuit, probatque Agamemnonis in filiam pietatem, deinde Menelaus, cum videt, se nihil proficere posse, monet, se alia remedia aliosque quærere velle amicos, atque discedit. διάφορος, ut infra 558. ubi cum διάτροπος permutatur, est diversus, dissimilis. Antea enim Agamemnon aliud promiserat quod ab eo nunc revocatum vidimus. Vid. v. 97. ss. coll. 107. ss. et 360. ss. καλῶς ἔχουσι pro singulari, quod et in v. τέκνων observandum. *Vera monet* A. etc. Probo ejus in filiam pietatem. *Hopfn.*

403. φείδεσθαι, non interficere, atque Dianæ immolare. *Hopfn.*

404. οὐχὶ κεκτήμην τάλας.] Delevi interrog. et sic postea inveni in Aldina. Ita Orest. 712. ἄφιλος ἦσθ' ἄρ', ὦ πάτερ, πράσσων κακῶς. Οὐχὶ κεκτήμην maluit scribere quam οὐκ ἐκεκτήμην. *Markl.*

Heath. scribit οὐκ ἐκεκτήμην. *Beck.*

Ea est amicitiæ lex, ut Tullius de Amicitia bene monet, ut ab amicis honesta, petamus, etc. Quomodo mihi ostendes *factis,* te ex eodem patre mecum natum, i. e. fratrem meum esse? Indignum te præbes nomine fratris. *Hopfn.*

407. Ald. Port. Steph. habent συνσωφρονεῖν pro συσσωφρονεῖν. more vulgato Plutarchus De Adul. et Amic. Discrim. p. 64. C. [Vide Gatakerum M. A. p. 169.] συνσταθεύσω, Aristoph. Lysistrat. 844. συνσωζειν hac Fab. 1209. Cod. A. pro συσσώζειν, et Helen. 1389. pro συσσῶσαι A. B. συνσῶσαι. Herc. Fur. 829. pro ἄτεγκτος συλλαβοῦσα καρδίαν, Cod. A. ατεγκτον σην λαβουσα καρδιαν, i. e. opinor, συνλαβοῦσα. συνσωφρόνησον σώφρονι, in scholio vetere, ap. Athenæum XV. 15. p. 695. D. et συνστεφανηφόρει, ibid. [In scholio apud Athenæum vera omnino est lectio σὺν σώφρονι σωφρόνει. Vide Bentleium ad Menand. p. 56=66. Valcken. ad Phœn. 397. p. 146. *Markl.*

ΑΓ. Ξυνσωφρονεῖν σοι βούλομ᾽, ἀλλ᾽ οὐ ξυννοσεῖν.
ΜΕ. Ἐς κοινὸν ἀλγεῖν τοῖς φίλοισι χρὴ φίλους. 409
ΑΓ. Εὖ δρῶν παρακάλει μ᾽, ἀλλὰ μὴ λυπῶν ἐμέ.
410 ΜΕ. Οὐκ ἄρα δοκεῖ σοι τάδε πονεῖν ξὺν Ἑλλάδι;
ΑΓ. Ἑλλὰς δὲ σὺν σοὶ κατὰ θεὸν νοσεῖ τινα.
ΜΕ. Σκήπτρῳ νυν αὔχεις, σὸν κασίγνητον προδούς.
Ἐγὼ δ᾽ ἐπ᾽ ἄλλας εἶμι μηχανάς τινας, 414
Φίλους τ᾽ ἐπ᾽ ἄλλους. ΑΓ. Ὦ Πανελλήνων ἄναξ

Aga. Volo tecum sapere, sed non simul furere.
Men. Atqui oportet amicos cum amicis dolere communiter.
Aga. Mone me, beneficio sed non dolore afficiens.
410 *Men.* Annon tibi videtur in his laborandum esse cum Græcia?
Aga. Græcia vero a nescio quo lymphata Deo tecum insanit.
Men. Tu gloriare nunc regno, prodens tuum fratrem.
Ego vero ad alias artes me conferam,
Et ad alios amicos. *Nun.* O rex omnium Græcorum

Συνσωφρονεῖν σοι βούλομ᾽, ἀλλ᾽ οὐ συννοσεῖν.] *Συσσωφρονεῖν γὰρ, οὐχὶ συννοσεῖν ἔφυν.* Plutarch. p. 64. C. et ita omnino legendum. Contra *σοι* pro *γὰρ* reponendum Ion. 1521. ex Schol. ad Phœniss. 937. *Por.*

Συσσωφρονεῖν] Ita euphoniæ gratia lego pro *συνσωφρονεῖν* cum Æmilio Porto; ut infra v. 1209. *συσσώζειν.* Sic *σύσσημος, σύσσιτος.* Et sane *τὸ σὺν* ante literas *γ. λ. μ. ν. ρ. σ΄.* se iisdem literis assimulat, ut *συγγράφω, συλλαμβάνω, συμμύστης, σύννομος, συῤῥάπτω, συσσωρεύω.* Eodem modo et *τὸ ἄγαν* in compositione et *τὸ ἐν*, exceptis aliquibus casibus; nam *ἐγγράφω, ἐλλείπω, ἐννοέω, ἐμμένω*, et *ἀγάννιφος* et *ἀγάῤῥοος.* Ante *π.* et *β. τὸ ἐν* mutat *τὸ ν.* in *τὸ μ.* ut *συμπλήρωμα, ἐμβάλλω*; item ante *ψ* et *φ τὸ ἐν* et *τὸ σὺν*, ut *ἔμψυχος, συμφαίνω*: sicut et *πᾶν*, ut *πάμπολλοι, παμβασιλεὺς, παμφανέων.* Aliquando *τὸ σὺν* amittit ultimam in compositione, ut *συζυγία, συσχολάζω*; nec non et *τὸ ἄγαν*, ut *ἀγακλυτὸς*, etc. Huc referantur *πάλλευκος*, et *πασσυδίῃ*, quod tamen scribitur etiam *πανσυδίῃ*, ut et *πανσέληνος.* Et eadem aliquando est ratio *τοῦ πάλιν*, ut *παλιμπετὲς, παλίλλογος, παλιῤῥόθιος, παλίσκιος*, Homerica. *Barnes.*

Συσσωφρονεῖν] Ed. Ald. Port. Stephan. *συνσωφρονεῖν*, atque sic alibi quoque in Codd. reperitur hoc verbum scriptum, ut *συνσώζειν, συνσταθεύσω, συνστεφανηφόρει*, etc. Ergo Agamemnon virtutes, non item vitia vult cum fratre communicare, ut fas est. *νοσεῖν* pr. de corpore, si morbo laborat, deinde, ut nec lingua nostra vernacula ignorat, ad animum, ingenium, et pectus transferri solet. Sophocles Trachin. 435. *τὸ νοσοῦντι ληρεῖν, ἀνδρὸς οὐχὶ σώφρονος*, ubi nonnulla de v. *νοσεῖν* observavi. Cf. Med. 16. et paulo post v. 411. ubi *νοσεῖν* est pro *ληρεῖν.* Cæterum apud Plutarch. T. II. p. 64. hic versus sic scribitur: *συσσωφρονεῖν γὰρ, οὐχὶ συννοσεῖν ἔφυ.* V. Valckenar. ad Phœnn. p. 14. *ἐς κοινὸν.* — Ea demum vera amicitia est, idem velle et nolle, ut Cicero ait, et amicis omnia debent esse communia. *νοσεῖ* (v. ad v. 407.) *κατὰ θεὸν*, i. e. malo quodam genio s. fato coactus. *Hopfn.*

411. *Ἑλλὰς δὲ σὺν σοὶ κατὰ θεὸν νοσεῖ τινα.*] Leg. *θεῶν.* Conf. infra 702. 1615. Troad. 55. 972. Dan. 9. Hec. 58. 161. 840. Med. 1169. Phœniss. 1014. Androm. 895. Soph. Electr. 696. *Por.*

412. *Σκήπτρῳ νῦν αὐχεῖς,*] Νυν sine accentu, ob metrum. et ita Reiskius, "oratio magis animosa erit si legamus *αὔχει*, modo imperandi." Tyrwhittus. *Markl.*

412. s. *Σκήπτρον*, cum sit regiæ majestatis signum, (v. supra ad v. 411.) h. l. pro ipsa dignitate regia ponitur. *Μηχαναὶ*, artes, media ad efficiendum aliquid. *Hopfn.*

Ἀγάμεμνον, ἥκω παῖδά σοι τὴν σὴν ἄγων,
Ἣν Ἰφιγένειαν ὠνόμαζες ἐν δόμοις.
Μήτηρ δ' ὁμαρτεῖ, σῆς Κλυταιμνήστρας δέμας,
Καὶ παῖς Ὀρέστης, ὥστε τερφθείης ἰδὼν,
Χρόνον παλαιὸν δωμάτων ἔκδημος ὤν.
Ἀλλ' ὡς μακρὰν ἔτεινον, Εὔρυτον πάρα
Κρήνην ἀναψύχουσι θηλύπουν βάσιν,
Αὐταί τε πῶλοί τ'. εἰς δὲ λειμώνων χλόην

Agamemnon, adsum adducens tibi tuam filiam,
Quam Iphigeniam olim nominâsti in ædibus;
Mater autem comitatur, tua conjunx Clytæmnestra,
Et filius Orestes, ut delecteris conspectu *horum*,
Jam pridem a *tuis* ædibus peregre agens.
Sed quia longum *iter* fecerunt, ad limpidum
Fontem reficiunt fœmineos pedes,
Ipsæque et equæ: in gramen vero pratorum

415. ss. Nunc advenit nuncius, Clytæmnestramque cum Iphigenia ac parvulo Oreste mox ait esse adventuram, omnemque jam exercitum ea de re audivisse, atque de causa hujus adventus disceptasse, idemque Agamemnonem provocat ad lætitiam et exsultationem. *Hopfn.*

416. Ἣν Ἰφιγένειαν ὠνόμασάς ποτ' ἐν δόμοις.] Codd. A. B. C. ωνομαξαις εν δομοις, omisso ποτ'. Doricum ξ pro σ admitti non potest; neque placet anapæstus in quarta sede. Lego, ὠνόμαζες ἐν δόμοις. *Markl.*

ὠνόμασας] Lib. P. ὠνόμαξας. Uterque MS. ὠνόμαξας ἐν δόμοις, omisso ποτέ. *Musg.*

Heath. scribi jubet: Ἣν ὠνόμασας Ἰφιγένειάν ποτ' ἐν δόμοις. *Beck.*

Vulgo, ut in ed. Barnes. ἣν Ἰφ. ὠνόμασάς ποτ' ἐν δόμοις. Ego in verbis transponendis sequutus sum Heathium. *Hopfn.*

417. Κλυταιμνήστρας δέμας,] Periphrasis pro Κλυταιμνήστρα. Ut Orest. v. 107. Ἑρμιόνης δέμας. Sic βίη Ἡρακληείη Hom. et μένος Ἀλκινόοιο. Ita et Euripidis hunc ipsum locum expressit Virgilius optime, hoc est, suo more, Æn. L. VII. v. 649. *Filius huic juxta Lausus, quo pulchrior alter. Non fuit, excepto Laurentis corpore Turni.* *Barnes.*

δέμας h. l. περιφραστικῶς adhibetur, ut et alibi. Sic Eurip. Heraclid. 91. Cyclop. 2. ubi copiose ea de re disputavi, atque nonnulla de usu h. v. monui. Adde, quæ observavimus ad Sophocl. Trachin. 908. Ὁμαρτεῖν, Schol. ad Phœnn. 1632. exponit per ὁδηγεῖν, ἀκολουθεῖν. v. etiam Suid. υ. ὁμαρτῶν. *Hopfn.*

418. s. ὥστε] Ut adspectu ejus gaudium sentias. ἔκδημος fere i. q. ἔκτοπος, Sophocl. Trach. 32. absens. V. supra 76. *Hopfn.*

419. ἔκδημος] Ita correxi vetus ἔκδηλος a magis veteri Aldina editione. *Barnes.*

420. Εὔρυτον] Nisi sit nomen proprium, mos usitatior scribendi ejusmodi composita est εὔῤῥυτον, ut Pollux III. 3. p. 291. γάλα εὔῤῥυτον, τρόφιμον, ἐπίῤῥυτον. Poëtæ tamen sæpe omittunt alterum ρ, ut Σαλαμῖνος ἀμφιρύτου, Soph. Ajac. 134. Sed metri gratia. Peritius fuisset, μακράν γ' ἔτεινον, ut v. 664. Μακράν γ' ἀπαίρεις. pro ἔκδημος (v. 419.) nonnullæ Editt. prave habent ἔκδηλος. *Markl.*

Εὔρυτον] *Bene fluentem*, ut Polluc. Lib. II. sect. 50. *Musg.*

Εὔρυτον παρὰ κρήνην] Johan. Brodæus legit Εὔριπον, et fateor, Euripum Aulidi vicinum; at quis unquam fontem Euripum dixit? maneat itaque εὔρυτον (sed non ut proprium nomen) ut Καλλίῤῥυτος, πολύῤῥυτος, χρυσόῤῥυτος, etc. unde et ego *limpidum* exposui. *Barnes.*

μακρὰν ἔτεινον,] Longum iter fecerunt, nam τείνειν, tendere, ut Suppl. 730. εὔρυτον κρήνην, bene fluentem, (ut Polluc. II. 50.)

Καθεῖμεν αὐτὰς, ὡς βορᾶς γευσαίατο.
Ἐγὼ δὲ πρόδρομος, σῆς παρασκευῆς χάριν,
Ἥκω· πέπυσται γὰρ στρατὸς, ταχεῖα δὲ
Διῆξε φήμη παῖδα σὴν ἀφιγμένην.
Πᾶς δ᾽ εἰς θέαν ὅμιλος ἔρχεται δρόμῳ,
Σὴν παῖδ᾽ ὅπως ἴδωσιν. Οἱ δ᾽ εὐδαίμονες,
Ἐν πᾶσι κλεινοὶ, καὶ περίβλεπτοι βροτοῖς.
Λέγουσι δ᾽, Ὑμέναιός τις, ἢ τι πράσσεται;

Dimisimus hasce, ut gustent cibum.
Ego vero præcursor propter tuum apparatum
Venio; exercitus enim *hoc* audivit: quia velox
Pervasit *ipsum* fama, venisse tuam filiam.
Omnis igitur turba cursu venit ad spectaculum,
Ut videat tuam filiam. Fortunati vero *viri*
Inter omnes homines *sunt* inclyti, et conspicui.
Dicunt autem, Estne aliquis hymenæus? aut quid agitur?

l. limpidum, purum, (supra δρόσος, 142. coll. 187.) quod esset epitheton ornans. Verum alii Εὔρυτον pro nomine proprio habuerunt, (ut Koehlerus,) pro quo, sin minus recte se habeat, potius scribendum censet Marklandus usitatius εὔῤῥυτον, ut Polluc. III. 5. p. 291. quia poëtæ interdum omittant alterum ρ, (ut ἀμφιρύτου, Sophocl. Ajac. 134.) sed tantum metri gratia. Eodem judice melius in antecedd. fuisset μακρὰν γ᾽ ἔτεινον, ut v. 664. *Hopfn.*

421. Pro simplici: quietem quærunt fessi itinere, Poëta dicit: ἀναψύχουσι — βάσιν, (πόδα) et quia feminæ sunt, βάσις vocatur θηλύπους, in quo altera etymologiæ pars est negligenda, hæc enim idea v. ποῦς latet jam in v. βάσις. Ergo ponitur pro simplici θηλείαν. *Hopfn.*

422. Αὐταί τε πῶλοί τ᾽.] Vetus lectio est, Αὐταί τε πῶλοι γ᾽. vera scriptura videtur, Αὖταί γε πώλοις. Constructio, Ἀλλ᾽ αὖταί γε παρὰ κρήνην ἀναψύχουσι θηλύπουν βάσιν πώλοις, ὡς μακρὰν (ὁδὸν) ἔτεινον. Per αὖται, *hæ*, intellige Clytæmnestram et Iphigeniam: per αὐτὰς, *illas*, scil. *mulas* vel *equas:* Ἱππείοις ἐν δίφροισι, Iph. Taur. 214. de hac re. *Markl.*

ἀναψύχουσι θηλύπουν βάσιν, Αὐταί τε πῶλοί γ᾽.] Leg. αὐτοῖσι πώλοις. *Por.*

Lego αὐταί γε, πῶλοί τ᾽] Marklando placet αὖταί γε πώλοις, ut equorum gressus θηλύπους βάσις dicatur, cujus licentiæ exemplum desidero. *Musg.*

423. An legendum καθίεμεν τάσδ᾽, *dimittimus hasce*, sc. equas. *Musg.*

βορᾶς γευσαίατο.] Pro γεύσαιντο. Vid. Pfochenii Diatrib. de Gr. Ling. N. T. puritate, c. 107. §. 77. p. 86. ubi exempla profert τοῦ γεύομαι, *gusto*, pro *cibum sumo*. *Barnes.*

Βορὰ de cibo et pabulo hominum atque animalium, ut demonstravi ad Cyclop. 88. *Hopfn.*

πέπυσται, ἤκουσε. *Hopfn.*

426. Διῇξε] Ita lego, potius quam διῆξε, pro διήϊξε: Nam hoc a διήκω. Nec Æmilium Portum curo. *Barnes.*

Διῆξεν a διήκω ducendum esse monet Abresch. ad Æsch. I. p. 25. *Beck.*

427. ὅμιλος de turba hominum dicitur. v. ad Cyclop. 100. Sic de turma militum Homer. Il. γ′. 22. εἰς θέαν — ὅπως — alterum redundat. Sequentia reddit Koehlerus: *denn wer glücklich ist, ziekt die Augen der Menschen auf sich.* *Hopfn.*

429. περίβλεπτος βροτοῖς, ad quem homines respiciunt, ut Hercul. Fur. 506. *Hopfn.*

430. πράσσεται;] MS. E. πράσσετε, quod superscriptum habent MS. alter et P. *Musg.*

Ὑμέναιος h. l. pro nuptiis celebrandis accipiendum. V. supra ad 123. *Hopfn.*

Ἦ πόθον ἔχων θυγατρὸς Ἀγαμέμνων ἄναξ,
Ἐκόμισε παῖδα; τῶν δ' ἂν ἤκουσας τάδε,
Ἀρτέμιδι προτελίζουσι τὴν νεανίδα
Αὐλίδος ἀνάσσῃ. τίς νιν ἄξεταί ποτε;
Ἀλλ' εἶα· τἀπὶ τοῖσιδ' ἐξάρχου κανᾶ,
Στεφανοῦσθε κρᾶτα. καὶ σὺ, Μενέλεως ἄναξ,
Ὑμέναιον εὐτρέπιζε, καὶ κατὰ στέγας
Λωτὸς βοάσθω, καὶ ποδῶν ἔστω κτύπος·

An desiderio affectus rex Agamemnon filiæ
Curavit adduci eam? ab aliis vero hæc audires:
Dianæ initiant adolescentulam,
Reginæ Aulidis. Quisnam eam ducet?
Sed eja. Quæ proxima sunt auspicare Canistra.
Coronate capita, et tu, rex Menelae,
Appara nuptias, et in domo
Sonet tibia, et sonitus sit pedum:

431. πόθον ἔχων, an, quia desiderat eam videre, eam arcessi jussit? *Hopfn.*

432. Leg. τῶν δ' αὖ. *Reisk.*

433. προτελίζουσι est *adigunt puellam ad sacrificium peragendum*, quod Dianæ ante τὰ τέλη seu nuptias a sponsabus debebat peragi. V. Hes. Προτέλεια. *Reisk.*

Addamus Suidam et Meurs. Græc. Feriat. h. v. atque Polluc. III. 58. Ille monet προτέλεια *diem* vocari, quo parentes virginem nupturam in arcem ducant ad deam, ibique sacra faciant, item paulo post, — *omnia, quæ fiant vel dentur*, antequam res divina peragatur, et deinde *sacrificia*, quæ ante nuptias fiant. Nam τέλος etiam nuptias significat, quod VV. modo laudati observarunt. v. Sophocl. Antigon. 1255. atque infra v. 718. Unde explanari potest v. προτελίζειν, quod h. l. legimus. Koehlerus: *vor ihrer Vermæhlung der Gœttin feyerlich einweihen.*
Hopfn.

434. Hic Diana nominatur ἄνασσα Αὐλίδος, supra v. 91. ἣ τόδ' οἰκοῦσῃ πέδον. ἄξεται, quis maritus, sponsus erit?
Hopfn.

435. τἀπὶ τοῖσιδ' non connectendum est cum κανᾶ, sed est accusativus pendens. Sensus est: *auspicare Canistra, id quod proximum est. Musg.*

τοῖσι δ'] Canterus ita τὸ σοῖσι recte corrigebat; sed agnoscere nolebat, ita Aldi editionem prius legisse. ἐξάρχου κανᾶ,] Similem locum habes infra v. 1471. Κανᾶ δ' ἐναρχέσθω τις, etc. Vide Electr. v. 142. *Barnes:*

ἐξάρχου κανᾶ,] Vide Suid. v. κανοῦν, ubi e Schol. Aristophan. Av. (43.) sua descripsit. *Hopfn.*

436. Στεφανοῦσθε κρᾶτα· καὶ σὺ Μενέλεως] Imo στεφανοῦ τε, *et coronator*, ut ἐξάρχου. nam Agamemnonem Nuncius alloquitur huc usque: Menelaum in sequentibus.

Supra, v. 430. Cod. C. πρασσε τε / ται. v. 435. ponenda est minima distinctio (non plena, ut in Editt.) post κανᾶ. *Markl.*

De usu coronarum apud Veteres multiplici v. Paschalium de Corona, Bosium in στεφανοφορία (Jenæ, 1669.) et quæ præterea monui ad Cyclop. v. 556. *Hopfn.*

437. Ὑμέναιον (v. 430. coll. Excell. Beck. ad Aristoph. Av. 1740.) εὐτρέπιζε, cura, ut nuptiæ apparentur. εὐτρεπίζειν a Phavorino exponitur per ἑτοιμάζειν, εὐκοσμεῖν, εὐτιθέναι. Hesychius v. παρασκευάζειν vertit: εὐτρεπίζειν. Unde εὐτρεπὴς, i. q. ἕτοιμος (de quo v. nos ad Cyclop. 214.)
Hopfn.

438. Λωτὸς (αὐλὸς, Schol. Phœnn. 799. coll. Cœl. 5. 25. et Gronov. Obss. 4. 15.) βοάσθω, tibia sonet. Suidas: λωτοὶ, ἐπιθαλάμιοι — αὐλοί. Idemque affert ex Antholog. 3. 12. p. 326. ubi est: λωτοὶ ἄχευν, — et ἐπήχει λωτὸς ἡδύς, etc. Κτύπος ποδ.

Φῶς γὰρ τόδ' ἥκει μακάριον τῇ παρθένῳ.
ΑΓ. Ἐπῄνεσ'· ἀλλὰ στεῖχε δωμάτων ἔσω·
Τὰ δ' ἄλλ', ἰούσης τῆς τύχης, ἔσται καλῶς.
Οἴ μοι, τί φῶ δύστηνος; ἄρξομαι σέθεν.
Εἰς οἷ' ἀνάγκης ζεύγματ' ἐμπεπτώκαμεν;
Ὑπῆλθε δαίμων, ὥστε τῶν σοφισμάτων
Πολλῷ γενέσθαι τῶν ἐμῶν σοφώτερος.
Ἡ δυσγένεια δ', ὡς ἔχει τι χρήσιμον·

Venit enim hic dies felix puellæ.
Aga. Laudo: sed vade intra ædes.
Reliqua enim favente fortuna fient.
Hei mihi, quid dicam miser? a te regor.
In quale vinculum necessitatis incidimus?
Antevertit *me* Fortuna, ut technis
Meis longe sit astutior.
Ignobilitas vero quantum habet utilitatis?

de saltatione solenni intelligendum. Sic in illo Venusini: nunc — pede libero pulsanda tellus. φῶς, ἦμαρ, ut centies apud Poëtas. ἐπῄνεσ'. Scholiastes in Aristoph. Ran. 511. παραιτούμενοι οἱ παλαιοὶ ἔλεγον, κάλλιστ' ἐπαινῶ καὶ, ἐπῄνουν. ἐπαινεῖν, probare, contentum esse. ἰούσης τῆς τύχης, Marklandus ambiguum esse monet, utrum ἰούσης καλῶς, an ἔσται καλῶς, ille prius præfert, ut ἡ τύχη σταίη καλῶς, Electr. 403. Sic quoque Koehlerus. Jam discedere nuncius est cogitandus. Observa verba nuncii, quæ hic sine omni suspicione, simplici lætoque animo profert, quæ autem singula, in animo Agamemnonis, qui sapienter causas et effectus adventus puellæ celare studet, singula vulnera excitare debebant, cum non gaudio sed mœrore plenus esset animus paternus, et omnia; illis a nuncio exspectatis contraria timeret. Remoto nuncio, omnia sensa pectoris, pietate in filiam pleni, concitantur, dubiaque maxima animum ejus vexant atque cruciant. Nunc ab omnibus partibus fati tristissimi nodis se videt irretitum, ut, quid faciat, aut quo se vertat, nesciat. Denuo in querelas propter miserias cum dignitate honoribusque summis conjunctas erumpit, monetque, denegari principi, libere lacrymas et querelas effundere, potius eum plebi servire atque ab hoc regi, etc. Hæc leguntur inde a v. 442—453. *Hopfn.*

440. Ἐπῄνεσ'.] Scholiastes in Aristoph. Ran. 511. παραιτούμενοι οἱ παλαιοὶ ἔλεγον, κάλλιστ' ἐπαινῶ, καὶ, ἐπῄνουν. *Musg.*

441. τὰ δ' ἄλλ', ἰούσης τῆς τύχης ἔσται καλῶς.] Ambiguum esse potest, utrum ἰούσης καλῶς, an ἔσται καλῶς. ego priorem sequor: alii forte alteram. ἡ τύχη σταίη καλῶς, Electr. 403. *Markl.*

442. ἄρξομαι σέθεν.] Obvium erat et certum ἄρξομαι πόθεν, *unde incipiam?* Æschylus Χοηφ. 855. Ζεῦ, Ζεῦ, τί λέγω; πόθεν ἄρξομαι; et ita Grotius. *Markl.*

ἄρξομαι σέθεν·] Lego: ἄρχομαι σέθεν, *regor a te, sub tuo imperio sum.* Marklando placet ἄρξομαι πόθεν: *unde incipiam?* *Musg.*

443. s. ζεύγμα est vinculum, h. l. discrimina fati, unde nemo sese expedire potest, intelliguntur. ἐμπεπτώκ. v. supra v. 137. Ὑπῆλθε, h. l. decepit, antevertit me fortuna. De v. δαίμων pro fortuna, v. ad Cyclop. 110. σοφίσματα sunt artes subtiles, quibus utimur ad aliquid efficiendum, atque σοφὸς h. l. de astutia intelligendum. *Hopfn.*

446. ὡς ἔχει.] Figuratius et Ποιητικώτερον fuisset secunda persona, ὡς ἔχεις, apostrophe facta ad Δυσγένειαν, velut ad personam. ἡ Δυσγένεια pro usitatiori ὦ, ut ἡ Πρόκνη, ἔκβαινε, apud Aristoph. Ὀρν. 666. Joan. viii. 10. ἡ γυνὴ, ποῦ εἰσιν, &c. pro ὦ Πρόκνη, et ὦ γύναι. Sic ὁ Θεὸς, εὐχαριστῶ σοι, pro ὦ Θεὲ, Luc. xviii. 11. Αὐτοῖς (v.

Καὶ γὰρ δακρῦσαι ῥᾳδίως αὐτοῖς ἔχει,
Ἄνολβά τ' εἰπεῖν· τῷ δὲ γενναίῳ φύσιν
Ἅπαντα ταῦτα. προστάτην γε τοῦ βίου
Τὸν δῆμον ἔχομεν, τῷ τ' ὄχλῳ δουλεύομεν.
Ἐγὼ γὰρ ἐκβαλεῖν μὲν αἰδοῦμαι δάκρυ,
Τὸ μὴ δακρῦσαι δ' αὖθις αἰδοῦμαι τάλας,

Etenim licet illis facile lachrymari,
Et dicere quælibet; nobilibus vero genere
Omnia hæc molesta; gubernatorem quidem vitæ
Habemus populum, et servimus plebi.
Ego enim vereor equidem emittere lachrymas,
Rursus vero pudet me miserum non lachrymari,

447.) sc. *δυσγενέσι*, petendum ex voce *δυσγένεια*. *Markl.*

δυσγένεια,] De eo dr. qui ignobili loco natus est, cui opponitur alibi *εὐγενὴς*, l. *γενναῖος*. *Χρήσιμον*, commodum, utilitas. *ἔχει*, *ἔξεστι*. *Hopfn.*

448, 449. *ἄνολβά τ' εἰπεῖν—ἅπαντα ταῦτα.*] Musgravius Lect. Eurip. II. 7. mutat sedes vocum *ἄνολβα* et *ἅπαντα*. Alii varie conjiciunt. Hæ turbæ ortæ videntur mihi ex defectu unius iambi: et ita Reiskio. alioquin legi posset forte *οὐ δὲ γενναίῳ φύσιν Πρέποντα ταῦτα· προστάτην γε*, &c. Γε poni pro *γὰρ* et pro *γοῦν* apud Atticos, notat Priscianus, lib. 18. [p. 1170. Sed nota ed. Ald. pro *γε* exhibere *ἀλλά*.] et Thomas in V. Γοῦν. Sed Plutarchus in Nicia, p. 526. C. hunc locum ita citat, *προστάτην ΔΕ τοῦ βίου Τὸν ΟΓΚΟΝ ἔχομεν, τῷ Δ' ὄχλῳ δουλεύομεν.* Fieri potest ut ex memoria Plutarchus citaverit: quod sæpe facit. Pro *ἅπαντα*, nonnemo conjecit *ἀπόντα*, sc. *εἰσὶ*, i. e. *ἄπεισι*. Mihi adhuc videtur deesse iambus, ad hunc sensum, *nobili vero* (opprobriosa sunt viro, et indecora) *Omnia hæc*. *Markl.*

449. Merito Interpretes ad *ἅπαντα ταῦτα* hæserunt. Legendum videtur:

ἅπαντά τ' εἰπεῖν· τῷ δὲ γενναίῳ φύσιν
ἄνολβα ταῦτα.

ἅπαντα εἰπεῖν, *quidvis dicere.* Plato Apolog. Socr. c. 29. *ἅπαντα ποιεῖν καὶ λέγειν*, et postea *πᾶν ποιεῖν καὶ λέγειν*. Diphilus apud Athen. L. IV. p. 223. B.

— οἷς ἐξουσία
ἔστιν λέγειν ἅπαντα καὶ ποιεῖν μόνοις.

Musg.

Ἅπαντα ταῦτα] Duportus scribit *ἅπαυδα*, ridicule satis et putide, (imo licet idem Scaliger scribat) si quis tale verbum forte invenerit. Nec immerito Canterus deridendum nobis propinat Gaspar. Stiblinum, quod *ἀπαντᾷ* in textum suum admiserit, nulla metri ratione habita: et huic tamen ejus errori Brodæus viam stravit: Canterus *ἅπαντα* manifeste corruptum putat Novar. Lection. L. VI. c. 23. et vel *ἀπῳδὰ*, (ut et Hugo Grotius) vel *ἀπευκτὰ*, legendum suadet: et Portus huic accedit; sed et illa nimis a recepta lectione sunt remota; et nulla omnino mihi apparet necessitas, (al. *ἀπόντα* substituerem) quare aliquid hic mutemus; si modo verba sequentia ad priora connectamus, hoc modo: *τῷ δὲ κατὰ φύσιν γενναίῳ, οἷοι ἡμεῖς ἐσμὲν, ἅπαντα ταῦτα πάρεστι, τὸν μὲν δῆμον προστάτην τοῦ βίου ἔχομεν, καὶ τῷ ὄχλῳ δουλεύομεν.* Nec mirum est, si hæ duæ res dicantur *ἅπαντα ταῦτα*: auget enim miseriam suam Agamemnon, et sub his duobus malis innumera alia comprehendi supponit. Ennius hunc locum sic verterat — *In hoc regi plebs antestat loco: Licet lacrymare plebi; regi honeste non licet.* *Barnes.*

J. G. Vossius Castigg. in fragm. vett. Trag. p. 35. pro *ἅπαντα* legit *ἀπαυδᾷ*, et confert verba Ennii:

Plebes in hoc regi antestat loco, licet
Lacrumare plebi, regi honeste non licet.

Heath. cum Barn. vult *ἀπόντα* (nempe *εἰσὶ*, pro *ἄπεισι*.) Reisk. ad h. l. " Conjeci aliquando *ἄγευστα*, vel *ἄπαστα*, eodem sensu, *non gustata*, *experimento non cognita*, aut *ἄγνωστα*, *ignota*. Sed nunc

Εἰς τὰς μεγίστας ξυμφορὰς ἀφιγμένος.
Εἶεν· τί φήσω πρὸς δάμαρτα τὴν ἐμήν;
Πῶς δέξομαί νιν; ποῖον ὄμμα συμβαλῶ;
Καὶ γάρ μ' ἀπώλεσ' ἐπὶ κακοῖς, ἅ μοι πάρος,
Ἐλθοῦσ' ἄκλητος. εἰκότως δ' ἅμ' ἕσπετο
Θυγατρὶ νυμφεύουσα, καὶ τὰ φίλτατα

In maximas calamitates delapsum.
Esto, quid dicam ad meam conjugem?
Quomodo excipiam eam; quos oculos *in eam* conjiciam?
Etenim me perdidit præter mala, quæ mihi prius aderant,
Veniens non vocata: jure autem secuta est
Filiam, nuptias *ejus* celebratura, et charissimam

malim statuere, versum unum ante hunc excidisse, e. c. ἀπηγόρευται κ' αἰσχύνην (vel κἀσχύνην) μεγάλην φέρει ἅπαντα ταῦτα. deinde γε accipiendum pro γάρ."
Beck.

Ennium jam contulerat Vossius in Castigatt. in Fragm. Vett. Tragg. p. 55. qui pro ἅπαντα legit ἀπαυδᾷ. Unde simul patet, nihil hic deesse, quod Reiskius atque Marklandus suspicabantur. Koehlerus nihil mutari vult, monetque oppositum *non licet*, latere in antecedenti ῥαδίως ἔχει, *licet*, allegatque hanc in rem Nostri Supplic. 357. ubi hæc leguntur: λόγοισι πείσων· εἰ δὲ μὴ, βίᾳ δορὸς, ubi supplendum ex superiori πείσων, — ἀναγκάσων. — Quod ad lectionem ἅπαντα attinet, quod nullo modo admittendum, Lipsius ad Taciti Annal. III. p. 233. ed. Ernest. ἄναντα ταῦτα. Cel. Beckius in Commentat. secunda de interpretatione Vet. SS. ad sensum veri et pulcri facilem et subtilem excitandum acuendumque recte instituenda, p. 84. hunc locum nostrum inter exempla affert, vocabulorum singulorum et verborum perperam scriptorum atque ideo cum melioribus, sensus acuti judicio, codicibus etiam invitis commutandorum, idemque V. D. monet l. l. si legatur οὐ δὲ γενναίῳ φύσιν, repeti quidem posse ῥαδίως ἔχει, sed incommodo loco particulam οὐ positam fuisse, quare ei unice placet, quod Westonius l. l. p. 85. conjecit: απαρνα ταῦτα. *Hopfn.*

Ἅπαντα ταῦτα.] Quæ aut ita sunt sumenda, ut, πάρεστι subintellecto, sensus sit: Hæc, quæ sequuntur incommoda, nobiliores premunt: censorem et gubernatorem vitæ habemus plebem eandemque dominam servi; aut ἄποντα subaudiatur, quod alii jusserunt, aut ἔναντα, in quod ego incideram, legatur. *Faehse.*

452. αἰδοῦμαι τάλας.] Conjici potest οὐ δύναμαι τάλας: et defendi αἰδοῦμαι.
Markl.

Ut hæc emendate scribantur, non multum a MSS. vestigiis recedere opus erit. Reponendum forte: αὖθις ἀδυνατῶ τάλας.
Musg.

455. ποῖον ὄμμα συμβαλῶ.] Hoc est quod dicit Plautus Casin. V. 3. *Quomodo meam uxorem aspiciam contra oculis?* Cod. B. ονομα: solita mutatione. *Markl.*

ποῖον ὄμμα συμβαλῶ, ut cum Plauto loquar, *quomodo meam uxorem adspiciam contra oculis?* i. e. Non potero eam adspicere pudore plenus. Nam ad hæc mala (ἐπι—) etiam hoc infortunium accedere debuit, quo me prorsus miserum reddidit. *Hopfn.*

456. ἅ μοι πάρα.] Non male πάρα pro πάρεστι vel παρῆν, ut Orest. 705. Sed Codices A. B. C. habent παρος, quod nullus Scriba posuisset, si invenisset παρα: *præter mala, quæ habui prius* (πάρος), *veniens non vocata.* Sic τὰ πάρος νείκη, Helen. 1680. τῶν πάρος νυμφευμάτων, Androm. 1220. τὸ πάρος αἷμα μητέρος, Orest. 1606. ubi nunc legitur τὸ παρὸν: *cædes matris olim perpetrata.* *Markl.*

πάρα.] MS. uterque et Lib. P. πάρος.
Musg.

Exemplis Marklando allatis addas, si lubet, Cyclop. 201. ubi plura monuimus. Sic itaque vertendum: *præter mala, quæ habui prius, veniens non vocata.* *Hopfn.*

458. νυμφεύουσα.] Sequitur, καὶ δώσουσα,

Δώσουσ᾽, ἵν᾽ ἡμᾶς ὄντας εὑρήσει κακούς.
Τήνδ᾽ αὖ τάλαιναν παρθένον, τί παρθένον;
Ἅιδης νιν, ὡς ἔοικε, νυμφεύσει τάχα,
Ὥς ᾤκτισ᾽. οἶμαι γάρ νιν ἱκετεῦσαι τάδε·
Ὦ πάτερ, ἀποκτενεῖς με; τοιούτους γάμους
Γήμειας αὐτὸς, χὤστις ἔστι σοι φίλος.
Παρὼν δ᾽ Ὀρέστης ἐγγὺς ἀναβοήσεται
Οὐ συνετὰ συνετῶς· ἔτι γάρ ἐστι νήπιος.
Αἶ, αἶ. τὸν Ἑλένης ὥς μ᾽ ἀπώλεσεν γάμον

Datura, ubi nos inveniet perfidiosos.
Hanc vero miseram virginem, quid virginem *voco?*
Pluto, ut opinor, eam brevi ducet.
Ut miseror! Arbitror enim ipsam inter supplicationes hæc dicturam;
O Pater, occides me? tales nuptias
Celebres ipse et quisquis tibi charus est.
Orestes autem prope stans, clamabit
Scita parum scite; adhuc enim est infans.
Heu, heu, ut perdidit me, nuptias *cum Helena*

forte igitur (quamquam non semper necessarium est) *νυμφεύσουσα.* vid. ad Iph. Taur. 1081. *Markl.*

460. (*τί παρθένον; Ἅιδης νιν, ὡς ἔοικε, νυμφεύσει τάχα.*] Ita distinguendum. Frequens loquendi genus de *morituris*, præcipue *virginibus*, apud Tragicos. *Markl.*

Formulam *Ἅδης νιν νυμφεύσει* frequentem esse apud Tragicos de *morituris*, præcipue virginibus, dicit Marklandus. Possumus, si opus est, hanc in rem citare Sophoclis Antigon. v. 654. coll. Eurip. Alcest. 760. et Orest. 1108. *τὰ φίλτατα* sæpius *κ. ε.* dicuntur apud Tragicos liberi, conjuges, (Med. 16.) &c. *Hopfn.*

462. *ἱκετεῦσαι.*] Sine *ἂν* pro *ἱκετεύσειν*: nisi ita scribendum. Ironice loquitur in *ἱκετεῦσαι.* nam sermo Iphigeniæ est *κατάρα* potius quam *ἱκέτευσις.* *Markl.*

463. s. *γάμους γαμεῖν* ut Med. 587. 626. Helen. 247. et paulo post v. 467. De viro legitur quoque Aristoph. Av. 1722. s. v. Thom. Mag. p. 191. ibique et ad Ammon. h. v. Intpp. *Hopfn.*

466. *οὐ συνετὰ συνετῶς, ἔτι*] Lego *συνετοῖς, ἔτι,* &c. i. e. *non intelligibilia* nobis adultis, et alioquin *intelligentibus* ea quæ audimus. et ita Piersonus ad Mœrin, V. *Βοήσεται.* Max. Tyrius Dissert. XXII. 4. *Συνετὰ συνετοῖς λέγων, καὶ πιστὰ πιστοῖς.* Iph. Taur. 1092. *Εὐξύνετον συνετοῖσι βοάν.* *Markl.*

Οὐ συνετὰ συνετῶς.] Emendat Marklandus *συνετοῖς,* quod intelligi quidem potest, sed gratia et acumine penitus, ni fallor, destitutum est. Non displiceret *Εὐσύνετ᾽ ἀσυνέτως.* Recte sic procedit ratiocinium; *ἀσυνέτως ἀναβοήσεται· νήπιος γάρ ἐστι.* At ridiculus fuerit, qui contrario modo diceret; *συνετῶς ἀναβοήσεται· νήπιος γάρ ἐστί.* *Musg.*

Latet difficultas in verbis *οὐ συνετὰ συνετῶς*, quam lectionem a Barnesio receptam Koehlerus tuetur. Sensus est: Orestes, quippe infans, balbutiet, nec distincte verba proferet, sed tamen intelligentur, e sono vocis ejulantis, rogantisque, ut soror ne trucidetur. Maximopere autem infantes ejulantes miseriam movere, quis nescit, quare hoc quoque artificium a mulieribus apud Veteres in foro adhibitum fuisse novimus. Schillerus vertit: *unwissend was er weint.* *Hopfn.*

467. *Γάμον γήμας*] Vide infra v. 1182. *Markl.*

Hæc tribuit Brumœus Oresti, qui nondum poterat articulate loqui. *Heath.*

468. *γήμας ὁ Πριάμου Πάρις, ὅς μ᾽ εἶρ-*

Γήμας ὁ Πριάμου Πάρις, ὅ μ' εἴργασται τάδε.
ΧΟ. Κἀγὼ κατῴκτειρ', ὡς γυναῖκα δεῖ ξένην
Ὑπὲρ τυράννων ξυμφορᾶς καταστένειν.
ΜΕ. Ἀδελφὲ, δός μοι δεξιᾶς τῆς σῆς θιγεῖν.
ΑΓ. Δίδωμι· σὸν γὰρ τὸ κράτος, ἄθλιος δ' ἐγώ.
ΜΕ. Πέλοπα κατόμνυμ', ὃς πατὴρ τοὐμοῦ πατρὸς,
Τοῦ σοῦ τ' ἐκλήθη, τὸν τεκόντα τ' Ἀτρέα,
Ἦ μὴν ἐρεῖν σοι τἀπὸ καρδίας σαφῶς,
Καὶ μὴ 'πίτηδες μηδὲν, ἀλλ' ὅσον φρονῶ.

Celebrans Paris filius Priami, quod horum mihi causa est.
Cho. Et ego misericordia commoveor, ut decet mulierem peregrinam,
Propter calamitatem principum ingemiscere.
Men. Frater, da mihi ut tuam dextram contingam.
Aga. Do: tua est enim victoria, ego vero miser.
Men. Juro Pelopem, qui pater mei patris,
Et tui vocabatur, et Atreum qui genuit nos,
Certe dicturum me tibi esse ex animo aperte,
Et nihil artificiosum, sed ita ut sentio.

γασται τάδε.] Abjici potest *μ'*, vel legi *ὅ μ' εἴργασται, quæ res*, ut v. 989. Citatur a Cl. Valckenærio ad Phœniss. 1069. *Γήμας ὁ Πριάμου παῖς, μ' ὅς εἴργασται*—non dicit utrum e libris an ingenio. *Markl.*

Metrum laborat cui succurrendum legendo *ὅ μ' εἴργασται τάδε. quæ res me hoc modo affecit. Musg.*

Metrum postulat *ὅς εἴργασται*, vel *ὅ μ' εἴργασται.* Heath. cui assentitur Markl. Arnaldus in Anim. scribit: *Γήμας ὁ Πριάμου παῖς μ' ὅς εἴργασται τάδε*, atque ita h. l. laudat Valck. ad Phœn. 1069. *Beck.*

Πριάμου non est in vet. ed. eoque inserto non sanatus fuit versus. Existimem, poëtam dedisse *γήμας ὁ Πάρις, ὅς πάντα μ' εἴργασται τάδε.* *Reisk.*

γάμον γήμας ut paulo ante v. 463. Proprie non celebravit nuptias, sed clam eam deduxit, ut eam amaret. *Πριάμου* sc. filius *ὅς μ' εἴργ.* metrum vel requirit *ὅ μ' εἴργ.* vel *ὅς εἴργ.* Ego posterius retineo. *Hopfn.*

469. ss. *κατοικτείρειν* et *κατοικτίζειν* est miseria alicujus tangi. v. Indic. Trachiniar. Sophocl. et ad Cyclop. *Τύραννοι* reges, Archilochi demum tempore sensu malo tyranni dicti sunt. v. Cel. Irmisch. ad Herodian. T. I. p. 758. et quæ copiose monui ad Sophocl. Trachin. p. 66. sq. *Συμφορὰ* est vocabulum *μέσον*, de quo vid. Eustath. ad Homer. p. 647. Nunc Menelaus in scenam prodit atque eum placare studet. *Χειρ. θιγ.* ut Helen. 838. Permitte mihi, ut manum tuam prehendam. *Κράτος, νίκη.* Tu me eo produxisti, ego quasi victus a te discedo. *Ἄθλιος* i. q. *ταλαίπωρος.* *Hopfn.*

470. Ad hæc verba Prev. observat, chori mulieres magis de sorte Agamemnonis, quam de communi Græciæ bono lugere debere. *Beck.*

473. Pelops Tantali regis Phrygiæ filius, vid. Pindar. Olymp. I. 105. 156. coll. 9, 11—16. Atreus atque Thyestes ejus filii, quorum ille Agamemnonis et Menelai pater. vid. supra v. 50. *Hopfn.*

474. *Τὸν τεκόντα τ' Ἀτρέα*] *Τεκόντα* pro *γεννήσαντα.* Vid. infra ad v. 639. Subaud. *ἡμᾶς, nos*, ut nunc in Lat. scripsimus, expuncto, quod adhuc obtinebat, *illum:* Atreus enim non erat Pelopis pater, sed filius. *Barnes.*

ἐκλήθη,] Observandum, Atticis sæpe h. v. esse pro *εἶναι.* v. Eustath. ad Homer. Sophocl. Philoctet. 251. ibique S. V. Gedike. V. Kypk. ad Matth. v. 19. *Τέκων*, pater, ut Herc. Fur. 970. V. quæ monui in Indice Trachiniar. Sophocl. v.

Ἐγώ σ' ἀπ' ὄσσων ἐκβαλόντ' ἰδὼν δάκρυ,
Ὤικτειρα, κἀυτὸς ἀνταφῆκά σοι πάλιν·
Καὶ τῶν παλαιῶν ἐξαφίσταμαι λόγων,
Οὐκ εἰς σὲ δεινός· εἶμι δ' οὗπερ εἶ σὺ νῦν,
Καί σοι παραινῶ, μήτ' ἀποκτείνειν τέκνον,
Μήτ' ἀνθελέσθαι τοὐμόν· οὐ γὰρ ἔνδικον,
Σὲ μὲν στενάζειν, τἀμὰ δ' ἡδέως ἔχειν·
Θνήσκειν τε τοὺς σοὺς, τοὺς δ' ἐμοὺς ὁρᾶν φάος.
Τί βούλομαι γάρ; οὐ γάμους ἐξαιρέτους
Ἄλλους λάβοιμ' ἂν, εἰ γάμων ἱμείρομαι;

Ego cum viderem te ex oculis emittentem lachrymas,
Misertus sum *tui*, et ipse vicissim emisi *lachrymas*, propter te,
Et discedo a priore sententia,
Non in te crudelis: vado enim eo *sententiæ* ubi tu nunc es,
Et tibi suadeo, ne interficias filiam *tuam*,
Neque anteferas meam *utilitatem*: non enim justum *est*,
Te quidem gemere, me vero suaviter habere:
Et tuos quidem mori, meos vero aspicere *hanc* lucem.
Quid enim volo? an non egregias nuptias
Alias apparare possum, si nuptias desidero?

τεκνοῦσσα. Nam τίκτειν etiam de patre adhibetur, ut contra γείνομαι, quod proprium est masculis, etiam de feminis interdum adhibetur. V. supra v. 399. *Hopfn.*

475. ἦ μήν μ' ἐρεῖν σοι τἀπὸ καρδίας.] Ita Scalig. et Aldina, ut v. 1005. prius deerat μ'. [μ'. quod Aldo certissime deest, princeps, ni fallor, inseruit Barnesius.] Codd. A. B. habent ταπο. sic Fragm. Incert. p. 506. τἀπὸ καρδίας ἐρεῖ. *Markl.*

Ἦ μήν μ' ἐρεῖν σοι τ' ἀπὸ καρδίας σαφῶς. Ἦ μήν μ' ἐρεῖν τἀπὸ καρδίας—" Ita Scalig. et Aldina." Markl. Imo μ' recte omittit Aldina. *Por.*

Ἦ μήν μ' ἐρεῖν σοι τὰ 'πὸ] Ita versum restitui Aldinæ editionis et Scaligeri auctoritate, et versus necessitate. *Beck.*

Σαφῶς, sine fuco, aperte. Ἐπίτηδες quod studio, de industria fit. Ergo cum h. l. opponitur τῷ σαφῶς atque ὅσον φρονῶ, patet, esse i. q. non simulatum, artificiose, studiose excogitatum. *Hopfn.*

ἐκβάλλειν h. l. i. q. alibi ἐκχέειν. v. Cyclop. 404. Paulo post ἀνταφῆκα πάλιν sc. δάκρυ, vicissim lacrimas fudi propter te (σοι,) vel σοι h. l. ut centies alibi in communi vita redundat. In Med. 902. est ὡρμήθη δάκρυ κατ' ὄσσων. Ἐξαφίσταμαι, recedo a sententia priori, qua te, ut filiam immolares, adhortabar, postulabam. *Hopfn.*

480. Οὐκ εἰς σε δεινός·] Vel, Ὅ γ' εἰς σ' ὁ δεινὸς, *Ille severus iste in te.* *Markl.*

δεινὸς, severus, crudelis, iniquus. Εἶμι— cedo in eam sententiam quam nunc foves. *Hopfn.*

481. παραινεῖν cum casu quarto est aliquem admonere, cohortari ad aliquid, cum tertio casu, consilium alicui dare, auctorem esse alicui. Sic h. l. atque Cyclop. 312. Arist. Pac. 253. et alibi. *Hopfn.*

482. ἀντελέσθαι] Cod. B. ανθελεσθαι, quemadmodum edidit Barnesius. Cyclop. 309. *Markl.*

τοὐμὸν, commodum meum, ut paulo post τἀμὰ res meas, vel me simpliciter. Cf. Electr. 1045. στενάζειν itaque erit miserum, infelicem, et ἡδέως ἔχειν, felicem esse, prospero rerum successu uti. *Hopfn.*

484. ὁρᾶν φάος.] Ὁρῶ et βλέπω et δέρκομαι pro ζάω, ut Hecub. v. 311.—Οὐκοῦν τόδ' αἰσχρὸν, εἰ βλέποντι μὲν φίλῳ Χρώμεσθ', ἐπεὶ δ' ὄλωλε, μὴ χρώμεσθ' ἔτι; Vide, quæ nos ad Supplices v. 89. *Barnes.*

ὁρᾶν (alibi εἰσορᾶν) φάος, hæc locutio val-

Ἀλλ' ἀπολέσας ἀδελφὸν, ὅν μ' ἥκιστ' ἐχρῆν,
Ἑλένην ἕλωμαι, τὸ κακὸν ἀντὶ τἀγαθοῦ;
Ἄφρων, νέος τ' ἦν πρίν. τὸ πρᾶγμα δ' ἐγγύθεν
Σκοπῶν, ἐσεῖδον, οἷον ἦν κτείνειν τέκνα.
Ἄλλως τέ μ' ἔλεος τῆς ταλαιπώρου κόρης
Εἰσῆλθε, συγγένειαν ἐννοουμένῳ,
Ἣ τῶν ἐμῶν ἕκατι θύεσθαι γάμων
Μέλλει. τί δ' Ἑλένης παρθένῳ τῇ σῇ μέτα;
Ἴτω στρατεία διαλυθεῖσ' ἐξ Αὐλίδος.
Σὺ δ' ὄμμα παῦσαι δακρύοις τέγγων τὸ σὸν,

Sed perdens fratrem, quem me minime oportebat *perdere*,
Helenam accipiam, malum pro bono?
Stultus et juvenis eram prius: sed propius rem
Inspiciens, vidi quale *malum* sit interficere liberos.
Præterea vero me miseratio infelicis puellæ
Subiit, cogitantem cognationem *nostram*,
Quæ propter meas nuptias mactanda
Est: quid enim rei est tuæ filiæ cum Helena?
Eat exercitus dimissus ex Aulide.
Tu vero desiste oculos tuos irrigare lachrymis,

de est usitata Euripidi pro simplici ζᾷν, interdum quoque omissa voce φάος, ut et simplicia verba δέρκεσθαι, et βλέπειν. Sic ὁρᾷν φάος legitur Alcest. 282. et infra 1394. δέρκεσθαι φάος invenies Hippolyt. 1158. et 1188. et βλέπειν φῶς, Hecub. 662. Rhes. 970. Sed ὁρᾷν simpliciter Supplic. 89. ubi alia loca ad formulas illas explanandas laudata sunt. βλέπειν simpliciter legitur, Iphig. Taur. 718. Erechth. fr. 11, 2. *Hopfn.*

485. γάμον λαμβάνειν simpliciter, ut Electr. 258. vel addito v. γυναικὸς ut Fragm. Inc. B. 15. 1. Orest. 1517. uxorem ducere. Ἐξαιρετὸς, quasi e multis aliis electus, ergo præcipuus, optimus, *egregius*. Citat Barnesius Thaliam III. 118. et 119. fol. 207. edit. Lond. Si opus esset tali exemplo, possem quoque addere divinam Sophoclis Antigonam, 912. ss. quæ idem ad amorem erga fratrem eximium defendendum argumentum affert. *Hopfn.*

487. Ἀλλ' ἀπολέσας ἀδελφὸν,] Huc refer historiam ex Herodot. l. 3. de Intaphernæ uxore, cui cum, reliqua tota familia morti obnoxia, rex optionem dedisset, ut, quem vellet, liberum haberet, illa nec maritum, nec liberorum quemquam, sed fratrem elegit; nimirum, quod maritum alium et liberos alios, functis autem parentibus, nullum amplius fratrem habere potuisset. Ita scribo memoria fretus. Lector curiosus consulat locum in Thalia, l. 3. c. 118. et 119. fol. 207. edit. Londin. *Barnes.*

489. τὰ πράγματα ferri potest; sed concinniorem iambum faciet τὸ πρᾶγμα, ut v. 55. *Markl.*

τὰ πράγματα. Nescio quis in margine Barnesianæ τὸ πράγμα. *Musg.*

νέος h. l. temerarius, imperitus. *Hopfn.*

490. τέκνα.] Iambus. Vide in Phœniss. v. 19. *Barnes.*

οἷον quam terribile, nefandum, iniquum sit facinus. *Hopfn.*

492. Εἰσῆλθε, συγγένειαν ἐννοουμένῳ,] Forte, ἐννοούμενον, ut v. 1374. οἷα εἰσῆλθεν μ' ἐννοουμένην. Græcum foret εἰσῆλθέ μοι ἐννοουμένῳ; sed mihi non liquet μ' (v. 491.) poni posse pro μοι. *Markl.*

Εἰσῆλθε ἔλεος,] Εἰσέρχεσθαι de cogitationibus et affectibus animum subeuntibus cum dativo et accusativo jungi solet. De usu h. v. εἰσέρχεσθαι, ut et ἐπέρχεσθαι et ὑπέρχεσθαι v. quæ monuimus ad Cyclop. v. 410. Nisi quis velit hoc μ' — ἐννοουμένῳ

Ἀδελφὲ, κἀμὲ παρακαλῶν εἰς δάκρυα.
Εἰ δέ τι κόρης σῆς θεσφάτων μέτεστί σοι,
Μή μοι μετέστω· σοὶ νέμω τοὐμὸν μέρος.
Ἀλλ᾽ εἰς μεταβολὰς ἦλθον ἀπὸ δεινῶν λόγων,
Εἰκὸς πέπονθα· τὸν ὁμόθεν πεφυκότα
Στέργων, μετέπεσον. ἀνδρὸς οὐ κακοῦ τρόποι
Τοιοίδε, χρῆσθαι τοῖσι βελτίστοις ἀεί.

Frater, et me provocare ad lachrymas.
Si quid vero oracula de tua filia ad me pertinent,
Nihil sane pertinent; tibi tribuo meam partem.
Sed si veni in mutationem a crudeli sententia,
Affectus sum, ut æquum erat: *fratrem* eodem patre satum
Amans, mutatus sum. Boni viri mutationes
Tales sunt, semper optima sententia uti.

ad Solœcismum cum Scholiasta ad Medeam 57. referre. Ibi vero Barnesius observat, frequentem esse Poëtis morem, syntaxin mutandi in sententiæ progressu, ut et omnes homines in congressibus familiaribus facere soleant. V. eum ad Phœnn. 290. Hippolyt. 23. Bacch. 1298. Iphig. Taur. 569. Helen. 289. Adde Hoogeven. ad Viger. p. 337. ed. Zeun. et Brunck. ad Sophocl. Electr. 479. sq. V. supra v. 37. *Hopfn.*

495. Ἴτω στρατεία] Ita recte edidit Barnesius. omnia tamen exemplaria quæ vidi, habent στρατιά. *Markl.*

495. s. στρατεία] Sic Barnesius atque Marklandus. In omnibus autem Codd. στρατία. V. quæ de discrimine horum vocc. supra ad v. 171. monuimus. Παύεσθαι cum participio jungi tritum est. V. quos citavimus ad Cyclop. 340. *Hopfn.*

498. Εἰ δέ τι κόρης σῆς θεσφάτων μέτεστί σοι, Μή μοι μετέστω·] Putarem, μέτεστί μοι· quis enim potuit *dubitare* (ΕΙ μέτεστι), utrum Oraculum, Agamemnoni datum, de *cæde* filiæ suæ, ad Agamemnonem spectaret? Dicit Menelaus: Si Calchantis de filia tua responsum, ex aliqua parte *Me* respicit, hoc nihil sit ad *Me:* quodcumque in hac re ad *Me* spectabat, Tibi largior ac remitto. Alii forte aliter accipiant. *Markl.*

μέτεστί σοι] Eleganter Marklandus μέτεστί μοι. Neque enim dubitandum erat, an ad Agamemnonem spectaret vaticinium de cæde Iphigeniæ. Legerim porro: μή τοι μετέστω. *Musg.*

Ego cum Marklando atque Koehlero recepi μέτεστί μοι, enimvero cur interrogaret Menelaus, de quo non erat dubitandum, an ad ipsum pertineat oraculum de interficienda filia? Θέσφατον est τὸ ἐκ θεοῦ πεφασμένον, i. q. alibi μάντευμα θεοῦ, χρησμός. Vid. Sophocl. Trachin. 1150. *Hopfn.*

500. εἰς] Legendum videtur εἰ ᾽ς, i. e. εἰ ἐς. *Musg.*

Hic versus cum interrogatione proferendus, et post λόγοις collocandum punctum. Est objectio, quam sibi ipse facit Menelaus, cui respondet sequens εἰκὸς πέπονθα. *Reisk.*

500. ss. ἦλθον εἰς μεταβ. ἀπο] Mutavi sententiam crudelem, quæ ad interficiendam filiam tuam spectabat. Si licuisset, ego legissem ἐλθὼν pro ἦλθον, nunc præfero Musgravii εἰ ᾽ς pro εἰ ἐς, *Si vero*, etc. — Εἰκὸς πέπονθα, facio, vel feci quod decet, quod officium meum a me postulat, quatenus scil. frater tuus sum, is enim tam iniquus erga te esse non debet. Hoc statim accuratius exponit. Μετέπεσον mutavi sententiam meam, amore erga eum ductus, qui mecum ab eodem patre est procreatus, atque nunc claudit sententia universali ἀνδρὸς, etc. — πάσχειν, autem apud Græcos sæpe esse i. q. ποιεῖν, cum contra *facere* Latinis adhibeatur pro *pati*, tritum est. Sic Comicus Nub. 662. 791. 798. Sic Noster Hecub. 1109. ubi v. Schol. ὁμοθ. πεφ. alibi κασίγνητον. Στέργειν, constat proprie de nuturali pullorum parentumque amore usurpari. *Hopfn.*

502. Τρόποι τοιοίδε] Codd. omnes pro

ΧΟ. Γενναῖ' ἔλεξας, Ταντάλῳ τε τῷ Διὸς
Πρέποντα· προγόνους οὐ καταισχύνεις σέθεν.
ΑΓ. Αἰνῶ σε, Μενέλα', ὅτι παρὰ γνώμην ἐμὴν
Ὑπέθηκας ὀρθῶς τοὺς λόγους, σοῦ τ' ἀξίως.
ΜΕ. Ταραχή γ' ἀδελφῶν τις δι' ἔρωτα γίγνεται,
Πλεονεξίαν τε δωμάτων· ἀπέπτυσα
Τοιάνδε συγγένειαν ἀλλήλων πικράν.

Cho. Generosa dixisti, et Tantalo filio Jovis
Digna: non dedecoras tuos majores.
Aga. Laudo te, Menelae, quod præter meam opinionem
Recte hæc verba subjecisti, et ut te decet.
Men. Discordia fratrum quibus propter amorem oritur,
Et avaritiam familiarum, abominor
Talem cognationem, acerbam mutuo.

Var. Lect. τροπαι τοιαιδε,] Non male. Forte melius. Inepte jactabundum Menelaum hic inducit Euripides. *Markl.*

πέρα δίκης. Ultimam hic corripit πέρα, *Musg.*

μεταπίπτειν, i. q. μεταβάλλειν, (v. 343. 365.) supra μετατίθεσθαι, v. 388. Τρόποι hi ejus sunt mores, ita agere solet, ut, quod ubique optimum est, id eligat, sequatur. Jam Chorus ea de re, ut alibi quoque, judicium fert. Quæ ad Crisin horum versuum attinent, Reiskius v. 500. cum interrogatione proferendum, atque post λόγοις punctum collocandum censet. Idem hæc verba pro objectione habet, quam sibi ipsi faciat Menelaus, cui respondeat sequens εἰκὸς πέπονθα. *Hopfn.*

504. Γενναῖ' ἔλεξας,] Piersonus legit γενναῖα λέξας, et utramque partem sententiæ conjungit. vid. v. 975. *Markl.*

Quia deest huic versui copula, Pierson. Veris. p. 78. scribit Γενναῖα λέξας, et post πρέποντα comma ponit. *Beck.*

πρέποντα, i. e. ἄξια — Ταντάλῳ. Tantalus filius Jovis, pater Pelopis, a quo Atreus, pater Menelai atque Agamemnonis, procreatus est. Quare hic Tantalus vocatur filius Jovis, ipse vero tanquam illius soboles dicitur λέξας Ταντ. etc. Καταισχύνειν eodem sensu legitur Electra Sophoclis, v. 609. *Hopfn.*

506. σε, Μενέλα', ὅτι tacite citat R. P. Præf. ad Hecub. p. clxv. *Burn.*

Μενέλαος] Legendum videtur, metri gratia, Μενέλα'. *Musg.*

Μενέλεως præfert Heath. ne tot breves concurrant syllabæ. *Beck.*

507. ὑποθέναι λόγους est *alteri sermones suggerere*, quod ὑποτείνειν vocat Noster Orest. 906. Sic ὑποθέντα τέχνας, Bacch. 664. Legendum, ni fallor, μετέθηκας, *mutasti. Musg.*

Musgravius pro nostro ὑπέθηκας non male suspicatur μετέθηκας, vid. supra v. 388. egoque eum in textu sequutus sum. ὑποτίθεσθαι τινι λόγους est: alteri sermones suggerere, ut Orest. 906. et Bacch. 664. Ἀξίως, antea πρέποντα. Nunc Menelaus denuo probitatem ostentat. *Hopfn.*

508. τις δι' ἔρωτα γίγνεται.] Anapæstus est in quarto loco, δι' ἐρῶ. vitari potest scribendo δι' ἔρον ἐγίγνετο vel ἐγίνετο. ut scriptum fuerit cum explicatione, ἔρωτα. / ἔρον. Ne quis conjiciat, δι' ἔριδ' ἐγίγνετο. [Vide Marklandum Explic. Vett. aliquot, &c. p. 251. (ed. prioris scil.) "Ut vitetur anapæstus in quarta sede, legendum opinor τι interrogative, non τις, atque hoc sententiæ magis convenit. Grotius conjecit legendum δι' ἔριδα, sed minime est necesse tam longe a vulgatæ scripturæ vestigiis recedere; nam Brodæo assentior, Poetam hic innuere fratrum Thyestis et Atrei inimicitias, quas ex amore partim, partim vero ex ambitione ortas, nemo nescit." Heathius. *Markl.*

Marklandus anapæstum in quarta sede esse monet, quem et vitari posse legendo, δι' ἔρον ἐγίγνετο. Mihi hæc medicina parum necessaria videtur. Sed

ΑΓ. Ἀλλ' ἥκομεν γὰρ εἰς ἀναγκαίας τύχας
Θυγατρὸς αἱματηρὸν ἐκπρᾶξαι φόνον.
ΜΕ. Πῶς; τίς δ' ἀναγκάσει σε τήν γε σὴν κτανεῖν;
ΑΓ. Ἅπας Ἀχαιῶν ξύλλογος στρατεύματος.
ΜΕ. Οὐκ, εἴ νιν εἰς Ἄργος γ' ἀποστελεῖς πάλιν.
ΑΓ. Λάθοιμι τοῦτ' ἄν, ἀλλ' ἐκεῖν' οὐ λήσομεν·

Aga. Atqui pervenimus in necessitatem,
Ut cruentam cædem filiæ meæ patremus.
Men. Qui? quis vero coget te tuam *filiam* occidere?
Aga. Universus conventus copiarum Græcarum.
Men. Non, si rursus ipsam Argos mittas.
Aga. Eatenus possim fallere, sed illa in re non potero fallere.

aliud malum superest, quod sic sustulerim:

ταραχή γ' ἀδελφῶν εἶς δι' ἔρωτα γίγνεται
πλεονεξίαν τε δωμάτων, ἀπέπτυσα
τοιάνδε συγγένειαν, ἀλλήλοιν πικράν.

Musg.

Markl. in Expl. Loc. Quor. ad calcem Supplicum, p. 251. monet, Tragicis ἔριν dici, non ἔριδα. *Beck.*

509. s. ἔρως h. l. esset cupido, eodemque fere rediret, quo sequens πλεονεξία, quod proprie est cupiditas plus habendi quam alius, deinde omnino cupiditas. V. de h. v. Brunck. ad Œd. T. 601. δωμάτων, familiæ. Reiskius vertit: Oritur inter fratres discordia, *cupidine plus habendi in cernenda hæreditate.* (Quid sit *cernere hæreditatem*, ut hoc obiter moneamus, de eo multa disseruit Kusterus in Diatribe de v. *cernere*, quæ adjuncta est Sanctii Minervæ edit. Perizon.) Ἀποπτύειν proprie exspuere, respuere, deinde ut et Latinor. respuere, i. q. rejicere, abominari. *Hopfn.*

510. ἀλλήλων πικράν.] Scrib. puto ἀλλήλοιν, cum distinctione post συγγένειαν. *Markl.*

πικράν.] Si cognati inter se invicem sunt exacerbati, vel si vitam sibi invicem tristem reddunt. *Hopfn.*

511. sqq. Ἀλλ', &c.] Sed hoc nihil proderit, enimvero eo in rerum statu versor, ut necessitatem, filiam meam immolandi, nullo modo jam evitare possim, hoc enim est ἥκομεν — τύχην. Ἐκπρᾶξαι, perficere cædem cruentam, quatenus sanguis effunditur. *Hopfn.*

513. τίς δ' ἀναγκάσει σε τήν] Cod. B. αναγκασεις την. quasi voluisset, Πῶς; τίς σ' ἀναγκάσεις τήν γε σὴν κτανεῖν; *Markl.*

514. s. σύλλογος cœtus, collectus exercitus. Οὐκ sc. ἀναγκάσεις. *Hopfn.*

515. εἴ νιν] Codd. A. B. ην νιν Bene. et hinc apparet legendum esse, ἀποστέλλῃς (vel ἀποστείλῃς) pro ἀποστελεῖς. Οὐκ ἤν, ut mox v. 519.

εἰς Ἄργος γ'] Hinc judicare licet de sorte harum fabularum, et quantum interpolationibus patuerint, nam Euripides, ut mihi videtur, non potuit scribere εἰς Ἄργος, neque aliud, opinor, quam εἰς οἴκους, *domum.* et inde est quod in Codd. B. omittatur γ' ante ἀποστέλλῃς vel ἀποστείλῃς. Εἰς οἴκους ut Iph. Taur. 679. Absurda est vulgata. Quare enim Ænianes, Bœotii, et Myrmidones, remitterentur ad Argos? *Markl.*

εἰς Ἄργος γ'] Argos præ aliis urbibus commemorat, quia maximæ ejus hac expeditione partes erant; unde totus exercitus Argivi sæpe audiunt. vide mox v. 518. Hesychius: Ἀργείων, Ἑλλήνων. *Musg.*

Koehl. monet, Menelaum fratri hic non suadere, ut exercitum dimittat, sed ut filiam remittat Argos. Igitur vulgatam esse sanam. *Beck.*

Marklandus interrogat; Ænianes, Bœotii et Myrmidones remitterentur ad Argos? Sed quis intelliget exercitum, minime vero, filiam dimittere debet Argos. Quare retineo vulgatam, quam video nunc etiam Koehlero probatam. Miror *etiam Musgravium* hæc ita intellexisse, ut jam vidimus de Marklando, is enim monet, Argos præ aliis urbibus commemorari, quia maximæ ejus hac expeditione partes fuerint, unde totum exercitum sæpe Argivos audiri (vide mox v. 518.) Sed conferas velim supra v. 111. sq. ubi Agamemnon litteras ad uxorem

ΜΕ. Τὸ ποῖον; οὔτοι χρὴ λίαν ταρβεῖν ὄχλον.
ΑΓ. Κάλχας ἐρεῖ μαντεύματ' Ἀργείων στρατῷ.
ΜΕ. Οὐκ, ἢν θάνῃ γε πρόσθε· τοῦτο δ' εὐμαρές.
ΑΓ. Τὸ μαντικὸν πᾶν σπέρμα φιλότιμον κακόν.
ΜΕ. Κοὐδέν γ' ἄχρηστον, οὐδὲ χρήσιμον, παρόν.
ΑΓ. Ἐκεῖνο δ' οὐ δέδοικας, ὅ τι μ' εἰσέρχεται;

Men. Quid est illud? non oportet turbam nimis timere.
Aga. Calchas aperiet oracula exercitui Græcorum.
Men. Non, si ante moriatur, hoc autem facile *est.*
Aga. Totum genus vatum est gloriæ cupidum malum.
Men. Neque ulla in re commodum neque utile cum adest.
Aga. Illud vero non times, quod me subit?

mittit, ubi etiam Iphigenia versabatur, ibi diserte dicit: ἀλλ' εἶα χώρει πρὸς Ἄργος. *Hopfn.*

516. οὐ λήσομαι.] Cod. B. λήσομεν. Recte: ut Iph. Taur. 1027. φύλακες, οὓς οὐ λήσομεν. alterum est *obliviscar.* *Markl.*

λήσομεν·] Ita MS. G. Ed. Ald. λήσομαι. *Musg.*

Illud λήσομεν rectum videtur Marklando, qui citat Iphig. Taur. 1027. Ex oppositione patet, quænam vera sit lectio. *Etiamsi hoc celetur*, sc. meam filiam esse a me domum dimissam, *tamen alterum,* quidnam? necessario sequi debet, *non manebit absconditum,* scil. hoc esse medium, quo omnia bene cedant, quod a Calchante manifestum iri monet v. 518. *Hopfn.*

517. οὔτοι χρή] Cod. A. ουτι χρη. non male. *Markl.*

517. ss. οὐκ sc. ἐρεῖ. εὐμαρές, Euripides sæpe Menelaum describit tanquam hominem malevolum atque maxime iniquum et immitem. Tali ergo tale quid facile fuit. Vid. Barnes. in Vita Euripid. §. 17. *Hopfn.*

519. τοῦτο δ' εὐμαρές.] *Hoc autem facile* est. quod satis erat Menelao, nunquam reputanti, secundum Euripidem, an *justum* vel *injustum, crudele* vel *secus,* esset. *Markl.*

520. ss. Nunc sequitur sententia de vatum genere lata, quam etiam apud Sophoclem reperire licet. Sic Œdipo Tyrann. v. 387. ubi Tiresias vocatur μάγος μηχανοῤῥάφος, δόλιος, ἀγύρτης, ὅστις ἐν τοῖς κέρδεσι μόνον δέδορκε, τὴν τέχνην δ' ἔφυ τυφλός. Item Antigona 1055. τὸ μαντικὸν γὰρ πᾶν φιλάργυρον γένος. Quod l. l. dicitur γένος, id h. l. est σπέρμα. Nostrum *Brut, Race.* Sic γέννημα ἐχίδνων, Matth. iii. 7. σπέρμα infra v. 524. recurret, uem vide. Jam quod lectionem h. v. attinet, Canterus mavult, quod et mihi hunc lo cum legenti se statim offerebat, κ' οὐδέν γε χρηστὸν, eodemque modo Marklandus conjicit, sensus itaque facilis hic oriretur: *Et in nulla re* (nam οὐδὲν est κατ' οὐδὲν, ut v. 1417.) *commodum* (genus vatum), *neque utile, cum præsens est:* itaque absentiam ejus facile pati possumus, nam Menelaus, v. 519. innuerat Agamemnoni, ut Calchantem occideret. Qua quidem ex emendatione nullum oriri sensum, nescio quo jure, Heathius putat, qui potius sensum censet esse hunc: Nihil, quod quidem inutile est, nec utile fit, cum adest, i. e. quod per se noxium (ἄχρηστον enim esse ait *noxium,* citatque hanc in rem Clark. ad Iliad. II. 269.) est, frustra labores utile reddere, et tuis commodis applicare. Brumoius vertit: *Omne genus vatum et utile est et noxium,* i. e. in proclivi est, pro lubitu, vel iis in commoda tua uti, vel eos e vita tollere. Denique Reiskius conjicit κ' οὐδενὶ ἀρεστὸν, *genus, quod a nemine,* aut *nulla re placari* potest, cui nihil aut nemo placet, aut *quod nemini placet.* Non male, equidem, si licuisset, legissem, οὐδὲν γ' ἄρ' ἔστιν, &c. Illud autem παρόν etiam potest ita explicari: *nihil ei est* s. *nihil affert utilitatis.* Atque παρὸν posset etiam exprimi πάρα, (i. e. πάρεστι). *Hopfn.*

521. κ'οὐδέν γ' ἄχρηστον, οὐδὲ χρήσιμον, παρόν] Forte (neque pœnitet conjecturæ) κ'ουδέν γε χρηστὸν, οὐδὲ χρήσιμον, παρόν· *Et in nulla re commodum* (scil. genus va-

ΜΕ. Ὃν μὴ σὺ φράζεις, πῶς ὑπολάβοιμ᾽ ἂν λόγον;
ΑΓ. Τὸ Σισύφειον σπέρμα πάντ᾽ οἶδεν τάδε.
ΜΕ. Οὐκ ἔστ᾽, Ὀδυσσεὺς ὅ τι σὲ κἀμὲ πημανεῖ.
ΑΓ. Ποικίλος ἀεὶ πέφυκε, τοῦ γ᾽ ὄχλου μέτα.
ΜΕ. Φιλοτιμίᾳ μὲν ἐνέχεται, δεινῷ κακῷ.
ΑΓ. Οὔκουν δοκεῖς νιν, στάντ᾽ ἐν Ἀργείοις μέσοις,

Men. Quomodo possum suspicari sermonem, quem tu non dicis?
Aga. Genus Sisyphi novit hæc omnia.
Men. Nihil est, in quo me et te lædet Ulysses.
Aga. Semper est dolosus, utique apud populum.
Men. Ambitione quidem tenetur, ingenti malo.
Aga. Nonne ergo putas eum stantem in medio Græcorum

tum), *neque utile, cum præsens est:* itaque absentiam ejus facile pati possumus. nam Menelaus paullo ante (v. 519.) innuerat Agamemnoni ut Calchantem occideret. οὐδὲν est κατ᾽ οὐδὲν, ut v. 1417. Canterus quoque conjecerat γε χρηστὸν, Heathio dissentiente. *Markl.*

Κ᾽οὐδέν γ᾽ ἄχρεστον,] Cantero placet κ᾽οὐδέν γε χρηστόν. Sed et vulgata lectio, distinctione mutata, tueri se potest:

Κ᾽ οὐδέν γ᾽ ἄχρηστον οὐδὲ χρήσιμον παρόν.

Musg.

Οὐδέν γ᾽ ἄχρηστον,] Canterus legit: Οὐδέν γε χρηστὸν, etc. *Barnes.*

522. οὐ δέδοικας,] Ex Menelai responso legendum, οὐ δέδορκας; *nonne vides?* In Menelai etiam verbis, v. 523. pro ὑπολάβοιμεν scribendum puto ὑπολάβοιμ᾽ ἄν. Pro ὅ μ᾽ εἰσέρχεται Barnesius edidit, ὅτι. sed scribendum erat, ὁὐμ᾽ εἰσέρχεται, i. e. ὃ ἐμὲ, qualiter ο et ε concurrentes exprimuntur, ut ὁὐμὸς, ὁ ἐμὸς, τοὐμὸν, τὸ ἐμὸν, ὁὐπὶ, ὁ ἐπί. *Markl.*

ὅ, τι μ᾽] Ita ambo MSS. et Lib. P. ut jam Barnesius. Ed. Ald. ὅ μ᾽. *Musg.*

522. ss. εἰσέρχεσθαι de cogitationibus et affectibus animi adhiberi solet. V. supra 492. Etiam Latini: *quod mihi in mentem venit.* Menalaus respondet: Ego non possum conjectura assequi, quæ cogitas, quæ non dicis. De Crisi horum vv. hæc adhuc adjiciamus. Ut nos legimus atque Barnesius, legitur in Lib. P. et MSS. a Musg. coll. Sed ed. Ald. atque Stiblini ὅ μ᾽. Reiskius conjicit: ὃ νῦν μ᾽ εἰσέρχεται. Dawesius observat M. C. p. 207. sermonis Attici rationem postulare, ut verbum optativum cum ποῖ, πόθεν, πῶς, etc. vel qualibet alia interrogandi particula conjunctum, alteram itidem ἂν comitem exigere, subjunctivum autem respuere. Equidem VV. DD. sequutus ita in textum recepi. *Hopfn.*

523. πῶς ὑπολάβοιμεν.] Legendum, ni fallor, πῶς ὑπολάβοιμ᾽ ἄν. Rationes vide apud Dawesium Misc. Crit. p. 207.

Musg.

ὑπολάβοιμ᾽ ἂν λ.] Markland. R. P. Præf. ad Hecub. p. clxxiv. *Burn.*

524. Τὸ Σισύφειον σπέρμα] Ulyssis pater erat Laërtes, Laërtæ Arcesius, Arcesii Jupiter; ita Hom. Odyss. π᾽. v. 118. etc. Ovidius Metam. L. XIII. Fab. 1. Ulysses ait: *Nam mihi* Laërtes *pater est,* Arcesius illi, Jupiter huic. — Inimici vero objicere solebant Ulyssi patrem Sisyphum, ob latrocinia infamem, a quo matrem ejus, Anticleam, compressam fuisse rumor erat et imprægnatam; tum demum a patre ejus, Autolyco, Laërtæ desponsam. Historiam refert Tzetzes in Lycophron. et Scholiast. Sophocl. in Ajac. Mastigoph. ad v. 190. et Paul. Leopard. Emendat. L. XIII. c. 5. Ulysses vero ob vafrum et subdolum ingenium credebatur Sisyphum magis exprimere, quam Laërtem.

Barnes.

Ulysses nunc, ut etiam alibi sæpius apud Nostrum, nominatur σπέρμα Σισύφειον, vel γένος Σ. ut Cyclope 104. Ulysses a Sisypho, latrone, ut antiquitas narrat, ex clandestino cum Anticlea quadam concubitu procreatus erat. v. Schol. Sophocl. Ajac. 109. Ovid. Metamm. XIII. v. 31. Cf. Leopardi Emendd. 13. 5. σπέρμα Ταντάλειον, Iphig. Taur. 988. legitur. *Hopfn.*

Λέξειν ἃ Κάλχας θέσφατ' ἐξηγήσατο,
Κἄμ' ὡς ὑπέστην θῦμα, κᾆτα ψεύδομαι,
Ἀρτέμιδι θύσειν; ὃς, ξυναρπάσας στρατὸν,
Σὲ κἄμ' ἀποκτείναντας Ἀργείους, κόρην
Σφάξαι κελεύσει. κἂν πρὸς Ἄργος ἐκφύγω,
Ἐλθόντες, αὐτοῖς τείχεσιν Κυκλωπίοις

Dicturum esse oracula ea, quæ enarravit Calchas,
Et quomodo ego promiserim sacrificium, deinde vero recusem,
Dianæ me facturum? Non conciens exercitum,
Me et te interficientes, Græcos puellam
Mactare jubebit? quod si ad Argos fugero,
Venientes, cum ipsis mœniis Cyclopiis,

525. ss. Οὐκ ἔστ',] Ulysses non *potest* nobis nocere. Sic πημαίνειν, Medea, 1395. occurrit. πέφυκε, ἔστι, nisi placuerit innuere ideam hanc, *innata est* ea indoles animi, quæ sæpe quidem locum habet. Ποικίλος est proprie varius, deinde versutus, vafer. Alibi eodem sensu dicitur δριμὺς, ut Cyclop. 181. ποικιλομήτης, κ. τ. λ. Plura de his aliisque epithetis Ulyssis, monuimus ad Cyclop. l. l. Τοῦ γ' ὄχλου μ. Koehlerus cum Reiskio legit τοῦ τ' ὄχλου. Equidem nollem cum Koehlero illud ποικίλος reddere *verænderlich, und beym Volke beliebt*, neque cum Barnesio vertere: *disertus apud populum.* Equidem hunc locum intellexeram: *Homo est versutus*, s. *callidus*, atque a populi partibus stat, eum adjuvat, ubi fieri potest. Hoc mihi certe in verbis latere, (v. Kypk. Obss. SS. in Matth. xi. 30.) atque etiam contextui orationis accommodatum esse videtur. Ἐνέχεται φιλοτ. κ. τ. λ. i. e. quæ est κακὸν δεινόν. Studium honoris, vitium ejus est præcipuum, hoc totus tenetur, occupatur. *Hopfn.*

528. δόκει] Significare potest, *crede, existima:* Sed notio, quam hic locus postulat, est, *finge tibi in animo.* Legendum, ni fallor, interrogative:

οὐκοῦν δοκεῖς νιν στάντ' ἐν Ἀργείοις μέσοις
λέξειν, ἃ Κάλχας θέσφατ' ἐξηγήσατο,
κᾆμ', ὡς ὑπέστην θῦμα, κᾆτα ψεύδομαι,
Ἀρτέμιδι θύσειν; *Musg.*

Musgravius legendum censet interrogative: οὐκοῦν δοκεῖς νιν — κἄμ', ὡς ὑπέστην θῦμα, κᾆτα ψεύδομαι,—θύσειν; Etiam nos sic loqui amamus — *Glaube mir, er ist im Stande, er tritt mitten unter die A. und spricht*, etc. Qui concionem ad populum habebant, ii solebant stare, quod vel pueris ex Homero notum. *Hopfn.*

530. Κἄμ' ὡς ὑπέστην θῦμα, κᾆτα ψεύδομαι,] And. 346. *Por.*

ψεύδ.] Sic Hecub. 717. Androm. 346. R. P. Præf. ad Hecub. p. clxxvii. de quinta sede. *Burn.*

Ita hic locus interpungi debet:

Κἄμ', ὡς ὑπέστην θῦμα, κᾆτα ψεύδομαι,
Ἀρτέμιδι θύσειν. *Heath.*

ἐν μέσοις] Hic μέσοις non est urgendum, nihil aliud est quam *inter, coram, in concione*, quemadmodum nec SS. N. T. ignoratur, qui tamen ex more Hebræorum ita scribunt v. Intpp. ad Matth. xiv. 6. *Hopfn.*

531. ὅς,] F. οὐ, Reiskius. οἷς, Tyrwhittus. *Markl.*

ὅς ξυναρπάσας] Optime Tyrwhittus, οἷς ξυναρπάσας. Quanquam legi etiam posset οὐ ξυναρπάσας interrogative, ut præcedentia. *Musg.*

531. ss. Reiskius certe jam conjecerat οὐ, *nonne.* De mœniis Cyclopum s. ab iis ædificatis vid. supra ad v. 151. Pro ξυναρπ. mallem cum Marklando ἀναρπάσουσι, ut Helen. 751. vel ἀνασπάσουσι, ut Phœnn. 1148. quia modo præcessit ξυναρπάσας. — *Me simul cum mœnibus*, etc. De κατασκάπτειν v. supra v. 64. γῆ h. l. ut alibi χθὼν, sæpe pro πόλις adhiberi solet. v. Kuster. ad Comici *Thesmophor.* 115. Contra πόλις eodem modo pro regione (χώρᾳ) Cyclop. 99. ubi plura ea de re notavi. *Hopfn.*

534. Τείχεσιν Κυκλωπίοις] Vide supra ad v. 152. *Barnes.*

Ξυναρπάσουσι καὶ κατασκάψουσι γῆν.
Τοιαῦτα τἀμὰ πήματ'. ὦ τάλας ἐγὼ,
Ὡς ἠπόρημαι πρὸς θεῶν τὰ νῦν τάδε.
Ἕν μοι φύλαξον, Μενέλεως, ἀνὰ στρατὸν
Ἐλθὼν, ὅπως ἂν μὴ Κλυταιμνήστρα τάδε
Μάθῃ, πρὶν ᾅδῃ παῖδ' ἐμὴν προσθῶ λαβὼν,
Ὡς ἐπ' ἐλαχίστοις δακρύοις πράσσω κακῶς.
Ὑμεῖς τε σιγὴν, ὦ ξέναι, φυλάσσετε.

Devastabunt, et evertent terram.
Talia *sunt* mea mala, O me miserum.
Ad quam angustiam a Diis in hac re nunc redigor?
Unum mihi cavete, Menelaë, per exercitum
Veniens, ut ne Clytæmnestra hæc
Resciscat, priusquam Plutoni filiam meam acceptam addixero,
Ut sim miser paucissimis lachrymis,
Vosque, O peregrinæ, silentium servate.

535. Ξυναρπάσουσι — γῆν.] Idem est γῆν et πόλιν: Kuster. ad Aristoph. Thesmoph. 115. [conf. Valckenær. ad Phœn. 5.] Præcessit autem ξυναρπάσας στρατὸν, v. 531. Forte Ἀναστπάσουσι — γῆν. ut Phœniss. 1148. μοχλοῖσιν ἐξαναστπάσας βίᾳ, sc. πόλιν. vel, Ἀναρπάσουσι, ut Helen. 751. *Markl.*

536. ss. πήματα, ταλαιπωρία· ἠπόρημαι πρὸς θ. dejectus sum in ærumnas inexplicabiles, unde nulla salus. Nam ἀπορεῖν est dubium esse, nescire exitum (πόρον) s. medium, quo te serves, ut v. ἀμηχανεῖν. Ἀνὰ στρατὸν — φύλ. Abi ad castra, atque diligenter cura, ut ne — μάθῃ, i. e. ἀκούῃ, me crudele hoc facinus velle exsequi. Λαβὼν, ut sæpius, videtur πλεονάζειν, Προσθῶ ᾍδῃ Plutoni immolavero, obtulero, tradidero. ὡς — κακῶς, i. e. ut infortunium meum tam vehementer ne sentiam, ut quam paucissimas lacrimas fundam in tristissimo illo statu meo. σίγην φυλάσσ. ut nos *haltets verschwiegen.* Chorus enim, ut jam alibi monuimus, per totam fabulam particeps est infortunii æque ac felicitatis, quæ personis agentibus contingit, atque tanquam amicus familiaris spectatur. Ξέναι autem vocantur mulieres Chalcidicæ, e quibus, ut supra ad v. 168. et argumentum fabulæ nostræ Græcum jam observavimus, Chorus constabat. V. etiam infra v. 606. Jam Agamemnon cum Menelao contristatus discedit. Nihil amplius profert Menelaus, lubenter abire, precibusque fratris satisfacere velle videtur, cum consilium tam callide celatum effectum iri intellexit. *Hopfn.*

542. Ὦ ξέναι] Alloquitur Chorum mulierum Chalcidicarum. Vide infra v. 606. Ξεῖναι ξείναις παρέχωμεν. *Barnes.*

543—546. Sensus vv. sequentium est: Beatus, qui modice amore fruitur. Hoc ita expressit Poëta: μακ. οἳ κατέσχον μέτρ. etc. Ἀφροδίτη Venus, (v. infr. 555. et 556.) Dea amoris, ergo λέκτρα Ἀ. usus amoris, quatenus autem amor esse debet frugalis ac modestus, eatenus dicitur μετρία θεός. Μετέχειν τινὸς, participem esse alicujus rei, nancisci aliquid, huc refer *modum* μετὰ σωφροσ. Γαλανείᾳ χρησ. qui tranquillitate fruuntur, s. vitam tranquillam degunt. γαλανεία (Dor. pro γαληνεία,) proprie est tranquillitas maris, ut Helen. 1458. Ergo i. q. alibi γαλήνη. *Hopfn.*

548. μαινόμεν' οἴστρων, ὅθι, &c.] Lego hos quinque versus ita: μαινόμεθ', οἰστρῶν ὅθι δὴ Δίδυμ' Ἔρως ὁ χρυσοκόμας Τόξ' ἐντείνει· τᾶν Χαρίτων Τὸ μὲν, ἐπ' εὐαίωνι πότμῳ, Τὸ δ', ἐπὶ συγχύσει βιοτᾶς. Μαινόμεθ', ut in isto Philemonis, Μαινόμεθα πάντες, ὁπόταν ὀργιζώμεθα. Pro ἐντείνεται, conjeci (ad Suppl. 765.) ἐντείνει, τᾶν. Ὁ ante χρυσοκόμας exhibet Cod. B. et Heathius ex conjectura, metro flagitante. De duobus

ΧΟ. Μάκαρες, οἳ μετρίας θεοῦ, *στροφή.*
Μετά τε σωφροσύνας μετέσχον
Λέκτρων Ἀφροδίτας,
Γαλανείᾳ χρησάμενοι.
Μαινόμεν' οἴστρων ὅθι δὴ
Δίδυμ' Ἔρως ὁ χρυσοκόμας
Τόξ' ἐντείνεται χαρίτων·
Τὸ μὲν ἐπ' εὐαίωνι πότμῳ,

Cho. Beati, qui moderatæ Deæ,
Et cum castitate sunt participes
Lectorum Veneris,
Tranquillitate fruentes.
Pleni utique œstris sumus, quando
Amor auricomus geminos
Arcus intendit venustatum:
Unum quidem ad felicem vitam,

arcubus Cupidinis, *diversorum operum*, vide Ovid. Met. I. 468. seqq. Cetera explicatione non indigent. Mirum vero est quod legitur apud Athenæum lib. XIII. 2. p. 562. ubi hic locus respicitur vel citatur, quasi ex Chæremone Tragico, non Euripide, errore, opinor, memoriæ. *Markl.*

Μαινόμεν' οἴστρων] Hoc nullam sententiam efficit, manifesteque adeo corruptum est. Cantero placet μέλομεν, in quo nihil admodum reprehendas, præter verbi μέλομεν exilitatem et languorem. Neque enim digne de Amoris potentia loquitur, qui profitetur, *œstrum ejus sibi curæ esse.* Legerim paullo majore mutatione γέμομεν οἴστρων, *pleni sumus œstris.* γέμοντες ἁμαρτημάτων ex Isocrate citatur: γέμω κακῶν habet Noster Herc. Fur. v. 1236. Idem denique quoad sensum est μεστὸν οἴστρου, apud Platon. p. 875. D. Ed. Ficin.

Μαινόμεν' οἴστρων] Canterus μέλομεν legit, μονούμεν' Scaliger, prius versui, posterius sensui congruentius. Erasmus μαινόμεν' retinet, ut et Hugo Grotius, in Excerptis, et Henricus Stephanus in Selectis, et Æmilius Portus, qui poni dicit pro μαινόμενοι, quod nemo unquam dubitabat; sicut ἀρχόμεν' pro ἀρχόμενοι, Callim. Hymn. Dian. v. 4. Duportus nihil de hac re dicit: Stiblinus in summa securitate degit; Brodæus quoque omittit. Sensum qui satis dextre vult assequi, adeat Erasmi supra laudatam Paraphrasin. *Barnes.*

μαινομένων οἴστρων ἄθικτοι, *intacti furibundis œstris*, vel *æstibus*. Sic puto hunc v. refingendum, deletis ὅθι δή. *Reisk.*

Legendum puto Μαινόμενά γ' οἴστρων, ut Μαινόμενα sit neutrum plurale; quod cum οἴστρων conjunctum valeat, i. q. Μαινόμενοι οἶστροι, et subaudiatur εἰσί. Versus hic cum præced. et 7. seqq. sunt glyconii πολυσχηματιστοι, pro secunda dipodia choriambum habentes. In antistrophico autem qui huic respondet, legi debet Μέγα φέρουσιν. *Heath.*

Nescio quid sentiam legendo γέμομεν Musgravii, parum abest, quin comicum mihi videatur. Οἶστρος (v. supra ad v. 77.) proprie est musca, quæ æstatis tempore in boum aures veniens, eos infestat et exagitat. Deinde de motu vehementi, etiam furore adhibetur. v. Sophocl. Electr. 5. Si licuisset, scripsissem μαίνεται οἴστρων, ὧτινι, etc. De alia h. l. emendatione Battierii v. infr. *Hopfn.*

548. MS. G. ὁ χρυσοκόμας ἔρως. Inde articulum supplevi, qui in Aldina deest. *Musg.*

549. ss. ἐντείνειν τόξα intendere arcum, etiam alibi legitur, ut Supplic. 896. χαρίτων, ἐρώτων. — Amor vocatur χρυσοκόμας etiam aliis passim in locis. Unde κάρανον εὐπλόκαμον, Moschi Idyll. 6. ei adscribitur. Egregias descriptiones Amoris vide apud Sophoclem Antigon. 781. Nostri Hippolyt. 527. sqq. coll. 1269. atque Troad. 836. et Moschi l. l. Quod

Τὸ δ᾽ ἐπὶ συγχύσει βιοτᾶς.
Ἀπενέπω νιν ἁμετέρων,
Κύπρι καλλίστα, θαλάμων.
Εἴη δέ μοι μετρία μὲν
Χάρις, πόθοι δ᾽ ὅσιοι·
Καὶ μετέχοιμι τᾶς Ἀφροδίτας,
Πολλάν τ᾽ ἀποθείμαν.

Alterum vero ad confusionem vitæ.
Deprecor hunc *arcum* a nostris
Thalamis, O pulcherrima Venus.
Sit vero mihi moderata quidem *formæ*
Gratia, et sancti amores:
Et sim particeps *moderatæ* Veneris:
Immoderatam vero rejiciam.

autem tela attinet δίδυμα, observandum, duplex ei genus telorum ab antiquitate tribui, quorum alterum mortalibus afferat εὐαίωνα πότμον, alterum σύγχυσιν βιοτῆς. Unde, notante Stiblino, factum, ut Plato et Xenophon in Symposiis geminum quoque Cupidinem esse dicant, ἐπουράνιον scilicet, et πάνδημον, quorum ille laudabiles impetus atque amores moderatos animo ingignat, hic vero fœdis implicet et immodicis voluptatibus, omnemque honesti vim in homine distinguat. Conferas quoque Ovidii Metam. I. 468. sqq. ubi inter alia hæc leguntur: *Eque sagittifera promsit duo tela pharetra Diversorum operum* (i. e. quorum vis diversa erat.) *Fugat hoc, facit illud amorem. Quod facit, auratum est, et cuspide fulget acuta. Hoc Deus in Nympha Peneide fixit; at illo Læsit Apollineas trajecta per ossa medullas*, etc. Denique de immoderato amore vide Medeam, v. 627. sqq. ubi plura invenies nostro loco similia. Sic enim ille l. l. Ἔρωτες ὑπὲρ μὲν ἄγαν ἐλθόντες, οὐκ εὐδοξίαν, οὐδ᾽ ἀρετὰν παρέδωκαν ἀνδράσιν. εἰ δ᾽ ἅλις ἔλθοι Κύπρις, οὐκ ἄλλα θεὸς εὔχαρις οὕτω. μή ποτ᾽, ὦ δέσποιν᾽, ἐπ᾽ ἐμοὶ χρυσέων τόξων ἐφείης, ἱμέρῳ χρίσασ᾽, ἄφυκτον οἰστόν. στέργοι δ᾽ ἐμὲ σωφροσύνα, δώρημα κάλλιστον θεῶν. Reliqua ex iis, quæ supra monuimus, facilia sunt intellectu. Restat ut adjiciamus doctissimi Sam. Battierii in h. l. observationem, quæ in Museo Turicensi reperitur. Is post χρησάμενοι virgulam, atque post οἴστρων punctum ponit, et pro μαινόμεν᾽ legendum censet κενοὶ μὲν, quia sæpe pro se invicem ponantur diphthongus αι atque vocalis ε. Sic Phœnn. v. 18. pro σπεῖρε in MS. Basil. est σπεῖραι. Porro scribit idem V. D. ὅτι δὴ et v. 549. τόξ᾽ ἐντείνεται, χαρίτων — τὸ μέν. Suspicatur etiam illud χαρίτων non esse in suo loco genuino, sed scribi debere κενοὶ μὲν οἴστρων, ἐμπλέοι δὲ χαρίτων, vel simile quid, tandem locum sic scribit:

γαλανείᾳ χρησάμενοι,
κενοὶ μὲν οἴστρων. ὅτι δὴ,
δίδυμ᾽ ἔρως χρυσοκόμας
τόξ᾽ ἐντείνεται, τὸ μὲν
χαρίτων ἐπ᾽ εὐαίωνι πότμῳ. *Hopfn.*

550. ss. εὐαίωνι πότμῳ infra 1523. εὐτυχεῖ π. Qui ejusmodi fortuna secunda fruitur alibi Græcis uno v. dicitur εὔποτμος. Πότμος est sors læta (Alcest. 950.) et infortunium (Orest. 187.) Plura monuimus ad Trachin. 90. pag. 24. et in Indice ibidem sub h. v. Εὐαίων proprie, qui vita (αἴων pro βίος v. ad Trachin. initio) felici fruitur, hinc simpliciter felix, quietus. Plura observavimus de h. v. ad Trachin. 81. et Indice h. v. l. l. Ex hoc epitheto apparet, quid paulo post sit σύγχυσις, proprie perturbatio, confusio. Sed nemo nescit, quid Latinis sit *perturbatio*. Conf. Cicer. Epist. ad Diversos, L. 6. Ep. 1. initio. Βιοτὴ, βίοτος et βίος synonyma sunt. Chorus talem arcum, qui σύγχυσιν profert, deprecatur, (ἀπενέπει) θαλάμων, a thalamis (supra λέκτρων) ut removeatur, absit. Κύπρις V.

Διάφοροι δὲ φύσεις βροτῶν, ἀντιστροφή.
Διάτροποι δὲ τρόποις· ὁ δ' ὀρθὸς,
Ἐσθλὸν σαφὲς αἰεί·
Τροφαί θ' αἱ παιδευόμεναι,
Μέγα φέρουσ' εἰς ἀρετάν.
Τό τε γὰρ αἰδεῖσθαι σοφία,
Τάν τ' ἐξαλλάσσουσαν ἔχει

Diversa autem *sunt* ingenia mortalium:
Dissimiles etiam *sunt* moribus: mos vero rectus,
Bonum *est* manifestum semper.
Et educatio recte instituens,
Multum confert ad virtutem.
Etenim vereri aliquid Sapientiæ,
Parem ad mores emolliendos

supra 184. Cyprus locus Veneri maxime jucundus, ibi enim in luco amœno (Paphos vocabatur locus ille,) templum ei sacrum erat, quia vero etiam in insula Cypro ex spuma maris (ἄφρῳ) prodiit, (quare Ἀφροδίτη vocata), propterea Cypris denominata est. (Κυπρογένεια Hesiod. Theog. 188.) V. infra v. 569. Mihi contingat χάρις, gratia formæ. πόθος (ἔρως) dicitur ὅσιος, licitus. *Hopfn.*

556. τᾶς ἀφροδίτας.] Vel, τᾶσδ', *hujusce amoris*, scil. *moderati;* cui opponitur, πολλὰν, v. 557. Sed hoc non est ex toto necessarium. Pro φέρουσ' Heathius legit φέρουσιν, v. 562. Non intelligo metrum hujus loci. intellexissem, Μέγαλα φέρουσ', &c. *Markl.*

Ἀφροδίτας sc. μετρίας, nam opponitur statim πολλὰ, i. e. immodica, immodesta. Reiskius legit: μετέχοιμι μὲν Ἀφροδίτας et πολλὰν δ' ἀπωθείμαν, item Marklandus suspicatur τᾶσδ' Ἀφροδίτας, *hujusce* amoris, i. e. moderati, sed his omnibus non opus est. Ἀπωθεῖσθαι, repudiare, a se arcere, non cupere, nolle h. l. Hujus antistroph. textum vulgatum corruptum esse, recte Prevostus queritur. Vides rursus Philosophum dramaticum in sequentibus. Diversa sunt hominum ingenia (φύσεις) moresque dissimiles. *Hopfn.*

Καὶ μετέχοιμι τᾶς Ἀφροδίτας. Metrum μετάσχοιμι postulat. *Faeshe.*

559. τρόποις·] Nescio quis apud Barnesium τρόποι, quod, nisi sequeretur vocalis, probandum esset. *Musg.*

Barnesius in margine affert τρόποι, sed ego æque ac Musgravius ad h. l. nescio, unde hæc lectio sit desumta, quæ bona esset, nisi vocalis sequeretur. *Hopfn.*

560. Pro διάτροποι, quod alibi, puto, non exstat, reponenda vox proba et sententiæ percommoda, Μετάτροποι, *mutabiles, inconstantes.* Sic μετάτροπον ἦθος: Nonnus. Sed ne sic quidem dilucida erit sententia, nisi emendaveris porro:

Μετάτροποι δὲ τρόποι· τὸ δ' ὀρθῶς
Ἐσθλὸν, σαφὲς αἰεί. *Musg.*

Propter ὁ δ' ὀρθὸς Reiskius legit τε τρόποι. Mire dictum διάτροποι — τρόποις, nec unquam h. v. quantum memini, legi. Si licuisset, legissem διάστροφοι, (i. e. perversi, quemadmodum φρένες διάστροφοι, Sophocl. Ajace 447.) vel ποικίλοι τε τοῖς τρόποις. Facile potuit oculus librarii aberrare, atque scribere διάτροποι, propter antecedens διάφοροι, atque sequens τρόποις. Sed multo libentius putassem, διάφοροι, etiam v. 559. verum esse, ideoque repetitum, quod, quam usitatum sit, nemo nescit. *Hopfn.*

561. ἐσθλὸν σαφές.] Simile est σαφέστατον κακόν. Suppl. v. 802. *Musg.*

σαφὲς (manifestum, verum, certum) ἐσθλὸν (καλὸν) v. supra v. 41. *Bonum quoddam semper certum.* τροφαὶ παιδ. educatio recta, institutio bona multum facit (utilitatis affert) ad virtutem excolendam. Heathius, qui metrum hujus loci a se intelligi negat, intellexit μεγάλα φέρουσ', &c. *Hopfn.*

564. τό τε γὰρ, &c.] Hæc sunt pulcher-

Χάριν, ὑπὸ γνώμας ἐσορᾷν
Τὸ δέον, ἔνθα δόξα φέρει
Κλέος ἀγήρατον βιοτᾷ.
Μέγα τι θηρεύειν ἀρετὰν,

Gratiam, et mente perspicere
Officium ubi docuit, affert,
Gloriam non senescentem vitæ.
Magnum quiddam *est*, venari virtutem,

rima et utilissima, si recte distinguantur et intelligantur. loquitur de *Bona Educatione*, et exemplum *Pravæ* mox Paridem proponit, et diras ejus rei consequentias refert: Τό τε γὰρ αἰδεῖσθαι σοφία, Τάν τ' ἐξαλλάσσουσαν ἔχει Χάριν, ὑπὸ γνώμας ἐσορᾷν Τὸ δέον, ἔνθα δόξα φέρει Κλέος ἀγήρατον βιοτᾷ. *Etenim verecundiam sapientia, Et aliud quoque habet Commodum, ut scilicet mente perspicias Officium tuum, ubi gloria affert Famam non senescentem vitæ.*

Lego σοφία in casu primo, et βιοτᾷ pro βιοτάν. Per σοφία intelligitur *bona educatio*, quam in se habere dicit *pudorem*, et *facultatem cernendi* quid oporteat facere in casibus ubi de Honore et Fama quæstio est. Δόξα est a Barnesio. *Markl.*

Pro σοφία emendavit Scaliger σοφία. Sed in loco tam graviter corrupto (nescio enim, an alius in toto Euripide mendosior sit) lubricum parumque tutum est, de unaquacunque voce sententiam ferre, cum reliqua expedire non possis. Mihi verisimillimum fit, Euripidem hic dixisse, Verecundiam non plane idem, quod Sapientiam, sed ejus quodammodo vicariam esse, animos utique hominum perinde emollire; quoscunque autem honesti speciem mente intueri et contemplari docuit, iis sempiternam laudem, virtutis præmium, conciliare. Hæc si mens Auctoris fuit, quod puto, sic non inepte enunciari potuit:

τό τι γὰρ αἰδεῖσθαι σοφίᾳ τ'
ἀντεκμαλθακοῦσαν ἔχει
χάριν, ὑπὸ γνώμας τ' ἐσορᾷν
τὸ δέον ἔνθ' ἔδειξε, φέρει
κλέος ἀγήρατον βιοτᾷ.

ὑπὸ γνώμας ἐσορᾷν τὸ δέον idem fere est, ac Platonis illud αὐτοῦ τοῦ καλοῦ φύσιν ἰδεῖν τε καὶ ἀσπάζεσθαι, p. 667. C. Ed. Ficin. ἔδειξε idem valet, quod ἐδίδαξε, ut Æschyl. Prometh. v. 481. similisque loquendi ratio in omnibus fere linguis obtinet. *Musg.*

σοφίᾳ] Μετὰ τῆς σοφίας. Brodæus. Scaliger σοφία legit: τὸ αἰδεῖσθαι σοφία ἐστί· Τὸ αἰδεῖσθαι pro ἡ αἰδώς. *Barnes.*

Koehl. locum ita vertit: Denn die gute Erziehung giebt Schaam, und mit ihr vereint ist das richtige Urtheil von unsrer Pflicht, wo nicht alternder Ruhm uns ruft, der unser Leben verherrlicht. Nimis hæc a verbis poëtæ abeunt. *Beck.*

Pro σοφίᾳ, quod Brodæus interpretatur μετὰ τῆς σοφίας, Scaliger legit σοφία, ut sensus sit: τὸ αἰδεῖσθαι (αἰδὼς) est σοφία. Sic quoque Reiskius, Heathius, atque Marklandus, de quo vide paulo post. Sed, quod jam Prevostus atque Musgravius dixerunt, cum locus noster tam graviter sit corruptus, lubricum parumque tutum est, de unaquaque voce sententiam ferre, cum reliqua expedire non possis; miror, sagacitatem Jacobsii nihil ei medicinæ in Animadversionibus doctissimis attulisse. Pauca tamen forte mutanda sunt, ut opinor, ut locus sanetur, verum judicium meum de eo, (ut de aliis Euripidis locis) cum nondum satis mihi videatur esse maturum, publice nunc proferre erubesco. Libertatem, qua usus est Schillerus, hoc loco vertendo, ipse excusat, quod difficile sit, textum restituere, ubi contextus desit. Sic enim ille: *Wenn Schaam und Weissheit sich vereinen, sieht man die Grazien erscheinen, und Sittlichkeit, die fein entscheidet, was ehrbar ist, und edel kleidet — das giebt den hohen Ruhm des Weisen, der nimmer altert mit dem Greisen.* Idemque addit: *Diese allgemeinen Reflexionen des Chors über feine Sitten und Anstændigkeit, dünkt mir, kænnten eben so gut durch das unartige Betragen beider Brüder gegen eine der vorhergehenden Scenen, davon der Chor Zeuge gewesen ist, veranlasst worden seyn, als durch den Frauenraub des Paris.*—Quid

Γυναιξὶ μὲν κατὰ Κύπριν
Κρυπτάν· ἐν ἀνδράσι δ' αὖ
Κόσμος ἔνδον ὁ μυριοπληθὴς
Μείζω πόλιν αὔξει.

Mulieribus quidem in Venere
Occulta; Viris vero contra
Populus palam videns innumerus
In majus iterum auget.

ego censeam de Schilleri versionibus Poëtarum Græcorum, hic dicere non possum, sed alio loco exponam. Certe eadem libertate in locis facillimis sæpius usus est. Cæterum Grotius quoque in Excerptis h. l. vertit, quem vide.—Addere adhuc liceat Stiblini h. l. versionem hanc: Casta vero et recta educatio magnum habet momentum ad virtutem. Primum enim verecundiam sapientia, et fugam vitiorum habet, deinde alternam quoque gratiam feret, ut scilicet mente possis perspicere, quid fieri debeat. Hinc gloriam et perenne decus ac vitam præstat. Brodæus nihil de sensu loci. Is tantum monet, ἰσορᾷν dici, de rebus cum judicio judicare, κλέος esse pro καὶ κλέος, atque βιοτὰν ἀγήρατον vertit æterno quidem tempore. Singula verba sunt facillima, ut quisque videbit, sed non ita sensus atque contextus orationis eruitur. Excipiamus v. ἐξαλλάσσειν, cujus notionem non video hic quadrare. Reiskius vertit: *eminentem, insignem*, perquam commode, si scilicet hæc h. v. significatio potest probari. Ego tantum novi, lectione Veterum edoctus, ἐξαλλάσσειν esse mutare, (declinare de via, relinquere viam, &c.) alternare, degenerare (absolute et transitive) liberare, differre, discrepare. Nunquam scio ἐξαλλ. esse excellere, eminere. Aliud esset, si legere liceret τάν τ' ὑπερφέρουσαν ἔχει. ἐξαλλάσσειν] Adhuc pertinet Polyb. 6. 5. ἐξάλλους ἐσθῆτας et Des. Heraldus, Digressionum lib. I. c. 6. (adjecta sunt ejus Comment. ad Tertull. Apologet.) p. 203. *Hopfn.*

566. Δόξα φέρει] Ita lego pro δόξαν, quod hactenus falso obtinuit; nec enim aliter responderet suo *parallelo* in stropha —σει βιοτᾶς; et hac lectione et illa, quam posuimus, interstinctione, sensus, misere hactenus impeditus, se aperit. *Barnes.*

567. Markl. scribit βιοτᾷ, Reisk. legit βιότου, *decus*, vel *famam immortalem vitæ*. *Beck.*

568. Θηρεύειν proprie de feris, venari, sed deinde omnino aliquid studiose quærere, ut *venari* Latinorum. *Hopfn.*

569. Κύπριν κρυπτάν.] Pro κρυπτὰν magis appositum videretur aliquid quod exprimeret *castam*, vel tale quiddam. nam κρυπτὰ Κύπρις suspicioni obnoxia est. *Markl.*

570. Κρυπτάν·] Malim κρύβδαν, *in occulto*. Mulierum virtus, inquit, quia Venerem præcipue spectat, delitescere solet; Viris contra populus coram adspiciens incrementum virtutis parit. Græce:

— ἐν ἀνδράσι δ' αὖ
ἐσμὸς ἰδὼν ὁ μυριοπληθὴς,
μείζω πάλιν αὔξει.

Non ineptam præbet sententiam conjectura, quam supra dedi, nec ultra laborandum putarem, si æque expedita essent sequentia. Verum quis Poëtæ assentiatur, Fœminarum pudicitiam, ut eximium quiddam, præ aliis omnibus virtutum generibus deprædicanti? Quid enim aliud facit, sic, ex vulgata utique lectione, disserens:

Μέγα τι θηρεύειν ἀρετὰν
Γυναιξὶ μὲν κατὰ Κύπριν
Κρυπτὰν, vel Κρύβδαν — -

Mihi igitur Μέγα τι θηρεύειν cum superioribus connectendum videtur:

— — φέρει
Κλέος ἀγήρατον βιοτᾷ
Μέγα τι θηρεύειν — —

Sequentia quoque sic non incommode legi posse videntur:

— — Ἀρετὰ
Γυναιξὶ μὲν κατὰ Κύπριν
Κρυπτάν· ἐν ἀνδράσι δ' αὖ
Κόσμος ἔρδειν, ὃ μυριοπληθῆ
Μείζω πόλιν αὔξει.

Ἔμολες, ὦ Πάρις, ᾗ τε σύ γε ἐπῳδός.
Βουκόλος ἀργενναῖς ἐτράφης

Quibus neglectis, O Paris, tu nimium
Pastor educatus es candidos

Virtus mulierum in occulta Venere sita est; at Viris contra decus est facere, quod Urbem populosam in majus augeat. Μυριοπληθὴς *Urbis* vel *Populi* satis aptum epitheton est; at cedo mihi, qui dixerit, *μυριοπληθῆ κόσμον*, vel *ἀρετάν*.

Superest, quoniam φέρει, v. 566. ad sequentia referendum censuimus, ut de reliquo versu constituendo quæramus. An igitur absurdum foret:

> Τό τε γὰρ αἰδεῖσθαι σοφίᾳ
> Ἀντεκμαλθακοῦσαν ἔχει
> Χάριν, ὑπὸ γνώμας τ' ἐσορᾶν
> Τὸ Δέον, ἠθάδ' ἵξει —

Etenim Verecundia ad homines emolliendos parem Sapientiæ potestatem habet: ex animo autem, quod rectum est, intueri, assueto venire solet. Hæc ne ab Euripide aliena videantur, faciet Plutarchus paria fere docens, in initio Libri περὶ τοῦ ἀκούειν. *Musg.*

571. *κόσμος ἔνδον ὁ μυριοπληθής.*] Forte, Κόσμος ἐνὼν ὁ, &c. Plato De Legg. III. καλοὶ ἐν ψυχῇ λόγοι ἐνόντες. *Markl.*

Forte ἔνθεν, *ubi. mulierum virtus spectatur domi in matrimonii rebus et familia regenda: at virorum ibi, ubi bonus ordo a millenis confectus urbem in majus effert*, i. e. aut in foro, aut in acie, ubicunque magna hominum turba, conferti cœtus. *Reisk.*

Brodæus ἔνδον vertit: in animis eorum sita virtutis ornamenta (κόσμος.) Idemque κρύπταν reddit tegendam, celandam. Ego non video, cur non κρύπταν retinere, atque intelligere possimus: *stille hæussliche Liebe*, cui opponitur splendidior virtus virorum. Κύπρις, ut v. 184. Venus sic dicta a sede maxime ei jucunda. Vide supra ad v. 555. *Hopfn.*

572. Μείζω πόλιν αὔξει] Totum hunc locum hucusque eleganter Latino carmine donavit Hugo Grotius in Excerptis; Erasmus etiam totum Chorum, totamque, uti diximus, hanc Fabulam. Hos habet curiosus lector, ad quorum interpretamenta recurrat. *Barnes.*

572. ss. Conf. v. 71. 180. et Nostri Androm. 275. ss. Sæpe quoque in Æschyli Agam. ut v. 698. ss. et 1167. ss. ad Paridem et Helenam, tanquam causam totius belli Trojani, respicitur. *Hopfn.*

575. Ἔμολες, ὦ Πάρις,] Malim: ἀμελὲς ὤν, Πάρις, ἦτε σύ γε. *Quorum negligens, Paris tu certe. Musg.*

Epodos sequitur, ubi rursus fit mentio Paridis, et judicii ipsius, de dearum forma lati, ideoque causæ primariæ amoris Helenæ, omnisque mali inde orti. Jam supra Poëta commemorabat hæc v. 71. et 179. sqq. Quæ ut recte intelligantur, cum supra l. l. nihil dixerimus, omnem rem accuratius hic exponamus. Peleus atque Thetis cum nuptias celebrarent, omnesque hujus sollemnitatis causa deos deasque invitassent, exceptis *Eride*, Apolline atque Diana, illa indignata pomum aureum conjiciebat in locum, ubi convivium celebrabatur, cui inscriptum erat, quæ esset dearum forma pulcherrima, ad eam hoc, quod diximus, pomum pertinere. Quare, cum Juno, Minerva atque Venus, palmam pulchritudinis sibi eripi nollent, Jupiter autem rem tam difficilem dirimere recusaret, hic deas istas cum Mercurio ad Paridem misit, tunc temporis in Idæ pascuis greges pascentem, eundemque juvenem ævo suo pulcherrimum, qui ergo optime talem litem dijudicare posse videretur. Hic, postquam eas (Propertio II. 2. 62. si credamus, vestibus denudatas) accuratius inspexisset, eique Minerva doctrinam eximiam, Juno regnum potentiamque summam, Venus autem pulcherrimam in orbe terrarum feminam promisisset, si palma pulchritudinis ab ipso ornaretur, Paris ultimum præmium longe præferens, Veneri primas pulchritudinis partes tribuit. Itaque Venus Helenam, Menelai uxorem ei conciliavit, quem tamen amorem Juno, summa ira ardens, maximopere deturbans, innumera illa mala, inde orta, excitasse ferebatur. Unde Virgilius Æneid. I. 8. sqq. *quo numine læso, quidve dolens regina deum*, &c. atque ibidem 26. sqq. *nondum exciderant animo—manet alta mente repostum Judicium Paridis, spretæque injuria formæ.* coll. Homer. Il. ω'. 25. sqq. Nunc repetenda, quæ supra v. 49. sqq. ab ipso Aga-

Ἰδαίαις παρὰ μόσχοις,
Βάρβαρα συρίζων Φρυγίων

Apud Idæos vitulos,
Canens barbaricos modos, Phrygiis

memnone exponebantur. Denique Paridem quod attinet, is unus erat e quinquaginta filiis Priami, quem ex Hecuba susceperat. Huic, cum Paridem modo dictum in utero haberet, in somno visum est, facem a se gigni, comburentem totam Trojam. Quod visum, cum marito, atque hic postea Æsaco, filiorum natu maximo, quippe vati eximio, narrasset, hic autem Æsacus puerum nasciturum summam patriæ perniciem allaturum esse divinasset, pater filium recens natum per Agelaum, servum fidelem, exponi jussit, qui jussum exsequutus, cum diebus paucis post puerum denuo quæsitum ab ursa vidisset lactatum, domum secum receptum Paridem vocavit. (V. Apollodor. L. III. 11. Dictys. Cretens. III. 26. Hygin. fab. 90. sq. Tzetzes ad Lycophron.) Paris bene educatus, cum ad ætatem adultam pervenisset, et ingenio et virtute et pulchritudine egregia excellebat, atque Alexandri nomine insignitus est. V. infr. v. 1291. Ejus pulchritudinem, sed et artem musicam, quam callebat, commemorat quoque Homerus Il. γ'. 44. et 54. Plura ex eo de Paride narravit Cl. Herrmann. in *Handbuch der Mythologie*, P. I. p. 221. sq. quem vide. Conf. quoque b. Iani ad Horat. Od. I. 15. Apud Moschum Id. 4. Paris vocatur βωκόλος, et Nostri Hec. 932, &c. Ἰδαῖος βούτας αἰνόπαρις. ἔμολες, (ad judicandas deas,) ὦ Πάρις — quod sanum est, non irritare debuisset Musgravius corrigendo ἀμελὲς ὢν, Πάρις, ἦτε σύ γε. *Quorum negligens, Paris tu certe* — βουκόλος, ut supra v. 180. Quod autem dicitur h. l. apud Idæos vitulos candidos educatus, id supra v. 76. dicebatur simpliciter πρὸς Ἴδης βούσταθμα. Ἀργέννος semel tantum apud Nostrum legitur. Suidas ἀργεννῆσι, λευκαῖς. Ergo i. q. ἀργείης, ἀργινόεις. v. Suid. his vv. *Hopfn.*

577. Ὀλύμπου] Tibicen fuit, Marsyæ discipulus (Pausan. p. 347. l. 35. Ed. Sylb.) natione autem Mysus (Suid. in voce), quod memoro, quia exinde colligi potest, epithetum Φρυγίων, quod et alioqui perfrigidum est, minus convenire tibiis Olympi. Lego igitur Φρυγίοις. Phrygem non fuisse Olympum etiam Ovidius indicare videtur, de Ponto Lib. III. Eleg. III. v. 42.

In Phryga nec Satyrum talis Olympus erat.

Olympum Phrygem fuisse testis locupletissimus Plato confirmat, p. 567. C. Sed et Clemens Alexandrinus: Φρύγες ἤστην Ὄλυμπός τε καὶ Μαρσύας, p. 326. D. vid. et 307. C. *Musg.*

Φρυγίων αὐλῶν, Ὀλύμπου καλάμοις μιμήματα πλέκων] Ut hic locus intelligatur, quem nemo hactenus, quod sciam, attigit, sciendum est, Olympum hic esse proprium nomen viri, tibicinis insignis, quem nunc Paris imitatus dicitur. Eustath. in Hom. fol. 27. lin. 45. Ἦν δὲ καὶ αὐλητὴς, ὀνομαζόμενος Ὄλυμπος, οὗ μέμνηται ὁ Κωμικός. Item fol. 1175. lin. 62. Ἰστέον δὲ, ὅτι τε Ὄλυμπος καὶ κύριον ὄνομα ἦν αὐλητοῦ τινος, οὗ νόμος ὀδυρτικὸς περιήδετο, καθὰ δηλοῖ καὶ ὁ Κωμικὸς ἐν τῷ Ξυναυλίαν κλαύσωμεν Οὐλύμπου νόμῳ. Hunc locum habes Aristoph. Equitibus, v. 9. In quem vide Scholiasten Aristophanis. Hinc Hesychius: Ὀλύμπου νόμος, τῶν αὐλητικῶν τις. Et Phavorinus: Ὀλύμπειος αὐλησμὸς, ὁ τοῦ Ὀλύμπου δίφθογγον. Quin Strabo Geogr. l. 10. fol. 470. Σειληνὸν, καὶ Μαρσύαν, καὶ Ὄλυμπον συνάγοντες εἰς ἓν, καὶ εὑρετὰς αὐλῶν ἱστοροῦντες, πάλιν καὶ οὕτως τὰ Διονύσια καὶ τὰ Φρύγια εἰς ἓν συμφέρουσι. "Aristoxenus in primo de *musica*, Olympum tradit in Pythonis sepultura cecinisse tibia secundum Lydium modulum funeralia." Cæl. Rhodig. Lect. Antiqu. L. IX. c. 3. Quod Rhodiginus ad verbum fere ex Plutarcho de musica transtulit. Hæc sunt ipsa Plutarchi verba: Ὄλυμπον γὰρ πρῶτον Ἀριστόξενος, ἐν τῷ πρώτῳ τῆς Μουσικῆς, ἐπὶ τῷ Πύθωνί φησιν ἐπικήδειον αὐλῆσαι Λυδιστί. Quin idem Rhodiginus paulo post: "Olympus Phryx tibicinum primus ad Græcos intulit et Dactylos Idæos, Midæ regis temporibus, et tibialem invenit legem, quæ Polycephalos dicta est, forte non diversa a Nomo, quem Xynaulian, sive Synaulian, vocant. Ea vero est, quum tibicines duo incinunt idem; aut certe, ubi *cithara* et *tibia* concentum faciunt. (Vide Sam. Petiti Miscell. L. VII. c. 12.) Fuit autem Olympus hic Mar-

Αὐλῶν, Ὀλύμπου καλάμοις
Μιμήματα πνέων·
Εὔθηλοι δὲ τρέφοντο βόες·
Ὅτε σε κρίσις ἔμενε θεᾶν,

Tibiarum Olympi calamis
Imitationem faciens.
Mammosæ vero boves pascebantur,
Quando te dearum judicium expectavit,

syæ discipulus, et Αὐλητικοὺς Νόμους scripsit et Θρηνητικοὺς, i. e. Tibicinicas leges et *lugubres*. Et ex his Cælii Rhodigini verbis, quæ ille ex Aristophanis Scholiaste transtulit, explicantur Phavorini et Eustathii loca supra dicta. Video jam nunc, Brodæum de Olympo recte cogitasse: hic enim ita habet: Ὀλύμπου μιμήματα, Olympi, clari tibicinis, cujus meminit Plato νόμων γ΄. et Plutarchus περὶ Μουσικῆς. Quin et ipse Ovidius non semel hujus tibicinis meminit, de Ponto, L. III. Eleg. 3. *At non Chionides Eumolpus in Orphea talis: In Phryga nec Satyrum talis* Olympus *erat*. Et Metamorph. L. VI. Fab. 6. *Illum ruricolæ, sylvarum Numina, Fauni. Et Satyri fratres, et tunc quoque clarus* Olympus, *Et Nymphæ flerunt*. *Barnes*.

Malim Οὐλύμπου, ut hic versus sit, sicut præcedentes tres, dactylicus. *Heath*.

Eustathius in Homer. fol. 27. lin. 45. Ἦν δὲ καὶ αὐλητὴς, ὀνομαζόμενος Ὄλυμπος, οὗ μέμνηται ὁ Κωμικὸς (Aristoph. Equitt. v. 9.) Item fol. 1175. lin. 62. Ἰστέον δὲ, ὅτι Ὄλυμπος καὶ κύριον ὄνομα ἦν αὐλητοῦ τίνος, οὗ νόμος ὀδυρτικὸς περιῄδετο, καθὰ δηλοῖ καὶ ὁ Κωμικὸς ἐν τῷ, ξυναυλίαν κλαύσωμεν Ὀλύμπου νόμῳ. Vid. Schol. ad Comici l. l. quem locum citavit Suidas in v. ξυναυλίαν et Ὄλυμπος. Loco priori ille monet, Olympum fuisse tibicinem, Marsyæ discipulum, cui et ipsi Musica exitium attulerit, eundemque in Phrygia invenisse modos tibiarum, modosque lugubres scripsisse. Sed in altero loco refert Suidas, eum fuisse Mæonis filium (si vera est Μαίονος lectio, a Kustero e MS. A. revocata,) Mysum poëtam Melicum et Elegiacum, auctorem Musicæ, quæ pulsatione peragatur, et ejus, quæ cantu tibiarum constet, discipulum et amasium Marsyæ, qui genere fuerit Satyrus, auditor vero et filius Hypagnidis, (quam traditionem sequitur Antipater Thessal. Epigr. 29. ubi narratur Hypagnis mortem filii flevisse,) eundemque vixisse ante bellum Trojanum, a quo mons Mysiæ nomen acceperit. Idem Suidas mentionem quoque facit Olympi e Phrygia oriundi, junioris, tibicinis temporibus Midæ, filii Gordi. Apollodorus in Bibliotheca atque Palæphatus Olympum Marsyæ patrem faciunt. Vid. ad illum Ill. Heyn. in nota. De Olympo conf. quoque Rhodiginum Lect. Antiq. IX. 3. coll. Sam. Petiti Miscell. VII. 12. Ovidius ejusdem Olympi meminit Metamorph. VI. 392. eumque narrat flevisse, cum Marsyam præceptorem vidisset cute privatum in certamine cum Apolline satis superque celebrato, cujus effigiem (etiam rogantis Apollinem, ut de jure remittat,) reperire licet in Lipperti Dactyliotheca, ubi de Apolline agitur. Item conf. Ovidium de Ponto III. Eleg. III. Hoc certe e communi VV. DD. sententia constat, tres Phrygiæ fuisse celebres Musicos, Hyagnidem, qui secundum Marm. Arundel. Ep. X. tempore Erichthonii, Celænis, urbe Phrygiæ, tibias et modos Phrygios primus narratur invenisse, Marsyam, illius Hyagnidis filium, qui alios excogitavit modos (Pausan. Phoc. pag. 873.) atque fistulam cera junctam reperisse fertur, (Athen. Dipnosoph. L. IV. p. 174.) atque hujus Marsyæ amasium atque discipulum Olympum, de quo modo diximus, (coll. Pausan. Phoc. p. 873.) Plura de his legere licet præter Plutarchum l. l. in Athenæi modo citati, L. XIV. 2. Certum itaque est, tibiam Phrygiæ inventum, aut eam certe inde in Græciam translatam esse. Unde apud Græcos atque Latinos scriptores tibia *barbara*, *Phrygia*, modi *Phrygii*, *barbari*, occurrunt, de qua re videndus Spanhemius ad Callimach. Hymn. in Dian. 245. Si vero singuli poëtæ Latini atque Græci in fabula ista narranda differunt, id mirum non est. Hæc monui inprimis propterea,

Ἅ σ' Ἑλλάδα πέμπει,
Ἐλεφαντοδέτων πάροιθεν
Δόμων· ὃς τᾶς Ἑλένας
Ἐν ἀντωποῖς βλεφάροισιν

Quod te *in* Græciam misit
Ante eburneas
Domos, ubi Helenæ
In adversos oculos

quia Musg. hic difficultatem videt in v. Φρυγίων, quod, ut omnino huic V. D. epitheton frigidum esse videtur, ita ille minus convenire tibiis Olympi putat. Quare legit Φρυγίοις, provocans ad Suidam, (l. l.) ubi Mysus natione dicitur, adque Ovid. Pont. l. l. ubi illum non fuisse Phrygem, indicatur, ejus e sententia. Sed de hoc minime dubitandum, atque si esset, tamen Φρυγίων αὐλῶν locum haberet. Sic Bacch. 127. sq. Φρύγιοι αὐλοὶ leguntur, et ibidem 159. βοαὶ Φρυγίαι (modi Phrygii, Ovid. Fast. IV. 214.) Eundem modum Phrygium Porphyrius vocat βάρβαρον. Et μέλη βάρβαρα infra leguntur, Iph. Taur. 1337. et Bacch. 1033. Sed Phrygem illum fuisse, testatur quoque Plato, p. 567. C. et Clemens Alexandrinus, p. 326. D. et pag. 307. C. Porro Heathius mavult Οὐλύμπου, ut hic versus sit, sicut præcedentes tres, dactylicus. Sane tragicus sermo Ionicam formam admittit, non item Comicus, quare (ut obiter moneamus,) in Comici loco supra laudato nihil corrigendum, conf. Brunck. ad illum locum, atque Toup. Emendd. in Suid. T. III. p. 155. et in Curis nov. p. 101. neque Suidas neque Eustathius l. l. ubi hunc versum allegarunt, formam Ionicam habent. — βάρβαρα vel pro adverbio sumi, vel μέλη subintelligi posse, jam observavit Brodæus h. l. συρίζειν proprie sibilare, deinde fistula canere, unde σύριγξ fistula. Vid. quoque supra ad v. 230. omninoque Interpretes ad Theocritum. Κάλαμος ut Lat. calamus (Virgil. Bucol. I. 10. II. 34. cet.) etiam de fistula adhiberi solet. *Hopfn.*

578. πλέκων. Codd. A. B. C. πνεων· quod est, opinor, ἐμπνέων καλάμοις. Pro Ὀλύμπου Heathius Οὐλύμπου. recte, credo. *Markl.*

πλέκων. Non significat fistulas compingere, quæ formam et vim tibiarum Olympi haberent, sed sonos a fistula editos modulari. Nonnus, non spernendus quoad linguam auctor, p. 21. θῆλυ μέλος πλέξωσιν. p. 26. πλέξας πένθιμον ὕμνον, p. 92. πλέξας κῶμον ἔρωτι. p. 182. εἰ μέλος ἔπλεκε κοῦρος. Critias apud Athenæum, p. 600. D. πλέξαντά ποτ' ᾠδάς. MSS. ambo et Lib. P. πνέων, quod etiam usu Poëtarum defendi posset. vid. Epigramma Alcæi de Dorotheo Antholog. H. Steph. p. 14. et aliud ejusdem de Hesiodo, p. 271. *Musg.*

579. ss. εὔθηλοι] Mammosæ, epitheton ornans, ad pinguedinem spectans, quia, ubi bona pascua sunt, bene nutritæ vaccæ mammas lacte plenas habent. θήλη enim, unde hoc v. est compositum, proprie est apex, extrema pars mammæ, et omnino mamma, Ὅτε κρίσις — v. quæ supra monuimus de hoc judicio. Cum deæ a te judicium de pulchritudine exspectarent. Πέμπει, causa fuit, qua motus huc venisti, supra v. 573. Ἔμολες. Sed quia Venus prælata Minervæ atque Veneri eum huc misit, h. l. est πέμπει. πάροιθεν, πρός. *Hopfn.*

582. Ἐλεφαντοδέτων δόμων] Hoc modo Homerus Odyss. δ'. v. 72. domum Menelai describit — δώματα ἠχήεντα Χρυσοῦ τ', Ἠλέκτρου τε καὶ Ἀργύρου, ἠδ' Ἐλέφαντος, etc. *Brodæus.*

582. ss. Domus Helenæ vocatur ἐλεφαντόδετος, ebure (ἔλεφας, elephas animal, atque ebur,) obducta, ornata. Recurrit in mentem locus Homeri Odyss. δ'. 72. ubi Menelai domus describitur, quem jam excitatum video a Brodæo ad h. l. δώματα ἠχήεντα χρυσοῦ τ', ἠλέκτρου τε καὶ ἀργύρου, ἠδ' ἐλέφαντος κ. τ. λ. Δέδωκας, instillabas, inspirabas. Βλεφάροισιν (ὄμμασι, ut sæpius apud Poëtas,) ἀντωποῖς occurrentibus, adversis, oppositis, quia amor ex adspectu mutuo oritur. αὐτὸς ut ὃς antea ad Paridem referri debet. Ἐπτοάθης, (Dor.

Ἔρωτα δέδωκας,
Ἔρωτι δ' αὐτὸς ἐπτοάθης.
Ὅθεν ἔρις ἔριν Ἑλλάδα σὺν δορὶ
Ναυσί τ' ἄγει
Ἐς Τροίας πέργαμα.
Ἰὼ, ἰώ· μεγάλαι μεγάλων εὐδαιμονίαι.
Τὴν τοῦ βασιλέως

Amorem injecisti:
Amore vero tu ipse perculsus es:
Unde discordia, discordia Græciam cum hastis,
Et navibus, ducit
Ad Pergama Trojæ.
Io, Io. Magnæ magnorum *sunt* felicitates.
Regis *filiam*.

pro ἐπτοήθης) consternatus, captus es. V. infra, v. 1029. ubi est πτοεῖσθαι, consternari. Quo sensu recurrit ἐκπτοεῖσθαι Cyclope 183. ubi de Helena dicitur, adspectu capta, i. q. ἐκπλήττεσθαι, λίαν θαυμάζειν. *Hopfn.*

583. ὅς] Legendum haud dubie οὗ, *ubi*. *Musg.*

585. Ἔρωτα δέδωκας,] Πέπωκας, Bern. Martin. Var. Lect. IV. 7. *Por.*

587. ἔρις ἔρις Ἑλλάδα] Admisi ἔριν Ἑλλάδα ex Cod. B. et Aldina. *Markl.*

ἔρις, ἔρις] Ita Editi Recentiores, non dissentiente MS. E. Ed. Ald. ἔρις, ἔριν, quod retinent MS. G. et Lib. P. *Musg.*

Ὅθεν ἔρις ἔρις] Ita si legas, est tantum emphatica repetitio: Aldi vero editio et Erasmi apud Basil. 1524. habet Ἔρις ἔριν, et tum Brodæi Nota locum habet: Ἔρις ἔριν γεννῶσα subaudio, illa inter deas de pulchritudine contentio hoc adversus Trojanos bellum suscitans, etc. Ἑλλάδα, Græcos Principes; alii sic: ἔριν Ἑλλάδα, pugnaces Græcos, sive bellum Græcum. *Barnes.*

ἔρις, ἔρις,] Hæc lectio si est vera, quam libri recentiores habent, non dissentiente MS. E. emphaticam agnosco repetitionem, quemadmodum supra, v. 183. Editio Aldina, atque Erasmi (Basil. 1524.) habet ἔρις ἔριν, quemadmodum Marklandus edidit, atque retinetur a MS. G. et Lib. P. *Discordia discordiam Græcam cum hastis et navibus ducit ad Pergama Trojæ.* Sed Koehlerus eam lectionem non probat, putatque sensum esse nimis quæsitum, nec verum, multoque simpliciorem censet in verbis, ut vulgo leguntur, latere. Infra quoque, v. 1289. ut supra 42. et hic recurrit talis repetitio emphatica. Quare lubenter in Koehleri sententiam cedo. Ἑλλάδα, principes Græciæ cum exercitu. σὺν δορὶ cum armis, armatos. De v. δόρυ v. supra ad v. 80. et 355. Proprie est lignum quodvis longum atque teres, hinc peculiariter de hasta, item exercitu, bello, prœlio dicitur. *Hopfn.*

ἔρις] Τὴν ἐριστικὴν Ἑλλάδα ὥς που καὶ πόλεμον ἔριν ἔφη τὸν ἐριστικόν· *Scholiast.*

589. ss. πέργαμα.] Τροίας ut infra 1576, 762. ἡ Πέργαμος est plerumque Troja, ipsaque urbs, proprie ἀκρόπολις Trojæ, sed τὰ πέργαμα sunt omnino arces, muri. Schol. ad Phœnn. 1183. περγάμων, τῶν τειχῶν. Infra, v. 773. citabimus Eustathium atque Didymum ad Homerum. Jam inde a v. 590. accedunt e longinquo Clytæmnestra, lubenterque etiam nunc Actum Tertium hic inchoarem, quod et Schillerus in Thalia fecit, sed cum Barnesius atque Koehlerus, v. 607. demum eum constituant, ego eos sequutus idem feci, quanquam negare non possum, turbari nexum orationis, ex nostro cogitandi more, cum Clytæmnestræ sermones, quibus incipit Actus tertius, ad verba Chori ultima respiciant—Ὄρνιθα μὲν τόνδ' αἴσιον ποιούμεθα. Apud Veteres longe alia erat res, quippe qui tales Actus, quos nos vo-

Ἴδετ' Ἰφιγένειαν, ἄνασσαν ἐμὴν,
Τὴν Τυνδαρέου τε Κλυταιμνήστραν,
Ὡς ἐκ μεγάλων ἐβλαστήκα-
σ', ἐπὶ τ' εὐμήκεις ἥκουσι τύχας.
Θεοί γ' οἱ κρείσσους, οἵ τ' ὀλβοφόροι,
Τοῖς οὐκ εὐδαίμοσι τῶν θνατῶν.
Στῶμεν Χαλκίδος ἔκγονα θρέμματα,

Videte Iphigeniam, reginam meam,
Et Clytæmnestram filiam Tyndarei,
Quomodo ex magnis parentibus natæ sunt,
Et ad prolixam evectæ fortunam.
Deorum loco sunt potentes, et
Minus beatis mortalibus.
Consistamus, *hic O* Chalcidis filiæ alumnæ,

camus, non constituebant, sed potius rem propositam spectatoribus una serie continuabant, ita, ut integra actio variis chori canticis esset distincta. v. Koehlerum in præfatione ad versionem fabulæ nostræ. *Hopfn.*

590. Chorus advenientem videt Clytæmnestram. *Koehler.*

Ἰὼ h. l. tam lætitiam quam admirationem summam prodit. De Tyndaro, Clytæmnestra, cet. v. supra v. 49. sq. coll. 55. βασιλέως, Agamemnonis. *Hopfn.*

592. Ἰφιγένειαν] Scrib. Ἰφιγέννειαν, cum duplici ν, quemadmodum apud Æschylum in anapæsto circa fin. *Agamemnonis*, Ἰφιγέννειαν ἀνάξια δράσας· ubi, pariter atque hic, scribitur cum simplici ν. metro deficiente, ut et mox, eodem dramate. Quis vero nescit Poëtas, metro cogente, sæpissime duplicare consonantem? *Markl.*

Pro Ἰφιγένειαν lego metri causa Ἰφιγέννειαν cum Marklando. ἐκ μεγάλων refer ad majores, familiam, stirpem, e qua sunt oriundæ. μέγας ut antea, v. 590. i. q. alibi εὐγενής. *Hopfn.*

594. ἐβλαστήκασ'.] Cod. A. ἐκβλαστήκασ'. Bene. vide Dorvill. ad Chariton. p. 576, 577. et Casaub. ad Athenæum III. 15. p. 113. *Markl.*

Ἐβλαστήκασ'] *Attice* pro βεβλαστήκασι. Sic ἐβλαστηκότες legitur. *Barnes.*

ἐβλαστήκασ'.] Sic lego pro vulgata ἐβλαστήκα — σ', ἐπὶ, etc. *Hopfn.*

595. εὐμήκεις — τύχας.] Glossæ: εὐμήκης, *procerus.* et ita Alciphron III. 67. Theocritus Idyll. XIV. 25. Lucian. Dial. Meretr. I. Sed an recte εὐμήκης τύχη, *procera fortuna?* Proximum est εὐμεγέθεις τύχας. Legi quoque forte potest. -σιν, ὑπερμήκεις θ' ἥκουσι τύχας. Sed hæc, absque Codicibus, incerta sunt. *Markl.*

Poëta Plutarchi de Exil. p. 607. E. qui est Empedocles Clementis Alex. Strom. IV. p. 569. *Por.*

εὐμήκεις τύχας.] Sic ὅσσου μήκεος ὄλβου in hexametro apud Plutarchum de Exsilio in fine. *Musg.*

Difficilius est εὐμήκεις — τύχας.] Nesciebam an alibi occurreret εὐμήκης τύχη, quod postea vidi nec a Marklando silentio prætermissum.

595. s. In ed. Stiblini inveniebam ἥσσουσι pro nostro ἥκουσι, quod pro errore typographico habeo. Verba sequentia vertuntur a Musgravio: qui opibus et potentia excellunt, Deorum loco a tenuioribus habentur. Eum sequutus est Koehlerus: *Gœtter scheinen die Grossen und Reichen den minder glücklichen Sterblichen.* Nescio quomodo Barnesius vertere potuerit: *Dii sunt potentes, et largiuntur opes non felicibus mortalibus.* Et Stiblinus: *Dii vero nunc plus valent, opibus humanis, nunc infelices ac depressos (benigna) lata sublevant ope.* Quod, nisi omnia me fallant, plane non quadrat h. l. Etiam Schillerus sequutus est Koehlerum. Brodæus: ὀλβοφόροι, *qui sæpe homines ditant ac locupletant, neque idcirco felices existimandos.* *Hopfn.*

Τὴν βασίλειαν δεξώμεθ' ὄχων
Ἄπο, μὴ σφαλερῶς, ἐπὶ τὴν γαῖαν,
Ἀγανῶς δὲ χεροῖν, μαλακῇ γνώμῃ,
Μὴ ταρβήσῃ μοι νεωστὶ μολὸν,
Τὸ κλεινὸν τέκνον Ἀγαμεμνόνιον.
Μὴ δὲ θόρυβον, μήδ' ἔκπληξιν
Ταῖς Ἀργείαις
Ξεῖναι ξείναις παρέχωμεν.

Excipiamus reginam curru
De *suo*, non lubrice, in terram,
Placide vero manibus: tenera indole
Ne consternetur recens ad nos veniens
Inclyta filia Agamemnonis;
Neque tumultum, neque terrorem
Argivis
Hospitæ hospitibus præbeamus.

596. Interpretor: *qui opibus et potentia excellunt Deorum loco a tenuioribus habentur. Musg.*

597. θνατῶν.] Quare non θνητῶν, cum dixerit, τὴν, et ἐμὴν, et μαλακῇ γνώμῃ? Vide sub v. 240. *Markl.*

598. Feminæ e Chalcide ortæ et ibidem educatæ vocantur θρέμματα ἔκγονα Χαλκίδος. Ex his enim constabat Chorus. V. supra ad Argumentum, p. 6. θρέμμα alibi de animalibus adhibetur. *Hopfn.*

599. δεξώμεθ' ὄχων] Ald. ὄχλων: et Codd. A. B. δεξόμεθ' οχλων· perperam. Constructio est, δεξώμεθα ἀπὸ ὄχων ἐπὶ γαῖαν. Attici Poëtæ non utuntur ὄχλοι in plurali pro *plebe*; sed ὄχλος. *Markl.*

Cf. ad Suppl. p. 165. Marklandum. *Beck.*

ὄχων] Hæc sine omni dubio vera est lectio. Aldina habet ὄχλων, eamque sequitur Stiblinus, et Codd. A. B. δεξόμεθ' ὄχλων, hoc igitur esset, *reginam e plebe s. turba hominum excipiamus.* Sed ut taceamus, minus quadrare hanc lectionem, Attici etiam poëtæ, quod jam observavit Marklandus, sed addamus. *Tragici*, non utuntur plurali ὄχλοι de plebe, sed singulari. Enimvero apud Xenophontem atque Isocratem, et semel apud Demosthenem ὄχλοι in plurali de plebe legi. Sed hoc animadverti sæpius, vocc. ὄχον, ὄχλον, λόχον, etc. esse inter se invicem in libris permutatas. Conf. e. g. Nostri Suppl. 131. 660. Constructio est: δεξώμεθα ἀπὸ ὄχων ἐπὶ γαῖαν. *Hopfn.*

δέξασθε non est e v. 599. explicandum. *Loesner.*

600. Ita distinguendus, Ἄπο, μὴ σφαλερῶς, ἐπὶ, &c. Deinde, scribendum, ἐπὶ γαῖαν, abjecto articulo. et ita Heathius. Si malis, scribi potest ἐπὶ τὴν γῆν, vel τὰν γᾶν. *Markl.*

Scribendum ἐπὶ γαῖαν, ut scilicet versus sit parœmiacus, quia γαῖαν ultimam corripit. *Beck.*

600. s. Ego cum Marklando distinguo post σφαλερῶς, et cum Heathio scribo ἐπὶ γαῖαν. Nam γαῖαν ultimam corripit, ut producatur igitur hæc syllaba, versus debet esse parœmiacus, præsertim cum satis sit sententia absoluta. Hoc autem ejecto articulo τὴν efficitur. Stiblinus, qui æque ac Barnesius non distinguit post σφαλερῶς, vertit: *ne forte dubium figat in terra vestigium.* Sed desidero aliquid, nec contentus, sum v. σφαλερῶς, volvo aliquid adhuc in mente. Ἀγανῶς de pulchritudine et comitate adhibetur. Sic v. c. apud Homerum. Comiter, placide eam excipiamus. *Hopfn.*

601. Interpungo post χεροῖν, ut μαλακῇ γνώμῃ ad sequentia referatur. *Musg.*

Musgravius interpungit post χεροῖν, ut μαλακῇ γνώμῃ (hilari fronte) ad sequentia referatur. Cum versus sequentes, ut

ARGUMENTUM ACTUS TERTII.

Clytæmnestræ cum filia et parvulo Oreste adventus in castra; ab Agamemnone excipiuntur humanissime; ea tamen illi afflictio animi, frontis tristitia, agitante nimirum destinati facinoris conscientia, ut rem ipsam tantum non patefaceret. Uxor ab eo genus, patriam, mores sponsi simulati petit. Ille, ut domum jam iterum se conferat, Clytæmnestram hortatur: se enim ad expedienda, quæ ad nuptias pertinerent, sufficere. Illa pernegat, se filiam prius relicturam, quam nuptiæ fuerint peractæ; unde suboritur Agamemnoni animi perplexitas; quia illius præsentia rebus iis, quæ volnebat et in se susceperat, impedimento futura erat. Chorus Phrygiæ periculum exponit, et Trojæ excidium ominatur.

ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.

Ὄρνιθα μὲν τόδ' αἴσιον ποιούμεθα,

CLYTÆMNESTRA.

Bonum augurium facimus hoc,

vulgo apud Barnesium, reliquosque editores leguntur, contra leges metricas peccent, levissima emendatione ab Heathio facta eos restitui, ut in textu nunc leguntur, cum antea νεωστί staret ante μοι, nec insertum esset γ' inter τέκνον et Ἀγαμέμνονος. *Hopfn.*

Loesnerus meus ad hunc versum hæc observat: μαλακαῖς γνώμαις non *fronte hilari*, sed *amanter, animo benevolo.* Poterat dici μαλακαῖς χερσὶ, ut *mollis manus Medicorum*, sed μαλακῶς ἐσθίειν est in Theophrast. Charact. [II. 4.] et μαλακοὺς ἔρωτας εἰσπνεῖν Venerem ait Theocritus. Ego vero putabam, ne quoad *sensum* posse vertere *hilari fronte*, sic enim loqui amant Latini. Præterea opinabar e contextu apparere, feminas velle mœrorem animi celare atque externo vultu, qui est verus animi index, hilares *videri.* *Hopfn.*

μὴ σφαλερῶς firmiter, ἔμπεδον non titubanter. *Loesner.*

602. Μὴ ταρβήσῃ νεωστί μοι μολὸν Τὸ κλεινὸν τέκνον Ἀγαμεμνόνος Μὴ δὲ θ.] Tria sunt menda metrica in his tribus anapæstis. Lego, μοι νεωστὶ μολὸν Τὸ κλεινὸν τέκνον Ἀγαμεμνόνιον. Μὴ δὴ θόρυβον, &c. vel, Μηδὲ δὲ θόρυβον. νεωστὶ est dissyllabum, quasi fuisset μοιν γωστὶ μολόν. Duas priores conjecturas edidi, quia Euripides non aliter scribere potuit. *Markl.*

Assentior Heathio propter metrum reponenti:

μὴ ταρβήσῃ μοι νεωστὶ μολὸν
τὸ κλεινὸν τέκνον γ' Ἀγαμέμνονος.

Ἀγαμέμνων penultima correpta vide infra v. 1572. *Musg.*

603. Laudat Porsonus Ἀγαμεμνόνιον.

604. Μηδὲ θόρυβον,] Emendat Heathius μὴ δὴ θόρυβον. Sed locus copulam desiderat. Forte verum fuerit:

διὸ μὴ θόρυβον — — *Musg.*

604 ss. Ego Heathium sequutus corrigo μὴ δή. Θόρυβος tumultus, h. l. anxietas, sollicitudo. Ἔκπληξις, metus, terror. V. supra ad v. 551. Talia, ut ξεῖναι ξείναις, et antea μεγάλα μεγάλων, v. 590. centies occurrunt, vide ad Cyclop. 29. *Hopfn.*

607. τόνδ'] Valckenærius ad Phœniss. 865. legit τόδ'. *Markl.*

τόνδ'] Optime Valckenærius τόδ'. vid. not. ad Phœn. p. 325. *Musg.*

Etiam ad Herod. VII. 180. Valck. conjecturam suam tuetur. *Beck.*

607.—630. Clytæmnestra sola loquitur. Primo compellat Chorum, v. 607 —610. cujus e vultu læto atque verbis (590. ss.) bonum omen sibi, filiæque, nuptiis celebrandis, concludit. Jam vero quod attinet ad res singulas, e quibus Veteres colligere solebant aliquid ominosi, legatur Cel. Büchling in doctissima Theophrasti characterum editione, p. 85. Plu-

Τὸ σόν τε χρηστὸν, καὶ λόγων εὐφημίαν·
Ἐλπίδα δ᾽ ἔχω τιν᾽, ὡς ἐπ᾽ ἐσθλοῖσιν γάμοις
Πάρειμι νυμφαγωγός. ἀλλ᾽ ὀχημάτων
Ἔξω πορεύεσθ᾽ ἃς φέρω φερνὰς κόρῃ,
Καὶ πέμπετ᾽ εἰς μέλαθρον εὐλαβούμενοι.
Σὺ δ᾽, ὦ τέκνον μοι, λεῖπε πωλικοὺς ὄχους,

Tuam bonitatem, et verborum comitatem.
Spem vero quandam habeo, quod ad felices nuptias
Adsim, adducens sponsam. Quamobrem è curribus
Efferte munera dotalia, quæ puellæ fero,
Et mittite diligenter in aulam.
Tu vero, O filia mea, relinque equestres currus,

ra monuimus supra pag. 33. ubi inprimis de v. εὔφημος nonnulla diximus. Quæ ibi erant εὔφημα, h. l. est λόγων εὐφημία. Pro τόνδ᾽ αἴσιον. Valckenarius ad Phœniss. p. 325. et ad Herodot. p. 590. emendat τόδ᾽, optime ex judicio Musgravii, quod etiam lubenter in textum recepi. Ὄρνις et οἰωνὸς, avis, deinde augurium, omninoque omen quodvis, ut inprimis patet ex Aristophan. Avibus v. 719—721. ed. Brunck. vid. Thom. Mag. p. 657. ibique Intpp. et Apollon. Argon. I. 304. jam a Schol. ad Comici Plut. 63. laudatum. Αἴσιος auspicatus, secundus. Sic in Plutarchi Vita Romuli occurrunt ὄρνιθες αἴσιοι pro augurio secundo, et ποιεῖν τι — οἰωνὸν οὐ χρηστὸν οὐδὲ αἴσιον, ibidem in Galba legitur. Τὸ χρηστὸν h. l. comitas, hilaris vultus, quo Chorus Clytæmnestram excipiebat. Jam hoc uberius exponit, se inde colligere, nuptias fore felices (ἐσθλοὺς) quarum celebrandarum causa advenerit νυμφαγωγὸς, conf. v. 48. qui vel quæ sponsam ducit, comitatur. Hoc matris erat officium. Vide infra v. 693. 728. 732. 734. 736. 740. sq. Jam inde a v. 610. sqq. alloquitur ancillas in curru easque jubet efferre munera dotalia, diligenterque in palatio servare. Φέρνη (v. supra ad v. 47. dicitur id, quod sponsa dat viro, virque sponsæ, v. Eustath. ad Il. ι'. p. 639. 16. coll. Eurip. Phœniss. 1603. ad quem hic respexit. Brodæus intelligit ovellas in dotem. *Hopfn.*

612. εὐλαβούμεναι.] MSS. omnes, Ald. Port. Steph. εὐλαβούμενοι. centies ita in his Fabulis, et ubique apud Poëtas Atticos. *Markl.*

εὐλαβούμενοι.] Ita Ed. Ald. et MSS. Vulgo εὐλαβούμεναι. *Musg.*

πέμπετε εὐλαβούμεναι, curate diligenter, ut serventur in palatio. De v. μέλαθρον vid. supra ad v. 270. *Hopfn.*

613. τέκνον μοι,] Pro τέκνον μου, Dativus pro Genitivo. Ita Orest. v. 124. Ἴθ᾽, ὦ τέκνον μοι. Orest. v. 357. Ὁ ναυτίλοισι μάντις, pro ὁ τῶν ναυτίλων μάντις. Et Androm. v. 47. cum Notis nostris ad locum. Et Iphig. Taur. v. 870. Ὦ μοι σύγγονε. Et Troades v. 1073. Ὦ φίλος, ὦ πόσι μοι. Vel etiam *verbum* sequi potest, et περιττὸν δοκεῖ, ut sæpe μοι apud Græcos et *mihi* apud Latinos superfluum videtur. Vide, quæ nos ad Suppl. v. 44. etiam Eustath. in Hom. fol. 999. l. 36. *Barnes.*

613. s. πωλικοὺς, quatenus equi adjunguntur. Κῶλον, membrum, crus, pes h. l. v. de h. v. Eustath. ad Homer. fol. 324. l. 4. Troad. 508. legitur τὸν ἁβρὸν πόδα. Et Helen. 1528. ἁβρὸν πόδα τιθεῖσ᾽. Ἁβρὸς autem h. l. epitheton ornans pedis puellæ, quod alibi omnino de puellis adhiberi amat, qua de re vide Valcken. ad Phœnn. 1494. *Hopfn.*

614. Ἁβρὸν τιθεῖσα κῶλον] Τὸ κῶλον generaliter quodvis membrum sonat, specialiter vero pedem. Vide Eustath. in Hom. fol. 324. l. 4. *Barnes.*

615. νεανίδαισιν ἀγκάλαις.] Codd. A. B. νεανίδεσσιν: et ita Toupius ad Suidam, V. Νεανισκεύεται. Forte, νεάνιδες, νιν ἀγκάλαις ἔπι, una litera mutata. νιν, *illam*, Iphigeniam. Hanc quoque conjecturam præcepisse video Joan. Piersonum Verisimil. I. 6. Totum locum ita legi posse opinor, Ἁβρὸν τιθεῖσα κῶλον· ἀσθενῆ θ᾽ ἅμα Ὑμεῖς,

Ἁβρὸν τιθεῖσα κῶλον, ἀσθενές θ' ἅμα.
Ὑμεῖς δὲ νεανίδαισιν ἀγκάλαις ἔπι,
Δέξασθε, καὶ πορεύσατ' ἐξ ὀχημάτων·
Κἀμοὶ χερός τις ἐνδότω στηρίγματα,
Θάκους ἀπήνης ὡς ἂν ἐκλίπω καλῶς.
Αἳ δ' εἰς τὸ πρόσθεν στῆτε πωλικῶν ζυγῶν,

Ponens pedem tenerum et simul infirmum.
Vos vero, puellæ, in ulnis
Excipite *eam*, et deducite de curru:
Et mihi det aliquis manus fulcimentum,
Sedes currus ut relinquam commode.
Aliæ vero, state ante equina juga,

νεάνιδες, νὶν ἀγκάλαις ἔπι Δέξασθε· ut δέ fuerit ex interpolatione, postquam ἀσθενῆ mutatum fuerat in ἀσθενές. Heathius quoque abjicit δέ. *servas* alloquitur, quas secum adduxerat. quærendum, an hæ fuerint Μυκηναῖαι θεράπαιναι, quas Iphigenia compellat versu 1499. *Markl.*

νεανίδεσσιν] Ita ambo MSS. ut jam ex conjectura Toupius V. Cl. Emend. in Suid. II. p. 153. citans νεανίαις ὤμοισι, ex Helen. v. 1562. Addo νεάνιδες ἧβαι, Ion. v. 489. νεάνιδος ὥρας, Phœniss. v. 798. Ed. Ald. νεανίδαισιν, unde Piersonus νεάνιδές νιν, quod minime spernendum. *Musg.*

νεανίδαισιν] Scaligerianus liber notatum habet νεάνιδ' αἶσι, flexu ingenioso; at non æque placet. *Barnes.*

Heath. ut vitetur anapæstus in secunda sede, emendat: Ὑμεῖς νεανίδαισι δ' ἀγκάλαις ἔπι.

Metrum quidem voce νεανίδαισιν non violari observat Toup. l. l. T. II. p. 153. nam primas duas syllabas in unam posse contrahi, sed vocem Græcam non esse. Ejus correctioni adstipulatur Koehl. ut faciliori. *Beck.*

νεανίδες νιν, vos juvenculæ eam. Et sic quoque conjecit Piersonus, p. 78. *Reisk.*

615. ss. νεανίδαισιν] Sic ed. Ald. quia vero h. v. Græcum mihi esse non videbatur, malebam constituere νεάνιδές νιν, quod vero, ut postea intellexi, jam conjecit Piersonus (Verisimill. I. 6. p. 78.) atque Battierus, enimvero, ut jam supra monuimus, Chorum hic compellat Clytæmnestra. Aldi lectionem probavit quoque Koehlerus. Piersoni emendationem sequuntur etiam Reiskius atque Marklandus, nisi quod hic totum huncce locum ita constituat, quod vero recusat Koehlerus:

ἁβρὸν τιθεῖσα κῶλον· ἀσθενῆ δ' ἅμα
ὑμεῖς. νεάνιδες, νὶν ἀγκάλαις ἔπι
δέξασθε.

Infra v. 1491. Iphigenia exclamat: ὦ νεάνιδες, et v. 1499. Μυκῆναί τ' ἐμαὶ θεράπαιναι. Haud dubie hæ h. l. sunt intelligendæ. Metrum si tantum obstaret, lectio νεανίδαισιν non esset mutanda, nam primæ duæ syllabæ in unam contrahi possunt. Δέξασθε, v. supra v. 599. ἐκδότω χερός στηρίγματα, i. e. adjuvet me aliqua manu. Θάκος ἀπήνης alibi dicitur δίφρον, v. ad v. 216. De v. ἀπήνη, v. supra ad v. 147. ἐκλίπω, sic vulgo legitur. Verum MS. E. habet ἐκλείπω. *Hopfn.*

618. ἐκλείπω] Ita MS. E. Vulgo ἐκλίπω. *Musg.*

619. ss. Servos jubet ad equos accedere feroces, Orestemque parvum suscipere. Cum enim αἳ h. l. legatur, non potest ad *servos*, ad quos mallem trahere, cum Koehlero trahi. Si vero liceret, mallem legere οἳ. Servi enim, qui equos regerent, adfuerint necesse est, ut quisque facile concedet. Ζυγῶν, ubi equi jugo sunt juncti. Sensus sequentium est: nam equi feroces facile consternantur, si quid vident, ideoque vereor, ne currum secum trahant consternati fugientes. Ἀπαράμυθον vocamus eum, quem hortari, consolari, flectere, exorare non possumus. Jam quid h. l. sit, facile est intellectu. Δάζυμαι, antea δέχωμαι. Egregia nunc sequitur oratio, qua mater sese convertit ad parvum Orestem,

Φοβερὸν γὰρ ἀπαράμυθον ὄμμα πωλικὸν,
Καὶ παῖδα τόνδε, τὸν Ἀγαμέμνονος γόνον,
Λάζυσθ' Ὀρέστην· ἔτι γάρ ἐστι νήπιος·
Τέκνον, καθεύδεις πωλικῷ δαμεὶς ὄχῳ;
Ἔγειρ' ἀδελφῆς ἐφ' ὑμέναιον εὐτυχῶς·
Ἀνδρὸς γὰρ ἀγαθοῦ κῆδος, αὐτὸς ἐσθλὸς ὢν,
Λήψει, τὸ Νηρῆδος παιδὸς ἰσόθεον γένος.
Ἑξῆς κάθησο δεῦρό μου ποδὸς, τέκνον,

Est enim meticulosus equorum oculus, nec verbis consolabilis,
Et hunc puerum, Agamemnonis filium,
Orestem capite: est enim adhuc infans.
Dormis, O fili mi, victus equestri vectatione?
Expergiscere feliciter ad nuptias sororis:
Præclari enim viri affinitatem, cum ipse Nobilis sis,
Accipies, *Deæ* Nerei filiæ diis parem prolem.
Prope huc veni ad meum pedem, O filia,

qui motu currus leni obdormivit. Magnam vim habent hæc verba, quibus mater eum jubet lætum expergisci ad nuptias sororis celebrandas, quippe qui e nobili genere natus cum viro nobili affinitatem sit contracturus. *Hopfn.*

623. τέκνον, καθεύδεις, &c.] Codices A. B. θακεύεις, confusis literis, vel syllaba transposita, ut forte v. 667. αἴτεις pro ἔσται. *Markl.*

καθεύδεις.] Uterque MS. et Lib. P. θακεύεις. *Musg.*

623. s. ὄχῳ, h. l. de motu currus intelligendum, atque πωλικῷ nullam vim habet. Sic supra v. 615. Ὑμέναιος deus nuptiarum ut Troad. 310. deinde pro ipsis nuptiis supra jam legebatur, v. 430. 437. Sic h. l. V. supra ad v. 123. Sed etiam numero plurali ὑμέναιοι nuptiæ dicuntur, æque ac cantus nuptiales. *Hopfn.*

624. ἐφ' ὑμέναιον εὐτυχῶς.] Ferri potest, et defendi; puto tamen Euripidem scripsisse ὑμεναίους εὐτυχεῖς, quia Tragici libentius utuntur numero plurali, et quia ultimas vocum syllabas parvi habendas esse innumeris exemplis didici. Vide ad v. 831. *Markl.*

ἔγειρ' hic non esse pro ἐγείρου, sed pro ἔγειρε, subint. ἑαυτὸν, positum, contra eos, qui diphthongos elidi posse credunt, monet Brunck. ad Orest. 296. *Beck.*

625. ss. Quod Marklandus monet, v. 623. librarios transposuisse litteras, quod et factum esse putat, v. 667. id me non movet. Ἀγαθὸς paulo post ἐσθλὸς, ingenuus, e nobili genere ortus. Achilles enim, ut vidimus, erat ex genere divino ortus. Quo respicit quoque, v. 626. ἰσόθεον γένος. Conf. infra 699. Quod autem ad ortum ejus attinet, vide quæ supra notavimus ad v. 208. Quia igitur Thetis, mater, filia erat Nerei, hinc h. l. dicitur γένος Νηρῆδος. Conf. etiam supra, v. 134. *Hopfn.*

626. λήψῃ, τὸ Νηρῆδος παιδὸς ἰσόθεον γένος.] Hæc est vetus scriptura: unde conjeceram (et sic Miltonus) τὸ Νηρέως (dissyllabum) παιδὸς, ut v. 701. Νηρέως κόρην. Barnesius ejicit παιδὸς, et supplet τὸ τοῦ Νηρῆδος ἰσόθεον, ex conjectura Scaligeri et Canteri. *Markl.*

τὸ Νηρῆδος παιδὸς] Ita Ed. Ald. In Lib. P. deest παιδός. Emendat Æmil. Portus τὸ τῆς Νηρῆδος, omittens et hic quoque παιδός. Mihi potior videtur conjectura Miltoni, legentis, τὸ Νηρέως παιδός. *Musg.*

Λήψῃ, τὸ τοῦ Νηρῆδος, &c.] Ita nunc Canteri et Scaligeri auctoritate restituimus carmen, quod olim legebatur λήψῃ τὸ Νηρῆδος παιδὸς ἰσόθεον γένος, quomodo stare non potuit; et τὸ παιδὸς procul dubio in textum irrepsit. Et tunc ita disponenda sunt verba: τὸ γένος τοῦ Ἀχιλλέως pro τὸν παῖδα. Vel τὸ τῆς Νηρῆδος γένος, ut Æmil. Portus legit, hoc est Thetidis, filiæ Nerei. Et profecto Johannes Miltonus legit τὸ Νηρέως παιδὸς, non prorsus inepte; Achil-

Πρὸς μητέρ', Ἰφιγένεια, μακαρίαν δέ με
Ξένοισι ταῖσδε πλησία σταθεῖσα δός,
Καὶ δεῦρο δὴ πατέρα πρόσειπε σὸν φίλον.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

Ὦ μῆτερ, ὑποδραμοῦσά γ', ὀργισθῇς δὲ μή,
Πρὸς στέρνα πατρὸς στέρνα τἀμὰ περιβαλῶ;
ΚΛ. Ὦ σέβας ἐμοὶ μέγιστον, Ἀγαμέμνων ἄναξ,

Juxta matrem, Iphigenia, beatam vero me
Istis hospitibus vicina stans ostende,
Et agedum jam tuum charum patrem saluta.

IPHIGENIA.

O mater, accurrens, ne *mihi* succenseas,
Applicabone pectus meum ad pectus patris?
Cly. O rex Agamemnon, in primis mihi colende,

les enim erat γένος Θέτιδος, παιδὸς τοῦ Νηρέως. *Barnes.*

τὸ τοῦ Νηρ. (ut Barn. edidit). τοῦ hic accipiendum pro τινός. *Heath.*

κῆδος λαμβάνειν et συνάπτειν sæpius apud Nostrum recurrit, pro, contrahere affinitatem, affinitate jungi cum aliquo. *Hopfn.*

627. ἑξῆς κάθησο δεῦρό μου ποδὸς, τέκνον, Πρὸς μητέρ', Ἰφιγένεια·] Quod vertunt, *Assideas huc ordine ad meum pedem, O filia, Juxta matrem, Iphigenia.* Quomodo *assideas*, cum statim dicatur *vicina stans?* Legendum opinor καθίστω, *sta, collocator*, a καθίσταμαι, in imper. καθίστασο, et καθίστω. Constructio est, Τέκνον Ἰφιγένεια, δεῦρο πρὸς μητέρα, καθίστω ἑξῆς ποδός μου. Δεῦρο *loco verbi et loco adverbii ponitur*, ut docet Priscianus, p. 1170. de *una* aliqua re, sed usurpatur cum casu, quasi esset præpositio, *prope:* vide Aristoph. Ranar. 777. Cum dativo Lysistrat. 634. ut ἐφεξῆς sæpe apud Pausaniam, et Strabon. lib. IX. p. 650. *Markl.*

καθήσω.] Recte Marklandus καθίστω propter vocem vicinam σταθεῖσα. *Musg.*

Reiskius monet κάθησο non esse *sede*, sed *demitte te*, nempe *de curru, huc proxime ad pedem meum*, seu *illuc, ubi sto.* Nescio an κάθησο hoc unquam possit significare! Malim Marklandum sequi, ut Aristoph. Ran. 777. ibi legitur θρόνον τοῦ Πλούτωνος ἑξῆς λαμβάνειν, i. e. *juxta*, vel *proxime* Plutonem sedem capere, ubi male Frischlinus reddiderat: solio Plutonis *deinceps* insideat. Ibidem Schol. ἑξῆς explicat per ἐγγὺς τοῦ θρόνου. *Hopfn.*

630. προσειπεῖν, salutare. Cyclop. 101. Nescio an jam viderit Clytæmnestra maritum, itaque esset sic intelligendum, matrem jubere filiam illo in loco manere, ut ibi excipiat patrem. Sed fortasse etiam, ut jam supra monuimus, e longinquo conspiciebatur pater, atque nunc eum illo in loco mater cum filia excipere vult, quod exspectare vix potest filia, summo in patrem amore plena, flagransque, eum cito salutandi, desiderio. Quare rogat matrem, ne irascatur, si statim patrem amplecti cupiat. *Hopfn.*

631. s. ὑποδραμοῦσα] Reiskius legit ὑποδραμοῦσα σ', i. e. σε. Iphigenia vult aufugere, non isto in loco manere, donec pater veniat, sed statim ei occurrere. Egregia sane filiæ piæ in patrem imago! στέρνα πρὸς στέρνα, est descriptio amplexus, ut quisque videt. Alibi hoc sensu unum, v. legitur ἐναγκαλίζεσθαι. Cæterum eadem fere infra, v. 635, 636, 637. inveniuntur. Vulgo legitur signum interrogationis post περιβαλῶ.— Lœsnerus observat, ὑποτρέχειν τινα referri ad amorem et cultum, atque citat locum ex Dii fragm. apud Stob. Tit. 113. p. 416. pulchros, ὡς θεοὺς ἢ θεῶν ἱδρύματα ὑποτρέχουσι καὶ θεραπεύουσι θρησκεύοντες. Sicut ὑπέρχεσθαι in Zosim. V. 16, 5. VI. 9, 1. quanquam etiam de impetu hostili dicitur, v.

Ἥκομεν, ἐφετμαῖς οὐκ ἀπιστοῦσαι σέθεν.
ΙΦ. Ἐγὼ δὲ βούλομαι τὰ σὰ στέρν', ὦ πάτερ,
Ὑποδραμοῦσα, προσβαλεῖν διὰ χρόνου.
Ποθῶ γὰρ ὄμμα δὴ σόν. ὀργισθῇς δὲ μή.
ΑΓ. Ἀλλ', ὦ τέκνον, χρῶ· φιλοπάτωρ δ' ἀεί ποτ' εἶ
Μάλιστα παίδων τῶνδ', ὅσους ἐγὼ 'τεκον.

Venimus non immorigeræ tuis mandatis.
Iph. Ego vero volo, O pater, me ad tuum pectus
Accurrens applicare post longum tempus,
Cupio enim tuo conspectu frui; ne vero irascaris.
Aga. Fruere igitur, O mea filia: semper enim patrem dilexisti,
Præ liberis aliis, quos ego genui.

Gesneri Chrest. Græc. V. 44. Idem ad v. 615. notat, ἐναγκαλίζεσθαι esse i. q. supra δέχεσθαι ἐπὶ ἀγκάλαις, sed non amplecti. *Hopfn.*

633. σέβας videtur esse pro σεβαστὸς, venerandus. Sic Orest. 1241. σέβας Δίκης. vid. quæ notata sunt ad Cyclop. v. 576. ubi hunc ipsum locum citavimus. Forsan commode vertere liceat cum poëta Venusino, *O dulce decus meum.* *Hopfn.*

634. οὐκ ἀπιστοῦσαι.] Joan. Leunclavius Not. in Xenophon. Cyrop. I. p. 6. hoc verbum semper scribi vult ἀπειστεῖν, quando significat ἀπειθεῖν, *non obedire*, ut hoc loco. Aliter Harpocration, ex Antiphonte, Demosthene, aliis: et Noster sæpe. Leunclavio assentitur Æmil. Portus, et inde multa tragicorum loca mutat. Hoc quoque loco scribit ἀπειστοῦσαι: et ita Reiskius. Vide Hen. Stephani Diatrib. Harpocrationis Lexico subjunctam, p. 148. Ed. Lugd. Bat. 1696. 4to. Nequaquam mutandum. Versus 632. legi potest sine interrog. post περιβαλῶ. *Markl.*

ἀπιστοῦσαι] An legendum cum Reiskio ἀπειστοῦσαι. *Musg.*

ἀπιστεῖν eodem sensu legitur Sophocl. Trachin. 1133. 1224. 1229. 1240. Hesych. ἀπιστεῖ, ἀπειθεῖ, Σοφ. Αἰθίοψιν. Ἐφετμὴ jussus, nutus, mandatum. — Iphigenia nunc sola cum patre colloquitur, usque ad v. 677. Quod v. 635. s. attinet, v. supra v. 631. sq. Διὰ χρόνου post longum tempus. Paulo post v. 640. est πολλῷ χρόνῳ ὄμμα — adspectum tuum desidero. *Hopfn.*

635. Ἐγὼ δὲ βούλομαι, &c.] Pulcherrimus hic est dialogus Agamemnonis et Iphigeniæ, (ab hoc versu ad v. 677.) in quo depingitur magno artificio puellaris simplicitas Iphigeniæ, et affectus pietasque in patrem; et, ex altera parte, Agamemnonis paternus amor in charissimam filiam, et mœror ex conscientia facinoris jam cogitati, et mox perpetrandi; quo totus occupatus animus, eo *ambigue* detorquet singula fere ejus responsa ad Iphigeniæ quæstiones. quod observasse, e re lectoris fuerit. Notabile quoque est, poëtam, decori hoc loco observantissimum, cavisse, ne ullo adloquio Agamemnon Clytæmnestram exciperet. *Markl.*

636. προσβαλεῖν διὰ χρόνου. Ποθῶ γὰρ, &c.] Distingui potest προσβαλεῖν· διὰ χρόνου Ποθῶ γὰρ ὄμμα, &c. *diu enim desideravi videre te.* *Markl.*

638. Pro χρῶ Codd. omnes χρή. Pro τῶνδ' mallem τῶν γ'. *Markl.*

χρῶ·] MS. uterque et Lib. P. χρή. *Musg.*

φιλοπάτωρ — εἶ,] Maxime inter omnes reliquos liberos me amasti. *Hopfn.*

639. τέκον.] MS. E. τέκνον, unde emendari posset ὅσους ἔχω, τέκνον. Mihi tamen satisfacit vulgata. *Musg.*

τέκον] Pro ἐγέννησα. Τίκτω etiam de patre dicitur ἐξ ἀκυρολογίας τινὸς, non tamen sine Homeri auctoritate, ut Iliad. β'. v. 741. Υἱὸς Πειριθόοιο, τὸν ἀθάνατος τέκετο Ζεύς. Et Iliad. φ'. v. 188. Τίκτε μ' ἀνὴρ πολλοῖσιν ἀνάσσων Μυρμιδόνεσσι. Item Odyss. ξ'. v. 174. Νῦν αὖ παιδὸς ἄλαστον ὀδύρομαι, ὃν τέκ' Ὀδυσσεύς. Vide supra v. 474. Notandum est, vice versa τὸ γείνομαι, quod significat proprie *gigno*, et de masculis dici debet, etiam aliquando de fœminis quoque dici; ut Iliad. ε'. v. 896. Ἐκ γὰρ ἐμεῦ γένος ἐσσὶ, ἐμοὶ δέ σε γείνατο μήτηρ. Item Iliad. α'. v. 280. Εἰ δὲ σὺ καρ-

ΙΦ. Ὦ πάτερ, ἐσεῖδόν σ' ἀσμένη πολλῷ χρόνῳ.
ΑΓ. Καὶ γὰρ πατήρ σε· τόδ' ἴσον ὑπὲρ ἀμφοῖν λέγεις.
ΙΦ. Χαῖρ'· εὖ δέ μ' ἀγαγὼν πρός σ' ἐποίησας, πάτερ.
ΑΓ. Οὐκ οἶδ' ὅπως φῶ τοῦτο, καὶ μὴ φῶ, τέκνον.
ΙΦ. Ἔα· ὡς οὐ βλέπεις μ' εὔκηλον, ἄσμενός μ' ἰδών.
ΑΓ. Πόλλ' ἀνδρὶ βασιλεῖ καὶ στρατηλάτῃ μέλει.

Iph. O pater, intueor te lubens post longum tempus.
Aga. Et ego te, ex æquo utrisque convenit quod dicis.
Iph. Salve, bene autem fecisti pater, quod me ad te adduci curâsti.
Aga. Equidem, O mea filia, nescio an hoc affirmem, vel negem.
Iph. Hei mihi, quam me non tranquille intueris, ut si me libens videris.
Aga. Multa regi et duci curanda sunt.

τερός ἐσσι, θεὰ δέ σε γείνατο μήτηρ. Vide Orest. v. 29. μητέρ', ἥ σφ' ἐγείνατο. Sic utique parentes aliquando τοκεῖς et τεκόντες, aliquando γονεῖς, γεννήτορες et οἱ γεινάμενοι dicuntur. Vide Eustathium in Hom. fol. 1568. l. 1. in τὸ Γεννᾷν, item fol. 1682. lin. 32. in τεκεῖν. *Barnes.*

Heathius et Marklandus scribunt ἐγὼ 'τεκον, quos ego sequor. De v. τίκτειν, quod h. l. de patre adhibitum legimus, supra jam diximus ad v. 474. Sic occurrit Homer. Il. β'. 741. φ'. 188. Odyss. ξ'. 174. Contra vidimus γείνομαι quod proprie est *gigno*, atque de genere masculino usurpari debebat, etiam interdum de feminis adhiberi, ut Homer. Il. ε'. 896. Il. α'. 280. Conf. Orest. 29. Unde etiam parentes utrique aliquando τοκεῖς, τεκόντες, sed etiam γονεῖς, γεννήτορες, γεινάμενοι vocantur. Vid. Eustath. in Homer. fol. 1568. l. 1. in τὸ γεννᾷν, item fol. 1682. lin. 32. in τεκεῖν. *Hopfn.*

640. ss. ἀσμένη lubens, læta. Sic Soph. Trachin. XVIII. 755. in quo posteriori loco, si licuisset, legissem, ut fere hic legitur, ἄσμενος χρόνῳ pro vulgari ἄσμενος πόθῳ. σε scil. ἄσμενος ἐσείδει. Ἴσον, i. e. quod dicis, de utroque nostrûm, de me æque ac de te valet. Χαῖρε satis apud Græcos, in epistolis atque colloquio, salutandi formula, de qua copiosissimus est Heisen in Dissertationibus, quas in Epistolam Jacobi conscripsit. Iphigenia lætitiam grata prodit, quod a patre sit huc vocata, sic itaque jam Poëta excitat in Agamemnonis animo mœrorem, quem hic nullo modo celare valet. Ὅπως φῶ, utrum affirmem an negem, me bene egisse, quod ego te huc vocaverim. Vides jam perturbationem Agamemnonis prodi. Vere judicavit Koehlerus ad h. l. Agamemnonem in hoc cum Iphigenia colloquio, affectu pleno, consilium non habuisse apud Euripidem, quod apud Racinium legere licet, ubi Agamemnon secum dicit, *Grands Dieux! A son malheur dois —je la preparer?* *Hopfn.*

644. ἄσμενός μ' ἰδών.] Τεχνικῶς accipiendum videtur, et scribendum ὡσμενος, i. e. ὁ ἄσμενος ἰδών με, *tu qui modo dixisti te videre me cum voluptate*, seu *libenter*; quod Agamemnon dixerat paullo ante, v. 641. In hoc iambo prius μ' omittitur in Codd. A. B. Forte recte. Vix opus est ut dicam, vocales ο et α cum concurrunt, coalescere in ω, ut ὡ 'πόλλων pro ὁ Ἀπόλλων in Aristoph. ὡμβρακιώτης pro ὁ Ἀμβρακιώτης in Epigrammate. *Markl.*

Legendum forte:

ὡς οὐ βλέπεις εὔκηλον, ἄσμεν' ὥς μ' ἰδών.

ἄσμενα adverbialiter pro ἀσμένως, *lubenter. Quam non tranquillum intueris, ut libenter me videns. Musg.*

Ἔα, ὡς οὐ βλέπεις, &c.] Τὸ Ἔα extra versum redundat. Vide Not. ad Hecub. v. 1098. *Barnes.*

Ἔα, &c.] Hoc extra versum est positum, v. supra ad v. 317. εὔκηλος, i. q. ἥσυχος, ut Suidas interpretatur. Negationem οὐ neglexit Barnesius in Versione. Non possum (dicere vult Iphigenia,) hæc conciliare, cum me (ut ipse antea dixerat, v. 642. coll. 641.) libens videas, tamen perturbatus es et contristatus. Videtur pater Iphigeniæ causam ejus rei afferre, sed spectatores atque lectores exinde aliud quid concludent. — Multarum rerum cura angitur rex atque dux exercitus, (vera

ΙΦ. Παρ' ἐμοὶ γενοῦ νῦν, μὴ 'πὶ φροντίδας τρέπου.
ΑΓ. Ἀλλ' εἰμὶ παρὰ σοὶ νῦν ἅπας, κοὐκ ἄλλοθι.
ΙΦ. Μέθες νυν ὀφρὺν, ὄμμα τ' ἔκτεινον φίλον.
ΑΓ. Ἰδοὺ, γέγηθ', ἕως γέγηθά σ' ὁρῶν, τέκνον.
ΙΦ. Κἄπειτα λείβεις δάκρυ' ἀπ' ὀμμάτων σέθεν;
ΑΓ. Μακρὰ γὰρ ἡμῖν ἡ 'πιοῦσ' ἀπουσία.

Iph. Da te mihi nunc, nec ad *alias* curas convertaris.
Aga. Atqui sum tecum totus, non alibi.
Iph. Remitte nunc supercilium, oculosque lætos explica.
Aga. Ecce jam lætor, utcunque lætor dum te video, filia.
Iph. Et tamen lachrymas ex oculis tuis profundis?
Aga. Longa enim *erit* nobis jam appropinquans absentia.

sane sententia,) quare nec semper potest esse lætus ac hilaris, etiamsi satis larga lætitiæ causa ei præbeatur. Eandem sententiam uberius expositam invenies Euripid. Ion. 621. sqq. coll. Senecæ Œdipo v. 6. et supra v. 17. sqq. *Hopfn.*

646. Πρὸς ἐμοῦ.] Omnes Codices παρ ἐμοι. bene, ut ex responso Agamemnonis patet. vide Bacch. 494. Aristoph. Plut. 393. *Markl.*

Παρ' ἐμεὶ] Ita ambo MSS. et Lib. P. Vulgo πρὸς ἐμοῦ. Mox Ed. Ald. καὶ μὴ 'πὶ, ubi recte delet καὶ Barnesius. *Musg.*

Πρὸς ἐμοῦ γενοῦ νῦν· μὴ 'πὶ φροντίδας τρέπου.] Delevi καὶ inter νῦν et μὴ, ut versus sibi constaret. Nullo enim modo Amphimacer in quarto loco admitti potest. *Barnes.*

In hoc versu ubi Agamemnon iisdem verbis respondet. Ego mallem cum Koehlero legere:

παρ' ἐμοὶ γενοῦ, καὶ μὴ 'πὶ φ. τ.

Sensus: Nunc totum te mihi tradas velim, omnesque curas abjicias. Ἄλλοθι nam omnes curæ ad Iphigeniam pertinent, quibus pater angitur. Vide quam prope accedat ad rem, a filia sane non intellectam! Ego nihil aliud præterea curo, totus sum apud te. Iphigenia, quæ, quid velit pater, non sentit, hunc ad lætitiam provocat vultumque serenum. Demas itaque supercilio nubem, (ut cum Venusino poëta loquar,) lætamque exporrigas frontem. Nam μεθιέναι ὀφρὺν, i. q. καταβάλλειν ὀ. legitur Cyclop. 166. ubi plura notata reperies, unde συνάγειν ὀφρῦς in Comici Plut. 756. quod ibidem statim explicatur per σκυθρωπάζειν. Koehlerus ultima verba reddit: *siche mich an mit deinem liebenden Auge*, nescio an satis accurate! Agamemnon vi exprimere vult vultum serenum, sed lacryma ex oculis prorumpit. *Hopfn.*

649. Ἰδοὺ γέγηθ' ἕως γέγηθά σ' ὁρῶν, τέκνον.] Hæc est antiqua lectio. Scribo, Ἰδοὺ, γέγηθά γ' ὡς γέγηθα, σ' ὁρῶν, τέκνον. Illustrationem meretur loquendi formula, magnæ latitudinis: sed harum notarum brevitas non permittit nisi ut ponam exempla pauca locutionis. Troad. 632. Ὄλωλεν ὡς ὄλωλεν. Electr. 289. Ἔκυρσεν ὡς ἔκυρσεν. et v. 1122. δέδοικα—ὡς δέδοικα. Ejusdem generis est istud Medeæ ad nuncium, v. 1007. Ἤγγειλας οἷ' ἤγγειλας: et Sophoclis Œd. Col. 347. Εἴσ' οὖπέρ εἰσι. Si malis ponere Ἰδοὺ extra versum cum Barnesio, legi potest, Ἰδού· Γέγηθά γ' ὡς γέγηθα, σ' εἰσορῶν, τέκνον. V. 651. pro ἡ 'πιοῦσ' Cod. A. ηπιτυχουσ'. *Markl.*

Ἰδοὺ γέγηθ', ἕως γέγηθά σ' ὁρῶν, τέκνον.] Ita Ed. Ald. nec versus, quanquam scaber et inelegans, contra metri leges peccat. Minus tamen convenit ἕως, *quamdiu*. Lego igitur:

Ἰδοὺ, γέγηθά σ', ὡς γέγηθ', ὁρῶν, τέκνον.

γέγηθα, ὡς γέγηθα. *gaudeo qualequale istud gaudium sit.* Similia sunt ἤγγειλας, οἷ' ἤγγειλας, Med. v. 1007. et δέδοικά νιν, ὡς δέδοικ', Electr. v. 1129. Edidit ex conjectura Barnesius:

Ἰδοὺ, γέγηθα, ἕως γέγηθ' σ' εἰσορῶν, τέκνον.

Musg.

Ἰδού· Γέγηθ', ἕως γέγηθά, σ' εἰσορῶν, τέκνον.] Hic versus olim sic legebatur: Ἰδοὺ γέγηθ', ἕως γέγηθά σ' ὁρῶν, τέκνον, metro misere luxato; quare τὸ Ἰδοὺ extra versum

ΙΦ. Οὐκ οἶδ', ὃ φῂς, οὐκ οἶδα, φίλτατ' ὦ πάτερ.
ΑΓ. Ξυνετὰ λέγουσα, μᾶλλον εἰς οἶκτόν μ' ἄγεις.
ΙΦ. Ἀξύνετα νῦν ἐροῦμεν, εἰ σέ γ' εὐφρανῶ.
ΑΓ. Παπαί· τὸ σιγᾷν οὐ σθένω· σὲ δ' ᾔνεσα.
ΙΦ. Μέν', ὦ πάτερ, κατ' οἶκον ἐπὶ τέκνοις σέθεν.
ΑΓ. Θέλω γε· τὸ θέλειν δ' οὐκ ἔχων, ἀλγύνομαι.

Iph. Nescio, mi charissime pater, nescio quid dicas.
Aga. Quod prudenter loqueris, eo magis me ad miserationem moves.
Iph. Dicemus igitur stulta, si modo te exhilarabo.
Aga. Papæ! non possum tacere: te vero laudo.
Iph. Mane, O pater, domi cum tuis liberis.
Aga. Volo quidem, sed exequi non habens, doleo.

scripsimus, ut supra v. 644. et Hecub. v. 1098. et εἰσορῶν pro ὁρῶν legimus, licet, ut verum fateamur, nec exemplar ullum, nec expositor, pro nobis facit: scio tamen, posse et aliter metro consuli; sed hæc lectio sanior forte emunctioribus videbitur. *Barnes.*

Ἰδοὺ, &c.] Ut olim legebatur hic versus in Ed. Ald. minus elegans, sed asper fuit.

Ἰδοὺ γέγηθ', ἕως γέγηθά σ' ὁρῶν, τέκνον.

Barnesius, qui metrum dicit misere luxatum, pro ὁρῶν legit εἰσορῶν, atque (hoc quidem recte,) ἰδοὺ extra versum ponendum esse censet. V. supra v. 644. Sed non video metrum in versu illo misere luxari. Prevostus ἕως interpretatur cum Hes. *recte vere.* Brodæus: *hactenus* lætor, *dum* te adspicio. σ' εἰσορῶν τ. Quod vero Musgravius scribit, (ut in editione Lipsiensi video,) Barnesium e conjectura edidisse, Ἰδοὺ, γέγηθα, ἕως γέγηθ' σ' ὁρῶν, non satis accuratum est, vide supra, ubi hunc versum e Barnesii conjectura citavimus. *Hopfn.*

650. λείβειν proprie de libationibus deorum dicitur, Ion. 1033. sed h. l. pro ἐκβάλλειν, ἐκχέειν δάκρυ. V. supra v. 477. 451. 40. Sed λείβειν eodem modo legitur Androm. 417. Phœnn. 1558. *Hopfn.*

651. ἡ 'πιοῦσ' ἀπουσ.] Insecutura absentia. Cod. A. lectio est glossema.

Brodæus intelligit de nuptiis cum Achille conficiendis, sed aliud cogitavit Agamemnon, quare Iphigenia negat se intelligere quid velit, sed paulo post apparet, eam cogitasse patrem contristatum esse propter absentiam futuram, quam bellum Trojanum nunc gerendum postularet. *Hopfn.*

652. Οὐκ οἶδ' ὅ, τι φῄς.] Anapæstus est secundus pes. scribi potest ὃ φῄς: quod est οὐκ οἶδα τί λέγεις, D. Marc. xiv. 68. et ita Heathius. Deinde, φίλτατ' ἐμοὶ πάτερ. stabit in versu. prætulissem tamen, si cum codicibus, φίλτατ' ὦ πάτερ. *Markl.*

Οὐκ οἶδ' ὅ, τι φῄς] ὃ φῄς. *Por.*

Ut vitetur anapæstus in secunda sede, pro ὅ τι φῂς lege ὃ φῄς. *Heath.*

653. συνετὰ quo magis ita loqueris, ut inde apparere videatur, me a te recte intelligi, eo magis misericordiam meam moves. Sed Iphigenia σύνετα interpretatur: quæ prudentiam, sapientiam produnt, quare respondet, ἀσύνετα — dicam, si te ita exhilarare possum. *Markl.*

654. Ἀσύνετα μέν γ' ἐροῦμεν,] Codd. A. B. C. Ασυνετα νυν ερουμεν. Bene νυν. sed puto deesse γ', sive pro adverbio νῦν, sive pro enclitica νυν sumatur. Responsum hoc admirabile videtur. *Markl.*

μέν γ' ἐροῦμεν.] Uterque MS. et Lib. P. νῦν ἐροῦμεν. *Musg.*

ἀσύνετα, insulsa, absurda, frivola, nugatoria, nec tuis verbis commoda. *Loesner.*

655. Παπαὶ est admirantis et irridentis. V. quæ notata sunt de h. v. ad Cyclop. 110. 153. et 156. Σθένω, δύναμαι. — ᾔνεσα Aoristus h. l. soleo, s. semper te laudo, laudare debeo. *Hopfn.*

657. θέλω γε· τὸ θέλειν δ' οὐκ ἔχων.] Sic intelligi potest, *Cupio saltem: sed non habens istud* CUPERE *in mea potestate,* &c. Forte tamen verius, τὸ τελεῖν δ' οὐκ ἔχων, &c. Rom. vii. 18. τὸ γὰρ θέλειν παράκειταί μοι· τὸ δὲ κατεργάζεσθαι τὸ καλὸν, οὐχ εὑρίσκω. *Markl.*

τὸ θέλειν] Proprie esset *ipse cupiendi ac-*

ΙΦ. Ὄλοιντο λόγχαι, καὶ τὰ Μενέλεω κακά.
ΑΓ. Ἄλλους ὀλεῖ πρόσθ᾽, ἅ μὲ διολέσαντ᾽ ἔχει.
ΙΦ. Ὡς πολὺν ἀπῆσθα χρόνον ἐν Αὐλίδος μυχοῖς.
ΑΓ. Καὶ νῦν γέ μ᾽ ἴσχει δή τι, μὴ στέλλειν στρατόν.
ΙΦ. Ποῦ τοὺς Φρύγας λέγουσιν ᾠκίσθαι, πάτερ;
ΑΓ. Οὗ μήποτ᾽ οἰκεῖν ὤφελ᾽ ὁ Πριάμου Πάρις.

Iph. Valeant hastæ, et mala Menelai.
Aga. Prius alios perdent, quæ me perdiderunt.
Iph. Quam longum abfuisti tempus in Aulidis recessibus!
Aga. Prohibet me nunc etiam aliquid, trajicere exercitum.
Iph. Pater, ubi dicunt Phrygas habitare?
Aga. Ubi utinam nunquam habitasset Paris Priami filius.

tus. Sed videndum, annon significare possit, *rem expetitam*, i. e. ut cum Scholiasticis loquar, *objectum appetitionis.* Vide quæ citabimus infra ad v. 1270. Confer etiam v. 330. Marklando placet τὸ τελεῖν. *Musg.*

Θέλω γε· τὸ θέλειν] Duportus legit: θέλω· τὸ δ᾽ ἐθέλειν, non æque bene; nec ulla suberat causa, cur vetus lectio displiceret. *Barnes.*

οὐκ ἔχων τὸ θέλειν] Quoniam non possum, quod volo. Aliud cogitat Agamemnon, aliud Iphigenia. Musgravius jam observavit, τὸ θέλειν esse proprie *ipsum cupiendi actum*, sed h. l. haud dubie intelligi objectum appetitionis, *rem expetitam.* Idemque citat v. 330. (ubi τὸ βούλεσθαι legitur,) atque 1270. ubi est τὸ βουλόμενον. Quod pertinet ad hanc modo laudatam significationem v. supra v. 22. et 342. Eodem modo Luc. ii. 10. χαρὰ pro objecto χαρᾶς, ubi vide Intpp. Marklando placet τὸ τελεῖν, quod facilius esset. Similis locus est in Ep. ad Roman. vii. 18. ubi Apostolus dicit: τὸ γὰρ θέλειν παράκειταί μοι, τὸ δὲ κατεργάζεσθαι — οὐχ εὑρίσκω. Ibi vero εὑρίσκω non tantum ex usu LXX. Intpp. pro Hebraico מצא, sed etiam Græcorum (Plutarchi, Arriani, Pausaniæ) consuetudine, loco v. δύναμαι adhiberi observandum. Cæterum superflua est Duporti h. l. emendatio θέλω. τὸ δ᾽ ἐθέλειν. Quid inde lucri? *Hopfn.*

658. ss. Iphigenia, quæ putat, bellum imminens a patre innui, execratur illud atque Menelaum auctorem omnium horum malorum. Ponitur autem pro *bello*, pars armorum, quibus in bello præcipue uti solent, λόγχαι, *hastæ.* κακὰ M. quæ a Menelao proficiscuntur. Propius accedit ad rem Agamemnon vv. seqq. — ἄλλους intelligit Iphigeniam. ἔχει διολέσαντα ex Græcismo satis trito pro διώλεσε. Multa exempla hanc in rem laudata invenies à Cel. Beckio ad Aristoph. Av. v. 851. et in notis ad Cyclop. v. 407. Battierius distinguere vult post v. ὀλεῖ, non post v. πρόσθεν. Iphigenia, dum dicit, patrem jam multum tempus in Aulide commoratum esse, rem ipsam tangit, quam huc usque celaverat Agamemnon, eundemque eo ducit, quod erat detegendum. Μύχοι Αὐλίδος v. infra v. 1600. μυχὸς dicitur de interiori alicujus rei parte, ut Cyclop. 290. ubi plura de h. v. sunt notata. v. b. Koeppen ad Hom. Il. VI. 151. et in Anthologia Græca, III. p. 75. ἴσχει, retinet, detinet, prohibet. ᾠκῆσθαι, infra v. 706. οἰκεῖσθαι. *Hopfn.*

659. Ἄλλους ὀλεῖ πρόσθ᾽ ἅ μὲ διόλεσαντ᾽ ἔχει.] Vulgo πρόσθεν ἅ με. Infra 677. Ζηλῶ σὲ μᾶλλον ἢ ᾽μὲ τοῦ μηδὲν φρονεῖν, non σε et ἤ με. Similiter 727. legendum θύμαθ᾽ ἅ μ᾽ ἐχρῆν θῦσαι θεοῖς, non ἅπερ μ᾽ ἐχρῆν, ut vulgo, neque ἅπερ ἐχρῆν, ut edidit Marklandus, probante Musgravio. Iph. Taur. 608. ἢ ᾽μὲ, non ἤ με. Phœniss. 638. μὴ ᾽μὲ, τόνδε δ᾽ αἰτιῶ. *Por.*

661. Καὶ νῦν γε μ᾽ ἴσχει δή τι, μὴ στέλλειν στρατόν.] Larcherus ad Herod. III. 141. citat Æschyl. Pers. 175. hujus loci oblitus. *Por.*

662. Ποῦ τοὺς Φρύγας λέγουσιν ᾠκῆσθαι, πάτερ;] Lege ᾠκίσθαι hic et infra 706. Vide Hecub. 2. Tragicus apud Stob. de R. N. p. 127. ἀποικεῖσθαι, sed MS. ap. Valckenær. ad Theocrit. Adon. p. 238.

ΙΦ. Μακράν γ' ἀπαίρεις, ὦ πάτερ, λιπὼν ἐμέ;
ΑΓ. Ὦ θύγατερ, ἥκεις καὶ σύγ' εἰς ταυτὸν πατρί.
ΙΦ. Φεῦ· εἴθ' ἦν καλόν μοι, σοί τ', ἄγειν ξύμπλουν ἐμέ.
ΑΓ. Ἔτ' ἔστι καὶ σοὶ πλοῦς, ἵνα μνήσει πατρός.
ΙΦ. Ξὺν μητρὶ πλεύσασ', ἢ μόνη πορεύσομαι;
ΑΓ. Μόνη μονωθεῖσ' ἀπὸ πατρὸς, καὶ μητέρος.

Iph. Procul navigas, O pater, deserens me?
Aga. In eundem rerum statum, O me filia, tu quoque venis cum patre.
Iph. Oh! Utinam esset honestum mihi, tibique me tecum navigationis comitem [ducere.
Aga. Atqui et tibi est navigatio, ubi recordaberis patris.
Iph. Cum matre navigans, an sola, proficiscar?
Aga. Sola segregata à patre et matre.

ἀπῳκίσθαι. Alter Tragicus ibid. Χρεία δ' ἀνάγκης οὐκ ἀπῴκισται πολύ. *Por.*

ᾠκῆσθαι] Vide ad v. 712. *Musg.*

664. Μακρὰν ἀπαίρεις,] Omnes Codd. Μακράν γ' ἀπαίρεις. recte. scil. ὁδόν. *Markl.*

Μακράν γ'] Ita MSS. tres. Vulgo deest γ'. *Musg.*

ἀπαίρειν est vocabulum nauticum, solvere (navem) terra, navi abire. Alibi additur χθονὸς, vel ἀπὸ, vel ἐκ χθονός. Plura monuimus ad Cyclop. v. 151. *Hopfn.*

ΙΦ. Μακρὰν ἀπαίρεις, ὦ πάτερ, λιπὼν ἐμέ.
ΑΓ. Εἰς ταὐτὸν, ὦ θύγατερ, συθ' ἥκεις τῷ πατρί.
ΙΦ. Εἴθ' ἦν καλόν μοι σοί τ' ἄγειν σύμπλουν ἐμέ.
ΑΓ. Αἰτεῖς τί; καί σοι πλοῦς ἵνα μνήσῃ πατρός.

Hærent Interpretes in ultimo versu. Primum enim αἰτεῖς τί; pro τί αἰτεῖς ab indole Græcæ linguæ abhorret, deinde vero reliquorum verborum sensus parum expeditus est. Musgravius tentat:

ἀλλ' ἔστι καί σοι πλοῦς ἵν' οὐ μνήσῃ πατρός.

cujus vestigiis insistens corrigo:

ἀλλ' ἔστι κεῖσε πλοῦς ἵν' οὐ μνήσῃ πατρός.

non mecum navigabis, sed illuc tibi navigandum est, ubi patris non amplius recordaberis. in σοὶ variant Codd. quorum nonnulli σὺ legunt. κεῖσε occurrit in Bacchis v. 190. ὁ θεὸς ἀμοχθεὶ κεῖσε νῷν ἡγήσεται. *Jacobs.*

665. εἰς ταυτὸν ἥκεις.] Idem quod ἥξεις, *ventura es:* scil. ad sepulchrum. Hoc voluit ille: sed illa nondum intellexit. mallem σύ γ', quam σύ θ'. *Markl.*

Ὦ θύγατερ, ἥκεις καὶ σύγ' εἰς ταυτὸν πατρί.] R. P. Præf. ad Hecub. p. clxxvii. om. articulo ut in 671. *Burn.*

Εἰς ταυτὸν, ὦ θύγατερ, σύ θ' ἥκεις τῷ πατρί.] Eandem fere mentem præ se ferunt verba supra v. 461. *Barnes.*

665.s. ταὐτὸν τῷ πατρὶ, in eundem locum quo pater discedes. De usu pronominis αὐτὸς cum dativo personæ, ubi similitudinem exprimit, multa notavi ad Cyclop. v. 110. Agamemnon respicit ad longissimum iter ad Orcum conficiendum. ἥκεις pro ἥξεις *ventura es.* Id vero Iphigenia non intelligit. Hanc ambiguitatem observavit quoque Prevostus ad h. l. Iphigenia cogitat ita: *tu comitaberis patrem,* sed Agamemnonis sententia fuit: eadem cum patre frueris sorte. Uterque nostrum periturus est. Καλὸν, honestum, quod decet. *Hopfn.*

666. Φεῦ·] Et hoc quoque extra Carmen. Vide v. 644. *Barnes.*

667. αἰτεῖς τί; καί σοι πλοῦς.] Græci non ita scribunt, αἰτεῖς τί, pro τί αἰτεῖς; neque Latini, *postulas quid,* pro *quid postulas?* Forte, Ἔσται δὲ καί σοι πλοῦς, *Erit vero tibi quoque navigatio,* nempe *per amnem Stygium.* De eadem navigatione vid. locum Alcest. v. 260. et Aristoph. Lysistrat. 606. pro σοι Cod. B. συ. Ἵνα μνήσῃ, ambiguum est, *ubi recordaberis patris,* (ita Heath.) vel, *ut recorderis patris,* qui te eam suscipere fecit. *Markl.*

Αἰτεῖς τί; καί σοι πλοῦς, ἵνα μνήσῃ πατρός.] Lege, Ἔτ' ἔστι καὶ σοὶ πλοῦς—, ut Med. 367. Ἔτ' εἴσ' ἀγῶνες τοῖς νεωστὶ νυμφίοις. *Por.*

ΙΦ. Ἦπου μ' ἐς ἄλλα δώματ' οἰκίζεις, πάτερ;
ΑΓ. Ἔα τάδ'· οὐ χρή τοιάδ' εἰδέναι κόρας.
ΙΦ. Σπεῦδ' ἐκ Φρυγῶν μοι, θέμενος εὖ τἀκεῖ, πάτερ.
ΑΓ. Θῦσαί με θυσίαν πρῶτα δεῖ τιν' ἐνθάδε.
ΙΦ. Ἀλλὰ ξὺν ἱεροῖς χρὴ τόγ' εὐσεβὲς σκοπεῖν.
ΑΓ. Εἴσει σύ· χερνίβων γὰρ ἑστήξει πέλας.

Iph. An igitur in alias ædes me collocas, pater?
Aga. Mitte hæc, non enim oportet puellas hæc scire.
Iph. Pater, propera, ut redeas de Phrygibus, rebus illic recte curatis.
Aga. Oportet me prius hic quoddam sacrificium facere.
Iph. Atqui cum sacerdotibus oportet deliberare hanc sacram rem.
Aga. Tu scies: astabis enim prope lavacrum.

Non uno mendo laborat hic versus, quem sic restituo:

ἀλλ' ἔστι καί σοι πλοῦς, ἵν' οὐ μνήσῃ πατρός.

Musg.

αἰτεῖς τί;] Metri causa pro *τί αἰτεῖς*, ut et Koehlerus sentit. Verum Marklandus negat scribi a Græcis *αἰτεῖς τί* pro *τί αἰτεῖς*. Sed cum metri causa sæpius voces transponantur, ut 704. 705. 698. cur non hic quoque id fieri posse, existimemus? tamen Marklandum sequor.

ἐκεῖσε exstat in Aristoph. Schol. ad Nub. 508. pro vitioso *ἔκτοσε*, unde jam dudum effinxi *ἐκεῖσε*. Cf. Thom. M. p. 316. Loesner. Sic jam Nagelius correxit. Vide Nubes Comici ed. Harles. p. 318. not.

ἵνα μνήσῃ] Hæc dicit Agamemnon, perterrefactus, quod filia optat, quod ex ambiguis verbis conjectura assequi non poterat. Jam quod ad fabulam Veterum de amne Stygio, Orco, Charonte, cæteris, attinet, hæc omnia sunt nota. Vid. Alcest. 260. sqq. Ibidem ex illius fabulæ sensu mors dicitur *ναυκληρία πικρά*. Conf. etiam Aristophanis Ran. vv. 139. sqq. usque ad v. 207. ibique Schol. et Intpp. Citatur quoque a Marklando e Lysistrat. v. 606. *Hopfn.*

Καί σοι] *Ἔσται.* *Scholiast.*

668. *πλεύσασ'.*] Forte, *πλεύσουσ'*. *navigatura:* quia de re *futura* loquitur.

Markl.

669. *Μόνη μονωθεῖσ' ἀπὸ πατρός,*] Distinguerem, *Μόνη, μονωθεῖσ', ἀπὸ πατρός.* accipio *ἀπὸ* (non pro *ὑπὸ*, sed) eo sensu quo ap. Homer. Iliad. Χ'. 242. *ἀπὸ μνηστῆς ἀλόχου.* i. e. *ἀπόθεν.* et *ἀπ' Ἄργεος*, Iliad. Ν'. 227. quod est *τηλόθι*, Iliad. Α'. 30. quo sensu *separationis*, accipiendum forte *ἀπὸ*, 2 Thessal. i. 9. de pœnis damnatorum.

Markl.

Μόνη μονωθεῖσ' ἀπὸ πατρὸς, &c.] Hic *τὸ ἀπὸ* vel præponendum est *τῷ μονωθεῖσα* in constructione, vel certe pro *τοῦ ὑπὸ* ponitur; ut D. Lucæ, c. ix. v. 28. *ἀποδοκιμασθῆναι ἀπὸ τῶν πρεσβυτέρων.* Vide Matth. xi. v. 19. et xvi. v. 21. Marc. c. viii. v. 31. Theod. Beza ad Matth. xi. 19. notat, in veteribus Synodis Græce scriptis passim hanc reperiri formulam: *Ἀπὸ πάσης Συνόδου ἐλέχθη.* Vide Sebastiani Pfochenii de Græcæ linguæ N. T. puritate. *Barnes.*

Heath. ad part. *ἀπὸ* repetit *πορεύσῃ.*

Beck.

Exemplis Barnesio allatis adde Fischerum V. C. in Animadverss. ad Weller. p. 355. et Obss. Miscell. Belg. vol. III. 427. et vol. VI. p. 238. *Hopfn.*

670. *Ἦπου μ' ἐς ἄλλα*] Codd. omnes *ου που.* quod non adeo frequenter occurrit in interrogatione. sic tamen Helen. 575. ubi Cod. B. *ου που.* et ita Idem v. 600. 791. ubi Cod. A. habet *ου που.* Sæpe occurrit *οὔτι που* interrogative, et *οὐ μὴν, οὐ δή τι, οὐ δήποτ', οὐ δήπου*, et *οὔπω*, Helen. 135. *Markl.*

οἰκίζειν ut h. l. legitur Ion. 915. eo sensu, quo intellexit Iphigenia. *Hopfn.*

671. *Ἔα γέ τ'· οὐ χρή τοι τάδ'.*] In Codd. B. C. deest *τ'*. mendum subest. Forte, *Ἔα τά γ'· οὐ χρὴ*, &c. Pro *τοι τάδ'*, non male *τοιάδ'*, *talia.* Similis locus in altera Iphig. 927. *Ἔα τὰ μητρός.* *Markl.*

ΙΦ. Στήσομεν ἄρ' ἀμφὶ βωμὸν, ὦ πάτερ, χορούς;
ΑΓ. Ζηλῶ σε μᾶλλον, ἤ με, τοῦ μηδὲν φρονεῖν.
Χώρει δὲ μελάθρων ἐντὸς, ὀφθῆναι κόραις,
Πικρὸν φίλημα δοῦσα, δεξίαν τ' ἐμοὶ,
Μέλλουσα δαρὸν πατρὸς ἀποικήσειν χρόνον.
Ὦ στέρνα, καὶ παρῆδες, ὦ ξανθαὶ κόμαι,

Iph. O pater, faciemusne chorum circa aram?
Aga. Duco te hoc esse beatiorem, quam me, quod nihil *horum* scias:
Sed in atrium eas, ut videant te puellæ,
Dans mihi acerbum osculum et dextram,
Cum sis longo tempore abfutura a patre.
O pectora, et genas, O flavos capillos,

673. *στῆσαι* vel *στήσασθαι χορὸν* (proprie *statuere chorum*) a consequenti idem interdum significat, quod *χορεύειν*. Sic Callim. h. in Dian. 241. Lat. choreis ambire s. circumire s. uno voc. lustrare, (Virgil. X. 224.) Vid. Kuster. ad Aristoph. Plut. 761. *Hopfn.*

674. Pro *τόδ' εὐσεβὲς* Cod. B. *το γ'*, bene, ut ap. Soph. Œd. Col. 1187. *Markl.*

τό γ' εὐσεβὲς] Ita MS. G. Vulgo *τόδ' εὐσεβὲς, οἱ ἱεροὶ* sunt *sacrorum ministri.* vid. Ion. v. 1224. *Musg.*

674. ss. *εὐσεβὲς σκοπεῖν*, i. q. rem divinam facere apud Terent. *ἑστήξῃ*, Cod. B. *ἑστήξει*, quod *'Αττικώτερον* est. Tunc temporis, quo Euripides scripsit, usus litteræ Ionicæ *η* nondum Athenis erat receptus. v. Valcken. ad Phœniss. 576. *Χέρνιψ* partim est ipsa manuum lotio, partim vas, partim aqua, qua abluuntur. Hoc autem fieri solebat in sacrificiis. v. infra v. 955. 1111. 1479. 1513. 1518. 1569. Omnino nemini licebat intrare loca sacra et templa, nisi lotis antea atque purgatis manibus, quare in aditu templorum posita erant, *χέρνιβες* et *περιῤῥαντήρια*. V. Homer. Od. III. 440. De Choris sacris circa aram ductis (v. 676.) vid. Spanhem. ad Callimach. in Dian. v. 267. *Hopfn.*

675. *ἑστήξῃ*] Cod. A. *εστηξει.* quod *'Αττικώτερον* est. vide erudita apud Valckenær. ad Phœniss. 576. Ab *ἑστήκω*, fut. *ἑστήξω* et *ἑστήξομαι*. *Markl.*

676. Rectius, opinor, omittetur interrog. post *χοροὺς*, et ponetur post *σκοπεῖν*. *Markl.*

677. *Ζηλῶ σε τοῦ μηδὲν φρονεῖν*] Ita Sophocl. *ζηλῶ σε τοῦ νοῦ*. Et Isocrat. *Ζηλῶ σε τῆς ἀρχῆς*: subaudi *ἕνεκα*. *Barnes.*

677. ss. Hæc non ab Agamemnone secum dici, quod nonnulli putabant interpretes, sed ad Iphigeniam, censet Prev. Idem monet, *μέλαθρα*, v. 685. esse ipsum Agamemnonis tentorium. *Beck.*

677. *ζηλῶ τοῦ φρονεῖν*, sc. *ἕνεκα*. Sic infr. v. 1407. Hæc Agamemnon secum loquitur. Jam ad puellam se convertit. *Hopfn.*

678. *ὀφθῆναι κόραις*,] Non, ut hic, a viris atque exercitu. Joh. Brodæus. De custodia mulierum, et præcipue virginum, apud veteres vide Estheram nostram et Notas ad ejusdem, v. 165. et 177.—Idem Euripides Electr. v. 342.—*Γυναικί τοι Αἰσχρὸν μετ' ἀνδρῶν ἑστάναι νεανιῶν.* Hinc *Κατάκλειστοι* dicebantur. Vide Sam. Petiti Miscell. L. II. c. 1. p. 65. *Barnes.*

ὀφθῆναι, ut puellæ, non exercitus, (viri) te conspiciant, hoc enim erat contra decorum. Quare mulieres et puellæ *κατακλείστοι* vocabantur. v. Electr. 342. Sam. Petiti Miscell. 2. 1. p. 65. Habitabant autem in interiori ædium parte Gynæconitis dicta, s. *θάλαμος, ὑπερῷον*, (Homer. Il. II. 515. IX. 468.) atque custodiebantur ab avo, eunuchis, et senibus, (v. Terent. Eunuch.) Cf. Potter. Archæol. IV. 13. *Hopfn.*

680. *δαρὸν*] *'Επιπολὺ*, Suid. v. n. ad Soph. Trach. 65. Sensus eodem redit, quo supra v. 651. Ante v. 681. Agamemnon valedicens amplectitur filiam, eamque osculatur. Quare hæc dicit, quæ nunc sequuntur. Nunc denuo pulchritudo puellæ—eheu mactandæ propter mulierem pessimam—vivida in mentem redit. Nam *στέρνα*, *pectus* (hoc Grammatici volunt de inferiori, contra *στῆθος* de superiori thora-

Ὡς ἄχθος ἡμῖν ἐγένεθ' ἡ Φρυγῶν πόλις,
Ἑλένη τε. παύω τοὺς λόγους· ταχεῖα γὰρ
Νοτὶς διώκει μ' ὀμμάτων, ψαύσαντά σου.
Ἴθ' εἰς μέλαθρα. σὲ δὲ παραιτοῦμαι τάδε,
Λήδας γένεθλον, εἰ κατωκτίσθην ἄγαν,
Μέλλων Ἀχιλλεῖ θυγατέρ' ἐκδώσειν ἐμήν.
Ἀποστολαὶ γὰρ μακάριαι μὲν, ἀλλ' ὅμως

Quantum dolorem nobis attulit Troja,
Et Helena: desino loqui: subito enim
Humor oculorum urget me, cum te tango.
Abi in aulam. Te vero deprecor,
O filia Ledæ, quod valde misericordia afficiar ob hæc,
Cum sim Achilli filiam elocaturus meam.
Est quidem felix ablegatio, sed tamen

cis parte dici,)—*sinus formosus atque profundus*—βαθύκολπος—(v. Propert. L. III. 24. ibique Intpp.) *Hopfn.*

681. παρῆδες,] Ita scribo pro παρηΐδες, ut Νηρῆδος pro Νηρηΐδος, supra v. 626. Vide Phœniss. v. 1500. *Barnes.*

παρῆδες (pro παρηΐδες, v. supra 626.) *genæ*, atque ξάνθαι κόμαι flavi capilli, (vid. ad Cyclop. 75.) inter præcipuas partes pulchritudinis numerabantur apud Veteres Græcos, ut taceam oculos magnos (unde βοῶπις Ἀθήνη apud Homerum) et alia. *Hopfn.*

682. ἡμῖν] Legendum haud dubie ὑμῖν. *Musg.*

684. μ'.] Intellige μοι. Et vide ad Med. 57. διώκει, *festinat*, intransitive. vid. Interpretes Hesychii ad v. διώκειν. *Musg.*

νοτὶς humor, v. c. ποντία, Hecub. 1259. ubi de mari legitur, h. l. de lacrymis intelligendum esse, nemo non intelligit. διώκει—mihi esse videtur *statim sequitur lacryma verba*, non possum hæc sine lacrymis dicere, quotiescunque talia profero verba; toties ea comitatur lacryma. Illud μ' est pro μοι. Diphthongus ista, sequente vocali, in hoc pronomine et in particula τοι atque similibus apud poëtas rite eliditur. Sic Sophocl. Ajac. 191. Vid. Heath. ad eundem v. 178. *Hopfn.*

με est pro μοι. *celer humor* (celeriter urgens) οἴχεταί μοι δι' ὀμμάτων, *fertur mihi, ruit, per oculos. Reisk.*

685. σὲ δὲ παραιτοῦμαι τάδε,—εἰ κατωκτίσθην ἄγαν. Potest distingui post παραιτοῦμαι, ut τάδε sequatur κατωκτίσθην, *si miserabiliter deplorari hæc*, terminationem passivam cum significatione activa. *Markl.*

686. s. Jam h. l. uxorem compellat γένεθλον (ut Hippol. 62. legitur, et infra v. 855. Achilles γένεθλον Αἰακοῦ vocatur,) pro quo supra v. 118. erat ἔρνος, infra v. 856. est κόρη. Cæterum μέλλειν, quod alibi infinitivo præsentis junctum, futuri vim habet, sæpe apud Atticos cum futuro jungi, res est tralatitia. Ἐκδιδόναι autem hac in re est solemne pro *elocare filiam*. Sic in uno hoc nostro dramate, v. 729. et 964. ubi additur πόσει, atque 705. simplex διδόναι, sic quoque Electr. 249. et alibi. *Hopfn.*

689. τοὺς τεκόντας, ὅταν] Vel τὸν τεκόντα γ', ὅταν, &c. *patrem*, ex argumentatione, et propter με καὐτὴν, v. 691. Τοὺς τεκόντας significare potest *patrem* solum: sed vix, opinor, quando distinctio fit, ut hic, inter *patrem* et *matrem*. *Markl.*

489. s. Marklandus, qui τοὺς τεκόντας vix posse *solum patrem* significare putat, quando distinctio fiat inter patrem et matrem, (cur non? A. *de se* jam loquitur, excusatque animum nimio mœrore affectum,) scribendum esse monet τὸν τεκόντα γ', ὅταν, &c. propter με καὐτὴν, v. 691. Sed quantum ego scio, interdum ita pluralis pro singulari poni solet, atque propter v. πατὴρ mihi potius videtur τεκόντες de solo patre intelligendum esse. Illud autem μοχθεῖν, quod de labore gravi adhiberi constat, (v. ad Cyclop. initium,) h. l. de anxia in educatione filiæ cura accipiendum. *Hopfn.*

Δάκνουσι τοὺς τεκόντας, ὅταν ἄλλοις δόμοις
Παῖδας παραδιδῷ πολλὰ μοχθήσας πατήρ.
ΚΛ. Οὐχ ὧδ᾽ ἀσύνετός εἰμι· πείσεσθαι δέ με
Καὐτὴν δόκει τάδ᾽, ὥστε μή σε νουθετεῖν,
Ὅταν ξὺν ὑμεναίοισιν ἐξάγω κόρην.
Ἀλλ᾽ ὁ νόμος αὐτὰ τῷ χρόνῳ ξυνισχάνει.
Τοὔνομα μὲν οὖν παῖδ᾽ οἶδ᾽ ὅτῳ κατῄνεσας,

Mordet parentes, quando alienis ædibus
Tradit liberos pater, quos multo labore educavit.
Cly. Non ita stulta sum: passuram vero me
Et ipsam eadem existimes, ut nihil opus sit te monere,
Quando puellam educam cum Hymenæo.
Sed et lex et tempus ista una mitigabunt.
Nomen igitur scio ejus cui despondisti filiam:

691. Jam Clytæmnestra respondet, v. 691. ἀσύνετος proprie de stupiditate ingenii, h. l. potius de animo, qui non facile afficitur, adhibetur, sequitur enim, se quoque idem passuram esse, i. e. eodem mœrore, quo pater, affectum iri (κατῳκτίσθην, v. 686.) Eodem modo v. ἀναλγητὸς apud Græcos usurpari solet, atque respondet Gallico *insensible*. Plura monuimus in Specimine Glossarum Suidæ primo in *neues Magazin für Schulen*, I. 1. p. 255. αὐτὴν, ἐμαυτήν. *Hopfn.*

692. δοκεῖ τάδ᾽,] Legendum, ni fallor, δοκῶ τάδ᾽. *Musg.*

693. Quod antea erat ἐκδιδόναι, id nunc, respectu ad ritus nuptiales, exprimitur ἐξάγειν κόρην ξὺν ὑμεναίοισιν. De v. ὑμέναιος v. supra ad v. 430. 437. 624. Hoc loco plurali numero ὑμέναιοι sunt cantus nuptiales. V. supra v. 123. et Bacch. 1263. *Hopfn.*

694. Ἀλλ᾽ ὁ νόμος αὐτὰ τῷ χρόνῳ συνισχάνει.] Codd. omn. συνανισχεται· *Sed mos, una cum tempore, ista cohibet*, vel *minuit*: id est, *ista tristia*, istam tristitiam. *Markl.*

συνισχάνει.] Malim, συνισχνάνει. *Sed tempus et mos ægritudinem istam mitigabunt.* ἰσχναίνειν *mitigandi* sensu tuetur, Æschyl. Prometh. v. 380.

ἐάν τις ἐν καιρῷ γε μαλθάσσῃ κέαρ,
καὶ μὴ σφριγῶντα θυμὸν ἰσχναίνῃ βίᾳ.

Callimachus quoque Epigr. 49. juxta Apographum Meermannianum et Ruhnkenianum:

αἱ Μοῖσαι τὸν Ἔρωτα κατισχναίνοντι, Φίλιππε.

vide etiam Orest. v. 292. *Musg.*

Lege συνισχανεῖ tempore futuro, et verte locum: *Non adeo intelligentiæ expers sum* (ut tuas scil. lacrymas reprehendam,) *passuram autem me etiam ipsam eadem puta, tantum abest, ut te de hoc admonendum censeam, quando puellam cum Hymenæis e domo educam; sed lex hæc cum tempore cohibebit*; i. e. Lex et tempus lacrymas nostras sistere valebunt. *Heath.*

ὁ νόμος συνισχ. i. e. ὁ νομ. καὶ ὁ χρον. τοῦτο ἰσχάνει.] Primum de lectione conveniamus, deinde de verbi significatione. Codd. Parr. omnes συνανίσχεται, i. e. sed mos, una cum tempore, ista cohibet vel minuit, i. e. istam tristitiam. ἰσχναίνειν σφριγῶντα θυμὸν, animum tumentem duriter et aspere tractare, s. violenta manu (βίᾳ) atterere et irritare. Ibi Excell. Schütz observat, elegantem allegoriam ductam esse e medicorum rationibus, qui corporis tumori fomenta adhibeant, eumque sensim ac leniter emolliant. Porro h. v. invenies in Comici Ranis v. 941. ad quem Suidas respexit v. ἴσχνανα, quod ab eo explanatur, ἔξυσα, ἐλέπτυνα.

Scholiastes ad Orest. 292. habet hæc: ἴσχαινε (sic enim vulgo, atque etiam in editione Barnesiana legitur,) λέπτυνε. παρὰ τὸ ἰσχνῶ ἰσχαίνω παράγωγον, ὅθεν καὶ ἰσχάς. ἴσχαινε ἀντὶ τοῦ ἔπεχε, πράϋνε κούφιζε. — Suidas: ἰσχάνει, κωλύει. ἰσχανόωσα. κωλύουσα. καὶ ἰσχανόωσι, κωλύουσι, κατέχουσιν. (Sic enim ἰσχανόω-

Γένους δὲ ποίου, χὡπόθεν, μαθεῖν θέλω.
ΑΓ. Αἴγινα θυγάτηρ ἐγένετ' Ἀσωποῦ πατρός.
ΚΛ. Ταύτην δὲ θνητῶν, ἢ θεῶν ἔζευξέ τις;
ΑΓ. Ζεύς· Αἰακὸν δ' ἔφυσεν Οἰνώνης πρόμον.
ΚΛ. Τοῦ δ' Αἰακοῦ παῖς τίς κατέσχε δώματα;

Cupio autem scire ex quo genere sit, et unde.
Aga. Ægina filia nata est *ex* Asopo patre.
Cly. Hanc vero mortaliumne, an Deorum, aliquis *uxorem sibi* junxit?
Aga. Jupiter. Æacum vero genuit, Œnones principem.
Cly. Sed quisnam filius Æaci obtinuit domum?

σα, Homer. Il. ε'. 89.) ἰσχανόω δὲ, τὸ ἐπιθυμῶ, γενικῇ, (i. e. genitivo jungitur.) Ex his patet, Barnesium non recte interpretatum esse h. l. quoad verba, etsi sensus egregie conveniat: *Sed et lex et ætas idem postulant, ut elocetur.* Ego vero nunc ita hunc locum intelligo. Moris est, filiam elocare, ætas ejus hoc nunc postulat, hæc igitur, mos et ætas filiæ mitigabunt, s. mitigare debent tristitiam nostram, de ableganda filia nostra. *Hopfn.*

695. Τοὔνομα μὲν οὖν] Incogitanter et memoria lapsus Poëta noster fingit, Clytæmnestram ignorare genus viri, cui desponderetur filia; cum et illam necessario id prius scivisse putandum, et ipse supra illam ipsam hoc fatentem inducit, v. 625. et 626. ubi dicit, filiam desponsatam viro bono, Nereidis filio. De longa autem illius prosapia et genealogia probabiliter ignaram finxit Poëta, ut eo artificio Achillis familiam introducat. *Barnes.*

696. Male Barnesius Poëtam incogitantiæ arguit, quod Clytæmnestram de genere et Prosapia Achillis quærentem fingit. Potuit enim hoc ignorare, licet matrem ejus Nereidem, et nomen ipsi Achillem esse, sciret. Unde postea, cum de majoribus ejus comperisset, non quærit, qua matre natus sit, sed utrum mater eum, an pater, educaverit; in quo non modo incogitantia nulla, sed etiam cautela quædam, animadverti potest. *Musg.*

Hæc Musgravius, recte, ut opinor, quibus addere liceat, quod non omittendum esse existimem, esse eam hominum, feminarum inprimis consuetudinem, ut ea præcipue, quæ insperata sunt, magnumque gaudium afferunt, iterum iterumque, accuratius adhuc atque certius audire cupiant, etiamsi ea jam audiverint. Ut taceam, garrulitatem feminarum, præsertim ea in re, ubi filia est elocanda, non exiguam esse. Præterea nondum ipsa cum marito de Achille, ejusque origine disputaverat, sed tantum breviter nunciata acceperat litteris, maritum velle filiam Achilli uxorem dare, Achillem autem esse et ortu et virtute nobilem. V. supra, v. 100. sq. An mirum, si femina nunc ex marito ipso eadem audire et accuratius intelligere cupit? Sed fortasse etiam aliquid divinabat Clytæmnestra, ideoque certior ea de re fieri volebat! Sed observes velim simul perplexitatem Agamemnonis, qui his uxoris quæstionibus propemodum enecatur!! Etiam Prevostus ad h. l. monet in his nihil dici, quod Clytæmnestræ non conveniat. *Hopfn.*

696. Γένους δ' ὁποίου, pro Γένους δὲ ποίου. *Por.*

697. ἐγένετ'.] Ita MS. uterque et Lib. P. ut recte jam editum est. Ed. Ald. ἐγείνατ'. *Musg.*

ἐγένετο] Olim scriptum erat ἐγείνατ', sed versui nocebat: Duportus ergo legebat γείνατ', ut versum sanaret; sed adhuc sensus laborabat; ἐγείνατο semper enim *active* significat: lego itaque ἐγένετ' cum Cantero et *Scaligero, sensui, versui* et *veteri Lectioni* propius accedens. *Barnes.*

Quod ad originem Achillis attinet, comparare liceat versus 100. sq. 134. 207. sq. et quæ ad hunc locum notavimus, item, v. 625. sq. Æginam Asopi filiam vitiasse narratur Jupiter in ignem, aut, ut Lutat. ad Statium VII. 427. mavult, in aquilam conversus, (V. Spanhem. ad Callimach. h. Del. 78. et Ovid. Metamorph. VI. 113. et VII. 616. sq.) atque ex ea suscepisse Æacum et Rhadaman-

ΑΓ. Πηλεύς· ὁ Πηλεὺς δ' ἔσχε Νηρέως κόρην.
ΚΛ. Θεοῦ διδόντος, ἢ βίᾳ θεὸν λαβών;
ΑΓ. Ζεὺς ἠγγύησε, καὶ δίδωσ' ὁ κύριος.
ΚΛ. Γαμεῖ δὲ ποῦ νιν; ἢ κατ' οἶδμα πόντιον;
ΑΓ. Χείρων ἵν' οἰκεῖ σεμνὰ Πηλίου βάθρα.

Aga. Peleus. Peleus autem habebat filiam Nerei.
Cly. Deone concedente, an invitis Diis *eam* accipiens?
Aga. Jupiter desponsavit, et dedit, qui jus habuit.
Cly. Ubinam ducit illam? an in fluctibus marinis?
Aga. *Ibi* ubi Chiron habitat augustam sedem Pelii.

tum. Est etiam Ægina nobilis insula et urbs (v. Strabo, L. VIII. p. 258. et Pausan. Corinth. c. 29.) Olim Œnopia dicta, sed Æacus, qui ibi natus est et regnavit, matris nomine eam affecit (Ovid. Metam. VII. 472.) Plinius L. IV. c. 12. eam dicit antea Œnonem esse vocatam, ut Pausanias l. l. *Hopfn.*

699. Οἰνώτης] Scholiastes in Hom. Il. II. v. 562. citatus etiam a Barnesio: Αἴγιναν. νῆσον πρὸ τῆς Ἀττικῆς. ἐκαλεῖτο δὲ πρότερον Οἰνώνη· ὕστερον δὲ Αἴγινα. *Musg.*

Ζεύς. Αἰακὸν δ' ἔφυσεν, Οἰνώνης πρόμον,] Stephanus περὶ πόλεων: Οἰνώνη, νῆσος μία τῶν Αἰακιδῶν. Πρόμος, πρόμαχος, προαγωνιστὴς, προστάτης, προηγούμενος. βασιλεύς. Vide Pauli Leopardi Emen. L. III. c. 8. Hæc insula dicta erat Œnopia et Œnone; postea ex Æaci matre, Ægina: Hom. Iliad. β'. v. 562. Οἵ τ' ἔχον Αἴγιναν] Νῆσον πρὸ τῆς Ἀττικῆς· Ἐκαλεῖτο δὲ πρότερον Οἰνώνη, ὕστερον δὲ Αἴγινα, ὑπὸ Αἰγίνης, τῆς Ἀσωποῦ μὲν θυγατρὸς, Αἰακοῦ δὲ μητρός. Vide Ovid. Met. L. VII. fab. 22. Œnopiam *Minos petit, Æacideia regna: Œnopiam veteres appellavere; sed ipse Æacus Æginam genitricis nomine dixit.* *Barnes.*

699. ss. Οἰνώνην] Vid. Pind. Nem. VIII. 10, 45, 5, 27. et Cel. Herrman. in Mythologisches Handbuch. P. II. p. 442. Stephanus περὶ πόλεων: Οἰνώνη, νῆσος μία τῶν Αἰακιδῶν. Schol. ad Homer. Il. β'. 562. Αἴγιναν — νῆσον πρὸ τῆς Ἀττικῆς. ἐκαλεῖτο δὲ πρότερον Οἰνώνη, ὕστερον δὲ Αἴγινα, ὑπὸ Αἰγίνης, τῆς Ἀσωπȣ̃ μὲν θυγατρὸς, Αἰακȣ̃ δὲ μητρός. Porro ille Æacus, ut antiquitas fabulatur, Endeida Chironis filiam (Pindar. Nem. V. 11. sq. uxorem duxit, atque ex ea Peleum atque Telamonem (Pindar. l. l. Teucrum dicit, quem Homerus, Il. θ'. 283. Telamonis ex ancilla filium vocat), suscepit, postea ex Psamathe Nerei filia Phocum genuit. (Hesiod. Theog. 1003.) Prior uxor, quantum scio, neque ab Homero neque Hesiodo nominatur. Vide inprimis Scholiastam ad Pindari l. l. Cæterum eundem Æacum fingi in Orco cum Minoe et Rhadamanto (v. nos ad Cyclop. v. 272.) judicem, quis nesciat? — Telamon Ajacis, sed Peleus pater Achillis fuit, quem ille ex Thetide Nerei filia procreavit. Cf. quæ supra ea de re monuimus. Ille Nereus intelligi debet, v. 702. v. θεȣ̃. Sic cætera omnia in luce erunt. Restat, ut nonnulla vocabula tangamus. ἔζευξε — alibi quoque additur v. γάμοις. Electr. 99.—Sibi junxit s. accepit matrimonio, uxorem duxit. Πρόμος aliquoties apud Nostrum reperitur. Sic Phœun. 1250. ubi Schol. per πρόμαχος exponit. Ibi enim legitur πρόμος τῆσδε χθονός. Sic Ἀθηναίων πρόμοι, Heraclid. 670. cf. quoque Troad. 31. Ergo i. q. προστάτης, προηγȣ́μενος, βασιλεύς, τύραννος. Vid. Leopardi Emendatt. L. III. c. 8. Διδόναι h. l. ut et Hebr. נתן permittere, concedere. Ἐγγυᾷν desponsare. Κύριος pater, quatenus in filiam potestatem habet — eam dedit ei tanquam uxorem, elocavit. κύριος enim est qui potestatem habet in aliquem. *Hopfn.*

702. ἢ βίᾳ θεῶν] Vel θεοῦ, ut θεοῦ διδόντος. Per θεοῦ intelligit Nerea. *Markl.*

Θεοῦ διδόντος, ἢ βίᾳ θεῶν λαβών;] Proponit Marklandus θεοῦ. θεὸν legendum. θεῶν est absurdum, θεοῦ tautologia. *Por.*

703. Ὁ κύριος, *qui in eam potestatem habuit,* ut Suppl. 1199. s. *Heath.*

704. ss. οἶδμα pro οἴδημα per syncopen,

ΚΛ. Οὗ φασὶ Κενταύρειον ᾠκίσθαι γένος; 710
ΑΓ. Ἐνταῦθ' ἔδαισαν Πηλέως γάμους θεοί.
ΚΛ. Θέτις δ' ἔθρεψεν, ἢ πατὴρ, Ἀχιλλέα;
ΑΓ. Χείρων· ἵν' ἤθη μὴ μάθοι κακῶν βροτῶν.
ΚΛ. Φεῦ· σοφός γ' ὁ θρέψας, χὠ διδοὺς, σοφώτερος.
ΑΓ. Τοιόσδε παιδὸς σῆς ἀνὴρ ἔσται πόσις. 716

Cly. Ubi aiunt habitare genus Centaurorum?
Aga. Ibi diis celebrarunt nuptias Pelei.
Cly. Sed utrum *mater* Thetis educavit Achillem, an pater?
Aga. Chiron, ne disceret mores malorum hominum.
Cly. Hem. Sapiens educator, et qui sapientioribus tradidit educandum.
Aga. Talis vir maritus erit tuæ filiæ.

proprie tumor, æstus, hinc aqua tumescens, unda, fluctus. Alibi additur ἁλὸς (Hecub. 26.) vel πόντου (Orest. 986.) vel adjectivum ἅλιον, πόντιον (ut h. l.) vel etiam οἶδμα solum ponitur, ut Helen. 6. V. infra, v. 1601. — ἵνα (ὅπου) Χείρων — v. v. 709. βάθρον, θεμέλιον, ἕδρα. V. Suid. et ad Cyclop. v. 351. Sedes autem seu domicilium Pelii (montis Thessaliæ, cujus in radice sita erat urbs Magnesia,) dicitur σεμνὰ, augusta, sacra. Nam σεμνὸν ut ἱερὸν dicitur, quidquid in suo genere est magnum, augustum. Unde adhibetur de loco, ubi Deus habitat vel habitare fingitur, ubi colitur, ubi templum ei est sacratum. Unde eodem modo Phœnn. 996. σεμνὰ Δωδώνης βάθρα leguntur. Copiose hunc h. v. usum illustrare studui ad Cyclop. v. 264. sq. Jam quod fabulam Veterum attinet, constat, antiquitatem tradere, in monte Pelio habitasse Gigantes atque Centauros e gente Lapitharum. Ibidem vero et Chiron habitabat et regnabat. Ex his sequentia illustrari possunt. Simul inde patet, quod jam supra notavimus, Chironem pro sapienti proboque pædagogo a Veteribus fuisse habitum. De his omnibus multa sunt supra ad v. 209. p. 49. sq. observata, quæ conferas velim. Cl. Herrman. in Mytholog. Handbuch T. II. p. 347. in nota observat: *Die Höhle des Chiron war gleichsam die Cadettenschule des ælltesten Griechenlands; denn ein grosser Theil der berühmtesten griechischen Helden wurde durch ihn gebildet.* Quod autem h. l. est, ἔθρεψε, id supra, v. 209. dicebatur ἐξεπόνασεν. Liceat adhuc de crisi vocabulorum nonnullorum quædam adjicere. *Hopfn.*

706. οἰκεῖσθαι.] Lege ᾠκίσθαι. *Por.*

οἰκεῖσθαι] Ne quis malit ᾠκίσθαι, monendum est, Herodotum passim οἰκεῖσθαι pro οἰκεῖν adhibere. Apud Thucydidem quoque Atticum κατῴκηντο legitur V. 83. *Musg.*

706. ss. In his nihil dici, quod Clytæmnestræ non conveniat, ostendit contra nonnullos Criticos Prevostus. *Beck.*

707. Ἐνταῦθ' ἔδαισαν γάμους] Vide de hac phrasi supra, v. 123. De hac autem deorum in nuptiis Pelei præsentia vide, quæ nos ad Phœniss. v. 836. *Barnes.*

De formula δαίειν γάμους nihil addamus, cum ea jam supra ad. v. 123. sit illustrata, et γάμος est convivium nuptiale. Quod autem dii nuptias Pelei celebrasse dicuntur, ut reliqua omnia, quæ Veteres de his nuptiis narrant, ad exaggerandam magnificentiam et pulchritudinem nuptiarum illarum sunt a Poëtis adhibita. Huc spectat, quod Apollo cithara in convivio cecinisse, omnesque Dii Peleum donis (γαμηλίοις) ornasse dicuntur. Vid. Homer. Il. ω'. 59. sq. Il. ρ'. 195. σ'. 84. ψ'. 277. sq. π'. 867. Vide de Peleo Pindar. Nem. IV. 89. 3, 55. 5, 23. Isthm. VIII. 78. Pyth. III. 153. Olymp. II. 142. Quia Peleus mortalis, Thetis autem dea erat, huic conveniebat, ut, cum ejus nuptiæ celebrarentur, dii præsentes essent, qua quidem fictione poëtica summa Pelei felicitas indicatur. Plura ea de re monuit Heynius V. S. in Antiquar. Aufsætze I. St. Hec adhuc observandum, Peleum

ΚΛ. Οὐ μεμπτός. οἰκεῖ δ' ἄστυ ποῖον Ἑλλάδος;
ΑΓ. Ἀπιδανὸν ἀμφὶ ποταμὸν, ἐν Φθίας ὅροις.
ΚΛ. Ἐκεῖσ' ἀπάξει σὴν ἐμήν τε παρθένον;
ΑΓ. Κείνῳ μελήσει ταῦτα, τῷ κεκτημένῳ.
ΚΛ. Ἀλλ' εὐτυχοίτην. τίνι δ' ἐν ἡμέρᾳ γαμεῖ;
ΑΓ. Ὅταν σελήνης εὐτυχὴς ἔλθῃ κύκλος.

Cly. Non contemnendus. Sed in qua urbe Græciæ habitat?
Aga. Ad flumen Apidanum in finibus Phthiæ.
Cly. Eone abducet tuam, meamque virginem?
Aga. Hæc erunt curæ illi, qui possidebit *ipsam*.
Cly. Sint igitur beati. Quo vero die ducet *eam*.
Aga. Quum lunæ plenum venerit orbis.

hanc Thetidem propter eximiam castitatem atque hospitalitatem, (v. Pindarum l. l.) e consilio Themidis, consentientibus diis omnibus, uxorem accepisse, sed Thetidem invitam illum amasse, id quod hac imagine a poëtis exprimitur, eam formam leonis aut flammarum induisse. Observa animum Agamemnonis firmum, qui diligenter consilium celat, repetendo τοιόσδε, etc. sed fortasse etiam his verbis eam cupit ita ducere, ut ne amplius de eo quærat. *Hopfn.*

709. ἵν' ἤδη μὴ μάθῃ κακῶν βροτῶν.] Euripideum magis videtur κακὰ quam κακῶν, ut ἤδη χρηστὰ Menander. Plato De Legg. II. ἁμαρτών τε γάρ τις μέγιστ' ἂν βλάπτοιτο, ἤδη κακὰ φιλοφρονούμενος. Infra v. 716. recte Portus εὐτυχοίτην, optantis. *Markl.*

μάθῃ] Legendum μάθοι, propter præcedens ἔθρεψεν. *Musg.*

Facile, si cui lubet, mutatio Marklandi admitti potest.

Musgravius pro μάθῃ legere mavult μάθοι propter præcedens ἔθρεψεν. Recte, nisi dicas, interdum talem negligentiam in consequutione verborum in vita quotidiana permitti. Denique idem V. D. nimium argutus esse mihi videtur, si valde miratur, eum h. l. dici sapientiorem, qui filium alii erudiendum tradiderit, quam qui ipse erudire potuerit. Neque ego cum eodem V. D. propterea mutare vellem σοφώτερος in σοφωτέροις ut sensus oriatur hic: Sapiens profecto et qui educavit, et qui sapientioribus educandum tradidit. *Hopfn.*

710. σοφώτερος.] Quid audio? Sapientiorem esse, qui filium alii erudiendum tradit, quam qui ipse erudire potis est. Legendum scilicet σοφωτέροις. *Sapiens profecto et qui educavit, et qui sapientioribus educandum tradidit. Musg.*

713. ss. Apidanus fluvius Thessaliæ, circa quem erat Phacium. (Vid. Thucydid. L. IV. pag. 505. Liv. XXXVI. 13.) A Phthia autem celebri oppido, (Plin. IV. 7. fin.) Thessaliæ pars, quæ in austrum devergit, et ab ortu mare contingit, (Strabon. IX. p. 296.) nominata est Phthiotis. Hæc Phthia fuit patria Achillis, qui et ipse Phthius dicitur in Horatii Od. IV. 6. Cf. Virgil. Æn. I. 284. Κεκτημένῳ Achilli. *Hopfn.*

716. εὐτυχοίτην.] Ita recte Ed. Barnes. Ed. Ald. et MSS. εὐτυχείτην. *Musg.*

εὐτυχοίτην] Valde aptum est animo dicentis pium, quo filiam prosequitur, votum: Sint maneantque felices! Bene eorum res succedant! Ed. Ald. et MSS. habent εὐτυχείτην, sed recte Musgravius retinet illam, quam etiam in Ed. Barnesii legimus. Jam inde a v. 716. de tempore loquitur, quo nuptiæ sunt futuræ. ἡμέρα autem (æque ac apud SS. N. T. ex Hebraismo,) de die non tantum sed omnino tempore adhibetur. *Hopfn.*

717. εὐτυχὴς — κύκλος.] Malim: ἐντελὴς — κύκλος *integer*, sive *plenus orbis.* Sic Pelei et Thetidis nuptias plenilunio celebrari jubet Themis apud Pindarum Isthm. ult. *Musg.*

717. ss. Speciosum est ἐντελὴς Musgravii, quod hic pro vulgato εὐτυχὴς ponere cupit. κύκλος ἐντελὴς esset orbis integer seu ple-

ΚΛ. Προτέλεια δ' ἤδη παιδὸς ἔσφαξας θεᾷ;
ΑΓ. Μέλλω· 'πὶ ταύτῃ καὶ καθέσταμεν τύχῃ.
ΚΛ. Κἄπειτα δαίσεις τοὺς γάμους ἐσύστερον;
ΑΓ. Θύσας γε θύμαθ', ἅμ' ἐχρῆν θῦσαι θεοῖς.

Cly. Jamne mactâsti Deæ initiales victimas nuptiarum filiæ?
Aga. Mactabo, in hoc negotio jam sumus occupati.
Cly. An vero deinde celebrabis convivium nuptiale?
Aga. Cum mactavero victimas, quas me diis immolare oportet.

nus. Sic quoque apud Pindarum Isthm. ultim. Themis nuptias Pelei et Thetidis plenilunio celebrari jubet. Facile potuisset oculus librarii aberrare, atque pro ἐντελὴς propter antecedens εὐτυχείτην scribere εὐτυχής. Sed cum ideæ sint connatæ εὐτυχὴς et ἐντελὴς κύκλος σελήνης, quatenus plenilunium, ut constat, inprimis in hac, de qua hic sermo est, re vim habere quandam putabatur, utraque lectio stare potest. Etiamnum inter nos, ut sæpius observavi, homines multam vim orbi lunæ pleno tribuunt, si nuptias facere volunt. Sic quoque apud veteres Germanos opinio regnabat, lunam novam seu plenam omnibus omnino conatibus eorum favere. v. Tacit. de Situ, Mor. et Pop. German. c. 11. Tempus nuptiis celebrandis maxime commodum Atheniensibus visum est, quod in nonnullos menses hiemales incidit, inprimis eum, quem nos Januarium vocamus, qui ob hanc, quam diximus, causam Græcis dicebatur Γαμήλιων, (v. Eustath. ad Homer. Il. σ'. et Olympiodor. in Meteora Aristotelis,) et apud Atticos octavus erat mensis. Unde in Terentii Phormione, IV. 4, 48. ubi scena Græca est, *haruspex vetuit ante brumam aliquid novi negotii* (intell. nuptias, v. 20.) *incipere*, ubi vide Intpp. — Opinabantur, optime nuptias celebrandas esse tempore, quo solis et lunæ conjunctio fieret, tunc enim festum quoque θεογάμια dictum in honorem Proserpinæ celebratum esse constat. Conf. Pindari Isthm. Od. VIII. 93. ubi διχομηνίδες ἑσπέραι plenilunium, quod in medios menses hiemales incidit, indicant. V. quæ supra diximus. Antequam nuptiæ celebrarentur, consulere solebant Deos, eorumque auxilium precibus et sacrificiis implorare. His diis, qui nuptiis præesse easque regere putabantur, parentes aut cognati eorum, qui nuptias celebrare vellent, sacrificia offerebant, quæ tamen a προτελείοις bene sunt distinguenda. Diana omnis apparatus nuptiarum particeps, precibusque et sacrificiis variis exoranda erat, ut ipsa, quippe cui nuptiæ odio essent, permitteret, ut liceret eas celebrare. (V. infra, v. 1110. sqq.) Hæc quidem sacrificia γαμήλιοι εὐχαὶ, προγάμεια, προτέλειοι εὐχαὶ vel προτέλεια — dicebantur. Nam τέλος, i. q. γάμος, (v. Sophocl. Antig. 1255.) vel quod conjuges finem votorum consequuti sunt, vel quod sepositis pueritiæ moribus opinionibusque ad majorem pervenerunt perfectionem, unde et conjuges ἐν βίῳ τελείῳ esse, et τέλειοι dicuntur. Τέλειοι quoque nominabantur dii conjugum tutelares, Venus, Juno, Diana, etc. v. Biset. ad Aristoph. Thesmophor. Polluc. L. III. s. 58. Suid. in v. τέλεια, Eustath. in Homer. fol. 881. lin. 25. atque Hesych. v. προτέλεια. Unde προτελίζειν, de quo v. supra, v. 433. *Hopfn.*

718. Προτέλεια.] Vid. Suidam et Hesychium v. προτέλεια. Pollucem Lib. III. sect. 58. ubi etiam tradit, τέλος *nuptias* significare, de quo confer Sophoclis Antig. v. 1255. *Musg.*

Προτέλεια] Vide Eustath. in Hom. fol. 881. lin. 25. Δῆλον δὲ, ὅτι πολυσήμαντον τὸ τέλος ἐστί· Τέλος γάρ φασιν, Ἀνάλωμα, καὶ Τάξις, καὶ Ἀρχὴ, καὶ Γάμος, etc. Quum trium reliquorum specimina dederit, hæc addit: ἐκ δὲ τοῦ λοιποῦ τέλους, ὃ σημαίνει τὸν γάμον, τὰ Προτέλεια—*Id est*, ἡ πρὸ τῶν γάμων θέα. Hesychius melius in hunc locum collimat: Προτέλεια, ἡ πρὸ τοῖς γάμοις (legerem τῶν γάμων) Θυσία καὶ ἑορτή. Τέλος γὰρ ὁ γάμος ἀπὸ τοῦ εἰς τελειότητα ἄγειν. Πρωτόλεια, a λεία, *præda*, derivatur, et sonat *primitias prædæ*; et simpliciter primitias; et longe diversum est a priori. Θεᾷ] Clytæmnestra intelligit Junonem, quæ ζυγία dicebatur;

ΚΛ. Ἡμεῖς δὲ θοίνην ποῦ γυναιξὶ θήσομεν;
ΑΓ. Ἐνθάδε, πάρ' εὐπρύμνοισιν Ἀργείων πλάταις.
ΚΛ. Καλῶς δ', ἀναγκαίως τε, συνένεγκαι δ' ὅμως.
ΑΓ. Οἶσθ' οὖν ὃ δρᾶσον, ὦ γύναι; πιθοῦ δέ μοι.

Cly. Nos vero ubinam faciemus convivium mulieribus?
Aga. Hic ad naves Græcorum bene-puppibus-ornatas.
Cly. Inhoneste et sine dignitate: bene autem vertat nihilominus.
Aga. O uxor, factura igitur, nostin' quid? pare autem mihi.

de qua Apollonius Argon. L. IV. v. 96. Ἥρη τε ζυγίη, Διὸς εὐνέτις. Idem apud Nonnum et Dionysium Halicarnass. Unde teste P. Leopardo et Falkenburgio in Nonni Dionys. p. 82. lin. 5. Musæus corrigendus, v. 275. Οὐ ζυγίην ἱερήν τις ἐπευφήμησεν ἀοιδός. Leg. Οὐ ζυγίην Ἥρην. *Barnes.*

τέλειοι] Conjuges, quod docet Ruhnken. ad Tim. in voc. *Loesner.*

719. Μέλλω γ'· ἐπὶ ταύτῃ.] Forte, μέλλω. 'πὶ ταύτῃ. ita infra 813. μένω 'πὶ λέπταις. Eadem inscitia Electr. 856. Κάρα 'πιδείξων, &c. Vulg. Κάρα γ' ἐπιδείξων. nescivit interpolator ultimam in Κάρα longam esse. Heathius quoque conjecerat, Μέλλω 'πὶ: et ita habent Codd. A. B. v. 722. pro θήσομεν Cod. A. θυσομεν. *Markl.*

Μέλλω· 'πὶ ταύτῃ καὶ καθέσταμεν τύχῃ.] Ita Marklandus pro Μέλλω γ'· ἐπὶ—Recte Μέλλω· 'πὶ ταύτῃ—vulgatum male citat Joan. Taylorus de Jur. Civil. art. MARRIAGE, p. 275. ed. 3tiæ. Anno 1769. *Por.*

Μέλλω 'πὶ ταύτῃ.] Ita MS. uterque et Lib. P. Ed. Ald. μέλλω, γ'· ἐπὶ ταύτῃ. *Musg.*

Μέλλω 'πὶ ταύτῃ] Hoc præfero. Quod e Codd. editum est, conjecerant jam Marklandus et Heathius, qui sic legit, ut vitetur anapæstus in secunda sede. Sensus: hoc ipso in negotio τοῦ σφάζειν ego jam sum occupatus, s. versor. *Hopfn.*

720. Κἄπειτα δαίσεις τοὺς γάμους] Vide supra v. 707. *Barnes.*

721. Θύσας γε θύμαθ', ἅπερ ἐχρῆν θῦσαι θεοῖς.] Lege ἅ μ' ἐχρῆν, vel ἅ μὲ χρή. *Por.*

μ' ἐχρῆν.] Ita Ed. Ald. Sed μ' metri causa delendum. *Musg.*

721. s. De hac consuetudine modo diximus ad v. 718. θήσομεν, Cod. A. Marklando notante habet θύσομεν. Retineo vulgatam, nam τιθέναι apud Poëtas sæpe i. q. ποιεῖν. V. infr. 779. Ergo θοίνην θῆσαι commode erit celebrare convivium, s. instituere. Sic infra v. 1079. γάμον τιθέναι. *Hopfn.*

Θύσας γε θύμαθ' ἅπερ μ' ἐχρῆν θῦσαι θεοῖς.] Aut μ', quod aliis placuit, metri causa ejiciendum, aut, quod mihi succurrit, θῦμ' ὅπερ legendum. *Faehse.*

723. Naves (πλάται, de quo v. supra ad v. 172. et 291.) dicuntur h. l. εὔπρυμνοι, ut Iph. Taur. 1000. et 1357. quod epitheton ornat. Nam πρύμνα est pars navis extrema, puppis, (v. 241.) *Hopfn.*

724. Καλῶς δ', ἀναγκαίως τε, συνένεγκαι δ' ὅμως.] Scribendum forte κακῶς *incommode*, ut ap. Xenophont. Κ'. Ἀναβ. lib. IV. κακῶς σκηνοῦντες, et Plutarch. Camill. p. 143. Ε'. οὐ καλῶς, ἀλλ' ἀναγκαίως ὑπομένοντες. scripsi συνενέγκαι δ' ὅμως, *prosit tamen!* quæ videtur formula fuisse. Demosth. Philippic. III. ad fin. Aristoph. Acharn. 251. Plutarch. Agid. et Cleom. p. 804. D. μόνον, ἔφη, συνενέγκαι ταῦτα τῇ Σπάρτῃ· *tantum, inquit, prosint hæc Spartæ!* *Markl.*

De hujus versus lectione nullum judicium ferre potest, qui non prius perspectum habeat, quid Clytæmnestra de convivio fœmineo, Aulide celebrando, senserit. Et mihi quidem ex sequentibus verisimile fit, primo eam non penitus, neque præfracte, quod a marito propositum erat, repudiasse; gratissimum enim Agamemnoni fuisset, nec ulla deinceps inter eos disceptatio exstitisset. Hoc primum. Secundum est, eam de loci incommoditate aliquid significasse: alioqui non satis apta est Agamemnonis responsio: *Fac igitur nostin' quid?* i. e. Quoniam hœc tibi non usquequaque arridet, vide, an melius foret, quod dicturus sum. Jam his præmissis, sic legendum arbitror:

φαύλως, ἀναξίως τε· συνενέγκαι δ' ὅμως.

Male quidem, nec satis pro dignitate nostra.

ΚΛ. Τί χρῆμα; πείθεσθαι γὰρ εἴθισμαι 'κ σέθεν.
ΑΓ. Ἡμεῖς μὲν ἐνθάδ', οὗπερ ἔσθ' ὁ νυμφίος—

Cly. Quam rem *faciam?* nam soleo tibi obtemperare.
Aga. Nos quidem illic, ubi est sponsus.

Nihilominus bene vertat. Favet huic conjecturæ, quod δ' post καλῶς in utroque MS. deest. συνενέγκαι in formula optandi vide apud Plutarchum Parallel. p. 1475. Ed. H. Steph. συνενέγκαι ταῦτα τῇ Σπάρτῃ. Sic et τὰ κυρωθέντα συνενέγκαι τῇ πόλει, apud Diod. Sic. Lib. XIII. c. 102. Denique non nolim ἀκλεῶς γ' ἀναξίως τε. *Musg.*

Reisk. scribit: καλῶς· ἀναγκαίως μὲν, ὑπενέγκαι δ' ὅμως. *Bene ais, necessarium quidem, at ferendum tamen.* quod imperas, invita faciam, faciam tamen. Heath. emendat:

κακῶς, ἀναγκαίως δὲ, συνενέγκαι δ' ὅμως.

atque reddit: *Incommode* (scil. convivium prope naves apparabimus) *at necessario tamen* (cum nullus commodior esset locus, ubi apparari posset,) *hoc autem æquo ferre animo simul.* Nam cum Brumœo censet, sententiam nondum absolutam, interpellante Agamemnone, abrumpere Clytæmnestram.

Brumœus secutus Brodæum, συνενέγκαι accipit ita: consentias modo; si pourtant vous y consentez, je ferai. Sed Prev. reddit ita: "Il suffit: c'est une nécessité. Puisse cette fête n'en être pas moins heureuse." Nam Musgravii explicationem, non item correctionem, h. l. probat. *Beck.*

Hic versus mihi paullo obscurior visus est. Si legimus καλῶς, ego malo ironice intelligere: *Schœn! Schicklich!* (Koehlerus vertit *Unschicklich*, haud dubie legit κακῶς) *Egregie! in navibus his mulieres celebrabunt nuptias!* (Hoc profecto erat contra decorum. V. infr. 735.) Sed nunc se colligit: *at est necessarium, non potest aliter fieri, itaque ferendum, concedendum est. Hopfn.*

725. Οἶσθ' οὖν ὃ δρᾶσον] Vid. Not. ad Hecub. v. 255. et Scholiasten præcipue, et M. Anton. Muret. in Var. Lect. L. III. c. 12. Est autem Atticum. *Beck.*

725. ss. Profecto iniquum hoc est Agamemnonis mandatum, inprimis, si ad illorum temporum mores respiciamus, sed hac quoque ratione neglecta, maxime contra æquitatem peccare videtur Agamemnon, postulans, ut mater filiam nuptias celebraturam relinquat, ejusque nullam plane curam habeat. Nescio an poëta in hac re sic ornanda peccaverit! Ego mallem Agamemnonem etiam imprudentem vocare, nam ita uxor necessario debebat suspicionem alere, atque maximopere nunc attenta esse, ne quid mali fieret.—Formula οἶσθ' οὖν, ὃ δρᾶσον, est Attica, alibi legitur quoque δράσεις pro δρᾶσον. v. Brunck. ad Aristophan. Av. 54. et quos laudavi ad Cyclop. v. 131. ubi copiose ea de re disputavi. Nostrates, ni fallor, id exprimunt: *Weissest du, was wir machen wollen*, vel *was du machen sollst?* Hoc tibi jam dicam, quid sit faciendum. *Hopfn.*

Οἶσθ' οὖν ὃ δρᾶσον.] Sic, non δράσεις, legendum et in aliis quoque Euripidis locis qui partim veram scripturam servant, partim refingendi sunt. Eos refert Koenius ad Gregor. Cor. p. 7. et Tua adnotatio ad Cyclop. 331. *Loesner.*

726. πείθεσθαι γὰρ εἴθισμαι σέθεν.] Ne quem posthac turbet constructio istorum, εἴθισμαι σέθεν, vel πείθεσθαι σέθεν, sciendum est, in Codd. A. B. extare ειθισμ' εκ σεθεν, id est, *a te assuefacta fui obtemperare:* pro more facis si *cogis* me ad obedientiam præstandam. Cum acerbitate aliqua hæc loquitur Clytæmnestra. 'Εκ pro ὑπὸ, ut ἐκ σέθεν θανεῖν, Sophocl. Elect. 581. Sic Iph. Taur. 552. quod est ἐκ γυναικὸς σφαγεὶς, versu 704. ejusd. dramatis est ὑπὸ γυναικός. *Markl.*

Τί χρῆμα; πείθεσθαι γὰρ εἴθισμ' ἐκ σέθεν.] Recte ex MSS. inseruit ἐκ Marklandus, rectius facturus si excudi curasset εἴθισμαι 'κ σέθεν. in constructione vero expedienda hallucinatur Vir doctissimus. Jungenda sunt non εἴθισμαι ἐκ σέθεν, sed πείθεσθαι ἐκ σέθεν. Sophocl. Electr. 411. ΕΚ ΤΟΥ φίλων ΠΕΙΣΘΕΙΣΑ; Verbum πείθεσθαι quidem cum genitivo occurrit apud Herodot. I. 126. sed locus mihi suspectus est. Nihil ad rem faciunt exempla ab Abreschio et Wesselingio allata. Nam λεγόντων in Platonis, καλοῦντος in Xenophontis loco, sunt genitivi absoluti. *Por.*

ΚΛ. Μητρός τι χωρὶς δράσεθ' ἅμὲ δρᾷν χρεών;
ΑΓ. Ἐκδώσομεν σὴν παῖδα Δαναϊδῶν μέτα.

Cly. An sine matre facietis aliquid *eorum,* quæ me facere oportet?
Aga. Elocabimus tuam filiam inter Græcos.

τί χρῆμα;] Quid rei s. negotii est? Sic sæpius χρῆμα πλεονάζειν, quem fugiat? V. ad Cyclop. v. 99. *Hopfn.*

727. Nemini suspecta fuit lectio versus hujus:

Ἡμεῖς μὲν ἔνθαδ' οὗπερ ἐστ' ὁ νύμφιος.

qui tamen, ni me omnia fallunt, medicam manum jam diu implorat: neque enim cum antecedentibus neque cum subsequentibus satis apte cohæret. Agunt inter se Clytæmnestra et Agamemnon de sacrificio ad nuptias quæ simulantur auspicandas faciendo. Pergit Agamemnon:

Οἶσθ' οὖν ὃ δρᾶσον, ὦ γύναι, πιθοῦ δέ μοι.
Κλ. Τί χρῆμα; πείθεσθαι γὰρ εἴθισμαι σέθεν.
Αγ. ἩΜΕΙΣ ΜΕΝ ἔνθαδ' οὗπέρ ἐστ' ὁ νύμφιος
Κλ. Μητρός τι χωρὶς δράσεθ' ἅ'ν μὴ δρᾷν χρεών;

Quomodo quæso Agamemnonis verba in v. 727. expectationi respondent, quam v. 725. excitaverat? Quid est tandem illud quod Clytæmnestram facere jubet? *Se manere velle ubi sponsus sit.* Quid hoc ad uxorem facit? Num forte his verbis innuitur Clytæmnestræ hinc recedendum et Agamemnonem sine illa ceremonias nuptiales peracturum esse? Sed cur illum tam obscure loquutum esse dicamus quum in promptu sit emendare:

ΜΗ ΝΥΝ ΜΕΝ' ἔνθαδ' οὗπέρ ἐστ' ὁ νύμφιος.

Noli, quæso, hic manere. Quod mox disertius explicatur. Clytæmnestræ enim interroganti v. 730. ἡμᾶς δὲ ποῦ χρὴ τηνικαῦτα τυγχάνειν; Agamemnon respondet: χώρει πρὸς Ἄργος, παρθένους τε τημέλει. Hac lectione admissa nihil sane regina aptius respondere potest quam hæc, quæ sequuntur: *Quid igitur? vos soli peragetis quæ mearum sunt partium?* Ut hic Agamemnon: Ὦ γύναι πιθοῦ δὲ μὴν μοι νῦν μέν' ἐνθάδε, sic Theoclymenus, in Helena, v. 1408.

Ἑλένη σὺ δ' ἤν σοι μὴ κακῶς δόξω λέγειν
πίθου, μέν' αὐτοῦ.

Sophocles Œdip. Col. 77. αὐτοῦ μέν'. Clytæmnestra autem id fieri posse negat, neque alium quemquam nuptialem facem præferre decere contendit. Ad quæ cum rex respondisset, se ipsum illam prælaturum esse. Clytæmnestra

οὐχ ὁ νόμος οὗτος καὶ σὺ δὲ φαῦλ' ἡγῇ τάδε.

respondet, qui versus manifeste in mendo cubat, cujus neque metrum integrum neque sensus salvus sit. Legendum ἡγοῦ cum Marklando. reliqua autem sic fortasse corrigenda sunt:

οὐχ' ὁ νόμος οὗτος· μὴ σὺ φαῦλ' ἡγοῦ τάδε.

At hæc moribus non recepta sunt nostris. ne tu quæso, hæc contemtim habeas.
Jacobs.

728. ἅ'ν με δρᾷν χρέων;] Parum Græce ἂν isto loco. Codd. A. B. ἃ με δραν χρεων; Bene, si scribas ἅ 'με, &c. ut Aristoph. Equit. v. 16. ubi notatur, "sumtum esse versum ex quadam Tragœdia Euripidis quæ non extat." Imo extat: est enim v. 348. Hippolyti ed. Oxon. (in Barn. 345.) φεῦ· Πῶς ἂν σύ μοι λέξειας ἅ 'μ' ἐχρῆν λέγειν; ut ex MSS. ibi bene editur. ἅ producitur propter coalitionem cum sequente ε in ἐμέ. Nescivit hoc interpolator, qui infersit ἄν. vid. v. 522. *Markl.*

Leg. τί δράσεθ', ὧν με δρᾶσαι χρεὼν, *quid facietis eorum, quæ me facere oportet.*
Reisk.

728. ss. Pro vulgari ἅ 'ν με malo cum Marklando legere ἅ'με, ut enim omittam, ἂν hic non commode locum habere posse. Reiskii non opus est emendatione ἐκδώσομεν (de quo v. supra ad v. 687.) cohæret cum ἡμεῖς, v. 727. ubi sententia, quippe interrupta a Clytæmnestra indignatione plena, nondum absolvebatur. Μετὰ Δ.— coram Græcis, his præsentibus marito solenniter tradam, cum eo jungam. Τημελεῖν ut Iph. Taur. 312. curare, curam gerere. Jam quod ad ritum illum attinet, quo matres solebant facem præferre, æque ac aliæ virgines (παράνυμφοι) v. Hottmann. de Vet. Rit. Nuptial. c. 16. Tales faces dicebantur λαμπάδες νυμφικαὶ, v. Elsner. ad Matth. xxv. 1. Domiductionis, quæ noctu fiebat, ritus est antiquissimus. V. Homer. Od. γ'. 272. Elsner. ad Matth.

ΚΛ. Ἡμᾶς δὲ ποῦ χρὴ τηνικαῦτα τυγχάνειν;
ΑΓ. Χώρει πρὸς Ἄργος, παρθένους τε τημέλει.
ΚΛ. Λιποῦσα παῖδα; τίς δ' ἀνασχήσει φλόγα;
ΑΓ. Ἐγὼ παρέξω φῶς, ὃ νυμφίοις πρέπει.
ΚΛ. Οὐχ ὁ νόμος οὗτος, καὶ σὺ δὲ φαῦλ' ἡγῇ τάδε.
ΑΓ. Οὐ καλὸν ἐν ὄχλῳ σ' ἐξομιλεῖσθαι στρατοῦ.

Cly. Sed ubi nos interim oportet esse?
Aga. Proficiscere Argos, et cura virgines.
Cly. Relicta filia? quis vero præferet sublatam facem?
Aga. Ego exhibebo facem, quæ convenit sponsis.
Cly. Non hoc moris *est,* licet tu judices hæc levia.
Aga. Non te decet in exercitus turba comitibus stipari.

i. 24. V. Phœniss. v. 354. ubi Schol. hæc notavit: ἔθος ἦν, τὴν Νυμφην ὑπὸ τῆς μητρὸς τοῦ γαμοῦντος μετὰ λαμπάδος εἰσάγεσθαι, et Schol. ad Apollon. L. IV. v. 1145. τοπαλαιὸν τὰς μητέρας τῶν γαμούντων ἐν τοῖς γάμοις δᾳδουχεῖν ἔθος ἦν. Hæc loca duo ultima jam a Brodæo sunt notata. *Hopfn.*

732. Τίς δ' ἀνασχήσει φλόγα;] Vide Phœniss. v. 354. Ἐγὼ δ' οὔτε σοι πυρὸς ἀνῆψα φῶς Νόμιμον ἐν γάμοις· Ὡς πρέπει ματρὶ μακαρίᾳ. In quem locum Scholiastes: Ἔθος ἦν, τὴν Νύμφην ὑπὸ τῆς μητρὸς τοῦ γαμοῦντος μετὰ λαμπάδος εἰσάγεσθαι. Et Apollonii L. IV. v. 1145. Πάσας δὲ πυρὸς ὣς ἄμφεπεν αἴγλη. Schol. Τοπαλαιὸν τὰς μητέρας τῶν γαμούντων ἐν τοῖς γάμοις δᾳδουχεῖν ἔθος ἦν. Hæc Brodæus nobis observavit, sed locos noluit designare. *Barnes.*

φλὸξ, flamma h. l. pro λαμπάς, πεύκη, δᾴς. Sic Troad. 346. coll. 353. et 323. ubi φῶς dicitur ut h. l. v. seq. Quod antea erat ἀνέχειν, nunc est παρέχειν. *Hopfn.*

734. καὶ σὺ δὲ φαῦλ' ἡγῇ τάδε.] Scribi potest, ut vitetur anapæstus, καὶ σὺ φαῦλ', &c. et ita Heathius. Codd. A. B. hic omittunt καὶ; debuerant potius omittere δὲ; quod fecit Valckenærius ad Phœniss. 808. Pro ἡγῇ legendum videtur ἡγοῦ, *judica, existima,* i. e. *judicare, existimare debes:* ut sit potius admonitio quam affirmatio: non enim apparet Agamemnonem ita existimasse. sic ἡγοῦ, Med. 455. *existimare debes:* εὐλαβοῦ, *timere debes,* Orest. 784. εὔχου, *precari debes,* Iph. Taur. 336. φοβοῦ, *metuere debes,* Rom. xiii. 4. *Markl.*

Deleo δὲ, et lego κἂν σὺ φαῦλ' ἡγῇ τάδε. *etiamsi Tu hæc nihili facias.* Simile est, quod ex Synesio citant Lexica παρὰ φαῦλον ἡγεῖσθαι, *nihili facere.* Valckenærio placet, καὶ σὺ φαῦλ' ἡγῇ τάδε, quod, fateor, non intelligo. *Musg.*

Nunc ego, si quid esset emendandum, mallem cum Musgravio legere κἂν σὺ φαῦλ' ἡγῇ τάδε. Si licuisset, legissem: καὶ σὺ μή—τάδε; ut interrogatio esset,—*das ist ja nicht Sitte,—und du hältst das nicht für unschicklich?* Reliqua Cel. Jacobs sic emendanda esse suspicatur: οὐχ ὁ νόμος οὗτος· μὴ σὺ φαῦλ' ἡγοῦ τάδε. *At hæc moribus non recepta sunt nostris, ne tu quæso hæc contemtim habeas.* Ex hoc loco patet, lectionem νόμιμον, Phœniss. 354. veram esse, neque ideo a Valckenario sollicitandam, quod ibi eadem fere aliis verbis legantur, quod quis nescit sæpius apud Poëtam nostrum fieri? Quare nolo ibi γόνιμον præferre, quod nimis quæsitum mihi esse videtur. Habeo quoque Koehlerum mecum consentientem. Nimirum l. c. Jocaste mater filio Polynici dicit, ἐγὼ δ' οὔτε σοι πυρὸς ἀνῆψα φῶς. Νόμιμον ἐν γάμοις, ὡς πρέπει ματρί μακαρίᾳ. In nostro loco dicit Agamemnon: φῶς—ὃ ν. πρέπει, et Clytæmnestra respondet: οὐχ ὁ νόμος οὗτος. καλὸν, πρέπει. *Hopfn.*

Lectio in textu optima est hac sententia: vel tu ipse hoc asperneris, reprobes, repudies, intelliges hæc esse incongrua. Aliorum tentatis opus non est. Valckenarii tamen ratio valere potest. Nam v. 850. φαύλως φέρειν et ἀμελίᾳ δοῦναι permutantur. Sic etiam φαυλίζειν usurpatur pro contemnere, vilipendere. Iterum, v. 897. —φαῦλον autem est τὸ κακὸν et τὸ εὐτελές, φλαῦρον autem τὸ κακὸν tantum. *Loesner.*

ΚΛ. Καλὸν τεκοῦσαν τἀμά γ' ἐκδοῦναι τέκνα.
ΑΓ. Καὶ τάς γ' ἐν οἴκῳ μὴ μόνας εἶναι κόρας.
ΚΛ. Ὀχυροῖσι παρθενῶσι φρουροῦνται καλῶς.
ΑΓ. Πιθοῦ. ΚΛ. Μὰ τὴν ἄνασσαν, Ἀργείαν θεάν.
Ἐλθὼν δὲ, τἄξω πρᾶσσε, τἀν δόμοις δ' ἐγὼ,
Ἃ χρὴ παρεῖναι νυμφίοισι παρθένοις.

Cly. Atqui honestum *est* me matrem meos saltem elocare liberos.
Aga. Atqui etiam puellas non solas esse domi.
Cly. Bene custodiuntur firmis gynæceis.
Aga. Pare. *Cly.* Non per deam reginam Argivorum.
Profectus igitur, quæ foris sunt age; res vero domesticas ego curabo,
Quas oportet habere puellas nubentes.

735. ἐξομιλεῖσθαι] Exstat verbum Cycl. v. 516. Plutarch. Parallel. p. 352. et p. 881. Op. Mor. p. 1475. Ed. H. Steph. Confer Soph. Trachin. v. 981. *Musg.*

ἐξομιλεῖσθαι idem esse, quod ὁμιλεῖσθαι ἔξω τοῦ οἴκου, observat Abresch. Anim. in N. T. p. 593. *Beck.*

ἐξομιλεῖσθαι] Verbum simplex ὁμιλεῖν sæpius, sed compositum ἐξομιλεῖν bis tantum apud Nostrum legitur, in hoc nostro loco, et Cyclop. 516. ὅμιλος pr. i. q. ὄχλος, sic de turma militum apud Homerum, (v. supra v. 427.) h. l. ὄχλος στρατοῦ. ὁμιλεῖν est *versari* inter alios, idemque ἐξομιλεῖν, unde ἐξομιλεῖσθαι, cingi ab aliis, in aliorum societate esse. In Cyclopis l. l. de corona e pluribus floribus collecta caput Cyclopis ebrii cingente usurpatur. Voc. ἐξόμιλος legitur in Sophocl. Trachin. v. 964. ubi plura monui, ibi vero Schol. et Brunckius accipiunt longe alia significatione, pro ἀηθὴς (quasi ἔξω ὅμιλον, *peregrinus.*) *Hopfn.*

736. τἀμά γ' ἐκδοῦναι.] Vel, μ' ἐκδοῦναι τέκνα. Andromach. 675. Οὔκουν δίκαιον τοῖς ἐμοῖς ἔμ' ὠφελεῖν; ita Stobæus Tit. LXXII. Vulgo, Οὐκοῦν, et ἐπωφελεῖν: et γ' ἐμοῖς, quod tamen prætulerim. *Markl.*

τεκοῦσαν (v. supra v. 209.) sc. ἐμε, quare Marklandus mavult μ' ἐκδοῦναι τ. pro vulgato, γ' ἐκδοῦναι τ. Bene, sed non opus est. De v. ἐκδοῦναι jam supra diximus, ad v. 687.—καὶ sc. καλὸν ἐστι—τὰς, &c. Quod hic est οἶκος, versu sequenti dicitur παρθενὼν, locus, ubi virgines a juvenum consortio remotæ habitabant, et qui alibi γυναικεῖον appellatur. V. supra ad v. 678. *Hopfn.*

739. Μὰ τὴν ἄνασσαν Ἀργείαν θεάν.] Junonem designat, Argis præcipue cultam, et deorum reginam; hinc illud Virgil. Æn. L. I. v. 27. Id metuens, veterisque memor Saturnia belli, *Prima quod ad* Trojam *pro caris gesserat* Argis. Et v. 50. Ast ego, quæ divûm incedo *regina*, Jovisque, &c. De *diis* autem et *deabus*, indifferenter *regibus* dictis et *reginis*, vid. quæ nos infra ad v. 1482. *Barnes.*

Clytæmnestra vehementer recusat, quod maritus postulaverat. Jurat per reginam s. deam Argivorum, i. e. Junonem, quippe cui Argi urbs inprimis chara fuit, ubi præcipue colebatur. Ludi quoque (Ἡραῖοι) ejus in honorem ibi erant instituti, in quibus clypeus et corona victoriæ præmium constituebat. Hinc apud Virgilium *regina deûm* (Æneid. I. 9. 46.) *pro caris Argis bellum gessisse* dicitur, l. c. v. 24. Junonis nomen in Italia ortum, ipsamque Junonem (Ἥρην apud Græcos, i. e. reginam, dominam dictam,) Jovis sororem et conjugem fuisse, (v. Virgil. l. l. v. 45.) neminem fugit. Jam quod ad titulum ἄναξ et ἄνασσα attinet, eo inprimis ornabantur Jupiter et Juno, prætereaque Apollo atque Diana, deinde et reliqui dii deæque majores vocantur βασιλεῖς, ἄνακτες et δεσπόται, βασίλειαι, ἄνασσαι et δέσποιναι. Sic supra v. 433. sq. Diana dicebatur. V. quoque infra 1482. et 1522. Plura ea de re monui, multosque citavi scriptores, qui h. v. illustrarunt, ad Cyclop. p. 16. Adde Eustath. in Iliad. fol. 182. lin. 2. et fol. 1598. lin. 21. *Hopfn.*

740. ἐλθὼν ΔΕ τἄξω.] Forte, ἐλθὼν ΣΥ τἄξω πρᾶσσε, τἀν δόμοις δ' ΕΓΩ. Vide Æschyl. Sept. Theb. 206, 207. et supra v. 401. Pro δὲ Codd. A. C. γε. *Markl.*

ΑΓ. Οἴμοι. μάτην ἦξ', ἐλπίδος δ' ἀπεσφάλην,
Ἐξ ὀμμάτων δάμαρτ' ἀποστεῖλαι θέλων.
Σοφίζομαι δὲ, κἀπὶ τοῖσι φιλτάτοις
Τέχνας πορίζω, πανταχῆ νικώμενος.
Ὅμως δὲ σὺν Κάλχαντι τῷ θυηπόλῳ,
Τὸ τῆς θεοῦ φίλον γ', ἐμοὶ δ' οὐκ εὐτυχὲς,
Ἐξιστορήσων εἶμι, μόχθον Ἑλλάδος.
Χρὴ δ' ἐν δόμοισιν ἄνδρα τὸν σοφὸν τρέφειν
Γυναῖκα χρηστὴν κἀγαθὴν, ἢ μὴ τρέφειν.

Aga. Hei mihi! Frustra veni, frustratusque sum spe,
Volens conjugem dimittere e conspectu.
Utor autem fallaciis, et adversus charissimos
Excogito technas, et tamen undique vincor.
Attamen cum Calchante vate,
Quid Deæ gratum, mihi vero non felix est,
Deprecaturus eo, onus Græciæ.
Oportet autem virum sapientem in ædibus alere
Uxorem commodam, et bonam, aut *omnino* nullam alere.

ἐλθὼν — ut nos: *Geh du und sorge,* &c. Non male Marklandus conjicit ἐλθὼν σύ. Idem monet, in Codd. A. C. esse γε, pro δὲ. τὰ ἔξω, quæ extra domum, foris fiunt. Sane ea *viris,* sed negotia *domestica,* qualia etiam sunt, quæ nuptias puellæ spectant, *mulieribus* sunt relinquenda. πρᾶσσε, cura. Nunc cogitemus, Clytæmnestram discedere. *Hopfn.*

742. Μάτην ἦξα] Pro ἤϊξα, ab ἀΐσσω, impetum facio, conor, aggredior. *Barnes.*

742. ss. ἦξ' pro ἤϊξα ab ἀΐσσω, impetum facio, prorumpo, (v. supra ad v. 8. 12. et 80.) h. l. conor, aggredior. Ἀποσφάλλεσθαι, ut ἁμαρτάνειν aberrare a scopo, via, h. l. spe frustrari. Σοφίζεσθαι i. fere q. τέχνας πορίζειν, s. μηχανὴν π. Alcest. v. 222. (sic apud Platonem quoque legitur,) callidas artes excogitare, fallaciisque uti. Suidas v. σοφίζεσθαι reddit, λόγοις ἀπατᾶν. V. Aristoph. Equitt. 721. quem Suidas allegavit. τὰ φίλτατα esse inprimis conjugem liberosque, jam supra ad v. 458. notatum est. Calchas dicitur θυηπόλος, quatenus circa sacrificium versatur, ὁ θύων ἱερεύς, ut Suidas interpretatur. *Hopfn.*

744. Τοῖσι φιλτάτοις] Clytæmnestram et Iphigeniam notat. *Brodæus.*

745. Τέχνας πορίζω] Eundem τοῦ πορίζω sensum Plato habet, μηχανὴν πορίζω, viam invenio. *Barnes.*

748. Hic forte interciderunt nonnulla. Alioqui pro ἐξιστορήσων legendum ἐξικτορεύσων, *deprecaturus.* Hesychius corrupte habet ἰκετορεύσομεν et ἰκτερεύσομεν. *Musg.*

748. ss. ἐξιστορήσων, ut perconter, deliberem. Nam ἱστορεῖν pr. est *ambulare* et res alicujus loci memoratu dignas *inspicere,* deinde *percontari,* quærere, hinc omnino aliquid videre et cognoscere, denique, aliis *narrare,* quæ ipsi vidisti, vel ex aliis cognovisti. H. l. altera significatio h. v. obtinet. Θεοῦ, Dianæ. Τρέφειν alere apud Sophoclem *inprimis* pro ἔχειν adhibetur. V. Casaubon. ad Athen. p. 549. et Valckenar. ad Hippol. 369. Sic h. l. μὴ — i. e. plane nullam. Profecto injustus est Agamemnon, dum probitatem hoc, quo vidimus, modo dijudicat, nulla enim mater pia filiam isto in statu relinquet, neque talis nomine improbitatis est reprehendenda, quæ filiæ curam diligentem habet. Multo vero minus Agamemnon *tale consilium* in animo volvens, uxorem vituperare jure meritoque potest tanquam minus καλὴν s. χρηστὴν κἀγαθὴν. Sed sic fieri solet in vita quotidiana, ut homi-

ΧΟ. Ἥξει δὴ Σιμόεντα, καὶ *στροφή.*
Δίνας ἀργυροειδεῖς,
Ἄγυρις Ἑλλάνων στρατιᾶς,
Ἀνά τε ναυσὶν, καὶ ξὺν ὅπλοις
Ἴλιον, ἐς τὸ Τροίας
Φοιβήϊον δάπεδον·
Τὰν Κασάνδραν ἵν' ἀκούω
Ῥίπτειν ξανθοὺς πλοκάμους,
Χλωροκόμῳ στεφάνῳ δάφνας

Cho. Veniet igitur ad Simoënta, et
Argenteos vortices,
Cœtus exercitus Græcorum,
Cum navibus, et cum armis
Ad Ilium, in Trojæ
Phœbeïum solum:
Ubi audio Cassandram
Diffundere flavos crines,
Viridi corona lauri

nes, qui impedimenta consiliis suis vident objecta, quamvis res exoptata sit maxime improba, tamen eos tanquam improbos reprehendant, quos conatibus improbis adversarios habent. Nunc discedit Agamemnon. *Hopfn.*

751. s. Chorus animo prævidet calamitatem Phrygiæ imminentem, tristissimumque Trojæ excidium. Strophe incipit a v. 751. usque ad v. 761. et locum describit, ubi theatrum belli imminentis erigi debebat. *Simois* fluvius Trojæ ex Ida monte decurrens Ægestam, urbem Siciliæ in dextra parte præterfluit, hic, et alter amnis, qui etiam Ægestam præterfluit, Scamander, ab Ænea nomina accepisse dicuntur. V. Strabo Lib. XIII. p. 418. Fluvio a poëta tribuuntur δίναι ἀργυροειδεῖς, quoniam fluvius decurrens colorem argenti repræsentat. Sic Ion. 95. fonti Castaliæ tribuuntur itidem δίναι ἀργυροειδεῖς. Unde Ovidius Metam. III. 407. *fontem* vocat *argenteum nitidis undis.* Eodem modo ἀργύρεοι ποταμοὶ et πηγαὶ occurrunt apud Græcos. *Hopfn.*

753. ἄγυρις Ἑλλάνων στρατιᾶς.] Ἑλλάνων στρατιᾶς ἄγυρις, vel, ἄγυρις στρατιᾶς. vide Antistrophen. *Markl.*

Emendat Marklandus, metri gratia, Ἑλλάνων ἄγυρις στρατιᾶς, vel Ἑλλάνων στρατιᾶς ἄγυρις. *Musg.*

Ἄγυρις] Cœtus, collectio hominum, unde et πανήγυρις. Est verbum Homericum, Odyss. γ'. v. 31. Ἶξον δ' ἐς Πυλίων ἀνδρῶν ἄγυρίν τε καὶ ἕδρας. *Barnes.*

Hes. ἄγυρις· σύνοδος, συναγωγή. *Beck.*

Ἄγυρις est cœtus, collectio hominum, unde πανήγυρις. v. Intpp. ad Isocratis Panegyricum. *Hopfn.*

754. Ἀνὰ ναυσίν,] Dorice pro σὺν ναυσίν. Gregorius Corinth. de Dor. XVIII. τὴν ἀνὰ, ἀντὶ τῆς σὺν, λαμβάνουσιν. Ὅμηρος·

Χρυσέῳ ἀνὰ σκήπτρῳ.

Καὶ Πίνδαρος·

Χρυσέαις ἀν' ἵπποις.

Commode ibi citat Kœnius, Vir Doctissimus, Nostri Electram, v. 466. *Musg.*

Ἀνά τε] i. e. σύν τε. *Barnes.*

755. Ἴλιον, ἐς τό.] Distingui potest, Ἴλιον ἐς, τὸ Τροίας, &c. v. 754. pro ναυσὶν, Codd. A. B. ναυσι. et v. 757. Κασανδραν Cod. C. *Markl.*

Troja proprie vocatur tota regio, Ilium vero princeps in ea urbs, quæ a Græcis

Κοσμηθεῖσαν, ὅταν θεοῦ
Μαντόσυνοι πνεύσωσ' ἀνάγκαι.
Στάσονται δ' ἐπὶ περγάμων ἀντιστροφή.
Τροίας, ἀμφί τε τείχη
Τρῶες, ὅταν χάλκασπις Ἄρης,
Πόντιος, εὐπρώροισι πλάταις
Εἰρεσίᾳ πελάζῃ

Ornatam, quando Dei
Vaticini impulsus spirant.
Stabunt autem in Pergamis
Trojæ, et circa muros,
Trojani, cum Mars æreis scutis armatus,
Mari vectus ratibus bene rostratis,
Remigatione appropinquabit

est igne ferroque diruta. Hujus urbis arcem πέργαμα s. πέργαμον dici, jam supra observatum est ad v. 589. Terra s. solum (δάπεδον, ut Orest. 1662.) dicitur Phœbeum, quatenus Apollo (Phœbus) æque ac Neptunus, Jovis jussu Ilium simul Laomedonti condiderunt. V. Homer. Il. ε'. 452. sq. et infra Troad. init. (Hac imagine Veteres mœnia alta, firma et invicta voluerunt significare.) In arce Pergamo Apollo videtur templum habuisse. v. Kœppen ad Homer. Il. ε'. 460. Eustath. in Homer. fol. 1245. lin. 46. et fol. 138. lin. 47. *Hopfn.*

756. Φοιβήϊον] Nam Apollo et Neptunus Ilium simul condiderunt. *Barnes.*

756. ss. Chorus respicit ad fabulam satis notam Cassandræ, filiæ Priami, cui Apollo ea sub conditione facultatem dederat vaticinandi, ut ne quisquam ei crederet. V. Virgil. Æn. II. 246. ibique Ill. Heyn. Hanc enim vaticinandi peritiam tanquam mercedem concubitus ab Apolline, quippe ob venustatem ab eo amata, postulaverat, cum autem hæc a promissis non staret, Apollo, qui illam vaticinandi peritiam ei eripere non poterat, indignatus effecit, ut ejus vaticiniis nulla fides haberetur. Tandem ab Ægistho ejusque uxore, una cum Agamemnone, cui in prædæ divisione cesserat, insidiose interfecta est. Hoc autem, *vaticinatur*, ita expressit Poëta: ῥίπτει πλοκάμους ξανθοὺς (quod epitheton ornans satis est notum. V. supra ad v. 681.) κοσμηθεῖσα corona *laurea*, quia Apollinis est vates. Æschyl. Agam. V. 1213. 1223. ubi hæc res omnis exponitur. Apud eundem, v. 1150. Cassandra vocatur φρενομανὴς et θεοφόρητος. Cf. ibid. 1226. et 1267. Euripidi Electra 1032. dicitur κόρη ἔνθεος. θεὸς hic κ. ε. est Apollo. *Hopfn.*

761. παντόσυνοι—ἀνάγκαι.] Lego, Μαντόσυνοι: *fatidicæ necessitates.* Virgilius dixisset, *afflata est numine quando Jam propiore Dei.* sic λόχιοι ἀνάγκαι, Bacch. 89. et δεσπόσυνοι ἀνάγκαι, Æschyl. Pers. 589. Confirmant hanc conjecturam Codices A. B. C. et alii, nisi fallor, ita emendarunt ante me: non memini ubi. V. 765. pro εὐπόροισι iidem ευπρωροις. V. 768. omittit ἐν Cod. A. Barnesius edidit εἰν. V. 774. Codd. A. B. λαιν αι. ους. volunt, opinor, λαϊνέους. *Markl.*

Μαντόσυνοι] Ita uterque MS. et Lib. P. Vulgo παντόσυνοι. κέλευσμα μαντόσυνον habes Androm. v. 1029. s. *Musg.*

ἀνάγκαι θεοῦ] Violenti Apollinis impulsus, quibus necessario obsequendum. *Barnes.*

παντοσύνοι, (ποικίλοι) MS. Musgravii uterque, et Lib. P. habent μαντόσυνοι. Atque sic vere κέλευσμα μαντόσυνον occurrit Andromach. 1029. s. Quare, cum hæc lectio optime quadret, levissimaque opus sit mutatione, eam bono animo in textum recipio. *Hopfn.*

762. Ἐπὶ περγάμων Τροίας] Vide infra ad v. 773. *Barnes.*

762. ss. ἐπὶ περγάμων v. infra ad v. 773. Pro eo, *exercitus hostilis per mare ad Simoënta fluvium veniet,* Poëta dicit Ἄρης

Σιμουντίοις ὀχετοῖς,
Τὰν τῶν ἐν αἰθέρι δισσῶν
Διοσκούρων Ἑλέναν
Ἐκ Πριάμου κομίσαι θέλων
Εἰς γᾶν Ἑλλάδα, δοριπόνοις
Ἀσπίσι καὶ λόγχαις Ἀχαιῶν.
Πέργαμον δὲ, Φρυγῶν πόλιν, ἐπῳδός.

Ad Simoëntis alveos,
Geminorum in cœlo
Dioscurorum *sororem* Helenam
Referre volens a Priamo
In terram Græcam, bellicosis
Clypeis, et hastis Græcorum.
Pergamum vero, urbem Phrygum,

χαλκάσπις [quod epitheton facile intellectu ad scuta ærea respicit, quibus exercitus (Ἄρης, v. supra ad v. 237. armatus erat,] veniet πόντιος, i. e. per mare vectus navibus, (πλάταις, v. supra 723.) quæ ornantur epitheto εὐπόροισι, quæ facile permeant, veloces, pro quo ambo MSS. Musgravii et Lib. P. habent εὐπρώροισι, non male. Reiskius conjecerat εὐπόρους πλάτας. Jam per se intelligitur, navem remigando ad locum pervenire, sed additur hoc h. l. εἰρεσίᾳ — ὀχετοὶ Σιμόεντιοι eodem modo occurrunt Orest. 800.—Quod hic est κομίσαι θέλων, id supra, v. 178. simpliciter erat ἐπὶ τὰν Ἑλέναν. *Hopfn.*

765. εὐπρώροισι πλάταις.] Ita ambo MSS. et Lib. P. Dicitur autem, ut εὐπρύμνοισιν πλάταις supra, v. 728. Sed hic a proris potius, quam a puppibus, Epithetum desumit, quod illæ, proræ sc. Trojanis e muro spectantibus primæ in conspectum venirent. Ed. Ald. εὐπόροισι. *Musg.*

768. ἐν] Lege ob metrum ἔν γ'. *Musg.*

768. ss. Denique Helena dicitur soror geminorum Dioscurorum, (Castoris et Pollucis,) qui, quoniam inter sidera relati sunt, Poëta addit εἰν (ἐν) αἰθέρι (ὄντων.) Jam quod ad Mythologiam attinet, Leda, Tyndarei uxor, mater Castoris et Pollucis itemque Helenæ fuisse dicitur. Homerus quidem (Od. λ'. 297.) utrumque facit filium Tyndarei, quod antiquissima fabula narrasse videtur, sed auctor hymni Homerici εἰς Διοσκούρους, æque ac Hesiodus, observante ad Pindari locum paulo post laudandum Scholiasta, utriusque patrem Jovem, contra Pindarus (Nem. X. 91. s.) Pollucem tantum a Jove, sed Castorem a Tyndareo procreatum fingunt. Constat autem, eos a nautis tanquam deos salutiferos esse cultos. V. Horat. Od. I. 12, 27. ibique Intpp. et Eurip. Helen. 1495. ss. Plura de sensu mythi docte, pro more, exposuit Cel. Hermann. in Mythol. Handbuch, P. II. p. 147. sqq. Clypei et hastæ Græcorum vocantur δορυπόνοι, fortes, bellicæ, quæ in bello adhiberi solent. Sic de militibus usurpatur h. v. Electr. 479. qui armis sunt exerciti, ubi minime Barnesius, idem esse δορίπονος quod δορύξενος, contendere debebat. *Hopfn.*

769. Dioscuri tanquam duo pueri, qui sese amplectuntur, sub capite ursæ majoris inter cancri et aurigæ signum in tabula astronomica conspiciuntur. De fabula, qua inter sidera dicuntur relati, vid. Eratosthen. X. et Nigid. apud Germanicum. *Hopfn.*

770. Ἐκ Πριάμου] Vel οἴκων, vel γῆς, vel χειρῶν, subaudi. *Barnes.*

773. Πέργαμον δὲ, Φρυγῶν πόλιν,] Ita quidem Euripides hoc in loco cum Homero et veteribus loquitur, qui Πέργαμον in singulari specialiter pro Troja, et etiam aliquando pro urbe, usurparunt: ipse autem noster Poëta sæpe alias (ut alii quoque Neoterici) Πέργαμα in plurali, pro

Λαΐνους περὶ πύργους
Κυκλώσας Ἄρει φοινίῳ,
Λαιμοτόμους κεφαλὰς

Lapideas circum circa turres
Cingens, Marti cruento
A cervicibus resecta *civium* capita

quavis urbe, vel *arce*, profert. De hac re ita Eustath. in Iliad. Δ'. fol. 503. lin. 4. Ὅμηρος μὲν μόνην τὴν τῆς Ἰλίου ἀκρόπολιν Πέργαμον ὀνομάζει θηλυκῶς· οἱ δὲ νεώτεροι πάσας τὰς Ἀκροπόλεις οὕτω καλοῦσιν. Οἳ καὶ οὐδετέρως τὰ Πέργαμά φασιν· ὡς καὶ Αἰσχύλος Προμηθεῖ. δῆλον δὲ, ὡς ἡ Πέργαμος καὶ πόλις λέγεται· διὸ εἰπὼν ὁ Ποιητὴς, ὡς νεμέσησεν Ἀπόλλων Περγάμου ἐκκατιδὼν, ἐπάγει μετ' ὀλίγα·— ὥς φατ' ἀπὸ πτόλιος δεινὸς θεός. Ἡ δ' αὐτὴ καὶ ἀκρόπολις καὶ ἄκρη πόλις κατὰ διάλυσιν. ἔθος δὲ τοῖς παλαιοῖς κτίσταις τῶν πόλεων, Ἀκροπόλεις ἱστᾷν ἐν τοῖς ὑψηλοῖς τῶν τόπων, ἄλλης τε ἀσφαλείας χάριν, καὶ φόβῳ κατακλυσμοῦ. Idem fere dicunt breviores notæ, vulgo Didymi dictæ, in locum videl. v. 508. Iliadis δ'. Vide etiam Eustath. in Iliad. ζ'. v. 512. fol. 659. lin. 25. *Barnes.*

773. ss. Epodus continuat descriptionem belli Trojani, et Chorus vehementer optat, ne ipse aut posteri tales experiantur calamitates. Tale votum ubique fere apud Tragicos Chorus in scenæ fine profert. Supra jam ad v. 589. nonnulla de v. Πέργαμος notavimus. Egregia est imago devastationis Trojæ, quam Chorus in Æschyl. Agam. v. 330. ss. exhibet. Lycophron in Cassandra, v. 32. respicit ad primam devastationem Trojæ ab Hercule factam. *Hopfn.*

Πέργαμον δὲ Φρυγῶν πόλιν,
λαΐνους περὶ πύργους
κυκλώσας Ἄρει φοινίῳ,
λαιμητόμους κεφαλὰς
Σπάσας, πόλισμα Τροίας
Πέρσας, κατάκρας πάλιν,
Θήσει κόρας πολυκλαύτους.

Nominativus sive subjectum verbi θήσει est Ἄρης in v. 764. ad quod adeo participia κυκλώσας, σπάσας, πέρσας referenda sunt. Quid autem ineptius, quam Martem dici urbem Marte (Ἄρει φοινίῳ) circumdare? Quæ difficultas altera Musgravii conjectura, qua ἄρει φοινίῳ — ὀπάσας legit, prorsus non tollitur. Melius placet altera, quam ille proponit, suspicio: ἄορι φοινίῳ λ. κ. Ὀπάσας. Ut ingenue tamen fatear, nondum me pœnitet conjecturæ, qua hunc locum tentavi:

λαΐνους περὶ πύργους
Κυκλώσας πάγῃ φοινίᾳ
λαιμητόμους κεφαλὰς
Σπάσας.

Exercitum, quo Trojanorum mœnia circumdatum iri ait, cum rete comparat; plane lyrice, ut Æschylus Agamemn. 367.

Ἦτ' ἐπὶ Τροίας πύργοις ἔβαλες
Στεγανὸν δίκτυον.

Agamem. 831. de Troja capta nuncius referens, Gratias, inquit, Diis agamus:

— ἐπείπερ καὶ πάγας ὑπερκότους
ἐπραξάμεσθα καὶ γυναικὸς οὕνεκα
πόλιν διημάθυνεν Ἀργεῖον δάκος.

in. v. 538.

τοιόνδε Τροίᾳ περιβαλὼν ζευκτήριον
Ἄναξ Ἀτρείδης, πρέσβυς εὐδαίμων ἀνὴρ
Ἥκει.

in VII. c. Thebas. 348.

Μαινόμενος δ' ἐπιπνεῖ λαοδάμας
μιαίνων εὐσέβειαν Ἄρης.
κορκορυγαὶ ἀνὰ ἄστυ
ποτὶ πτόλιν δ' Ὀρκάνη πυργῶτις.

ὀρκάνη. τὸ θηρευτικὸν δίκτυον, ὃ καὶ σπαργάνη καλεῖται. Eodem sensu v. πάγη occurrit apud Alcæum Messen. Epigr. XI. (Anal. V. P. Vol. I. p. 489.)

ἦ ῥα μάτην ἐπόνησε λιθόξοος, ὃς σὲ τὸν οἴστρῳ
κυμήναντα θεοὺς, τῇδ' ἐνέδησε πάγῃ.

Hac metaphora paulo diverso sensu utitur Plutarchus de Superstitione, T. II. p. 169. de Judæis loquens, qui, inepta superstitione capti, hostibus impetum in urbem facientibus, inertes sedebant. Τῶν

Σπάσας, πόλισμα Τροίας
Πέρσας κατάκρας πόλιν,
Θήσει κόρας πολυκλαύστους,

Consecrans, urbem Trojæ
Evertens funditus iterum,
Faciet puellas multum lachrymantes

πολεμίων τὰ τείχη καταλαμβανόντων, οὐκ ἀνέστησαν, ἀλλ' ἔμειναν, ὥσπερ ἐν σαγήνῃ μίᾳ, τῇ δεισιδειμονίᾳ, συνδεδεμένοι, ubi verba τῇ δεισιδειμονίᾳ glossam redolere videntur.

Jacobs.

774. Hæc et sequentia, si recte capio, sic distinguenda et legenda sunt:

Λαΐνους περὶ πύργους
Κυκλώσας, "Αρει φοινίῳ
Λαιμητόμους κεφαλὰς
'Οπάσας, πόλισμα Τροίας
Πέρσας, κατάκρας πάλιν.

Minime ineptum est, qui bello pereunt, victimas Marti immolatas vocari. Dicitur enim Deus iste cadaveribus et cæde contemplanda delectari et quodammodo pasci. Æschyl. Sept. c. Theb. v. 250.

τούτῳ γὰρ "Αρης βόσκεται φόνῳ βροτῶν.

Horatius Lib. I.

Dant alios Furiæ torvo spectacula Marti.

ὀπάζειν de rebus Deo oblatis non raro adhibetur. vid. Phœn. v. 1592. Philippum in Antholog. H. Steph. p. 447. Euphorion. in Anthol. Reisk. p. 45. Archiam ibid. p. 45. πάλιν pro πόλιν a Barnesio est; respicitque priorem Trojæ ab Hercule eversionem, de qua passim Antiqui.

Magis nunc placeret ἄρδει φοινίῳ, vel ἄορι φοινίῳ. Hesychius: ἄρδιας, τὰ ἐκ χειρὸς ὅπλα. Idem Hesychius κεφαλὰς per σώματα interpretatur, ne quis putet, Euripidem speciatim de capitibus loqui. Pariterque Aristophanes κεφαλαὶ κολάκων pro κόλακες habet Pace 755. Virgil. Æneid. XII. 328.

Multa virum volitans dat fortia corpora leto.

In quo versu duo sunt cum hoc Euripidis loco comparanda: nempe *corpora virum* cum κεφαλάς: et *leto dat* cum ἄρδει ὀπάσας. De postrema hac phrasi confer etiam Troad. 97. *Musg.*

775. κυκλώσας "Αρει φοινίῳ.] Forte, "Αρης φοίνιος: quod postulare videntur participia κυκλώσας, πέρσας, et verbum θήσει. Pro λαιμητόμους (v. 776.) Codd. omn. λαιμοτόμους. unde ita edidi. Passiva notione hic sumitur: activa Iph. Taur. 444.

Markl.

Κυκλώσας "Αρει φοινίῳ] Ita Gregor. Nazian. στηλιτ. β. στρατοπέδῳ κυκλώσαντος τὴν 'Ιερουσαλὴμ, λόγους τε ἀσεβεῖς καὶ βλασφήμους κατά τε τοῦ βασιλέως καὶ αὐτοῦ τοῦ Θεοῦ ἀποῤῥίψαντος. Hinc nos in Franciade nostra l. 6. — *Martisque corona* Cinge locum. Et l. 7. *Eventuque urbis tantæ, quam dura Gradivi Cinxerat* Angliaci *bello disposta corona.* *Barnes.*

Quod ad priorem Musgravii emendationem attinet, ea difficultatem, quam hic quisque videbit, non tollit. Ad quodnam subjectum trahi debet κυκλώσας, σπάσας, πέρσας, θήσει? Nonne ad "Αρης, v. 764? Quomodo autem dici potest "Αρης, κυκλώσας — "Αρει — θήσει? Melior esset altera Musgravii conjectura modo proposita. Ego vero nolebam "Αρης ex v. 764. huc trahere, potius putabam pro "Αρει scribendum esse "Αρης φόνιος, ut hoc sit subjectum regens, idemque jam, ut nunc video, cogitavit Marklandus ad h. l. Neque vero spernenda est medela hujus loci, quam Cel. Jacobsii sagacitas protulit. Egregia sane est ejus conjectura, tamen eam nolebam in textum recipere. — λαΐνοι πύργοι occurrunt Troad. v. 5.

Hopfn.

776. Sane ego alibi apud Euripidem, hoc uno loco excepto, semper inveni formam λαιμοτόμος, Electr. 459. Ion. 1054. et Hecub. 207. (ubi ἄπο sejungo,) neque vero λαιμοτόμητος *aliquoties* apud Nostrum legitur, ut opinabatur b. Kœppen ad Griech. Blumenlese, P. II. p. 148. Semel tantum λαιμοτμήτος legitur Phœnn. 465. λαιμοτόμοι autem dicuntur κεφαλαὶ, quia capita a cervicibus gutture secato sejunguntur, ἀπὸ τοῦ τέμνειν λαιμὸν (Helen. 1584.) V. λαιμὸς infra recurret, v. 1084.

Δάμαρτά τε Πριάμου.
Ἁ δὲ Διὸς Ἑλένα
Κόρα, πολύκλαυτος ἐσεῖται,
Πόσιν προλιποῦσα.

Et conjugem Priami.
Helena vero Jovis
Filia multum plorans sedebit,
Desertrix mariti.

et 1579. Reiskius pro κεφαλὰς legendum suspicatur κοπίδας aut σφαγίδας, quod sane rectius esset, si λαιμοτόμους activa tantum notione occurreret. *Hopfn.*

778. πόλιν,] Conjeceram πάλιν; sed præventus a Barnesio, et Reiskio: qui (Barnesius) erudite explicat πάλιν, *rursus*, quia Hercules *prius* Trojam everterat; nunc *iterum* Græci eversuri sunt. vid. Sophocl. Philoct. 1484. V. 779. Pro πολυκλαύτους omnes Codd. πολυκλαύστους. vide Dorvill. ad Chariton. p. 40. Suspecta esse potest vox πολύκλαυτος, v. 782. V. 783, 784. " Hi duo versus in unum coalescere debent, Πόσιν προλιποῦσα. μήτ' ἐμοὶ," Heathius. V. 785. Cod. C. τεκνοισιν pro τέκνοις. *Markl.*

πόλιν,] Necesse est, ut vel πόλισμα in versu superiori, vel πόλιν in hoc, per errorem hic locum obtineat; utrumque enim simul stare non potest; certe codex Scaligerianus pro πόλιν legit παλαιὸν, quod cum πόλισμα optime concordat. Mallem ego πάλιν pro πόλιν, ut sit *rursus:* quia Hercules prius Trojam everterat; nunc iterum Græci eversuri erant. *Barnes.*

778. s. Lectionem vulgatam πόλιν nullo modo retineri posse, nemo non intelliget. Quid enim sibi vellet πόλισμα—πόλιν? alterutrum abesse debet, nec difficile dictu, quomodo pro πάλιν, (quod sine omni hæsitatione, v. 778. recipio cum Barnesio, Reiskio, Musgravio, Marklando, et Koehlero,) ex antecedente πόλισμα errore librarii potuerit oriri πόλιν, quod etiam v. 775. jam scriptum fuerat. Si liceret, non male quadraret παλαιὸν, quod Codex Scaligerianus habet. Hercules autem jam *antea* everterat Trojam, ut jam supra observaverat Marklandus, nunc eam Græci *iterum* sunt eversuri. Res ipsa, ut breviter colligam, huc fere redit: Apollo atque Neptunus Laomedonti muros Trojanos jussu Jovis exstruebant, (in quo latet idea firmitatis,) sed cum mercedem ab ipso conductam non accepissent, Apollo pestem, Neptunus monstrum immittebat, cui Oraculum filiam Laomedontis (Hesionem) offerendam esse dicebat. Hercules per hanc regionem iter faciens sub ea lege promittebat, se istam velle servare, si equos Jovis immortales acciperet. Qui cum a promissis stetisset, deceptus a Laomedonte, qui mortales ei equos tradebat, cum sex navibus et exercitu adversus Ilium expeditionem suscepit, atque urbem populatus est et devastavit. V. Homer. Il. φ'. 441. sq. ε'. 452. sq. 640. sqq. Schol. ad Il. v. 145. Apollodor. II. 5. 9. Hygin. f. 89.—θήσει, ποιήσει. Nam τιθέναι apud Atticos adhiberi pro ποιεῖν jam supra est observatum. V. v. 722. *Hopfn.*

779. πολύκλαυτος est exquisitior forma. Vide quos laudavit Clar. Heinrich ad Mus. v. 236. p. 132. sq. *Hopfn.*

782. ἐσεῖται,] Legendum haud dubie ἑδεῖται, *sedebit.* *Musg.*

Pro ἐσεῖται Musgravius emendat ἑδεῖται, non male. *Hopfn.*

783. s. Hi duo versus in unum coalescere debent:

Πόσιν προλιποῦσα. μήτ' ἐμοί. glyconius.

Heath.

785. ss. μήτ' ἐμοὶ, μήτ' ἐμοῖσι τέκνων τέκνοις
ἐλπὶς ἅδε πότ' ἔλθοι
Οἵαν αἱ πολύχρυσοι Λυ-
δαὶ καὶ Φρυγῶν ἄλοχοι
στήσουσι, παρ' ἱστοῖς μυ-
θεῦσαι τάδ' ἐς ἀλλήλας·
Τίς ἄρα μ' εὐπλοκάμους κόμας
Ἔρυμα δακρυόεντ' ἀκούσας
πατρίδος οὐλομένας, ἀπολωτιεῖ.

Hoc loco Marklandus nullum in tota hac Tragœdia difficiliorem reperiri existimat. Maxima tamen ejus difficultas est in ultimis, quos adscripsimus, versibus. Usum τοῦ ἐλπὶς, v. 786. pro φόβῳ Marklandus

Μήτ' ἐμοὶ,
Μήτ' ἐμοῖσι τέκνων τέκνοις
Ἐλπὶς ἅδε ποτ' ἔλθοι,
Οἵαν αἱ πολύχρυσοι Λυ-

Neque mihi,
Neque meis liberorum liberis,
Hæc spes unquam veniat,
Qualem divites Lydæ,

ad hunc locum exposuit et Tyrrwhitt, qui v. 789. optime emendavit: σχήσουσι. In reliquis recte constituendis Marklandi acumen et sagacitas, meo quidem judicio, Musgravii ingenio multum præstitit. Nos, quæ de utriusque conjecturis moneri possint, consulto prætermittentes, facillimam tibi conjecturam proponimus:

> Τίς ἄρα μὴ, ὑπλοκάμους κόμας,
> Ἐρυμάτα πυρόεντ' ἀκούσας
> πατρίδος οὐλομένας ἀπολωτιεῖ.

Quis, cum propugnacula eversæ patriæ igne flagrantia audiverit, capillos non abscindet? ἐρύματα πατρίδος digna poëta locutio. Noster in Danaë. v. 1.

> δόμοι μὲν οἵδ', εὔπυργά τ' ἐρύματα χθονός.

Sophocles in Antigone, 120.

> πρίν ποθ' ἁμετέρων
> αἱμάτων γένυσι πλησθῆ.
> καί τε καὶ στεφάνωμα πύργων
> πευκάενθ' Ἥφαιστον ἑλεῖν.

Virgilius Æneid. VIII. 375. *casuras inimicis ignibus arces* vocat. *Jacobs.*

786. Ἐλπὶς ἅδε ποτ' ἔλθοι, Οἵαν—— Φρυγῶν ἄλοχοι Στήσουσι, &c.] In toto dramate non est hoc difficilior locus per septem versus. Explicatione ejus quam breviter potero defungar. Ἐλπὶς non solum significat *spes*, sed etiam *exspectatio*, utriusque generis, sive *boni*, sive *mali*. si *malum* sit quod exspectatur, ἐλπὶς significat *metus:* cujus exempla multa sunt. vide Orest. 850. Sophocl. Trachin. 968. Lucian. Tyrannicid. p. 694. ed. Græv. τῶν μελλόντων κακῶν ἐλπίς. Sic ἐλπὶς τοῦ ἀπολέσθαι, *exspectatio*, vel *metus pereundi*, Josephus Ant. Jud. II. 15. p. 89. ed. Hudson. Plato De Legg. I. Quod de nomine, idem de verbo ἐλπίζω dictum sit. vide Priscian. lib. 18. p. 1179. ed. Putsch. et Barnes. ad Supplic. 800. ἐλπὶς itaque hoc loco sit *metus*.

Sequitur: Οἵαν (ἐλπίδα) Φρυγῶν ἄλοχοι στήσουσι, *qualem* (metum) *uxores Phrygum instituent*, vel *statuent*. quemadmodum supra v. 676. στήσομεν χοροὺς est χορεύσομεν *saltabimus:* ἔστασεν ἰαχὰν (v. 1039.) est ἰάχησε, *vociferatus est;* στῆσαι κραυγὴν (Orest. 1529. ed. Barn.) est κραυγάσαι, *clamare;* ita στήσουσιν ἐλπίδα, *instituent metum*, id est *metuent*. [Legerim σχήσουσι. Sic in Bacchis 1327. νόστον σχήσουσι. Ἐλπὶς autem, ut satis notum est, apud Veteres pro expectatione futuri, sive boni, sive mali, ἀδιαφόρως ponitur. Tyrwhittus.]

Λυδαὶ πολύχρυσοι, ut Bacch. v. 13. et sæpissime: nempe ob auri ramenta e Tmolo monte a fluvio Pactolo deferri solita. Herod. I. 93. et Strabo lib. XIII. p. 928. Lydæ vero hic memorantur, quia Lydia erat sub imperio Priami. Lucian. in Dear. Judic. p. 224.

Jam itaque hoc optat Chorus: Neque mihi, neque liberorum meorum liberis unquam eveniat talis *metus*, qualem Lydæ et Phrygum uxores metuent, dum captivæ et servæ telam texentes, inter se colloquentur et deflebunt hæc quæ sequuntur, Τίς ἄρα, &c. *Markl.*

Hic ἐλπὶς dicitur ἀγαθὰ, eodemque modo v. 111. legitur ἐλπίζειν pro metuere, quemadmodum et Latini voc. *spes* et *sperare* usurpare solent. Multa de hoc h. v. usu disputavi ad Trachin. v. 111. *Hopfn.*

787. ss. Ita hæc metra constitui jubet Heath.

Οἵαν αἱ πολύχρυσοι Λυδαὶ	dactylicus tetrameter.
Καὶ Φρυγῶν ἄλοχοι	period. brachycatal. s. penthemim. troch.
Στήσουσι παρ' ἱστοῖς μυθεῦσαι	anapæsticus dimeter.
Τάδ' ἐς ἀλλήλας.	basis anapæstica.

δαὶ καὶ Φρυγῶν ἄλοχοι
Στήσουσι, παρ' ἱστοῖς μυ-
θεῦσαι τάδ' ἐς ἀλλήλας·
Τίς ἄρα μ' εὐπλοκάμους κόμας,

Et uxores Phrygum
Habebunt, ad telam colloquentes
Hæc inter sese:
Quis bene comptorum capillorum

Ad οἵαν subaudit κατὰ, vel διὰ, et στήσουσιν reddit *ordientur*, metaphora ab arte textoria ducta. *Beck.*

787—790. Verba vulgo leguntur hoc ordine:

οἵαν αἱ πολύχρυσοι Λυδαὶ καὶ Φρυγῶν ἄλοχοι
στήσουσι, παρ' ἱστοῖς μυθεῦσαι τάδ' ἐς ἀλλήλας.

Ego vero in textu sequutus sum Heathium. *Hopfn.*

789. μυθεῦσαι.] Pro μυθοῦσαι. Hæc scriptura, si sana sit, probat in usu fuisse simplex verbum μυθέω, quod non nisi in compositis nunc agnoscitur. μυθεύω centies occurrit in Euripide. *Markl.*

στήσουσι.] Speciose Tyrwhittus: "Legerem σχήσουσι. Sic in Bacchis v. 1326. s. νόστον—σχήσουσι. Ἐλπὶς autem, ut satis notum est, apud Veteres pro exspectatione futuri, sive boni, sive mali, ἀδιαφόρως ponitur." στήσουσι tamen tuetur μῆνιν στήσας, Soph. Œd. Tyr. 709. *Musg.*

791. τίς ἄρα μ' εὐπλοκάμους κόμας, Ἔρυμα δακρυόεντ' ἀκούσας, &c.] Hæc non possunt intelligi. Pro ἀκούσας Codices A. B. C. ανυσας. Lego, Τίς ἄρα μὴ οὐ πλοκάμους κόμας, Ῥεύματα δακρυόεντ' ἀνύσας, Πατρίδος οὐλομένας, ἀπολωτιεῖ, Διά σε τὰν κύκνου δολιχαύχενος γόνον; *Quis non cincinnos comæ, Effusis lacrymis, Evellet, patria pereunte Propter* (vel *per*) *te* (O Helena) *filiam cygni longum-collum-habentis?* Μὴ οὐ est monosyllabum; in interrogatione, ut hic, Troas. 799. Sophocl. Ajac. 543. Vera ejus elisio est Μὴ ὐ πλοκάμους: unde ex sono factum μ' εὐπλοκάμους. nam μ' οὐ est με οὐ: et η non potest ibi elidi. Callimachus Lavacr. Pallad. v. 52. φράζεο μ' οὐκ ἐθέλων τὴν βασίλειαν ἴδῃς. ita editur, pro μὴ ὐκ ἐθέλων.

Πλοκάμους κόμας (Dor. pro κόμης) ut πλοκάμους τριχὸς, v. 1438. πλόκαμος τριχὸς, Æschyl. Sept. Theb. 570. βοστρύχους κόμης, Helen. 1224. πλόκαμον κόμης, Electr. 1071.

Ῥεύματα δακρυόεντ' ἀνύσαι, *fluxus lacrymosos efficere*, vel *elicere*, est *lacrymari*: quod effertur per νάματα ὄσσων ἐξανύειν vel ἐξανύττειν, Herc. Fur. 624. Sic αἷμα ἐξανύειν vel ἐξανύττειν, *elicere*, Iph. Taur. 1460. κατανύειν, Orest. 89. Ῥεύματα δακρυόεντα sunt πηγαὶ δακρύων, Sophocl. Antig. 814. et ῥήξασα δακρύων νάματα, Trachin. 936. Apposite Æschylus Prometh. 398. Δακρυσίστακτον δ' ἀπ' ὄσσων Ῥαδινῶν λειβομένα ῥέος Νοτίοις ἔτεγξα παγαῖς. ubi Schol. ῥέος· ῥεῦμα. Versus autem Euripidis, Ῥεύματα, &c. est dactylicus ἐφθημιμερής. Virgilius dixisset, *Quis talia fando Temperet a lacrymis?* Hæc in contextum tuto admitti potuissent, opinor.

Διά σε τὰν κύκνου γόνον, est, διά σε, ὦ κύκνου γόνε, ut v. 856. σὲ τὸν Θεᾶς παῖδα, pro, σὲ, ὦ Θεᾶς παῖ, et innumera talia. Synchysis in compositione verborum, in hunc ordinem redigenda est, Τίς ἄρα μὴ οὐ ἀπολωτιεῖ πλόκαμον κόμης, ἀνύσας ῥεύματα δακρυόεντα, πατρίδος οὐλομένης διά σε, τὰν γόνον κύκνου δολιχαύχενος; διά σε hic sumi potest pro genitivo διά σου. Absque τῷ Codicum ἀνύσας pro ἀκούσας, hic locus nunquam restitui potuisset. cetera non adeo difficilia erant. Melius forte distingueretur, Διά σε τὰν κύκνου | Δολιχαύχενος γόνον. ut prior versus trochaïci, posterior iambici, pars esset. *Markl.*

791. ss. Legendum, ni fallor:

τίς ἄρα μ' εὐπλοκάμου κόμας
ἔρυμα, δακρυόεντ' ἀχοῦσαν,
πατρίδος οὐλομένας, ἀπολωτιεῖ;

i. e. *Quis mihi, patria eversa, bene comtæ comæ velamentum, flebiliter ejulanti auferet?* ἔρυμα Hesychius inter alia per κάλυμ-

Ἔρυμα δακρυόεντ' ἀνύσας
Πατρίδος οὐλομένας, ἀπολωτιεῖ,
Διά σε τὰν κύκνου δολιχαύχενος γόνον;
Εἰ δὴ φάτις ἔτυμος,

Velamen lacrymosa ejulanti
Patria eversa, avellet?
Propter te filiam cygni superbientis longo collo:
Si modo vera *est* fama,

μα exponit, sive hunc locum, sive alium similem, respiciens. ἀγνοῦσαι illustrare poterunt, quæ citavi ad Phœnn. v. 1534. οὐλομένας non raro *detestabilem* significat, sed hic *eversa* interpretor ex Iphig. in Taur. v. 1110. ἀπολωτίζω proba vox est, exstatque in Nostri Suppl. v. 459. ubi significat *excellentissima quæque eligentem demetere*. confer Æschyl. Supplic. v. 970. ubi legendum πάρεστι λωτίσαι σε. Huic autem notioni nullus hic locus. ἀπολωτίσαι citat ex Sophocle Jul. Pollux VII. sect. 44. et cum ἀποδῦσαι ut synonymum connectit. De re hic depicta confer Sept. c. Theb. v. 332. *Musg.*

Marklandum. in reliquis sequitur Koehlerus, qui præterea legit μὴ ὑπλοκάμους: i. e. μὴ καλλιπλόκους, κόμας, pro μ' εὐπλοκάμους, atque ita vertit: *O wer wird nicht die schœn geschlungen Locken mit Thrænengüssen die Wangen netzend, wenn unser Vaterland untergeht, abschneiden? deinetwegen, O Tochter des hochhalsigten Schwans!* Ego vero tantum quærebam aliud epitheton, quod pro voce δακρυόεντ' substituerem, neque negare nunc possum, me malle Cel. Jacobsii emendationem facillimam præferre. *Hopfn.*

792. Ἔρυμα] Necesse est, ut hic sit error; vel enim legendum ἐρύματα, quod præcipue vellem, et ita Miltonus legit, vel δακρυόεν certe sine τ legendum quoque. Duportus legit ἔρημα, vel dicit, si ἔρυμα retineas, εὐπλοκάμου legendum; de δακρυόεντ' autem ne γρῦ. Scaliger quoque ἔρημα legit, sed se haud explicat. Brodæus ἔρυμα exponit *arcem Trojanam*; sed ubi loquendum est, *suo more* silet. Ἔρημα quid hic significet, nescio; ita vero locum lego et expono:—Τίς ἄρα μοι εὐπλοκάμους κόμας ἀπολωτιεῖ, ἀκούσας δηλονότι τὰ ἐρύματα δακρυόεντα τῆς πατρίδος οὐλομένας. Ἀπολωτιεῖ autem Attice pro ἀπολωτίσει; et de verbo ἀπολωτίζω vide, quæ nos ad Suppl. v. 459. *Barnes.*

ἀκούσας.] Uterque MS. et Lib. P. ἀνύσας. *Musg.*

Heath. conjicit πήματα δακρυόεντ'. *Beck.*

Forte, ἔρυμα δακρυόεν κλῄουσαν, quod *detrahet comam mihi ploranti, lacrymosum propugnaculum eversæ patriæ.* *Reisk.*

792. s. Sophocles in Antigone, v. 120. dicit: πρίν — στεφάνωμα πύργων πευκάενθ' Ἥφαιστον ἑλεῖν. Cl. Jacobsius citat Virgilium, qui Æn. VIII. 375. *arces* vocat *casuras inimicis ignibus.* Quare non opus est conjectura Reiskii: ἔρυμα δακρυόεν κλῄουσαν, *quod detrahet comam mihi ploranti, lacrymosum propugnaculum eversæ patriæ.* Melius esset, πήματα δακρυόεντ', ut Heathius conjicit. Neque vero juvenes non observabunt, ἔρυμα δακρυόεντ' nullo modo stare posse, et vel corrigendum ἐρύματα δ. (quod Miltonus et Barnesius malunt.) vel ἔρυμα δακρυόεν, ut Reiskius emendavit, quod facillime posset admitti. Duportus legit ἔρυμα — εὐπλοκάμου vel ἔρημα, (ut Scaliger, qui tamen se non explicat.) Quid hic sit ἔρημα, ego æque ac Barnesius ad h. l. non intelligo, Brodæus sub ἔρυμα cogitat *arcem Trojanam*, nihil tamen de lectione loci monet. Jam de singulis verbis, cum ab aliis supra sint explanata, pauca addamus. ἔρυμα Suidas exponit per ἀσφάλισμα, τεῖχος. V. supra v. 189. ἀπολωτίζω autem proprie est *lotum* curiosius carpo, hinc quodvis gramen aut florem; et figurate, selectiores homines nece demeto. V. Supplic. 459. col. 727. ἀπολωτιεῖ est Attice pro ἀπολωτίσει. Cæterum conferas Æschyl. Sept. c. Theb. v. 323. sqq. ubi Chorus oratione flebili calamitates urbis ab hostibus expugnatæ persequitur. *Hopfn.*

῾Ως ἔτυχε Λήδ᾽ ὄρνιθι πταμένῳ,
Διὸς ὅτ᾽ ἀλλάχθη δέμας·
Εἴτ᾽ ἐν δέλτοις Πιερίσι
Μῦθοι τάδ᾽ ἐς ἀνθρώπους
Ἤνεγκαν, παρὰ καιρὸν, ἄλλως.

Quod Leda te peperit, avi volanti,
Jovis quando permutatum est corpus,
Sive in tabulis Pieridum,
Fabulæ hæc ad homines
Tulerunt intempestive, et temere.

794. Τὰν κύκνου γόνον] i. e. Helenam, Jovis in *olorem* conversi ex Leda filiam. Videsis hanc fabulam eleganti carmine Græco expressam in poëmate dicto Arion, ad librum, continentem *Argonautica*, *Thebaica*, *Troica* et *Iliadem parvam*, addito, in hymno videl. *Arionis* de *Dioscoris*. *Barnes*.

Διὰ σε] Inde ab his verbis Chori orationem continuari, non feminarum Troadum, censet Prev. *Beck*.

794. sqq. Oratio Chori se ad Helenam convertit, quales ἀποστροφαὶ ad personas absentes apud Poëtas valde sunt usitatæ. Fabula, Jovem in olorem conversum Ledam amasse atque ex hac Helenam filiam (γόνον) suscepisse, ad quam Poëta hic respicit, est nota. *Oloris* epitheton ornans est δολιχαύχην, quatenus collo longo gaudet, hoc epitheton de gruibus quoque Helen. 1487. recurrit. Alibi cygni apud Nostrum epitheton a cantu, qui ei vulgo tribuebatur, (Iph. Taur. 1104.) vel colore niveo (Bacch. 1353. Hel. 216.) vel loco, ubi versatur, (Rhes. 620.) est petitum. *Hopfn.*

795. Εἰ δὴ φάτις] Legi potest cum Reiskio, Εἴθ᾽ ἡ φάτις, propter sequens, Εἴτ᾽ ἐν δέλτοις. *Markl.*

φάτις s. φήμη ἔτυμος, ἀληθής. Quod hic est φάτις, Hel. 19. est λόγος, qui quidem locus omnino cum hoc nostro est conferendus. Ibi v. 17—21. hæc ipsius Helenæ verba leguntur:

ἔστιν δὲ δὴ
λόγος τις, ὡς Ζεὺς μητέρ᾽ ἔπτατ᾽ εἰς ἐμὴν,
Λήδαν, κύκνου μορφώματ᾽ ὄρνιθος λαβών.
ὃς δόλιον εὐνὴν ἐξέπραξ᾽ ὑπ᾽ αἰετοῦ
δίωγμα φεύγων, εἰ σαφὴς οὗτος λόγος.

Quod ibi est σαφὴς, h. l. dicitur ἔτυμος. Ibidem v. 214. sq. sunt hæc:

ὅτε σε τέκετο ματρόθεν
Ζεὺς πρέπων δι᾽ αἰθέρος,
χιονόχρως κύκνου πτερῷ.

Jupiter in olorem mutatus Venerem, quam in Aquilam transformari jusserat, fugere simulabat, ut hoc prætextu in Ledæ gremium convolans, ejus amore potiretur. Ab ea igitur receptus ac fotus cum ea concubuit, ex quo quidem concubitu Pausanias (fol. 97. lin. 41.) ovum unum dicit in templo Hilairæ et Phœbæ suspensum, alii duo ova profusa memorant, sequente etiam Tyndari congressu, unde Castor et Clytæmnestra, Pollux et Helena. Egregie depictam esse hanc Historiam in Græco carmine Arion dicto, ad Helen. l. l. et h. l. observavit Barnesius. V. Hygin. Astron. Poët. Lib. II. c. 8. Apollodor. Biblioth. III. 10. 7. Natal. Com. Mytholog. II. 1. p. 94. et Lib. IX. c. 19. p. 1021. coll. Ovid. Metamm. IX. 109. Schol. ad Nostri Orest. 470. Gemmas exhibuit Lippertus in Dactyliothec. Mytholog. Tausend. *Hopfn.*

796. ἔτυχε Λήδ᾽ ὄρνιθ᾽ ἱπταμένῳ.] Vel sine elisione, ὄρνιθι πταμένῳ, (si hæ voces recte habent, neque scribendum ὄρνιθος πταμένου) ut Bacch. 90. πταμένας βροντᾶς. Verbum ἵπταμαι improbat Magister. vid. Græv. ad Lucian. Solœcist. p. 752. Pro ἔτυχε Cod. A. ετυχες: B. ετυχεν. Utrumvis bene, si sit anapæsticus. ἀλλάχθη pro ἠλλάχθη, omisso augmento. Versus, Διὸς ὅτ᾽ ἀλλάχθη, &c. Pars Trochaïci. *Markl.*

ὡς ἔτυχε Λήδ.] Legendum, ni fallor, ὥς σ᾽ ἔτεκε Λήδ. *Musg.*

ARGUMENTUM ACTUS QUARTI.

Achilles, ignarus simulatarum secum nuptiarum, dum Agamemnonem quærit, cum eo de prolixa in Aulide mora expostulaturus, casu in Clytæmnestram incidit. Ab illa quasi gener futurus salutatur; cujus rei ille prorsus ignarus, in doli suspicionem illam trahit: quam mox famulus certiorem reddit de destinata Iphigeniæ cæde. His dolis excepta mulier implorat fidem opemque Achillis, adversus crudelitatem Agamemnonis. Hoc ille in se recipit, et, qua sit sibi via ingrediendum, profert. Chorus Pelei et Thetidis nuptias celebrat, perque antithesin miserum ac longe dispar fatum Iphigeniæ deflet; colligitque, nullum æquitati, aut honesto, locum esse, ubi violentia, impietas et licentia dominentur.

ΑΧΙΛΛΕΥΣ.

Ποῦ τῶν Ἀχαιῶν ἐνθάδ' ὁ στρατηλάτης;
Τίς ἂν φράσειε προσπόλων, τὸν Πηλέως
Ζητοῦντά νιν παῖδ' ἐν πύλαις Ἀχιλλέα;
Οὐκ ἐξ ἴσου γὰρ μένομεν Εὐρίπου πέλας·
Οἱ μὲν γὰρ ἡμῶν ὄντες ἄζυγες γάμων,

ACHILLES.

Ubinam hic est dux Græcorum?
Quis ministrorum dicet, Pelei
Filium Achillem quærere eum in portis?
Non enim æquali lege manemus juxta Euripum:
Nam alii quidem nostrum expertes nuptiarum,

796. s. Vid. Orest. 1383. ss. ubi de hac Ledæ fabula sermo est. Reiskius Διὸς conjungit cum Λήδα. *Hopfn.*

798. Πιερίσι] Brodæus interpretatur poëticis ac fabulosis. Pierides Musæ quem fugiant? Sæpius has Poëtæ invocant. V. Virgil. Ecl. VIII. 63. Conf. Hesiodi Ἔργα initium, ibique Interpretes. Infra quoque Musarum illarum fit mentio, v. 1041. Adde Med. 828. Nomen acceperunt a Pieria monte in Macedonia sito, ubi a Jove et Mnemosyne sunt procreatæ, v. Hesiod. Theog. 52. sqq. Cf. Orphei hymnum 75. in Musas. *Hopfn.*

800. παρὰ καιρὸν, ἄλλως.] Intempestive — frustra. μῦθοι, narrationes, fabulæ. Musæ enim dicuntur canere Deos, leges et mores, quoniam antiquissimis temporibus omnia carminibus proferri solebant, Theogonia, Cosmogenia, Historia, doctrina morum et leges, Musæ vero præsides Poëseos erant. V. Cel. Hermann. Mytholog. Handb. P. I. p. 139. sqq. *Hopfn.*

801. s. στρατηλάτης, στρατηγὸς, v. supra ad v. 645. τίς ἂν φράσειε, formula trita apud Euripidem, si quis alterum quærit. V. ad Eurip. Cyclop. 96. et Soph. Electr. 1103. πρόσπολος, δοῦλος, διάκονος. V. ad Cyclop. v. 76. De Achille Pelei filio v. quæ supra sunt notata ad v. 134. et 208. Nunc causam exponit, cur Agamemnonem quærat. *Hopfn.*

804. μένομεν Εὐρίπου πύλας.] In marg. Barnes. πύλαις vel πέλας. hoc ultimum sine dubio verum est. μένομεν πύλας non puto esse Græcum. *Markl.*

Εὐρίπου πύλας.] Legendum Εὐρίπου πέλας, ut habet in margine Barnesiana. Quanquam nisi præcederet ἐν πύλαις, Εὐρίπου πύλαι defendi posset ex Ἀναύρου πύλαι, Herc. Fur. v. 389. *Musg.*

Puto Græcum non esse μένομεν πύλας. Quare vix religionem duco, lectionem πέλας in textum recipere, facileque est intellectu, quomodo ex superiori potuerit repeti πύλας pro πέλας. Οὐκ ἐξ ἴσου, Bene Koehlerus: *in ungleicher Fassung.*

Οἴκους ἐρήμους ἐκλιπόντες, ἐνθάδε
Θάσσουσ' ἐπ' ἀκτάς· οἱ δ' ἔχοντες εὔνιδας,
Ἄπαιδες· οὕτω δεινὸς ἐμπέπτωκ' ἔρως
Τῆσδε στρατείας Ἑλλάδ', οὐκ ἄνευ θεῶν.
Τοὐμὸν μὲν οὖν δίκαιον, ἐμὲ λέγειν χρεών·

Relictis ædibus desertis, hic
Sedent in littore: alii vero habentes uxores,
Et liberos. Tam vehemens amor incidit
Non sine diis in Græciam hujus expeditionis.
Quod igitur jus ad me pertinet, id oportet me dicere:

De Euripo v. supra v. 11. 166. infr. 813. 1324. *Hopfn.*

805. ἄζυξ dicitur de jumento, quod non est jugo admotum, unde de eo adhibetur, qui non tenetur conjugio, unde additur γάμων, ut h. l. et Hippol. 1425. alibi λέκτρων, Hippol. 548. vel εὐνῆς γαμηλίου, Med. 671. vel etiam simpliciter legitur, ut Bacch. 683. quod vulgo fit, nam si tale vocabulum additur, hoc πλεονάζει. Alia hujus Pleonasmi exempla Barnesius excitavit ad Androm. v. 610. Supra verbum hac in re proprium ζευγνύναι habuimus. De h. v. ἄζυξ plura monuit b. Koeppen in Gr. Blumenlese, P. 2. p. 161. v. 698. V. infr. 907. *Hopfn.*

807. Θάσσουσ' ἐπ' ἀκτάς·] Hecub. 36. θάσσουσ' ἐπ' ἀκταῖς. Recte ἐπ' ἀκταῖς, *in littore:* ἐπ' ἀκτὰς, *ad litus.* Iph. Taur. 272. Εἴτ' οὖν ἐπ' ἀκταῖς θάσσετον. Helen. 739. Μένειν ἐπ' ἀκταῖς. Potuit quoque scribere ἐπ' ἀκτῆς. *Markl.*

Nulla ratio reddi potest, cur Poëta cælibi juventuti matrimonio junctos, sed liberis destitutos, opponeret. Si enim hi sine magno incommodo abesse domo non poterant, multo minus, quibus liberi præterea educandi et protegendi erant. Lego igitur, ut undequaque perfecta sit oppositio:

— — οἱ δ' ἔχοντες εὐνίδας,
Καὶ παῖδας· οὕτω δεινὸς — —

Musg.

Εὐνίδας] Vide supra ad v. 397. *Barnes.*

807. s. θάσσουσι (καθίζουσι, ut Med. 69.) Æschylus Agam. v. 196—205. bene descripsit et tempestatem istam et, quas effecerit, causas tristissimas. Sed nescio annon possit lectio vulgata retineri, ut ego opinor, desiderium esse potest haud exiguum, quod sentire debent, qui quidem uxoribus, nondum item liberis gaudent. Ego olim experientia edoctus hoc intellexi, et causas desiderii vehementis isto in statu quisque facile perspiciet. Cur hæc oppositio non esset, *alii nondum uxores habent, hi igitur non tam vehementer domus desiderio tenentur, alii uxores habent, non item liberos, hi valde cruciantur uxorum desiderio?* De v. εὐνὶς, v. supra v. 397. *Hopfn.*

808. ἔρως referri debet ad στρατείαν, expeditionem bellicam, de quo v. v. supra ad v. 495. Dii hanc expeditionem ita fieri voluerunt. Achilles hanc totam rem opus Deorum esse autumat. ἔρως non tantum esse amorem sed quodcunque desiderium, cupiditatem vehementem, supra jam ad v. 508. monuimus. Talis autem cupiditas propter vehementiam bene dicitur ἐμπίπτειν. ἔρως dr. ἐμπίπτειν στρατῷ, Æschyl. Agam. v. 351. *Hopfn.*

809. Ἑλλάδι γ', οὐκ ἄνευ Θεῶν.] Anapæstus pro quarto pede. Scaliger, Ἑλλάδ' οὐκ ἄνευ Θεῶν. vulgatam tuetur Barnesius. Cod. B. omittit οὖν, v. 810. *Markl.*

Ἑλλάδ' οὐκ] R. P. Præf. ad Hecub. p. clxvi. *Burn.*

Ἑλλάδι γ',] Scaliger Ἑλλάδ', quod iis placere debet, qui anapæstos in quarta se de non ferunt. *Musg.*

Ἑλλάδι γ'] Scaliger legit Ἑλλάδ', magis ex norma; sed nonnunquam in quarto loco anapæstus reperitur. *Barnes.*

810. s. Τοὐμὸν] Quod attinet ad—quod ratione mei pro justo habeo. λέγειν sc. Agamemnoni. ὁ χρήζων cui opus est. Nunc causam exponit, quare indignetur propter longam moram. *Hopfn.*

812. Γῆν γὰρ λιπὼν Φάρσαλον, ἠδὲ Πηλέα,] Codd. omnes Φαρσάλιον, ut γῆς Φαρσαλίας, Andromach. 22. et sensu eodem,

Ἄλλος δ' ὁ χρῄζων, αὐτὸς ὑπὲρ αὑτοῦ φράσει.
Γῆν γὰρ λιπὼν Φάρσαλον, ἠδὲ Πηλέα,
Μένω 'πὶ λεπταῖς ταῖσδέ γ' Εὐρίπου πνοαῖς,
Μυρμιδόνας ἴσχων, οἵ μ' ἀεὶ προσκείμενοι
Λέγουσ', Ἀχιλλεῦ, τί μένομεν; ποῖον χρόνον

Alius vero, cui libitum est, ipse pro se dicat.
Relictis enim terra Pharsalo, et Peleo,
Moror ad flatus istos tenues Euripi,
Continens Myrmidones, qui mihi semper instantes
815 Dicunt: Achilles, quid expectamus? quam longum tempus

πόλεως Φαρσαλίας, ibid. v. 16. Φάρσαλος quoque appellari potuit γῆ, ut Ἐλευσὶς vocatur χθὼν, Supplic. v. 1. i. e. πόλις. Ex hoc autem loco, et multis aliis, patet, vocem ἠδὲ, *et*, esse bene Atticam. Ιον est unius syllabæ in pronuntiatione, quasi esset *y ŏ n*. *Markl.*

Φαρσάλιον, R. P. Præf. ad Hecub. p. clxvi. *Burn.*

Φάρσαλον,] Uterque MS. et Lib. P. Φαρσάλιον. Legendum Φάρσαλιν. Antipater Sidon. in Antholog. H. Steph. p. 268.

καὶ τὸν Ἀχιλλείοις Φαρσάλισιν Ἕκτορα πώλοις.

Musg.

Γῆν γὰρ λιπὼν Φάρσαλον, ἠδὲ Πηλέα,] Ut versus hic sibi constaret, Johannes Miltonus dicit, τὸ μὲν, *aut quid ejusmodi, interserendum*, deceptus, ut puto, quod crederet, τὸ Φάρσαλον penultimam corripere: sed quum illa syllaba sit longa, non est opus, ut aliquid tale addatur, imo nocebit versui. Quod vero producitur, en! Catullus (65, 37.) pro nobis stat. — Pharsalon coëunt, Pharsalia tecta frequentant. Et Lucan. Lib. VI. 350. Æmathis æquorei regnum Pharsalos Achillis.

Barnes.

Pharsalus a Strabone (Lib. IX. p. 298.) ad urbes Phthioticas numeratur. Fluvius Enipeus eam præterlabitur, posteaque in Apidanum (v. supra v. 713.) et Peneum influit. V. Lucanum in Pharsal. ibique Intpp. *Hopfn.*

813. λεπταῖς — Εὐρίπου πνοαῖς,] Plura dici possent pro ῥοαῖς, si cum Codicibus: nam tentoria Myrmidonum fixa erant Εὐρίπου πέλας. Hæ λεπταὶ Εὐρίπου ῥοαὶ vocantur λεπτὸς Εὐρίπου κλύδων apud Strabon. lib. I. p. 104. ex Ione Chio. Credo Euripidem scripsisse ῥοαῖς, alterum esse ab interpolatore qui meminerat πνοὰς a Græcis hoc tempore exspectari. Si legatur πνοαῖς, verti potest ἐπὶ *cum*, ut v. 656. *μένε ἐπὶ τέκνοις, mane cum liberis.*

Markl.

λεπταῖς — πνοαῖς,] Intellige reciprocationes crebras, et venti in modum incertas. vid. Iphig. in Taur. v. 6. et quæ ibi citantur. Contrario modo Theophrastus τροπὰς (genus id Ventorum est) Euripis comparat. ἡ τροπὴ, καθάπερ πάλιν πνοή τις ἐστὶ πνεύματος, ὥσπερ ἐν τοῖς Εὐρίποις, τῶν ὑγρῶν. Confer et Aristot. Problem. c. 26. sect. 4. *Musg.*

Μένω 'πὶ λεπταῖς ταῖσδέ γ' Εὐρίπου πνοαῖς,] Joh. Brodæus putat, hæc referri ad frequentem Euripi reciprocationem, quam his flatibus agitatam vult septies per singulos dies. Ut toties Euripum fluere haud negem, contendo tamen, Achillem nunc respicere ad illam *ventorum iniquam quiescentiam*, qua Græci detinebantur a navigatione, et ἀπλοῖαν hanc, sive νηνεμίαν, per λεπτὰς πνοὰς designare.

Barnes.

λεπταῖς — πνοαῖς,] V. supra ad v. 11. ubi venti in Euripo silere dicebantur. Jam quid h. l. sit intelligendum, haud difficile dictu esse videtur. Non poterant navigare Græci propter tranquillitatem ventorum, (v. supra ad v. 88. coll. 352.) nonne hæc idea significatur λεπταῖς πνοαῖς? Iphig. in Taur. v. 6. ubi Euripus dicitur δίνας (vortices) ἑλίσσειν θαμὰ αὔραις πυκναῖς et κυανίαν ἅλα στρέφειν. Quod quidem egregie illustrat Livius Lib. XXVIII. 28. c. 6. *Fretum ipsum Euripi non septies die, sicut fama fert, temporibus certis reciprocat, sed temere in modum venti nunc huc, nunc illuc verso mari, velut monte præcipiti devolutus, torrens, rapitur. Ita nec nocte, nec die, quies*

Ἔτ' ἐκμετρῆσαι χρὴ πρὸς Ἴλιον στόλον;
Δρᾶ γ', εἴ τι δράσεις, ἢ ἄπαγ' οἴκαδε στρατὸν,
Τὰ τῶν Ἀτρειδῶν μὴ μένων μελλήματα.
ΚΛ. Ὦ παῖ θεᾶς Νηρῆδος, ἔνδοθεν λόγων
Τῶν σῶν ἀκούσασ', ἐξέβην πρὸ δωμάτων.
ΑΧ. Ὦ πότνι' αἰδὼς, τήνδε τίνα λεύσσω ποτὲ
Γυναῖκα, μορφὴν εὐπρεπῆ κεκτημένην;
ΚΛ. Οὐ θαῦμά σ' ἡμᾶς ἀγνοεῖν, οὓς μὴ πάρος

Adhuc oportet emetiri expeditionem ad Aulidem?
Fac si quid es facturus, aut abduc exercitum domum,
Istas Atridarum non expectans cunctationes.
Cly. O fili Deæ Nereidis, intus sermonem
Tuum audiens exivi ex ædibus.
Ach. O veneranda verecundia, quamnam video
Fœminam, forma *tam* decente præditam?
Cly. Non est mirum te nos non novisse, quas ante non

naribus datur. Marklandus, quem Koehlerus sequutus est, legit λεπταῖς —E. ῥοαῖς. *Hopfn.*

814. οἵ μ' ἀεὶ προσκείμενοι λέγουσ',] Mallem Οἵ γ' ἀεὶ (vel οἵτ', i. e. οἵ:) nam μ' non potest, in Tragico, opinor, denotare μοι: et προσκείμενοί με, vel λέγουσί με, pro μοι, non videtur hic esse Græcum. Dicam mox de με et μοι. Parum differentiæ est inter μ et γ in libris scriptis. *Markl.*

814. s. De Myrmidonibus v. supra ad v. 237. ἴσχων, retinens. προσκείμενοι dicuntur, qui ab altero non recedunt, ei semper adhærent. Bene respondet nostro: *die mir bestændig anliegen.* Pro vulgato οἵ μ' ἀεὶ π. Marklandus mavult οἵ γ' ἀεὶ vel οἵ τ', i. e. οἵ — negat enim μ' apud Tragicum posse esse, (V. supra ad v. 492.) et προσκείμενοι με, vel λέγουσί με, non esse hic Græcum. Quare eum lubenter sequutus sum in emendatione textus Græci. ποῖον quam longum. Tamen elidi οι in μοι, σοι, τοι extra dubium est, (vid. Sophocl. Trach. 736. et 1203.) etsi Marklandus neget ad Suppl. 337. 796. et supra 491. ubi eadem constructio quæ Med. 56. ubi itidem elisio locum habet. V. Brunck. ad Leonidæ Tarent. Epigr. 58. *Hopfn.*

816. πρὸς Ἴλιον στόλον;] Codd. omnes Ιλ ιον. ου. Forte, πρὸς Ἴλιον στόλου: (V. supra v. 277.) ut constructio sit, ποῖον χρόνον στόλου πρὸς Ἴλιον χρὴ ἡμᾶς ἔτι ἐκμετρῆσαι; Sophocles Philoct. 249. κατ' ἀρχὴν τοῦ πρὸς Ἴλιον στόλου. noster infra, v. 965. Duo substantiva ὁμοιοτέλευτα raro conjungit Euripides. *Markl.*

πρὸς Ἴλιον] Lego: πρὸς Αὐλίδι. *Musg.*

818. μὴ μένων μελλήματα.] Ald. et Steph. μελήματα. Perperam. Æschines adv. Ctesiph. p. 392. ed. Taylor. οὐδὲ τὰ τῶν Ἑλλήνων ἀναμένειν μελλήματα. Et ita Portus, et Codices A. B. *Markl.*

μελλήματα.] Ita ambo MSS. et Lib. P. ut recte jam Barnesius. Ed. Ald. μελήματα. *Musg.*

μελλήματα.] Alias μελήματα: sed hic verbum præstat, quod moram sonat, quam quod curas. Est vero dictio Æschylæa. *Barnes.*

Noli exspectare μελλήματα, cunctationes, moram, a μέλλω, quod inter alia significat cunctari, morari. (V. infra v. 866.) Dictio est Æschylea, neque opus est lectione, quæ alibi reperitur, μελήματα, curæ, quæ hic minus quadrant. *Hopfn.*

819. ss. Progreditur Clytæmnestra et Achillem alloquitur. De filio Nereidis v. supra ad v. 624. αἰδὼς — O sancta, veneranda verecundia, paulo post τὸ σωφρονεῖν. — μορφὴν, præditam forma ingenua, decora. Κεκτημένην, ἔχουσαν. *Hopfn.*

824. αἰνῶ δ' ὅτι σέβεις τὸ σωφρονεῖν.] Codd.

Κατεῖδες· αἰνῶ δ' ὅτι σέβεις τὸ σωφρονεῖν.
ΑΧ. Τίς δ' εἶ; τί δ' ἦλθες Δαναΐδων εἰς ξύλλογον,
Γυνὴ πρὸς ἄνδρας ἀσπίσιν πεφραγμένους;
ΚΛ. Λήδας μέν εἰμι παῖς· Κλυταιμνήστρα δέ μοι
Ὄνομα· πόσις δέ μοι 'στὶν Ἀγαμέμνων ἄναξ.
ΑΧ. Καλῶς ἔλεξας ἐν βραχεῖ τὰ καίρια.
Αἰσχρὸν δέ μοι γυναιξὶ συμβάλλειν λόγους.
ΚΛ. Μεῖνον· τί φεύγεις; δεξιάν γ' ἐμῇ χερὶ

Vidisti; laudo vero te quod colis verecundiam.
Ach. Quæ vero es? cur venisti ad exercitum Græcorum,
Mulier, ad viros munitos scutis?
Cly. Sum quidem filia Ledæ, Clytæmnestra vero mihi
Nomen, maritus vero est mihi rex Agamemnon.
Ach. Apte dixisti breviter opportuna.
Non decet autem me loqui cum mulieribus.
Cly. Mane; quid fugis? Dextram manui meæ

A. B. C. habent, ὅτι προσεβης αν το σωφρονειν. Quæ lectio videtur partim vera, partim interpolata. Vera forte est, αἰνῶ δ' ὃ προσέβης τὸ σωφρονεῖν· *laudo autem pudorem istum cui accedis*, vel *accessisti*. ὃ προσέβης, pro, πρὸς ὃ ἔβης, *quo tendis*, cui te adjungis, vel adjunxisti, Aor. 2. verbi προσβαίνω: Androm. 982. Interpolata videtur ὅτι ad supplendam mensuram versus ab aliquo qui legebat σέβεις: ἂν vero additum a putante προσεβης esse modi subjunctivi, a πρὸ et σέβω. Si legatur ὃ προσέβεις, quod multis placebit, verti potest, *quem* (pudorem) *præfatu tuo colis*: quia ille, primo Clytæmnestræ intuitu, dixerat, ὦ πότνι' αἰδὼς, *O Pudor venerande*. Τὸ σωφρονεῖν pro τὴν σωφροσύνην. *Markl.*

σέβεις] Ambo MSS. et Lib. P. προσέβης ἄν. *Musg.*

Hoc versu ego nihil muto. σωφρονεῖν, antea αἰδώς. σύλλογος, supra 753. ἄγυρις στρατιᾶς. γυνὴ — v. ad v. 678. *Hopfn.*

826. ss. πεφραγμένοι;] Armati, muniti, ut v. 1387. De reliquis Clytæmnestræ verbis v. supra ad v. 49. sq. Καίρια, opportuna, quæ scitu sunt necessaria. Αἰσχρὸν non decet, honestum est. Ex more illorum temporum. Nisi fallor δεινὸν (ut vulgo legitur,) hic i. q. antea αἰσχρόν. *Quid inhonestum*, (generum cum socro loqui?) Jam enim longe alia erat res, neque hoc Achilli fuisset inhonestum. Malo tamen cum Valckenario (ad Phœnn. v. 904.) corrigere μεῖνον, *mane*. Sic omnia optime quadrant, quod et Musgravius, Heathius atque Marklandus non improbant. Koehlerus nihil de hac lectione monuit, sed vertit, tanquam si eam ante oculos habuisset. Infra v. 855. itidem est μεῖνον, et Helen. 548. μεῖνον· τί φεύγεις; δεξιάν συνάπτειν χειρὶ, supra v. 58. συμβάλλειν δεξιάς. Qui enim sibi fidem æternam spondebant, se invicem osculabantur vel dextras sibi dabant. Ultima Clytæmnestræ verba Achilles non intelligere videtur. Cæterum consuetudinis maritorum cum aliis uxoribus lex severa sacrosanctaque erat, nec cum moribus nostris sæpe haud modestis comparanda Achilles totius rei ignarus, nunc se non generum spectat. *Hopfn.*

828. μοι 'στίν] Ita scribitur μοί ἐστιν in tragicorum iambis: non μ' ἐστὶν, quod foret μέ ἐστιν. Sophocles Philoct. 826. Ὡς οὐ θέμις γ' ἐμοὶ 'στὶ σοῦ μολεῖν ἄτερ. Ajac. 1247. Δῆλος δέ μοι 'στὶ σκαιὸν ἐκλύσων στόμα. non Δῆλος δέ μ' ἐστί. Diphthongus αι finalis apud tragicos sæpe eliditur: non statim occurrit exemplum τοῦ οι. *Markl.*

831. δεινόν· τί φεύγεις; Lego, Μεῖνον· τί φεύγεις; Sic v. 855. et Phœniss. 911. Μεῖνον· τί φεύγεις; et Helen. 548. Μεῖνον· τί φεύγεις; et sic correxerat Valckenærius ad locum Phœniss. adducto etiam isto ex Helena. Deinde mallem, δεξιάν τ' ἐμῇ χερὶ Σύναψον, ἀρχὴν μακαρίων νυμφευμάτων: pro

Ξύναψον, ἀρχὴν μακαρίαν νυμφευμάτων.
ΑΧ. Τί φής; ἐγώ σοι δεξιάν; αἰδοίμεθ' ἂν
'Αγαμέμνον', εἰ ψαύοιμεν, ὧν μή μοι θέμις.
ΚΛ. Θέμις μάλιστα, τὴν ἐμὴν ἐπεὶ γαμεῖς
Παῖδ', ὦ θεᾶς παῖ ποντίας Νηρηΐδος.
ΑΧ. Ποίους γάμους φής; ἀφασία μ' ἔχει, γύναι·
Εἰ μή τι παρανοοῦσα, καινουργεῖς λόγον.
ΚΛ. Πᾶσιν τόδ' ἐμπέφυκεν, αἰδεῖσθαι φίλους
Καινοὺς ὁρῶσι, καὶ γάμου μεμνημένους.

Adjunge, felix principium desponsationis.
Ach. Quid ais? Egone tibi dexteram? vereremur
Agamemnonem, si tangerem quæ mihi non fas est tangere.
Cly. Maxime fas est, quoniam meam ducturus es
Filiam, O fili Deæ marinæ Nereidis.
Ach. Quas mihi nuptias tu dicis? equidem stupor me habet, O mulier.
Nisi quid vafre agitans dicis novum sermonem.
Cly. Omnibus hoc insitum est natura, ut vereantur amicos
Novos quum vident, et nuptiarum mentione facta meminerint.

γ' ἐμῇ, et μακαρίαν. sic ἐσθλοῖσιν γάμοις, v. 609. καλοῖσιν ὑμεναίοισιν, Orest. 1209. *Markl.*

δεινόν· τί φεύγεις;] Optime Valckenærius V. Cl. μεῖνον· τί φεύγεις. ad Phœn. v. 911. *Musg.*

833. αἰδούμεθ' ἂν 'Αγαμέμνον', εἰ] Codd. A. B. αιδοιμεθ' αν. unde ita edidi, ut prius conjeceram. *Markl.*

αἰδοίμεθ' ἂν] Ita uterque MS. Vulgo αἰδούμεθ' ἄν. *Musg.*

834. εἰ ψαύοιμεν, ὧν] Cod. C. ει ψαυοιμεν αν ὡν hoc est, εἰ ψαύοιμ' ἂν ὧν. Electra 223. μὴ ψαῦ', ὧν σε μὴ ψαύειν χρεών.

Deinde, versu 835. distingui potest, Θέμις· μάλιστα τὴν ἐμὴν, &c. *Imo licet: præcipue cum ducturus sis meam filiam.* Vulgo, Θέμις μάλιστα, τὴν, &c. γαμεῖς. i. e. γαμήσεις. *ducturus es. Markl.*

837. Ποίους γάμους ἔφησθ';] Barnesius mutavit ἔφησθ' in φής. sed magis probabile videtur ut scriba mutaret Ποῖον γάμον in Ποίους γάμους, quam φὴς in ἔφησθα. *Markl.*

Ποίους γάμους ἔφησθ';] Ita Ed. Ald. Optime Marklandus ποῖον γάμον ἔφησθ'; *Musg.*

Φής] Vide supra ad v. 833. Τί φής; ἐγώ σοι δεξιάν; Rejeci itaque ἔφησθα, quia versui nocebat. Miror autem, nemini id prius displicuisse. *Barnes.*

ἀφασία μ' ἔχει, ut Hercul. Fur. 514. atque Hel. 557. ubi cum synonymo ἔκπληξις conjungitur. Suidas h. v. exponit per ἀφωνία, si quis præ stupore loqui non potest, quod Virgilius dicit, *obstupui — vox faucibus hæsit. Hopfn.*

838. Εἰ μή τι παρανοοῦσα,] Opinor περινοοῦσα, *Nisi quid vafri mente agitans,* nisi quid comminiscens. Vix enim quisquam tam inurbane reginam allocutus fuisset, ut eam παρανοίας (*dementiæ*) insimularet. Hesychius: Περίνοια· μηχανή, τέχνη. vide Budæum Comment. Gr. Ling. p. 422. V. 840. Ald. et Codd. A. B. habent μεμνημενοις. Vulgatam μεμνημένους veriorem puto. *Markl.*

παρανοοῦσα,] Marklando placet περινοοῦσα, *comminiscens.* Alterum enim inurbanum esse. Favet vox καινουργεῖς. *Musg.*

παρανοοῦσα,] Perperam quid intelligens, ut Koehlerus reddit: *Du hast wohl falsch verstanden — du irrst dich wohl.* Saltem hæc notio non esset tam inurbana, quam si παρανοεῖν verteremus *dementem esse,* περινοεῖν est comminisci, machinari. Hoc vero, ut jam Koehlerus observavit, reginam in suspicionem fraudis adduceret, Koehlerus vertit: *Ohne Zweifel ists ein Irrthum, der dich so ausserordentlich reden macht.* Ultima verba malo ita in

ΑΧ. Οὐ πώποτ᾽ ἐμνήστευσα παῖδα σὴν, γύναι,
Οὐδ᾽ ἐξ Ἀτρειδῶν ἦλθέ μοι λόγος γάμων.
ΚΛ. Τί δῆτ᾽ ἂν εἴη; σὺ πάλιν αὖ λόγους ἐμοὺς
Θαύμαζ᾽· ἐμοὶ γὰρ θαύματ᾽ ἐστὶ τὰ παρὰ σοῦ.
ΑΧ. Εἴκαζε· κοινόν ἐστιν εἰκάζειν τάδε,
Ἄμφω γὰρ οὐ ψευδόμεθα τοῖς λόγοις ἴσως.
ΚΛ. Ἀλλ᾽ ἦ πέπονθα δεινά· μνηστεύω γάμους
Οὐκ ὄντας, ὡς εἴξασιν· αἰδοῦμαι τάδε.
ΑΧ. Ἴσως ἐκερτόμησε κἀμὲ καὶ σέ τις.

Ach. Nunquam, mulier, ambivi tuam filiam,
Neque mihi intercessit sermo cum Atridis de nuptiis.
Cly. Quid hoc tandem fuerit? tu iterum meum sermonem
Mirare: nam mihi mirus est tuus.
Ach. Conjice; commune *enim* est, utriusque interest,
Nam fortassis ambo verbis, verum dicimus.
Cly. Male certe mecum agitur: *nam* concilio nuptias,
Quæ non sunt, ut videtur. Horum me pudet.
Ach. Fortasse illusit aliquis mihi et tibi:

terpretari: *Du erzæhlst mir da etwas ganz neues.* In priori membro sequor Koehlerum. *Hopfn.*

839. ἐμπέφυκεν, innatum, a natura insitum est. *Hopfn.*

840. μεμνημένοις.] Ita ambo MSS. Vulgo μεμνημένους. *Musg.*

840. s. μεμνημένους.] Sic vulgo legitur, atque Marklandus eam lectionem tuetur, sed ambo MSS. Musgravii habent μεμνημένοις. Hoc ad πᾶσιν, illud ad φίλους esset trahendum. Αἰδεῖσθαι, in amicorum præsentia verecundius se gerere, *zurückhaltend seyn*, non, *suspicari amicos*, ut male vertit Brumœus. Γύναι, hæc compellatio valde apud Græcos est usitata, neque inest aliquid, quod violet aut inurbanum esset, ut opinati sunt multi Intpp. ad Joh. ii. 4. ubi plures alii eam, quam diximus, rem, copiose illustrarunt. *Hopfn.*

841. ἐμνήστευσα, ambivi filiam. Alibi Græcis quoque usitatum est v. ἐξαιτεῖν. Sophocl. Trachin. 10. Neque vero hæc huic v. deneganda est notio, quod nuper fecit S. V. Schleusner, qui contendit in Lexico N. T. T. II. p. 144. μνηστεύειν *non esse* ambire nuptias, procum esse, ut vulgo vertatur, eum enim, qui puellam in matrimonium poscat, dici μνᾶσθαι, contra μνηστεύειν esse elocare alicui puellam, nuptum dare. Recte, conf. Electr. 313. et Nostrum drama paulo post, v. 847. Verum hoc in loco aperte μνηστεύειν est ambire nuptias, adde Alcest. v. 756. *Hopfn.*

842. s. ἦλθέ μοι λόγος, ne verbum quidem de nuptiis mihi dixerunt, filiam tuam mihi non obtulerunt. τὰ παρὰ σοῦ, λόγοι σοῦ. Εἴκαζε, conjice, delibera, quid hoc sibi velit, cur tale quid alii excogitarint! *Hopfn.*

846. Ἄμφω γὰρ οὐ ψευδόμεθα] Achilles, mirans quid sibi vellet hæc historia de nuptiis suis, dicit Clytæmnestræ, æque ac ille miranti, Εἴκαζε· κοινόν ἐστιν εἰκάζειν τάδε, Ἄμφω γὰρ ἐψευδόμεθα τοῖς λόγοις ἴσως. *Conjecta: ad utrumque nostrum spectat conjectare de hac re, Uterque enim forte decepti fuimus logis,* seu, *verbis inanibus.* Vulgo plene distinguitur post Εἴκαζε et post τάδε: et legitur οὐ ψευδόμεθα pro ἐψευδόμεθα. *Markl.*

Ἄμφω γὰρ οὐ ψευδόμεθα] Interpretor: *Ambo enim verum dicimus.* Habet enim inurbani aliquid vulgata interpretatio: *non ambo mentimur.* *Musg.*

846. s. Marklandus, cujus ego vestigia premo, post εἴκαζε ponit colon, post τάδε comma, et pro οὐ ψευδόμ. emendat ἐψευδόμεθα. Sic quoque Koehlerus reddit: *Sin-*

Ἀλλ' ἀμελίᾳ δὸς αὐτὰ, καὶ φαύλως φέρε.
ΚΛ. Χαῖρ'· οὐ γὰρ ὀρθοῖς ὄμμασίν σ' ἔτ' εἰσορῶ,
Ψευδὴς γενομένη, καὶ παθοῦσ' ἀνάξια.
ΑΧ. Καί σοι τόδ' ἐστὶν ἐξ ἐμοῦ. πόσιν δὲ σὸν
Στείχω ματεύσων τῶνδε δωμάτων ἔσω.
ΠΡ. Ὦ ξέν', Αἰακοῦ γένεθλον, μεῖνον· ὦ σέ τοι λέγω
Τὸν θεᾶς γεγῶτα παῖδα, καὶ σὲ τὴν Λήδας κόρην.

Sed ne cures ista, ferasque leviter.
Cly. Vale: non enim rectis amplius te oculis intueor,
Cum sim mendax facta, et indigna mihi acciderint.
Ach. Et tibi hoc *ipsum* à me sit dictum; maritum vero tuum
Vado quæsiturus istis in ædibus.
Fam. O hospes nepos Æaci, mane, O te appello
Filium Deæ et te filiam Ledæ.

ne der Sache nach: wir müssen beyde nachsinnen. Vielleicht hat man uns beyde durch Lügenworte hintergehen wollen. Sed nihil de emendatione, quam sequutus est, monuit. Post δεινὰ interrogandi notam poni jubet Heathius. *Hopfn.*

847. Quidquid sit, gravi injuria afficior. μνηστεύω, paro, s. curo, ut nuptiæ apparentur. *Hopfn.*

848. ὡς εἴξασιν.] Hujus temporis, quod ex Analogiæ legibus non formatur, duo exempla præbet Aristophanes; unum Nub. v. 340.

εἴπερ Νεφέλαι γ' εἰσὶν ἀληθῶς, θνηταῖς εἴξασι γυναιξί.

Alterum Avibus, v. 94.

— — οἱ δώδεκα θεοὶ
εἴξασιν ἐπιτρίψαι σὲ — —

Utrumque locum indicaverat Barnesius. *Musg.*

ὡς εἴξασιν·] Εἴξασιν pro ἐοίκασιν, ab εἴκω, similis sum, εἴξω fut. ἤϊξα aor. 1. et ἤϊκτο legitur apud Hom. Odyss. δ'. v. 796. Εἴδωλον ποίησε, δέμας δ' ἤϊκτο γυναικί. Εἶξα autem pro ἔοικα Bœotice, vel etiam pro ἤϊξα Ionice. Nec hoc Euripidi singulare: Aristophanes enim plus semel eodem verbo in eodem tempore et sensu utitur, ut in Nubibus fol. 80. v. 8. edit. Basil. Froben. Εἴπερ νεφέλαι γ' εἰσὶν ἀληθῶς, θνηταῖς εἴξασι γυναιξίν. Et in Avibus fol. 372. v. 4. Οἱ δώδεκα θεοὶ Εἴξασιν ἐπιτρίψαι σέ. Est et εἴκω, cedo. *Barnes.*

εἴξασιν est pro ἐοίκασιν, ab εἴκω similis sum, εἴξω, fut. ἤϊξα aor. 1. et ἤϊκτο legitur apud Homer. Odyss. δ'. v. 796. εἶξα autem pro ἔοικα Bœotice, vel etiam pro ἤϊξα Ionice. V. Bergler. ad Mœrid. p. 147. Quod ad Euripidem attinet, legi apud eum Helen. 497. eodem modo, quo hic. εἶξα est Hel. 80. εἴξαις, Heracl. 368. in his ultimis duobus locis εἴκειν est *cedere.* Αἰδοῦμαι, pudore afficior propter hanc rem. Κερτομεῖν i. q. χλευάζειν, σκώπτειν, ἐρεθίζειν, conviciari, illudere, dolo decipere. V. Cyclop. 683. et quæ ibi notavimus de h. v. *Hopfn.*

εἴξασιν, ἐοίκασιν. *Scholiast.*

850. ss. διδόναι ἀμελίᾳ tradere oblivioni, non curare, negligere, nihili æstimare. Eodem redit φαύλως φέρειν, v. infra v. 897. Leviter aliquid ferre, *nicht sehr zu Herzen nehmen.* οὐ — ὀρθοῖς ὄμμ. quod faciunt, qui sibi mali sunt conscii, et pudore afficiuntur. Ἀνάξια injuria immerito affecta sum. καὶ σοι — i. e. Vale tu quoque. Ματεύειν, ζητεῖν. V. Schol. Hecub. 767. Jam Achilles ex hac, Clytæmnestra ex altera parte discedere volunt. Tum iis occurrit senex, servus Agamemnonis, et perterritus (v. 857.) eos jubet manere, ut iis, quid sciat, enarret. Is nunc omnem rem exponit, ut est, ac sine fuco detegit. *Hopfn.*

855. ὡς σέ τοι λέγω] Opinor, ὦ σέ τοι λέγω· ut Aristoph. Avib. 275. Οὗτος, ὦ, σέ τοι, sc. καλῶ. Helen. 1627. Οὗτος, ὦ, ποῖ σὸν πόδ' αἴρεις, &c. Pro θερά. (θεράπων) Cod. C habet πρε. (i. e. Πρεσβυτης) hic et

ΑΧ. Τίς ὁ καλῶν, πύλας παροίξας; ὡς τεταρϐηκὼς καλεῖ.
ΠΡ. Δοῦλος. οὐχ ἁϐρύνομαι τῷδ᾽· ἡ τύχη γάρ μ᾽ οὐκ ἐᾷ.
ΑΧ. Τίνος; ἐμὸς μὲν οὐχί· χωρὶς τἀμὰ κἀγαμέμνονος.
ΠΡ. Τῆσδε τῆς πάροιθεν οἴκων, Τυνδάρεω δόντος πατρός.
ΑΧ. Ἕσταμεν· φράζ᾽, εἴ τι χρῄζεις, ὧν μ᾽ ἐπέσχες οὕνεκα. 866
ΠΡ. Ἦ μόνω πάροιθε δῆτα ταῖσδ᾽ ἐφέστατον πύλαις;
ΚΛ. Ὡς μόνοις λέγοις ἄν· ἔξω δ᾽ ἐλθὲ βασιλείων δόμων.

Ach. Quis *me* vocat paullulum apertis portis? ut ore perturbato vocat.
Fam. Servus; non insolesco hoc *nomine*: non enim me sinit fortuna.
Ach. Cujus? non *enim* meus: mea et Agamemnonis sunt sejuncta.
Fam. Hujus, quæ ante ædes stat, dante patre Tyndareo *sum servus*.
Ach. Stamus; dic si quid vis, propter quæ me sistis.
Fam. An igitur soli vos duo statis hic ante *ædes* ad istas fores?
Cly. Potes loqui tanquam solis: egredere vero ex ædibus regiis.

in sequentibus. Recte. vid. ad v. 891. et ad Dram. Personas. Pro παροίξας, v. 857. Cod. A. παρ/αν οίξας. *Markl.*

Hunc, qui Achillem et Clytæmnestram hic inclamat, et deinceps cum iis colloquitur, literis Θερ. i. e. prima syllaba vocis θεράπων, designat Aldina. Verum, cum ex v. 891. hunc eundem esse constet, qui initio fabulæ cum Agamemnone collocutus est, literasque ab eo ad Clytæmnestram perferendas acceperat, præstat cum Libro P. πρέσ. i. e. πρέσβυς, præfigere. Sic enim appellat ipso primo versu Agamemnon, confer v. 878. (891.)

ὡς σέ τοι] Emendat Marklandus ὦ σέ τοι. Malim: μεῖνον ὦ, σέ τοι. *Musg.*

γένεθλον, ut supra v. 686. h. l. nepos. Conf. v. 700. λέγω, compello, alloquor. *Hopfn.*

857. παροίξας;] MS. E. ἀνοίξας, superscripto tamen altero. Præstat παροίξας, quod valet *paullulum aperiens*. Patet ex v. 868. eum intra portam substitisse, nec se Clytæmnestræ spectandum adhuc præbuisse. *Musg.*

858. οὐχ ἁβρύνομαι τῷδ᾽ Marklandus vertit: *non insolesco hoc nomine*, sed Heathius: *non quoad hoc delicatum ago*, circumlocutione scilicet ad decipiendum utendo, aut mendacio. Optime Koehlerus: *Es ist nicht Trotz, das verbietet mir mein Stand.* Τύχη ut *fortuna* apud Ciceronem, pro *conditio*, *status*. (V. Intpp. ad Orat. Catilin. IV, 7,16. et pro Milon. 34, 92.) Suidas ἁβρύνεται interpretatur κοσμεῖται, θρύπτεται, καυχᾶται. *Hopfn.*

859. χωρὶς] Res meæ et A. sunt disjunctæ, nihil commune habemus. Nescio an hoc Achillis dictum hic commode quadret! De v. 860. V. quæ supra sunt dicta v. 46. sq. *Hopfn.*

860. τῶνδε, τῶν πάροιθεν, οἴκων, Τυνδάρεω δόντος πατρός.] MS. A. pro τῶνδε τῶν habet τησδε της: quam scripturam (τησδε της) vox πατρὸς poscere et confirmare videtur, ut et versus 46, 869, 870. Puto ab Euripide fuisse Τῆσδε, τῆς πάροιθεν, οἰκεὺς, Τυνδάρεω δόντος πατρός· *Hujusce, quæ hic stat, famulus, Tyndareo patre dante.* vide Harpocrat. V. Οἰκέως· Sophocl. Œd. Tyran. 775. Homer. Odyss. Ξ'. 4. 63. Iliad. Ζ'. 366. et Valckenær. ad Ammon. III. 3. Caussa interpolationis manifesta est. *Markl.*

τῆσδε τῆς πάροιθεν.] Ita MS. E. Ed. Ald. τῶνδε τῶν πάροιθεν.

Reisk. per τοὺς πάροιθεν οἴκους intelligit familiam veterem Clytæmnestræ, seu Tyndari, Spartanam.

Prev. ostendit, in his sequendam esse lectionem optimorum codd. ut constaret sibi oratio hujus senis. *Beck.*

860.ss. Ego cum Koehl. vulgatum tueor, *harum, quæ hic sunt, ædium.* Servus enim venit e tentorio Agamemnonis, non-

ΠΡ. Ὦ τύχη, πρόνοιά θ' ἡ 'μὴ, σῶσον οὓς ἐγὼ θέλω.
ΑΧ. Ὁ λόγος εἰς μέλλοντ' ἂν ὤσῃ χρόνον· ἔχει δ' ὄγκον τινά.
ΚΛ. Δεξιᾶς ἕκατι μὴ μέλλ', εἴ τι μοι χρήζεις λέγειν.

Fam. O fortuna et mea providentia, serva eos, quos volo.
Ach. Hæc oratio futuro tempori permittenda est; habet enim quid ponderis.
Cly. Quoad dextram, ne cunctare, si quid mihi vis dicere.

dum tamen egressus est, (v. v. 863.) ἐπέσχες, supra v. 814. ἴσχειν. Tralatitium est, quod ad v. 862. monet Barnesius, se scribere πάροιθε, non modo ob carminis gratiam, sed quia æque ita scribatur, ac πάροιθεν. *Hopfn.*

862. παῖσδ'.] Ita Lib. P. et Editi recentiores, non dissentientibus MSS. Ed. Ald. παῖδ'. *Markl.*

Ἢ μόνω πάροιθε] Sine ν scribo, non modo ob Carminis gratiam; sed quia æque ita scribitur, ac πάροιθεν. Sic ὄπισθεν, et τηλόθεν, et πάντοθεν, et ἄχρις, et μέχρις, et τουτάκις apud Pindarum, et πολλάκις, et πλειστάκις, &c. sine ultima litera pro lubitu scribuntur, modo consona sequatur. Πάντοθε pro πάντοθεν, Theocr. Idyll. XVII. v. 97. De cæteris nemo dubitat. Εἵνεκα et οὕνεκα ante consonam, εἵνεκεν et οὕνεκεν ante vocalem.

Ταῖσδ' ἐφέστατον πύλαις] Pro ταῖσδ' Aldina editio habet παῖδ', i. e. παῖδε: sic homo grandævus vocat Achillem et Clytæmnestram. Et ita Joh. Brodæus legit. *Barnes.*

863. Ὡς ΜΟΝΟΙΣ λέγοις ἄν·] Quæsiverat senex, an ΜΟΝΩ ἐφέστατον πύλαις, Dualiter, *soli vos* DUO *statis ad portas?* probabile videtur Clytæmnestram respondisse, Ὡς ΜΟΝΟΙΝ λέγοις ἄν, *tanquam nobis* DUOBUS SOLIS *dixeris.* In v. 864. pro σῶσον οὓς Cod. B. σωσουσ': A. σωσας: i. e. σῶσον οὓς, et σῶσον ἅς. utrumque de Iphigenia. *Markl.*

μόνοις.] Placet Marklando μόνοιν, *duobus solis. Musg.*

864. σῶσον.] MS. G. σώσουσ'. MS. E. σῶσαι, unde nonnulli forte emendent σῶσαθ'. *Musg.*

πρόνοια, Lat. providentia et procuratio, illud sensum ambiguum habet, de quo vid. b. Doederlein. in Institut. Theol. Christ. T. I. p. 494. ed. quart.

θέλω sc. σώζεσθαι, respicit ad Iphigeniam, ut quisque intelliget. *Hopfn.*

865. ἂν ὤσῃ] Non intelligo. ἀνοίσει (fut. ab ἀναφέρω) εἰς, usitata est locutio. Ambigua vel dubia cum sint ἂν ὤσῃ, et μέλλοντα χρόνον, reliqui versionem Canteri et Barnesii. *Markl.*

ἂν ὤσῃ] Legendum videtur ἀνοιστέος. Plut. Op. Mor. p. 694. Ed. Steph. ἀλλ' ἀνοιστέος ὁ λόγος, ὥς φησιν Εὐριπίδης. Idem p. 765. ἀλλ' ἀνοιστέος ὁ λόγος (ὡς αὐτὸς ἀνὴρ φησιν.) Responsio hæc Achillis anceps necessario et indefinita est, utpote rem et personam ignorantis: *ad temporis futuri arbitrium pertinere, quæ dixerat Senex, nec aliter dijudicari posse; gravia tamen esse, et rem non exigui momenti indicare.* Scaligero placet: εἰς μέλλοντ' ἂν εἴη χρόνον. *Musg.*

Equidem conjeceram εἰς μέλλοντα λεύσσει, nec sine lætitia vidi postea, idem jam ab Reiskio propositum, idemque a Koehlero non improbatum. *Sermo respicit ad tempus futurum,* ego certe non habeo aliud verbum, quod hic substituerem, quam λεύσσει vel βλέπει, si liceret. *Hopfn.*

866. Δεξιᾶς ἕκατι μὴ μέλλ', εἴ τι μοι χρήζεις λέγειν.] Illustrationem postulat hic locus. Δεξιᾶς ἕκατι nunquam significat *Per dextram,* quemadmodum vertunt: sed vel, *propter dextram,* vel, *dextram quod attinet.* neque probabile est, *Reginam,* Agamemnonis uxorem, obsecraturam esse *servum* suum *per dextram* ejus. nam longe diversæ sunt circumstantiæ, ubi Iphigenia in Tauris, v. 1068. supplicat Choro πρὸς δεξιᾶς, *per dextram.* Illæ enim ingenuæ erant, licet captivæ: et φίλας eas appellat Iphigenia, v. 458. et φιλτάτας, v. 1056. Aliter explicanda hæc sunt. Regum et magnatum mos erat dextram osculandam vel tangendam porrigere servis et humilioribus quibuscunque qui fidem ac protectionem eorum implorarent, aut aliud quid peterent, vel gratias agerent, vel gratularentur: vel denique simpliciter, in signum approbationis eorum. Res est notissima (in regibus adhuc durat), et

ΠΡ. *Οἶσθα δῆτά μ' ὅστις ὤν, σοὶ καὶ τέκνοις εὔνους ἔφυν;*
ΚΛ. *Οἶδά σ' ὄντ' ἐγὼ παλαιὸν δωμάτων ἐμῶν λάτριν.*
ΠΡ. *Χὤτι μ' ἐν ταῖς σαῖσι φερναῖς ἔλαβεν Ἀγαμέμνων ἄναξ;*

Fam. Scisne igitur, qualis existens tibi et tuis liberis fuerim fidus?
Cly. Scio ego te veterem mearum ædium esse ministrum.
Fam. Scisne etiam quod olim me tuæ dotis in partem accepit rex Agamemnon?

exempla ubique: vid. Alcest. 194. Sophoclem Œd. Tyr. 779. Arrianum Dissert. I. 19. Senex itaque pro more gratiam hanc exspectabat, atque hanc exspectationem gestu aliquo significasse supponendus est. Sed Clytæmnestra, moræ impatiens, jubet eum pergere tanquam hoc signum accepisset: *quod ad dextram meam attinet ne cunctere, si quid habes mihi dicere.* Reticetur in narratione *actio* aliqua senis, vel *gestus*, quem spectatores videbant: quemadmodum Mariæ actio, vel apprehensio pedum Domini Nostri in isto D. Joannis xx. 17. *Μή μου ἅπτου. Markl.*

Ed. Ald. *μέλ'*. MS. G. *μέλλ'*, ut cum Barnesio edidi. Optime porro monet Marklandus, Clytæmnestram non dicere *δεξιᾶς ἕκατι*, tanquam supplicem, sed ut favorem suum servo pollicentem; ad quod significandum dextram porrigere solent Magnates. vid. Alc. v. 194. Hinc periphrastice vertas: *Si dextram meam porrigi tibi cupis, ecce eam tibi; ne igitur morare.*

Sic in Verrem V. c. 58. *cui civi supplici non illa dextera invicta et fidem porrexit et spem salutis ostendit?* Vide et Æneid. III. 610. *Musg.*

Videtur significare: *metu quidem, ne meo destituaris auxilio, nolim te amplius, quæ dicenda habeas, celare.* *δεξιά*, auxilium. *Reisk.*

Heath. reddit: *Ne in dextra mea prehendenda tempus teras.* Dextram putat prehendisse, aut prehensurum fuisse, supplicum more, servum.

Koehl. putat, non potuisse reginam moræ causa manum osculandam præbere nolle; igitur potius accipit, ut vulgo, *per dextram te oro;* erga fidelem servum, et in tam gravi causa, id facere potuisse. *Beck.*

Mallem Heathium sequi, qui reddit: *Ne in dextra mea prehendenda moram teras.* Is V. D. putat itidem, servum dextram prehendisse, aut prehensurum fuisse, supplicum more. Etsi senis et servi indoli hæc res sit valde accommodata, tamen nollem a vulgari horum verborum interpretatione discedere, *per dextram* s. *propter dextram te oro*, in quo quidem Koehlerus quoque mecum consentit. Cur enim Clytæmnestra, brevissimæ moræ causa, hoc servo denegaverit? Neque vero indecorum hoc existimem, cum de re tam gravi sermo sit, et servus talis, qualis hic *πρέσβυς* erat, insigni apud dominos favore frui soleret, ut constat. Tali enim tanquam familiari et intimo amico domini in rebus gravissimis uti solebant. Denique quis nescit, homines in rebus arduis angustiisque summis constitutos omnia facere atque se quocunque modo demittere, si modo se aliquid inde emolumenti, levaminis, salutis percipere posse sperant? Cæterum Ed. Ald. habet *μέλ'*. Ego cum Barnes. Musgrav. et MS. G. edidi *μέλλ'*. *Hopfn.*

867. *Οἶσθα δητά γ' ὅστις ὤν, σοὶ καὶ τέκνοις εὔνους ἔφυν;*] Lege *Οἶσθα δῆτα μ' ὅστις ὤν*, notior phrasis quam ut illustratione egeat. Vide tamen Kuster. ad Aristophan. Plut. 55. *Por.*

867. ss. Nimis longa esse videtur præparatio, qua senex utitur, antequam ad narrationem ipsam progreditur. Res enim tam gravis tamdiu celari non debebat, quam facile enim poterat interrumpi ab Agamemnone, antequam Clytæmnestra et Achilles rem omnem cognovissent. Tales præparationes etiam apud Terentium invenies. Aliquid saltem garrulitati senis tribuendum esse videtur. Sane iste sermo omnem excitat attentionem, viamque ad nuntium tristissimum munit. Clytæmnestra vocat senem *παλαιὸν δωμάτων λάτριν* (*δοῦλον*,) quemadmodum Pædagogus Medeæ, v. 49. nutricem compellat *παλαιὸν οἴκων κτῆμα* (*θεράπαιναν*.) *Hopfn.*

869. *χ' ὅτι δή με ταῖς σαῖς φερναῖς*, &c.] Codices omnes, X *ωτι μ' ἐν ταις σαισι φερ-*

ΚΛ. Ἦλθες εἰς Ἄργος μεθ' ἡμῶν, κἀμὸς ἦσθ' ἀεί ποτε.
ΠΡ. Ὧδ' ἔχει· καὶ σοὶ μὲν εὔνους εἰμὶ, σῷ δ' ἧσσον πόσει.
ΚΛ. Ἐκκάλυπτε νῦν ποθ' ἡμῖν, οὕς τινας λέγεις λόγους.
ΠΡ. Παῖδα σὴν πατὴρ, ὁ φύσας, αὐτόχειρ μέλλει κτανεῖν.
ΚΛ. Πῶς; ἀπέπτυσ', ὦ γεραιὲ, μῦθον· οὐ γὰρ εὖ φρονεῖς.
ΠΡ. Φασγάνῳ λευκὴν φονεύων τῆς ταλαιπώρου δέρην.
ΚΛ. Ὦ τάλαιν' ἐγώ· μεμηνὼς ἆρα τυγχάνει πόσις;
ΠΡ. Ἀρτίφρων, πλὴν εἰς σὲ καὶ σὴν παῖδα. τοῦτο δ' οὐ φρονεῖ.

Cly. Venisti Argos nobiscum, et meus semper fuisti.
Fam. Sic habet *res:* et tibi quidem sum benevolus, minus tuo marito.
Cly. Aperito nunc tandem nobis, quod vis dicere.
Fam. Pater vult filiam tuam, quam genuit, sua manu occidere.
Cly. Quomodo? abominor, O senex, hunc sermonem: non enim es com-
Fam. Cædens gladio candidam cervicem miseræ puellæ. [pos mentis.
Cly. O me miseram, an igitur maritus meus insanit? [tem desipit.
Fam. Mentis compos ille, præterquam in Te et tuam filiam: quoad hoc au-

ναις ελαβεν, &c. et ita edidi. σαῖσι pro ταῖς σαῖς conjecerat Heathius. Bene, nisi aliter MSS. In prioribus Editt. Græcam linguam, vel metrum, frustra quæsiveris. *Markl.*

μ' ἐν ταῖς σαῖσι.] Ita MS. uterque et Lib. P. Vulgo δή με ταῖς σαῖς, quod metro adversatur. *Musg.*

Heath. aut σαῖσι pro ταῖς σαῖς legebat, aut mutato verborum ordine X' ᾧτι ταῖς σαῖς δή με φέρναις. *Beck.*

869. ss. Quod vulgo legitur, δή με ταῖς σαῖς, metro adversatur, quare malo legere μ' ἐν ταῖς σαῖσι. φερναῖς ἔλαβεν, inter ea, quæ tibi doti donabantur. V. supra ad v. 46. sq. et 860. εὔνους supra v. 45. sq. ἀγαθὸς et πιστός. Nunc rem breviter profert. ὁ φύσας et πατὴρ sunt Synonyma, sed h. l. forte illud φύσας, quod additum legimus, vim innuere debet. Pater filiam—*quam procreavit.* Sic infra quoque v. 1177. — αὐτόχειρ dicitur proprie, qui sua manu aliquid facit. V. Cel. Beck. ad Aristoph. Av. 1133. et Viger. de Idiotism. Gr. L. p. 160. qui illum Comici locum citavit. Ἀπέπτυσ' pro præsenti positum est, de qua re v. supra v. 25. Cæterum ἀποπτύειν, ut *respuere* Latinorum, solet adhiberi pro *abominari.* οὐκ εὖ φρονεῖν paulo post μαίνειν, non esse compotem mentis. *Hopfn.*

875. φονεύων τὴν ταλαιπώρου δέρην.] MSS. A. B. της ταλαιπωρου. Recte, ut v. 491. et alibi. *Markl.*

τῆς ταλαιπώρου] Ita ambo MSS. Ed. Ald. τὴν ταλαιπώρου. *Musg.*

His verbis Brumœus credidit, ipsi Clytæmnestræ mortem denunciari, sed Prev. ostendit recte, pertinere ea ad superiorem senis orationem (v. 873.) quæ a Clytæmnestra interrupta est. *Beck.*

δέρην Poëta ornat epitheto λευκὴν valde usitato. Φάσγανον, ξίφος. Schol. ad Hecub. v. 541. exponit: τὸ ἐν σφαγαῖς γανύ-

ΚΛ. Ἐκ τίνος λόγου; τίς αὐτὸν οὑπάγων ἀλαστόρων;
ΠΡ. Θέσφαθ', ὥς γε φησὶ Κάλχας, ἵνα πορεύηται στρατός.
ΚΛ. Ποῖ; τάλαιν' ἐγώ· τάλαινα δ' ἣν πατὴρ μέλλει κτανεῖν.
ΠΡ. Δαρδάνου πρὸς δώμαθ', Ἑλένην Μενέλεως ὅπως λάβῃ.
ΚΛ. Εἰς ἄρ' Ἰφιγένειαν Ἑλένης νόστος ἦν πεπρωμένος;
ΠΡ. Πάντ' ἔχεις. Ἀρτέμιδι θύσειν παῖδα σὴν μέλλει πατήρ.
ΚΛ. Ὁ δὲ γάμος τίν' εἶχε πρόφασιν, ἥ μ' ἐκόμισεν ἐκ δόμων;
ΠΡ. Ἵν' ἀγάγῃς χαίρουσ' Ἀχιλλεῖ παῖδα νυμφεύουσα σήν.

Cly. Qua de causa? quis malus genius illum instigat?
Fam. Oracula, ut inquit Calchas, ut exercitus proficiscatur.
Cly. Quo? me miseram, infelicem etiam illam, quam pater est interfecturus.
Fam. Dardani ad sedes, ut Helenam Menelaus recipiat.
Cly. In Iphigeniæ igitur perniciem reditus Helenæ erat fatis decretus.
Fam. Rem tenes omnem. Pater filiam tuam immolaturus est Dianæ.
Cly. Nuptiæ vero quem prætextum habebant, quibus me ex ædibus adduxit?
Fam. Ut *lubens* adduceres tuam filiam, ut eam Achilli datura nuptui.

μενον, ἢ τὸ γεγανωμένον ἤγουν στίλβον σκεῦος. *Hopfn.*

876. ss. Constructio verbi cum τυγχάνειν, quæ est tralatitia, illustratur ab Intpp. ad Cebetis tabulæ initium et Vigerum, p. 293. ed. Zeun. prior. Nescio tamen, an *ubique* vera sit Hoogeveni observatio a b. Zeunio ad Vigerum l. l. probata, Verbum τυγχάνειν ita cum participio verbi junctum *non meræ* inservire *periphrasi*, quod Grammatici statuant, sed esse *nancisci*, seu *casu*, *forte*, *fortuna aliquid accipere*. Quomodo hoc stabit Alcest. Prolog. v. 10. et alibi? Hæc jam monui ad Aristotelis ad Nicom. V. 1. in *Magazin für Schulen*, I. 2. p. 478. Voci μεμηνὼς opponitur nunc ἀρτίφρων, qui sana, integra mente fruitur, antea legebamus formulam εὖ φρονεῖν. V. et infra 893. τίνος λόγου quam ob causam. Ἀλάστωρ est quisque genius malus, a quo scelestus ad scelera impelli putabatur. V. Plutarch. Vita Ciceronis 34. Plura de h. v. notavimus ad Sophocl. Trachin. v. 1092. Illud alterum τάλαινα, v. 880. quod ad Iphigeniam referri debet, neglexit in versione Koehlerus, Troja vocatur sedes Dardani, ut Electr. 5. coll. 3. dicitur urbs Dardani inclyta, Conf. etiam Helen. 1493. s. Dardanus enim ab antiquitate dicitur pater Trojanorum. Diversus est mythus apud Veteres, unde Dardanus ille venerit, de qua re legas Apollodor. III. 11. 1. Serv. ad Æn. VII. 207. et Dionysium Antiq. Rom. 61. — πεπρωμένος — reditus Helenæ mortem affert filiæ. Hoc voc. proprie dr. de iis, quibus a fato aliquid destinatum est atque contingit. *Hopfn.*

881. λάβῃ, ut Helenam recuperet. Sic infr. 1168. *Hopfn.*

884. Ὁ δὲ γάμος τίν' εἶχε τὴν πρόφασιν, ἥ μ' ἐκόμισ' ἐκ δόμων;] Neque hic est trochaïcus, nisi scribatur, (et ita Heath.) Ὁ

ΚΛ. Ὦ θύγατερ, ἥκεις ἐπ' ὀλέθρῳ καὶ σὺ, καὶ μήτηρ σέθεν.

ΠΡ. Οἰκτρὰ πάσχετον δύ' οὖσαι· δεινὰ δ' Ἀγαμέμνων ἔτλη.

ΚΛ. Οἴχομαι τάλαινα, δάκρυόν τ' ὄμματ' οὐκέτι στέγει.

ΠΡ. Εἴπερ ἀλγεινὸν, τὸ τέκνων στερομένην δακρυῤῥοεῖν.

ΚΛ. Σὺ δὲ τάδ', ὦ γέρον, πόθεν φὴς εἰδέναι πεπυσμένος;

ΠΡ. Δέλτον ᾠχόμην φέρων σοὶ, πρὸς τὰ πρὶν γεγραμμένα.

ΚΛ. Οὐκ ἐῶν, ἢ ξυγκελεύων παῖδ' ἄγειν θανουμένην;

ΠΡ. Μὴ μὲν οὖν ἄγειν· φρονῶν γὰρ ἔτυχε σὸς πόσις τότ' εὖ.

Cly. O filia, venis ad necem et tu, et mater tua.
Fam. Misera vos ambæ patimini; et dira ausus est Agamemnon.
Cly. Perii misera, oculique non amplius retinent lachrymas.
Fam. Siquidem acerbum est lachrymari orbatam liberis.
Cly. Sed tu, O senex, unde dicis te hæc scire, atque audivisse?
Fam. Ibam afferens literas tibi præter illas, quæ ante erant scriptæ.
Cly. Utrum prohibens, an cohortans adducere filiam ad necem?
Fam. Ut non adduceres: tunc enim resipuerat tuus maritus.

δὲ γάμος τίν' εἶχε πρόφασιν, ἥ μ' ἐκόμισεν ἐκ δόμων; Et articulum τὴν abjicit Cod. B. Versu proxime sequenti, iterum legi potest νυμφεύσουσα, ut 458. et ita Barnesius. *Markl.*

ἐκόμισεν. *Por.*

εἶχε πρόφασιν,] Ita MS. G. Vulgo εἶχε τὴν πρόφασιν. Sed præterea legendum ᾧ μ' ἐκόμισεν ἐκ δόμων. Sententia est: *Quæ causa fuit nuptiarum, quibus me domo eduxit, simulandarum?* Hesychius: πρόφασις, αἰτία, ἀφορμή. *Musg.*

Heathius et Marklandus corrigunt ὁ δὲ γάμος τίν' εἶχε πρόφασιν ἥ μ' ἐκόμισεν ἐκ δόμων; quos sequor, alioquin enim iambus quintam sedem occuparet. Battierius mavult ᾗ μ' ἐκόμισ', quo me pater eduxit, adduxit? Hesychius: πρόφασις, αἰτία, ἀφορμή. Adde Schol. ad Hecub. v. 340. *Hopfn.*

885. νυμφεύουσα] Videtur legendum νυμφεύουσα. *Barnes.*

Pro νυμφεύουσα Barnesio et Marklando videtur legendum νυμφεύσουσα, quod probo. Χαίρων, lubens. *Hopfn.*

886. καὶ σὺ, καὶ μήτηρ σέθεν.] Mallem, χ'ἡ μήτηρ, i. e. καὶ ἡ: quia ita fere scribitur post καὶ σύ. *Markl.*

886. ss. Clytæmnestra ad filiam absentem se convertit, quod characteri dicentis bene est accommodatum. Ἐπ' ὀλέθρῳ adventus noster tibi et mihi perniciosus est, infortunium affert. Heathius scribit ὦ θυγάτερ, existimans, metrum sic nitidius effici. Vulgo legitur ὦ θυγάτηρ. *Hopfn.*

887. οὖσαι·] Sic potius quam οὔσα dualiter, propter ὁμοιοτέλευτα ista οἰκτρὰ et δεινά. *Markl.*

ἔτλη, alibi τολμᾷν hoc sensu legitur. V. supra v. 303. 98. et infra 942. Οἴχομαι non tantum est abeo, (ut v. 891.) sed et perii, actum est de me, ut Med. 228. et Troad. 289. *Hopfn.*

ΚΛ. Κᾆτα πῶς φέρων σὺ δέλτον οὐκ ἐμοὶ δίδως λαβεῖν;

ΠΡ. Μενέλεως ἀφείλεθ' ἡμᾶς, ὃς κακῶν τῶνδ' αἴτιος.

ΚΛ. Ὦ τέκνον Νηρῆδος, ὦ παῖ Πηλέως, κλύεις τάδε;

ΑΧ. Ἔκλυον οὖσαν ἀθλίαν σε. τὸ δ' ἐμὸν οὐ φαύλως φέρω.

ΚΛ. Παῖδά μου κατακτενοῦσι σοῖς δολώσαντες γάμοις.

ΑΧ. Μέμφομαι κἀγὼ πόσει σῷ, κοὐχ ἅπλως οὕτω φέρω.

ΚΛ. Οὐκ ἐπαιδεσθήσομαί γε προσπεσεῖν τὸ σὸν γόνυ,
Θνητὸς ἐκ θεᾶς γεγῶτος· τί γὰρ ἐγὼ σεμνύνομαι;

Cly. Quomodo vero cum ferres literas, mihi non tradebas eas?
Fam. Menelaus mihi eripuit, qui autor est horum malorum.
Cly. O puer Nereidis, O fili Pelei, audis hæc?
Ach. Audio te esse miseram, quod vero ad me attinet, non negligenter fero.
Cly. Interficient filiam meam, circumvenientes nos prætextu nuptiarum [tuarum.
Ach. Et ego indignor marito tuo, neque ita leviter fero.
Cly. Non verebor accidere ad genua tua;
Ego mortalis tibi nato ex dea: quid enim ego superbe jam agam?

888. Pro vulgato δάκρυον, quod est in ed. Barnesiana, alii legunt δάκρυ τ', vel δάκρυά τ'. Heathius, si quid mutandum, mavult δάκρυον ὄμμα τ'. *Non possum diutius lacrymas retinere.* Sequentia verba Heathius reddit: *Si unquam acerbum est, certe acerbum, liberis orbatam lacrymari.* Ego verto: *Siquidem s. quippe triste est, lacrymas effundere.*—πεπυσμένος unde audivisti? *Hopfn.*

891. Δέλτον ᾠχόμην φέρων σοι,] Hinc clare liquet hunc senem famulum eundem esse qui initio fabulæ una cum Agamemnone scenam ingressus est. Restitui igitur Πρε. (pro Θερά.) ex Cod. C. Paullo ante pro τέκνων Cod. A. παιδων. Alterum ab interpolatione, vel glossemate suprascripto. *Markl.*

Δέλτον, v. supra ad v. 35. πρὸς τὰ πρὶν, supra v. 115. πρὸς τοῖς πρόσθεν. *Hopfn.*

894. Κᾆτα πῶς φέρων γε δέλτον οὐκ ἐμοὶ δίδως λαβεῖν;] Omni venere caret particula. Lege, Κᾆτα πῶς φέρων σὺ δέλτον. *Por.*

895. τῶνδ' ὅς αἴτιος κακῶν. *Por. ad Med.* 333.

Μενέλεως ἀφείλεθ' ἡμᾶς] Subaudi τὴν δέλτον. 'Αφαιρῶ enim regit duplicem accusativum. Vide Scholiast. ad Hecub. v. 568. Item Androm. 325. v. et 611. *Barnes.*

895. ss. αἴτιος, auctor. Οὐ φαύλως φέρω, paulo post οὐχ ἁπλῶς, non leviter, i. e. valde ægre fero, hoc vehementer animum meum afficit. *Hopfn.*

900. Versu hoc, non male scriberetur, Οὐκ ἐπαιδεσθήσομαι 'γὼ προσπεσεῖν, &c. pro γε, vide v. 1396. *Markl.*

900. s. Battierius emendat: οὐκ ἔτ' αἰδεσθήσομαι, *non amplius verebor.* Θνητὸς ad Clytæmnestram, ἐκ θ. γεγῶτα ad Achillem referendum. *Hopfn.*

901. ἐκ Θεᾶς γεγῶτα.] Cod. A. B. C. γεγωτ (ος. / α.) Bene τὸ σὸν γόνυ γεγῶτος, ut τῇ

Ἢ τίνος σπουδαστέον μοι μᾶλλον, ἢ τέκνου πέρι;
Ἀλλ' ἄμυνον, ὦ θεᾶς παῖ, τῇ τ' ἐμῇ δυσπραξίᾳ,
Τῇ τε λεχθείσῃ δάμαρτι σῇ· μάτην μὲν, ἀλλ' ὅμως
Σοὶ καταστέψασ' ἐγώ νιν ἦγον, ὡς γαμουμένην·
Νῦν δ' ἐπὶ σφαγὰς κομίζω· σοὶ δ' ὄνειδος ἵξεται,
Ὅστις οὐκ ἤμυνας. εἰ γὰρ μὴ γάμοισιν ἐζύγης,
Ἀλλ' ἐκλήθης γοῦν ταλαίνης παρθένου φίλος πόσις.

Pro quonam mihi magis laborandum, quam pro filia?
Quamobrem opem feras, O Deæ fili, et meo infortunio,
Et ei, quæ est dicta tua uxor frustra quidem; attamen
Coronans eam adduxi tanquam nupturam tibi:
Nunc vero ad mactationem adduco: tibi vero erit probro,
Si non adjuveris *eam*. Etsi enim *ei* nuptiis non fueris junctus,
Tamen nominatus es charus maritus miseræ puellæ.

ἐμῇ χειρὶ Παύλου, 1 Cor. xvi. 21. τὸν ἐμὸν ὠδίνων πόνον, init. Phœnissarum. *Markl.*

γεγῶτα.] Superscribitur in utroque MS. et Lib. P. γεγῶτες.

Θνητὸς] Ἡ ἐγὼ θνητὸς, Attice pro θνητή. *Barnes.*

901. ss. σεμνύνεσθαι infra v. 996. recurret. — (paulo post περὶ,) cujus in commodum s. utilitatem plus est laborandum. Δυσπραξία, ταλαιπωρία. nam εὖ πράττειν est felicem esse. Δάμαρ futura uxor s. sponsa. Solebant autem matres filias nupturas coronare. De coronis nuptialibus plura habet Paschalius de Corona, Lib. II. c. 16. et Selden. in uxore Hebraica, Lib. II. c. 15. conf. Cantic. iii. 11. ad quem locum lege, quæ Gener. Puffendorf. in commentario Germanico, a Rungio edito notavit. Κομίζω, antea ἦγον. Observa vim oppositionis, nam etiam victimæ solebant coronis cingi. *Ich brachte sie bekrænzt als deine Braut hieher,—nun bring ich sie (bekrænzt) zum Opfer.* ! ! ! ἵξεται, ἔσεται. Ἐζύγης (v. supra ad v. 805.) sc. cum filia mea. *Hopfn.*

902. Ἐπὶ τινος σπουδαστέον μοι μᾶλλον, ἢ τέκνου πέρι;] Ἢ τίνος, ut πέρι utrumque genitivum regat. *Por.*

907. Pro ἀμύνω paulo post legitur forma Attica ἀμυνάθω. Plura hujus σχήματος verba notavit Barnesius ad h. l. V. quoque Med. 192. et Schol. ad Androm. v. 850. Qui aliquem obsecrabant, tangere solebant ejus genua, manum aut genas. V. Hecub. v. 245. ubi de hoc more loquitur Scholiastes. Conf. quoque ibid. v. 342—345. *Hopfn.*

909. Πρὸς γενειάδος, πρὸς σῆς δεξιᾶς, πρός τε μητέρος.] Peccat ter in numeros trochaïcos. Recte legeretur, Πρὸς γενειάδος σὲ, πρός τε (vel πρός σε) δεξιᾶς, πρὸς μητέρος. Vide Valckenær. ad Phœniss. 1659. Paullo aliter conjicitur, Πρὸς γένειάδος, δεξιᾶς πρὸς σῆς τε, πρός τε μητέρος· Vel, Πρὸς γένειάδος, δεξιᾶς τε, πρός τε τῆς σῆς μητέρος—Dubito an diphthongus ει unquam sic correptus inveniatur in versu trochaïco vel iambico. Exemplum desidero. *Markl.*

Laborat metrum, cui sic prospiciendum existimo:

πρὸς γενειάδος σε, πρὸς σῆς δεξιᾶς, πρὸς μητέρος. *Musg.*

Heath. scribit: Πρὸς γενειάδος, δεξιᾶς πρὸς σῆς τε, πρός τε μητέρος, vel etiam: Πρὸς γενειάδος, δεξιᾶς τε, πρός τε τῆς σῆς μητέρος. *Beck.*

909. s. In talibus, qualem hic habemus, obtestandi formulis, pronomen solet inseri inter præpositionem πρὸς et sub-

Πρὸς γενειάδος σε, πρός σε δεξιᾶς, πρὸς μητέρος·
Ὄνομα γάρ τὸ σόν μ' ἀπώλεσ', ᾧ σ' ἀμυνάθειν χρεών.
Οὐκ ἔχω βωμὸν καταφυγεῖν ἄλλον, ἢ τὸ σὸν γόνυ,
Οὐδὲ φίλος οὐδεὶς πέλας μοι. τὰ δ' Ἀγαμέμνονος κλύεις
Ὠμὰ, καὶ πάντολμ'. ἀφῖγμαι δ', ὥσπερ εἰσορᾷς, γυνὴ
Ναυτικὸν στράτευμ', ἄναρχον, κἀπὶ τοῖς κακοῖς θρασὺ,
Χρήσιμον δ', ὅταν θέλωσιν. ἢν δὲ τολμήσῃς σύ μου

Per mentum, per tuam dextram, perque matrem *oro*,
Nam nomen tuum me perdidit, quod te vindicare oportet.
Non possum ad aliam aram confugere, quam tua genua,
Neque amicus ullus mihi in propinquo est. Audis Agamemnonis
Crudele et audax consilium: veni autem, ut vides, mulier
Ad navalem exercitum seditiosum, et ferocem ad mala perpetranda,
Utilem tamen, quum volunt. Si igitur tu ausus fueris me

stantivum inde pendens, quod nec Latini ignorant, ut Tibull. IV. 5, 8. Plura exempla collegit Valckenær. ad Phœniss. v. 1659. ὄνομα ἀπώλεσε, quatenus sc. Clytæmnestra opinata fuerat, Iphigeniam fore *Achillis* uxorem, alias enim nunquam filiam ad Græcorum castra deduxisset. Quam egregie! *Dein Name stürzte mich in's Unglück, dein Name sey nun auch mein Schutz!* Nec non illud egregium est, quod nunc sequitur: *Ich habe keinen andern Altar, zu dem ich fliehen kann, als deine Knie.* Ad genua enim solebant procidere, quem obsecrabant. V. supra ad v. 900. Causas affert Clytæmnestra hasce: neque a marito maxime crudeli, neque a militum turma feroci, neque ab alio homine, nullo enim amico fruor, opem et tutelam possum exspectare. *Hopfn.*

910. ἀμυνάθειν] Est Atticum σχῆμα pro ἀμύνα, ἀμυνάθω. Ejusdem generis sunt βαρύθω, ἐργάθω, διωκάθω, μινύθω, φθινύθω. Vide Androm. Schol. ad v. 850. *Barnes.*

912. γελᾷ μοι. Verius videretur πέλας μοι, *prope est*, (auxilio est) *mihi:* omnes deseruerunt me. Alcest. 79. Ἀλλ' οὐδὲ φίλων τις πέλας οὐδείς. quæ ipsa fere sunt verba hujus loci. Propius esset, πελᾷ μοι, quomodo Æschylus et Sophocles scribunt. *Markl.*

γελᾷ μοι. Eleganter Marklandus πέλας μοι, conferens Alcest. v. 79. *Musg.*

912. ss. Quid contra lectionem vulgatam γελᾷ μοι afferri posset, non video. Nos quoque dicimus: *Mir læchelt kein Freund* pro: ego nullum habeo amicum, aut, nullus amicus me tuetur, me adjuvat. Koehlerus scribit πελᾷ μοι. Ὠμὰ — crudele consilium, inceptum. ἄναρχον, effrenatum et audax ad quodvis facinus patrandum. Prevostus putat, Clytæmnestram significare, Achillem posse vi sua apud milites uti, ut Agamemnonis consilia avertat. χεῖρ' ὑπερτεῖναι antea ἀμυνάθειν. Οὐ σεσώσμεθα, ἀπόλλυμαι. *Hopfn.*

914. ss. Schillerus ad h. l. observat: Diese Stelle hat Brumoy zwar sehr gut verstanden, auch den Sinn durch eine Umschreibung freilich sehr richtig in's Franzœsische übergetragen, aber ihre wirkliche Schœnheit scheint er doch nicht erkannt zu haben, wenn er sagt: *je crains de n' avoir été que trop fidelle à mon original, à ses dépens et aux miens.* Die Stelle ist voll Wahrheit und Natur. Clytæmnestra, ganz erfüllt von ihrer gegenwærtigen Bedrængniss, schildert dem Achilles ihren verlassnen Zustand im Lager der Griechen, und in der Hitze ihres Affects kommt es ihr gar nicht darauf an, in ihre Schilderung des griechischen Heers einige harte

Χεῖρ' ὑπερτεῖναι, σεσώμεθ'· εἰ δὲ μὴ, οὐ σεσώσμεθα.
ΧΟ. Δεινὸν τὸ τίκτειν, καὶ φέρει φίλτρον μέγα·
Πᾶσίν τε κοινὸν, ὥσθ' ὑπερκάμνειν τέκνων.
ΑΧ. Ὑψηλόφρων μοι θυμὸς αἴρεται πρόσω·
Ἐπίσταται δὲ τοῖς κακοῖσί τ' ἀσχαλᾷν,
Μετρίως τε χαίρειν τοῖσιν ἐξωγκωμένοις.
ΧΟ. Λελογισμένοι γὰρ οἱ τοιοίδ' εἰσὶν βροτῶν

Manu porrecta protegere, salvi sumus: sin minus, periimus.
Cho. Res est vehemens parere, et adfert ingens desiderium,
Communeque omnibus, ut laborent pro liberis.
Ach. Animus meus excelsus antrorsum salit,
Novit enim et malis dolere
Moderate, et lætari secundis *rebus*.
Cho. Tales enim homines rationem inierunt

Worte mit einfliessen zu lassen, die man ihr als einer Frau, die sich durch ein ausserordentliches Schicksal aus ihrem Gynæceum plœtzlich in eine ihr so fremde Welt versetzt, und der Discretion eines trotzigen Kriegsheers überlassen sieht, gern zu gute halten wird. Mitten im Strom ihrer Rede aber fællt es ihr ein, dass sie vor dem Achill steht, der selbst einer davon ist; dieser Gedanke, vielleicht auch ein Stirnrunzeln des Achilles, bringt sie wieder zu sich selbst. Sie will einlenken, und je ungeschickter, desto wahrer! Im griechischen sind es vier kurze hinein geworfne Worte: χρήσιμον δ', ὅταν θέλωσιν, woraus im Teutschen freilich noch einmal soviel geworden sind. Prevot, dessen Bemerkungen sonst voll Scharfsinn sind, verbessert seine Vorgænger hier auf eine sehr unglückliche Art: *Clytemnestre*, sagt er, *veut dire et dit, à ce qu' il me semble, aussi clairement qu' il étoit nécessaire qu' Achille peut se servir de son ascendant sur l' armée pour prévenir le desseins d' Agamemnon. Le P. Brumoy n'eut point trahi son auteur en exprimant cette pensée.* Nein! Ein so gesuchter Gedanke kann hœchstens einem eiskalten Kommentator, nie aber dem Euripides oder seiner Clytemnestra eingekommen seyn! *Loesner.*

917. καὶ φέρει] Codd. omnes, και φερειν. num voluerunt φέρον? *Markl.*

Δεινὸν] Res gravis est, matrem esse. Φίλτρον h. l. i. q. alibi στοργή. Hesychius exponit per φιλία. v. Eschenbach. ad Orph. Argon. v. 477. p. 290. Alias est remedium amoris, quo superstitio Veterum uti solebat. V. Potter. Archæol. P. 2. et quæ notavimus ad Sophocl. Trachin. p. 106. *Hopfn.*

918. Leg. κοινόν ἐσθ' ὑπερκάμνειν. *Reisk.*

πᾶσιν, creaturis, animalibus. Ὑπερκάμνειν, omnia suscipere, audere. Pro φέρει, ut vulgo legitur, Codd. omnes, Marklando teste, καὶ φέρειν. Hic V. D. quærit, an voluerint φέρον? V. seq. Reiskius legit καινόν ἐσθ' ὑπερκάμνειν. *Hopfn.*

ὑπερκάμνειν ad utilitatem et salutem liberorum molestias subire, ut ὑπερθανεῖν loco alterius mori, de quo admonuit Valckenarius ad Eurip. Phœnn. 1005. Cf. Alcest. 156. 698. coll. 84. ubi permutatur cum προθανεῖν. *Loesner.*

919. αἴρεται πρόσω·] Cum non certus sim me intelligere hæc verba, reliqui quod erat in versione. *Markl.*

αἴρεται πρόσω·] Legendum, ni fallor, ἅλλεται πρόσω. Sic γαστὴρ ἐξάλλετο, Callimach. Hymn. in Cererem v. 89. πρὸς τὸν αὐλὸν ἐξάλλονται, Plutarch. Op. Mor. p. 681. vide et Maxim. Tyr. Dissertat. VIII. Poëta Incertus apud Plutarchum de Sera Numinis vindicta:

Πηδῶν ὁ θυμὸς τῶν φρενῶν ἀνωτέρω.

Vel, si nimia hæc mutatio videtur, legi potest αἴσσεται, ut Soph. Œd. Col. 1257. Homerus quoque ἤϊχθη habet. *Musg.*

'Ορθῶς διαζῆν τὸν βίον, γνώμης μέτα.
ΑΧ. Ἔστιν μὲν οὖν ἵν' ἡδὺ μὴ λίαν φρονεῖν,
Ἔστιν δὲ χὤπου χρήσιμον γνώμην ἔχειν.
Ἐγὼ δ' ἐν ἀνδρὸς εὐσεβεστάτου τραφεὶς
Χείρωνος, ἔμαθον τοὺς τρόπους ἁπλοῦς ἔχειν·
Καὶ τοῖς Ἀτρείδαις, ἢν μὲν ἡγῶνται καλῶς,
Πεισόμεθ'· ὅταν δὲ μὴ καλῶς, οὐ πείσομαι.

Recte vitam degendi cum consilio.
Ach. Est quidem ubi expedit, non nimium sapere,
Est etiam tempus, in quo utile sit esse sapientem.
Ego autem enutritus in *ædibus* pientissimi viri
Chironis, didici habere simplices mores.
Et Atridis, si recte imperaverint,
Parebimus: quando autem non recte, non parebo.

Koehlerus vertit: *Mein Geist, der Ehrbegierde voll, strebt empor.* *Hopfn.*

920. Imitatur Archilochum, qui sic apud Stobæum Tit. XX.

θυμὲ, θυμ' ——
ἀλλὰ χαρτοῖσίν τε χαῖρε, καὶ κακοῖσιν ἀσχάλα
μὴ λίην ——

Pro ἐπίσταται malim ἐπίσταμαι. *Musg.*

Quid sit ἀσχαλᾶν, patet ex opposito χαίρειν. *Hopfn.*

ἀσχαλᾶν, ejusdem notionis est ἀσχάλλειν. Long. Poem. ubi vid. Moll. p. 72. *Loesner.*

921. s. ἐξογκοῦν est i. q. alibi ἐπαίρειν, cum quo permutatur Androm. 701. coll. 703. Aliam notionem indicavit Schol. ad Orest. 396. τὰ ἐξογκωμένα h. l. sunt res secundæ, quæ facile efficere solent, ut quis propterea sit *tumidus*, (elatus.) De v. λελογισμένος v. supra ad v. 386. *Tales homines sunt vere sapientes, ratione sana utuntur — qui recte* (sapienter) *vitam transigunt et consilio regunt, miserorum infortunio moventur, iisque succurunt, rebusque in secundis modum servant.* Sed Heathius aliter vertit: *Celebrantur enim tales homines, ut vitam traducentes recte et cum prudentia.* Sic igitur λελογισμένον εἶναι esset i. q. alibi ἐν λόγοις εἶναι, de qua formula v. Zeun. ad Viger. p. 103. *Hopfn.*

922. Λελογισμένοι] Vide supra ad v. 386. *Barnes.*

922. s. Koehl. vertit sic: Die Weise verstændiger Mænner! Sie handeln recht, und mit Ueberlegung. *Beck.*

924. μὴ λίαν φρονεῖν. i. e. *non callidum aut subtilem esse.* *Musg.*

934. ss. ἔστιν — ἵνα, *interdum*, ut Lat. *est, ubi.* Alibi ἔστιν ὅτι vel ὅπως. V. Viger. p. 230. ἡδὺ, καλὸν, χρήσιμον. Λίαν φρονεῖν responderet nostro in sermone vulgari usitato *superklug seyn.* Unde Musgravius reddit: callidum aut subtilem esse, Koehlerus: *allzuüberlegend seyn.* ἐν — χ. sc. δόμοις. De *Chirone* v. supra ad v. 709. *Hopfn.*

929. οὐ πείσομαι.] Priores Editt. et Cod. C. habent οὐ πεισόμεθα, hoc modo ordinandum, Πεισόμεθ'· ὅταν δὲ μὴ καλῶς, οὐ πεισόμε-θ', ἀλλ' ἐνθάδ', &c. quo pacto turbatus animus Achillis, et festinata confusaque loquela optime exprimitur: θυμὸς γὰρ τέχνης οὐ δεῖται, ut Ille ait. Exempla habeo parium rejectionum syllabæ in omnium fere versuum generibus, utcumque hæc rejectio seu vocum divisio non placeat magno emendatori in Menand. et Philem. Reliq. N°. CV. p. 54. *Markl.*

Legitur πεισόμε -θ' divisim in fine senarii. Recte Barnesius ediderat πείσομαι. *Por.*

οὐ πείσομαι.] Ita ambo MSS. ut bene Scaliger. Ed. Ald. οὐ πεισόμεθ'. *Musg.*

Πεισόμεθ'. ὅταν δὲ μὴ καλῶς, οὐ πείσομαι] Ita in fine lego cum Scaligero: nec enim ibi πεισόμεθα stabit, nisi ultimam syllabam in sequentem versum rejeceris. *Barnes.*

Non necesse erat πείσομαι in πεισόμεθ'

Ἀλλ' ἐνθάδ', ἐν Τροίᾳ τ', ἐλευθέραν φύσιν
Παρέχων, Ἄρην, τὸ κατ' ἐμὲ, κοσμήσω δορί.
Σὲ δ', ὦ σχέτλια παθοῦσα πρὸς τῶν φιλτάτων,
Ἃ δὴ κατ' ἄνδρα γίγνεται νεανίαν,
Τοσοῦτον οἶκτον περιβαλὼν καταστελῶ·
Κοὔποτε κόρη σὴ πρὸς πατρὸς σφαγήσεται,
Ἐμὴ φατισθεῖσ'· οὐ γὰρ ἐμπλέκειν πλοκὰς
Ἐγὼ παρέξω σῷ πόσει τοὐμὸν δέμας.
Τοὔνομα γὰρ, εἰ καὶ μὴ σίδηρον ἤρατο,
Τοὐμὸν φονεύσει παῖδα σήν· τὸ δ' αἴτιον,

Sed hic, et in Troja liberum animum
Præbens Marti, quod muneris mei est, ornabo pugnando.
Te vero, O passa miseranda a charissimis,
Quantum quidem à viro juveni præstari potest,
Tantam induens *tui* commiserationem, *te* protegam:
Et nunquam mactabitur à patre tua filia,
Quæ mea dicta est: non enim ad fraudes nectendas
Concedam ego tuo marito meam personam.
Nomen enim meum, etiam si non sustulit ferrum,
Interficiet tuam filiam: causa autem *est*

mutare; interdum enim syllaba brevis in fine senarii, versu proximo a vocali incipiente, elisionem patitur, ut Soph. Œd. T. 340. s. *Heath.*

931. Ἄρει τῷ κατ' ἐμὲ κοσμήσω δορί.] Conjeceram, Ἄρη, τὸ κατ' ἐμὲ, &c. sed post Brodæum: *Martem, quantum in me est, ornabo pugnando.* Codices omnes habent ἀρ^{ει}/_η. De suprascripta lectione vid. ad v. 156. *Markl.*

Ἄρει] MS. E. Ἄρη, ut superscriptum habent MS. alter et Lib. P. Brodæo placet: Ἄρη τὸ κατ' ἐμὲ κοσμήσω δορί. Mihi sic potius legendum et distinguendum videtur:

ἀλλ' ἐνθάδ' ἐν Τροίᾳ τ' ἐλευθέραν φύσιν
παρέχων Ἄρει, τὸ κατ' ἐμὲ κοσμήσω δορί.

ἐλευθέραν φύσιν παρέχων Ἄρει, *indolem ingenuam Marti præbens.* Sic Troad. v. 656.

γλώσσης τε σιγὴν, ὄμμα θ' ἥσυχον πόσει
παρεῖχον· —— *Musg.*

Ἄρει] Assentio Brodæo, qui legit Ἄρη; atque ideo Martem verto. Ratio est obvia. *Barnes.*

Παρέχων] Exhibebo s. ostendam animum liberum et ingenuum. Vulgo legitur Ἄρει. Antequam legissem Musgravii ad h. l. observationem, qui παρέχων Ἄρει scribit, cogitaveram de interpunctione post v. Ἄρει, ita ut παρέχων Ἄρει esset conjungendum, *præbens s. exhibens Marti indolem ingenuam*, quemadmodum παρέχειν ὄμμα — πόσει, Troad. v. 656. ab Musgravio citato reperitur, tum Ἄρει posset stare, alias, si ad sequentia referamus, necessario corrigendum est Ἄρη. Vulgo legitur τῷ κατ' ἐμὲ, ego malo cum Brodæo, Heathio, Marklando et Musgravio τὸ κατ' ἐμὲ, *quantum in me est, pro viribus.* Jam quid erit κοσμεῖν Ἄρη — δορί, *Martem ornare hasta s. pugnando? Virtutem bellicam in bello ostendere.* Hoc mihi magis placet, quam illud alterum παρέχων Ἄρει, *indolem ingenuam ostendam Marti*, præterea tunc in altero membro aliquid deesse mihi videtur, τὸ (τῷ) κατ' ἐμὲ κοσμήσω δορὶ, quidnam? nisi repetas φύσιν. Habes hic egregiæ, quam a Chirone accepit, disciplinæ exemplum.
Hopfn.

Πόσις σός· ἁγνὸν δ' οὐκέτ' ἐστὶ σῶμ' ἐμὸν,
Εἰ δι' ἔμ' ὀλεῖται, διά τε τοὺς ἐμοὺς γάμους,
Ἡ δεινὰ τλᾶσα, κοὐκ ἀνεκτὰ παρθένος,
Θαυμαστὰ δ' ὡς ἀνάξι' ἠτιμασμένη.
Ἐγὼ κάκιστος ἦν ἄρ' Ἀργείων ἀνὴρ,
Ἐγὼ τὸ μηδὲν, Μενέλεως δ' ἐν ἀνδράσιν,
Ὡς οὐχὶ Πηλέως, ἀλλ' ἀλάστορος γεγὼς,
Εἴπερ φονεύει τοὐμὸν ὄνομα σῷ πόσει.
Μὰ τὸν δι' ὑγρῶν κυμάτων τεθραμμένον
Νηρέα, φυτουργὸν Θέτιδος, ἥ μ' ἐγείνατο,

Maritus tuus. Meum vero corpus non amplius est purum,
Si propter me et propter meas nuptias pereat
Virgo, quæ atrocia et non ferenda tulit,
Miris et indignis modis contumelia affecta.
Ego utique Græcorum *omnium* vir essem pessimus,
Ego *homo* nullius pretii, Menelaus vero in virorum numero haberetur,
Non tanquam Peleo natus, sed ex malo genio,
Siquidem meum nomen juvenculam tibi necaret.
Non per educatum in humidis fluctibus
Nereum, patrem Thetidis quæ me peperit,

932. Σὲ δ', ὦ σχέτλια παθοῦσα] Ita MSS. et Edd. vetustæ. Recte: nam σχέτλια est tribrachys. Innumera sunt exempla: sed clare Aristoph. Plut. 857. *Markl.*

932. ss. τὰ φίλτατα h. l. maritum significat. V. supra ad v. 458. ἃ γίγνεται — *quantum juvenis te adjuvare potest.* Cæterum ut ego in textu emendavi, legitur in MSS. et edd. vett. notante Marklando, pro vulgato σὲ δ', ὦ παθοῦσα σχέτλια, nam σχέτλια est tribrachys, ut Aristoph. Plut. 857. Οἶκτον περιβαλὼν κατ. *Tantam induens tui commiserationem te protegam.* Koehlerus reddit: *ich will mit allem Gefühl des Mitleidens dich schützen.* Sed Reiskius conjicit: τοσοῦτον ὄχλον, *tanto in comitatu virorum armatorum deducam te domum* (Argos.) Hesychius ab Heathio laudatus περιστέλλειν exponit per περικαλύπτειν. Ἐμὴ φατ. postquam mea (sponsa s. uxor futura) dicta s. nominata est. Δέμας pro *me*, mea persona. Sæpius periphrasi inservit hoc vocabulum. V. ad Cyclop. init. Sic paulo post σῶμα pro ἐμε. Ἐμπλ. πλ. nectere dolos. Reiskius mavult πλοκαῖς. *Hopfn.*

938. τοὔνομα γὰρ, &c.] Distinxi (et ita Heathius) post γὰρ, et post ἥρατο, non post τοὐμόν. *Markl.*

τοὔνομα γὰρ, &c.] Koehlerus vertit: *Mein Nahme, der keinen Stahl schwenkt, würde. Hopfn.*

944. Pro ἦν ἄρ' Ἀργείων, forte scrib. ἦν ἂν, et φονεύοι, *causam cædis præberet.* *Markl.*

945. Ἐγὼ τὸ μηδὲν (Μενέλεως δ' ἐν ἀνδράσιν) Ὡς οὐχὶ Πηλέως,] Ita hæc distingui debent. Magno in contemtu Menelaum habebat Euripides, ut ex pluribus locis patet. Πηλέως est dissyllabum. *Markl.*

947. Εἴπερ] Lib. P. ὅσπερ. Lego:

εἴπερ φονεύει τοὐμὸν ὄνομα σοὶ πόριν.

πόρις, *juvenca*, de *Puella* legitur Nostri Suppl. v. 639. Lycophron. v. 1298. vid. etiam v. 184. et v. 496. *Musg.*

947. ss. Sensus: Si tuo marito nomen darem, ut filiam immolare possit. De hac cum puella comparatione plura dixi ad Sophocl. Trachin. 530. Reiskius pro σῷ πόσει scribit σὴν κόρην. Τὸ μηδὲν nullus, homo nullius pretii. Ἐν ἀνδράσιν in virorum numero s. pro viro esset habendus. De

Οὐχ ἅψεται σῆς θυγατρὸς Ἀγαμέμνων ἄναξ,
Οὐδ' εἰς ἄκραν χεῖρ', ὥστε προσβαλεῖν πέπλοις·
Ἢ Σίπυλος ἔσται πόλυς, ὅρισμα βαρβάρων,

Non tanget tuam filiam rex Agamemnon,
Ne summa quidem manu, ut admoveat *ejus* peplis eam:
Sin minus, Sipulus erit potens, Barbarorum vicus,

v. ἀλάστωρ v. supra ad v. 878. Nunc per *Nereum* jurat, ut Silenus in Cyclope, v. 262. ubi plura de *Nereo* diximus. Quatenus autem hic deus marinus est, eatenus dicitur sub fluctibus humidis (epitheton ornans satis notum,) educatus. De reliquis v. supra ad v. 701. Φυτουργὸς supra et alibi ὁ φύσας, ὁ τεκὼν et similia. *Hopfn.*

950. s. Οὐχ ἅψεται σῆς θυγατρὸς Ἀγαμέμνων ἄναξ,
Οὐδ' εἰς ἄκραν χεῖρ', ὥστε προσβαλεῖν πέπλοις.

Forsan legendum, Ἀγαμέμνων ἄναξ, Οὐδεὶς, ut Ἀγαμέμνων sit vocandi casus. Sed meliora nunc video: lege, Οὐδ' ὥστε χεῖρα προσβαλεῖν πέπλοις ἄκραν. *Por.*

950. s. Οὐχ ἅψεται σῆς θυγατρὸς Ἀγαμέμνων ἄναξ.
οὐδ' εἰς ἄκραν χεῖρ' ὥστε προσβαλεῖν πέπλοις.

merito Marklandus de veritate hujus lectionis dubitat. Scabra enim oratio οὐδ' εἰς ἄκραν χεῖρ' ὥστε· neque Græcum est προσβαλεῖν εἰς χεῖρα. Corrigendum forsitan:

οὐχ' ὥστε γ' ἄκραν χεῖρα προσβαλεῖν πέπλοις.

ἄκραν χεῖρα προσβαλεῖν dixit Aristophanes in Lysistrata v. 444. *Jacobs.*

951. οὐδ' ΕΙΣ ἄκραν χεῖρ', ὥστε] Litera una addita, legi potest et distingui, melius, ut opinor, Οὐχ ἅψεται σῆς θυγατρὸς Ἀγαμέμνων ἄναξ, Οὐδέ ΤΙΣ, ἄκραν χεῖρ' ὥστε προσβαλεῖν πέπλοις, &c. adumbratum ex Hom. Iliad. Α'. 88. ΟὔΤΙΣ ἐμεῦ ζῶντος—οὐδ' ἢν Ἀγαμέμνονα εἴπης. sic hac Fab. 972. Εἴ ΤΙΣ με τὴν σὴν θυγατέρ' ἐξαιρήσεται. Si recte habet vulgata, intellige οὐδ' εἰς ἄκραν χεῖρ', *neque quod ad digitum attinet:* quod est Terentii *uno digito tangere,* Nostri ἄκρᾳ θίγειν χερὶ, Helen. 1444. Sed potest dubitari de εἰς. Ἄκραν χεῖρα προσοίσει, Aristoph. Lysistrat. 436. et 444. ἄκραν χεῖρα προσβαλεῖν. *Markl.*

Emendationem Marklandi (οὐδέ τις) ego in textum recipere non dubitavi. *Hopfn.*

952. ἢ Σίπυλος ἔσται πόλις, ὅρισμα, &c.] Dixi de hoc loco in not. ad Supplic. Mulier. v. 1045. ubi legebam, Ἢ Σίπυλος ἔσται μέγα, (πόλισμα Βαρβάρων Ὅθεν πεφύκασ' οἱ στρατηλάται) γένος Φθία δὲ τοὐμόν γ' οὐδαμοῦ κεκλήσεται. ex loco Andromach. 208. ἡ Λάκαινα μὲν πόλις ΜΕΓ' ἐστὶ, τὴν δὲ Σκῦρον οὐδαμοῦ τίθης· et ex præstantissimo Cod. A. in quo omittitur vox μέγα, ab ignorantibus quomodo Σίπυλος et μέγα, vel μέγα et πόλισμα, possent consistere. deinde, ex πόλισμα factum est πόλις ὅρισμα, ut iambus esset integer. Omnes codices habent τ' ουδαμου, i. e. γ' οὐδαμοῦ κεκλήσεται. Γένος, *origo,* ut *genus* Horatio, *Messi clarum genus Osci.* *Markl.*

ἔσται πόλις.] Sipyli nomine montem plerumque intelligunt. Sed urbem quoque ita dictam memorant Plinius Nat. Hist. Lib. II. c. 41. Stephanus Byzantius in voce. Aristides, Tom. I. p. 229. 260. et 270. Ed. Jebb. et postremo quidem loco a Pelope conditam fuisse docet, unde certissime colligitur, vulgatum ἔσται πόλις vitiosum esse. Sed nec e longinquo petenda est medicina. Legendum enim ἔσται πολὺς, ut πολὺς eandem vim habeat, quam Marklandi μέγας. Sic τὸ πρῶτον ἦν πολὺς παρῇ, Orest. v. 1199. ὁρῶν τὸν Πομπήϊον πολὺν μὲν ἐν γῇ, πολὺν δὲ ἐν θαλάσσῃ. Plutarch. Op. Mor. p. 568. πολλὴν ἡγοῦμαι τὴν θεὸν [ἐν] ἀνθρωπείοις τε καὶ θείοις πράγμασι. Philostratus de Vita Apoll. Lib. VI. c. 2. emendatus a Valckenærio V. Cl. ad Hippolytum v. 1. Aratus: ἔκτανε πολλὸν ἐόντα Πλειότερος προφανείς. de Orione. Sipylum urbem fuisse ostendi, unde, quod eam Achilles ὅρισμα vocat, deprimendi Agamemnonis studio tribuendum est. Crederes enim, quod ὅρισμα tantum dicitur, aut montem horridum et incultum esse, aut saltem, supra pagi rusticani conditionem non assurgere. Colorem autem huic contume-

"Οθεν πεφύκασ' οἱ στρατηλάται γένος,
Φθία δὲ τοὐμὸν οὐδαμοῦ κεκλήσεται.
Πικροὺς δὲ προχύτας, χέρνιβάς τ' ἐνάρξεται

Unde trahunt præclari illi duces genus suum,
Phthia autem, nullibi habebit decus.
Amaras autem molas salsas, et lavacra consecrabit

liæ præbuit, quod Sipylus revera in confinio Lydiæ et Phrygiæ situs erat. vide Hesychium in voce. Pro πόλις ὅρισμα MS. E. πόλισμα. *Musg.*

"Η Σίπυλος ἔσται πόλις ὅρισμα Βαρβάρων, "Οθεν πεφύκασ' οἱ στρατηλάται γένος] Sipulus est oppidum Lydiæ in Magnesia, ubi habitabat Tantalus, Niobæ pater, a quo oriundi sunt Agamemnon et Menelaus, quos duces Græci exercitus respicit hic Achilles. Sensus autem: Si ego hanc puellam in hoc periculo constitutam ignave deseram, tum Sipulus, unde Agamemnon ortus est, gloriam præripiat omnem Phthiæ, quæ mihi vitam dedit. *Barnes.*

Hæc sic leguntur:

"Η Σίπυλος ἔσται πόλις ὅρισμα βαρβάρων,
ὅθεν πεφύκασ' αἱ στρατήλαται γένος.
Φθία δὲ τοὐμὸν οὐδαμοῦ κεκλήσεται.

Musgravius docte corrigit: ἔσται πολύς. *illustris erit.* In sequenti versu nihil mutandum. γένος dictum est pro κατὰ τὸ γένος. Iphigenia in T. 666.

ἔστιν ἡ ξένη γένος
'Εκεῖθεν 'Αργεῖά τις

Pindarus, Pyth. Θ'. 26. ἐξ ὠκεανοῦ γένος ἥρως Δεύτερος. Sophocles in Trachin. 380.

πατρὸς μὲν οὖσα γένεσιν Εὐρύτου ποτέ.

In tertio denique versu Euripides fortasse scripserat:

Φθίας δὲ τοὔνομ' οὐδαμοῦ κεκλήσεται.

Phthiæ autem nomen et gloria nusquam celebrabitur. Hecuba, v. 1253.

τύμβῳ δ' ὄνομα σὸν κεκλήσεται.

Jacobs.

Sipylus (Sipylon) et *mons* Phrygiæ s. Mæoniæ vel Lydiæ (ad Mæandrum fluvium) fuit, antea Ceraunius dictus (teste Plutarcho de fluminibus et montibus,) et *urbs*, quæ regnante Tantalo terræ motu concidit, (Plin. II. 59. (91.) et Strabo Lib. I. p. 40.) et *Talis* olim fuit nominata. De ea v. Plinius V. 29. et II. 41. Anacr. Od. 20. eam ad Phrygiam refert, et sic plures, quos evolvi, V V. D D. sed olim Lydia a multis ad Phrygiam magnam fuit relata. Ibi *Nioben* propter nimiam tristitiam in saxum conversam esse mythologia narrat. (v. Homer. Il. ω'. 602. sqq. Propert. II. 16. 7. sq. ibique Burmann.) Unde et Niobe dicta *Sipyleïa* Schol. Sophocl. Antigon. V. 834. ubi ad istam fabulam respicitur, æque ac Seneca, Herc. Fur. 390. Sipylum vocat montem *Phrygium.* Valckenærius ad Hippolyt. v. 1. e pluribus locis demonstrat πολλὴ esse i. q. τιμία, μεγάλη, σεμνή, neque difficile dictu, quomodo πολύς et πόλις potuerit permutari atque πόλις in h. l. e glossa procreari. *Hopfn.*

953. πεφύκασι — γένος, significare videtur, non Atridas ipsos, sed prosapiam eorum Sipylo oriundam esse. *Musg.*

Reisk. legit: "Οθεν πέφυκε τοῖς στρατηλάταις γένος. et mox Φθίᾳ in dat. *Beck.*

γένος pro κατὰ γένος, ut Iphig. Taur. 666. Sophocl. Trachin. 666. *Hopfn.*

954. τοὐμὸν οὐδαμοῦ κεκλήσεται.] Lego: τιμὴν οὐδαμοῦ κεκτήσεται, *nuspiam honorem consequetur.* Sic Iphig. in Taur. v. 617. δειλίαν γὰρ καὶ κάκην κεκτήσομαι. MSS. ambo et Lib. P. τοὐμόν τ'. *Musg.*

955. ἀνάξεται] Si hæc sit vera lectio, sensus, opinor, erit, Merces quam *reportabit* Calchas ex his προχύταις et χέρνιψιν, illi futura est amara. Sin ἀνέξεται· *sentiet, experietur* illam amaram. Versus qui sequuntur distingui possunt, Τίς δὲ μάντις ἐστ'; ἀνὴρ "Ος ὀλίγ' ἀληθῆ (πολλὰ δὲ ψευδῆ) λέγει Τυχών· ὅταν δὲ, &c. *Vir, qui pauca solum vera (inter multa falsa) dicit, Si scopum attigerit: quum vero non attigerit, perit*: scil. vates *perit*, quatenus vates. Τίς est *qualis.* *Markl.*

ἀνάξεται.] Reponenda vox in sacris faciendis solennis, ἐνάρξεται. Sic κανᾶ δ' ἐναρχέσθω τις, v. 1479. Nec abludit ἐξάρχου κανᾶ supra v. 436. *Musg.*

Πικροὺς δὲ προχύτας,] Οἱ προχύται dicebantur *fruges*, seu mola salsa, qua conspergebatur victima mactanda. Homero οὐλοχύται dicuntur, hoc est, ut Eustathius,

Κάλχας ὁ μάντις. τίς δὲ μάντις ἐστ' ἀνήρ;
Ὃς ὀλίγ' ἀληθῆ, πολλὰ δὲ ψευδῆ, λέγει
Τυχών· ὅταν δὲ μὴ τύχῃ, διοίχεται.
Ἢ τῶν γάμων ἕκατι μυρίαι κόραι
Θηρῶσι λέκτρον τοὐμόν; εἴρηται τόδε.
Ἀλλ' ὕβριν ἐς ἡμᾶς ὕβρισ' Ἀγαμέμνων ἄναξ.
Χρῆν δ' αὐτὸν αἰτεῖν τοὐμὸν ὄνομ' ἐμοῦ πάρα,

Calchas vates: quis enim vir est vates?
Is qui pauca vera, multa vero falsa dicit,
Si forte sic ceciderit: sin minus, exploditur.
An socerorum causa sexcentæ puellæ
Petunt meas nuptias etiamsi hoc fiat?
Sed rex Agamemnon affecit nos contumelia.
Oportebat enim ipsum a me petere nomen meum ad

προθύματά τινα παρὰ τοῖς ἀρχαίοις Ἕλλησιν ἐξ οὐλῶν, ἤγουν κριθῶν ἁλσὶ μεμιγμένων, ἅπερ εὐχαριστοῦντες, ἢ εὐφορίαν οἰωνιζόμενοι, οἱονεί τινας ἀπαρχὰς ἐπέχεον τοῖς βωμοῖς. Vide Eustathium in Οὖλαι et Οὐλοχύται. *Barnes.*

Scr. Πικρούς γε. *Reisk.*

Hesychius: προχύτας, ὅλας ἀπαρχάς. cf. v. 1112. Huc respexisse Glossographum putat Wessel. ad Herodot. p. 77. ἐνάρξεται, quemadmodum infra 1479. legimus. Conf. etiam supra v. 436. Ita alias adhiberi solet, v. κατάρχεσθαι, sacrificium auspicari, vel victimam deo consecrare. Ista scilicet consecratio tribus rebus constabat, χέρνιβι, aqua lustrali, (v. supra ad v. 675.) οὐλοχύταις, mola salsa et τριχὶ, pilis a victimæ capite abscissis et in ignem injectis. V. Alcest. 74. ss. et Electr. 810. sqq. Plura monuerunt Valckenarius et Heathius ad Phœniss. v. 576. (582.) *Hopfn.*

956. ss. Sequitur nunc acre judicium de vate, quale supra legimus, v. 520. sq. At inter v. 957. et 958. versus deesse videtur, quod jam intellexit Reiskius, qui hunc sensum inesse debere versui putat: *multum quidem honoratus et celebratus, si rectum ferit, at si fallitur, saltem damno et reprehensione liberabit,* e. c. καὶ πολλὰ μὲν τιμᾶται ὀρθοῦ πη λόγου τυχὼν, ὅταν δὲ μὴ τύχῃ, διοίχεται. Cum ego non audeam versum pro lubitu substituere, malo cum Marklando interea hoc modo distinguere:

— τίς δὲ μάντις ἐστ'; ἀνὴρ,
ὃς ὀλίγ' ἀληθῆ (πολλὰ δὲ ψευδῆ) λέγει
τυχών· ὅταν δὲ, &c.

Qualis autem est vates? Vir, qui pauca solum vera (inter multa falsa) dicit, si scopum attigerit: quum vero non attigerit, perit: scil. vates *perit,* quatenus *vates,* s. *nullus est vates.* Addere liceat alium Euripidis nostri locum, qui de vate agit, huic fere similem. Is est in Phœniss. v. 968—972.

— ὅστις δ' ἐμπύρῳ χρῆται τέχνῃ,
μάταιος· ἢν μὲν ἐχθρὰ σημήνας τύχῃ,
πικρὸς καθέστηχ', οἷς ἂν οἰωνοσκοπῇ.
ψευδῆ δ' ὑπ' οἴκτου τοῖσι χρωμένοις λέγων,
ἀδικεῖ τὰ τῶν θεῶν.

Hopfn.

959. Ἢ τῶν γάμων ἕκατι] In exemplar. antiquis est τῶν γαμούντων. nesciebant interpolatores secundam in ἕκατι longam esse. Deesse puto negativum, ἦ οὐ τῶν γάμων ἕκατι, &c. animose et ex persona Achillis: *Nonne sunt decem millia puellarum quæ libenter et avide acciperent me maritum?* Sumtum ex Hom. Iliad. I. 395. Ἦ οὐ, monosyllabice, ut sæpe, et semper. Quando η et ο concurrunt in diversis pedibus, ut hic; sæpe dirimuntur per γ', vel alio quo modo. *Markl.*

Ἢ τῶν γαμούντων ἕκατι] Emendat Canterus τῶν γάμων, quod, licet Heinsio et Scaligero probatum, mihi, nec dissimulo, perfrigidum videtur. Lego: ἢ τῶν γαμβρῶν ἕκατι — *An vero cognatorum meorum causa innumeræ Puellæ conjugium meum*

Θήραμα παιδός. ἡ Κλυταιμνήστρα δέ μοι
Μάλιστ' ἐπείσθη θυγατέρ' ἐκδοῦναι πόσει·
Ἔδωκά τ' ἂν Ἕλλησιν, εἰ πρὸς Ἴλιον
Ἐν τῷδ' ἔκαμνε νόστος. οὐκ ἠρνούμεθ' ἂν
Τὸ κοινὸν αὔξειν, ὧν μέτ' ἐστρατευόμην.
Νῦν δ' οὐδέν εἰμι παρά γε τοῖς στρατηλάταις,
Ἐν εὐμαρεῖ τε δρᾷν τε, καὶ μὴ δρᾷν καλῶς.

Capturam filiæ. Clytæmnestra enim mihi
Facillime persuasa fuisset, filiam ut elocaret marito:
Ac dedissem eam Græcis, si ad Ilium
In hoc laborâsset trajectus: non recusâssemus
Augere publicum bonum, *eorum*, quibuscum milito.
Nunc vero nihili sum apud duces?
Parumque referre putant, utrum bene mecum an male agent.

ambiunt? Apprime huc conveniunt, quæ de voce γαμβρὸς disserit Pollux, Lib. III. sect. 31. γαμβροὶ οἱ ἐκ τῆς γήμαντος οἰκίας, οἷον πατὴρ, καὶ μήτηρ, καὶ οἱ ἄλλοι πάντες κατὰ ταυτὰ, οἱ πρὸς γένους τῷ ἀνδρί. De prosodia vide ad Phœn. v. 438. *Musg.*

γάμων] Ita Canterus legit pro veteri γαμέντων, ita Heinsius et Scaliger et Rutgersius; quare in textum admisimus. Ita Medeæ v. 1232. Οἴχῃ γάμων ἕκατι τῶν Ἰάσονος. Et Hercul. Fur. v. 277. Ἡμῶν δ' ἕκατι δεσπόταις θυμούμενοι. Vide Æmilii Porti Notas in locum. *Barnes.*

Vetus lectio h. v. est τῶν γαμέντων, quæ haud dubie originem debet interpolatoribus, qui nescirent, secundam in γαμέντων longam esse. Marklandus quem sequor, negationem deesse putans legit ἢ οὐ τῶν γάμων ἕκατι, atque ex Il. ί. v. 395. desumtum esse notat, sed Reiskius ἴτων γάμων. *Hopfn.*

960. εἴρηται τόδε.] Legendum: εἰ δρᾶται τόδε, *etiamsi hoc fiat*, i. e. etiamsi Iphigenia mactetur. *Musg.*

960. ss. εἴρηται τόδε.] Musgravius non male corrigit: εἰ δρᾶται τόδε, *etiamsi hoc fiat*, i. e. etiamsi Iphigenia mactetur. Koehlerus vertit: *Das ist's nicht, was mich aufbringt.* Ad verbum: *hoc dictum sit*, i. e. *de ea re nunc non est sermo, hoc mittam.* Reiskius corrigit: ἔξεσται τόδε, *licet hoc;* i. e. non ægre feram puellas cupere mihi nubere, at non debebat Agamemnon meo nomine in prætextum abuti, et dolose puellam huc allicere, me inscio. Idem V. D. pro θηρῶσι mavult θηρῶσαι, putatque diphthongum αι esse ancipitem. *Veniant, si quidem nuptiarum causa veniant, vel millenæ puellæ conjugium venantes.* Θήραμα ut antea θηρᾷν pro ἐξαιτεῖν. *Hopfn.*

965. Ἔδωκά τ' ἂν Ἕλλησιν,] Barnesius, opinor, inseruit γ' post ἄν. potuit σφ', *illam. Markl.*

Ἔδωκά τ' ἂν Ἕλλησιν,] Laborat metrum, cui ut succurratur, legendum, sententia etiam postulante: ἔδωκα γὰρ ἂν Ἕλλησιν. Barnesius edidit ἔδωκά τ' ἂν γ' Ἕλλησιν. *Musg.*

Ἔδωκα γὰρ ἂν Ἕλλησιν,] Musgravius conjicit, quem sequutus sum. *Hopfn.*

966. Ἐν τῷδε ἔκαμνε νόστος.] Si hanc ob causam laborasset iter Græcorum, si hoc postulasset, ego non recusassem publicam (civitatis) utilitatem promovere. *Hopfn.*

968. οὐδὲν εἰμὶ] Nihil valeo, nulla auctoritas mea est apud Atridas. *Hopfn.*

969. Ἐν εὐμαρεῖ τε, &c.] *Nulliusque momenti ad rem bene gerendam, vel non gerendam.* Reliqui versionem Barnesii. Longe aliter Canterus, et adhuc longe aliter verti potest. *Markl.*

Ἐν εὐμαρεῖ valet hic εὐμαρὲς, ut Helen. v. 1227. Sic ἐν ἴσῳ pro ἴσον hujus fab. v. 1199. ἐν εὐσεβεῖ pro εὐσεβὲς, Helen. v. 1277. Sensus est: *Res nullius momenti ipsis videtur.* ἐν εὐμαρεῖ enim hic, ut Helen. v. 1227. idem sonat, quod ἐν κούφῳ. *Musg.*

Verte: *et quem in proclivi est, aut bene tractare, aut contumelia afficere. Heath.*

970. Τάχ' εἴσεται σίδηρος,] Phœniss.

Τάχ' εἴσεται σίδηρος, ὃν πρὶν εἰς Φρύγας
Ἐλθεῖν, φόνου κηλῖσιν αἵματι χρανῶ,
Εἴ τις με τὴν σὴν θυγατέρ' ἐξαιρήσεται.
Ἀλλ' ἡσύχαζε· θεὸς ἐγὼ πέφηνά σοι
Μέγιστος, οὐκ ὢν, ἀλλ' ὅμως γενήσομαι.
ΧΟ. Ἔλεξας, ὦ παῖ Πηλέως, σοῦ τ' ἄξια,
Καὶ τῆς ἐναλίας δαίμονος, σεμνῆς θεοῦ.

Ensis hic statim sciet, quem, priusquam ad Trojam
Cædis revolutio perveniat, polluam sanguine,
An aliquis mihi tuam filiam eripiet.
Sed sis quieta: ego tibi apparui Deus
Maximus, cum non alius sim quam quod ero.
Cho. O Achilles, dixisti quæ te digna sunt,
Et numine marino, veneranda dea.

260. Ἂν Ἄρης τάχ' οἴσεται, vel εἴσεται, quod ultimum placet Valckenærio, ab hoc loco non parum adjutum. Ex iis quæ ibi citat vir doctissimus, hæc locutio, τάχ' εἴσεται, videtur fuisse formula. *Markl.*

εἴσεται σίδηρος,] Poëta eleganter *gladium* προσωποποιεῖ: Sic Homerus de hasta dicit: λιλαιόμενον χροὸς ἆσαι. Hinc et nos Franciados nostræ, Lib. II. de Nigri principis gladio: *Latum habuit multis fatalem millibus ensem Balteus, et lateri* invitum *constrinxit honoro: Aptius ille globos hominum nudatus obiret.* Vide Plutarch. Sympos. Lib. IX. §. 15. *Barnes.*

970. ss. Τάχ' εἴσεται σίδηρος. ὅν, πρὶν εἰς Φρύγας
ἐλθεῖν, φόνου κηλῖσιν αἵματι χρανῶ,
εἴτις με τὴν σὴν θυγατέρ' ἐξαιρήσεται.

αἵματι sic cum φόνου κηλῖσιν compositum, vix locum tenere posse acute animadvertit Musgravius; cujus tamen conjecturam: φόνου κύλισιν, nemo facile probabit, qui Euripidem noverit. Mihi in mentem venit:

— ὅν, πρὶν εἰς Φρύγας
ἐλθεῖν, φόνου κηλῖσιν εἶμ' ἔτι χρανῶν.

quem ensem jam ante sanguine maculatum eo, quam ad Phryges pervenero. Voce κῆλις fere eodem sensus Euripides usus est in Iphig. in T. 1201. κηλὶς ἔβαλέ μιν μητροκτόνος. Φόνου κηλὶς non κηκὶς probabiliter scripsit etiam Æschylus in Choëphoris 1012. v. Abresch. Animadv. in Æsch. Lib. II. p. 579. *Jacobs.*

971. φόνου κηλῖσιν αἵματι χρανῶ,] Vel, φόνου κηλῖσι, χ' αἵματι χρανῶ. Cogitavi de αἷμά του (i. e. τινὸς, nempe, Agamemnonis) χρανεῖ vel ῥανεῖ. Si omnia sana sunt, αἵματι appositivum erit τῷ, κηλῖσιν φόνου. *Markl.*

φόνου κηλῖσι cum αἵματι nullo modo consistere potest. Lego:

ὅν, πρὶν εἰς Φρύγας
ἐλθεῖν φόνου κύλισιν, αἵματι χρανῶ.

Quem sanguine inficiam, priusquam cædis gyrus ad Phryges perveniat. φόνου κύλισις, ut πῆμα κυλίσθη, Hom. Il. XVIII. v. 99. πῆμα κυλίνδεται, XII. v. 347. *Musg.*

χρανῶ φόνου κηλῖσι — αἵματι] *Polluam cædis* (mortis) *maculis, sanguine.* Puto, αἷμα esse h. l. in appositione. Porro Reiskius emendat: πρὶν εἰς Φρύγας ἐλθεῖν φόνους, κηλῖσιν αἵματος. Itaque esset Φρύγας φόνους pro Φρυγῶν. Denique Jacobsius, qui mecum eadem de Musgravii emendatione sentit, non male proponit: εἶμ' ἔτι χρανῶν. *Hopfn.*

973. θεὸς ἐγὼ πέφηνά σοι Μέγιστος, οὐκ ὢν· ἀλλ' ὅμως γενήσομαι.] *Ego tibi apparui Deus Maximus, quamvis Deus non sim: sed tamen ero* fortassis. Lego, (nam vulgata sunt stultissima) Θεὸς ἐγὼ πέφηνά σοι. Μέγιστος ὢ 'γών· ἀλλ' Ὅμως γενήσεται. *Ego tibi apparui Deus. Maximum est discrimen: nihilominus fiet.* Γενήσεται pro

ΚΛ. Φεῦ. πῶς ἄν σ' ἐπαινέσαιμι μὴ λίαν λόγοις,
Μήτ' ἐνδεῶς, μήτ' ἀπολέσαιμι τὴν χάριν;
Αἰνούμενοι γὰρ ἀγαθοὶ, τρόπον τινὰ
Μισοῦσι τοὺς αἰνοῦντας, ἢν αἰνῶσ' ἄγαν
Αἰσχύνομαι δὲ παραφέρουσ' οἰκτροὺς λόγους,
'Ιδίᾳ νοσοῦσα· σὺ δ' ἄνοσος κακῶν ἐμῶν.
'Αλλ' οὖν ἔχει τι σχῆμα, κἂν ἄπωθεν ᾖ,

Cly. Vah! Quomodo te laudavero verbis neque nimis prolixe,
Neque nimis parce, ne *tuam* amittam gratiam?
Boni enim cum laudantur, aliquo modo
Oderunt eos qui laudant, si nimium *eos* laudent:
Erubesco autem afferens miseranda verba,
Privatim laborans: tu *es* expers meorum malorum.
Sed tamen habet aliquam speciem, ut, etiamsi sit alienus,

γενήσομαι non mirum est, in ultima vocis syllaba, et ad finem versus. Plinius N. H. *Homo homini Deus.* Μέγιστος ἀγὼν, v. 1002. Potuit hoc, et multa alia, opinor, in contextum tuto admitti. Sed tutius visum est neminem offendere. *Markl.*

Marklandus, plena distinctione post σοὶ posita, emendat:

μέγιστος ὡ 'γών· ἀλλ' ὅμως γενήσεται.

ὡ 'γὼν pro ὁ ἀγών. confer v. 100. Helen. 1090. Mihi non absurdum videtur:

—Θεὸς ἐγὼ πέφηνα σοὶ
μέγιστος, οὐκ ὢν ἄλλος ὢν γενήσομαι.

Sophocles Œd. Col. 1081. κοὐκ ἄλλον ἕξεις ἐς τόδ'. *Musg.*

Θεὸς sæpe est apud Græcos atque Latinos i. q. benefactor, servator. Conf. Virgil. Bucol. Ecl. I. v. 7. ibique Interpretes. Quam modeste de se loquitur Achilles, qui certe filius Deæ erat! *Hopfn.*

974. Plato Theæteto: ἵνα ἄλλοι γενόμενοι ἀπαλλαγῶσι, p. 123. D. Idem Phædro: ἄλλος γεγονὼς λέληθε τὰ παιδικὰ, p. 1218. *Musg.*

977. ἐνάλια δαίμων, quatenus Thetis Dea in mari versabatur. *Hopfn.*

978. Μήτ' ἐνδεῶς, μήτ' ἀπολέσαιμι τὴν χάριν;] Hæc sunt interpolata. Codices omnes, μητ ἐνδε$^{η}_{ω}$ς μη τουδ. Forte, Μήτ' ἐνδεὴς τοῦδ', ἀπολέσαιμι τὴν χάριν! *Utinam te possem laudare non nimis verbis, Neque deficiens in hac re, corrumperem gratiam!* 'Ενδεὴς τοῦδε, ut Troad. 899. Ἄκουσον αὐτῆς, μὴ θάνῃ τοῦδ' ἐνδεής. et Fragm. Incert. p. 511. 'Ηδ' ἐνδεὴς τοῦδ' οὖσα. *Markl.*

Μήτ' ἐνδεῶς, μήτ' ἀπολέσαιμι.] Lego. μήτ' ἐνδεῶς μήτ' ἀπολέσαι με, i. e. μήτε ὡς ἀπολέσαι με, ut sit ellipsis adverbii ὡς. MSS. ambo et Lib. P. μήτ' ἐνδεῶς, μὴ τοῦδ' ἀπολέσαιμι: superscripto ἐνδεῆ. Marklandus emendat:

μήτ' ἐνδεὴς τοῦδ', ἀπολέσαιμι τὴν χάριν.

Musg.

Μήτ' ἐνδεῶς,] *Neque nimis neque minus s. parce.* Si licuisset, nunc legissem μὴ ἀπολέσαιμι, *ne tuam gratiam amitterem.* *Hopfn.*

978. 'Ενδεὴς, ἐνδεῶς. *Scholiast.*

979. Pro οἱ 'γαθοι A. B. αγαθοι: et ην pro ἐὰν, v. 980. V. 981. οικτρως A. pro οἰκτρούς. V. 982. A. κακων γ' ἐμων. Bene. γ' enim sæpissime inseritur, præcipue inter ν et vocalem ε, metro illud non postulante. vid. ad v. 959. *Markl.*

979. Αἰνούμενοι γὰρ οἱ 'γαθοὶ, τρόπον τινὰ
Μισοῦσι τοὺς αἰνοῦντας, ἐὰν αἰνῶσ' ἄγαν.

ἀγαθοὶ et ἂν Stobæi ed. prima xii. (p. 85. ed. Grot.) lege, 'ἀγαθοὶ et ἤν. *Por.*

Αἰνούμενοι γὰρ οἱ 'γαθοὶ, etc.] Vide Orest. v. 1161. *Barnes.*

Sequitur nunc sententia proverbialis, cui fere similis est illa Orest. 1161. βάρος

Ἀνὴρ ὁ χρηστὸς, δυστυχοῦντας ὠφελεῖν.
Οἴκτειρε δ' ἡμᾶς· οἰκτρὰ γὰρ πεπόνθαμεν·
Ἣ πρῶτα μέν σε γαμβρὸν οἰηθεῖσ' ἔχειν,
Κενὴν κατέσχον ἐλπίδ'. εἶτά σοι τάχα
Ὄρνις γένοιτ' ἂν τοῖσι μέλλουσιν γάμοις,
Θανοῦσ' ἐμὴ παῖς· ὅ σε φυλάξασθαι χρεών.
Ἀλλ' εὖ μὲν ἀρχὰς εἶπας, εὖ δὲ καὶ τέλη·

Vir bonus, afflictos juvet.
Miserere igitur nostri; miseranda enim patimur.
Quæ primum quidem existimans me habituram te generum,
Habui vanam spem: deinde tibi fortassis
Omen fuerit nuptiis futuris,
Moriens mea filia, quod te cavere oportet:
Sed bene quidem initio dixisti, bene etiam in fine:

τι κἂν τῷδ' ἐστὶν, αἰνεῖσθαι λίαν τρόπον τινα, *quodammodo.* *Hopfn.*

981. s. οἰκτροὶ λόγοι sunt querelæ, ejulatus. Ἰδίᾳ, miseria, qua ego tantum laboro, quæ te non attinet (ἄνοσος.) De v. νοσεῖν, v. supra ad v. 411. *Hopfn.*

983. ἔχει τι σχῆμα. i. e. *habet speciem,* vel *gratiam.*

κἂν ἄπωθεν ᾖ.] Interpretor: *etiamsi genere propinquus non sit.* *Musg.*

984. ὠφελεῖν.] Canterus ὠφελῶν, quod verum videtur. *Musg.*

Ἀνὴρ ὁ χρηστὸς δυστυχοῦντας ὠφελεῖν.] Æmil. Portus hæc ita instituit, ut sit χρηστὸς ὠφελεῖν, hoc est πρὸς τὸ ὠφελεῖν. eodem modo, ut Dionys. Halicarn. ὕδωρ πίνεσθαι χρηστὸν, i. e. πρὸς τὸ πίνεσθαι. At nos ita rem ordinamus, ut sit, ἀνὴρ ὁ χρηστὸς ἔχει τι σχῆμα ὠφελεῖν, idque mihi suadet *articulus* ὁ ita dispositus. *Barnes.*

Ἀνὴρ, &c.] Koehlerus vertit: *solet — adjuvare.* *Hopfn.*

988. τοῖσι μέλλουσιν γάμοις,] Prætulerim σοι—σοῖς τε μέλλουσιν γάμοις, ut v. 941. 1253. *tibi et tuæ futuræ uxori.* *Markl.*

De v. ὄρνις v. supra v. 607. h. l. de omine *infausto* intelligendum. *Hopfn.*

989. Schillerus hæc observat: *Und du wirst eilen sie zu fliehn!*) Ich weiss nicht ob ich in dieser Stelle den Sinn meines Autors getroffen habe. Wœrtlich heisst sie: "Erstlich betrog mich meine Hofnung dich meinen Eidam zu nennen; alsdann ist dir meine sterbende Tochter vielleicht eine bœse Vorbedeutung bey einer künftigen Hochzeit, wovor du dich hüten musst. Aber du hast wohl gesprochen am Anfang wie am Ende. Der franzœsische uebersetzer erlaubt sich einige Freiheiten, um die Stelle zusammenhængender zu machen. *Mais d'un autre côté, quel funeste présage pour vôtre hymen, que la mort de l' épouse, qui vous fût destinée! le second malheur intéresse l' épous aussi bien que la mère. Enfin q' ajouterois-je à vos paroles,* etc. Hier und nach den Buchstaben des Textes ist es nur eine Warnung; ich nahm es als einen Zweifel, eine Besorgniss der Clytemnestra. So sehr diese durch Achilles Versichrung beruhigt seyn kœnnte, so liegt es doch ganz in dem Character der ængstlichen Mutter immer Getahr zu sehn, immer zu ihrer alten Furcht zurück zu kehren. Auch das, was folgt, wird dadurch in einen natürlichen Zusammenhang mit dem vorhergehenden gebracht. "Aber alles was du sagtest, war ja wohl gesprochen" d. i. ich will deinen Versichrungen trauen. *Hopfn.*

990. ἀρχὰς — τέλη·] Quæ ab initio et fine orationis dixisti. *Hopfn.*

992. Βέλει sc. ὥστε περιπτύσσειν, pr. circumplicare, hinc amplecti. V. supra ad v. 909. quæ de isto more diximus. *Hopfn.*

993. Ἀπαρθένευτα, h. l. quod non est virginis, s. quod virginem non decet. Hesychius: ἀπαρθένευτα. ὀ πρέποντα παρθένοις. Σοφοκλῆς (quod corrigendum est,) Ἰφιγενείᾳ τῇ ἐν Αὐλίδι. *Hopfn.*

Σοῦ γὰρ θέλοντος, παῖς ἐμὴ σωθήσεται.
Βούλει νιν ἱκέτιν σὸν περιπτύξαι γόνυ;
Ἀπαρθένευτα μὲν τάδ᾽· εἰ δέ σοι δοκεῖ,
Ἥξει δι᾽ αἰδοῦς, ὄμμ᾽ ἔχουσ᾽ ἐλεύθερον.
Ἢ μὴ παρούσης, ταῦτα τεύξομαι σέθεν;
ΑΧ. Μενέτω κατ᾽ οἴκους· σεμνὰ γὰρ σεμνύνεται.
ΚΛ. Ὅμως δ᾽ ὅσον γε δυνατὸν, αἰδεῖσθαι χρεών.

Si enim volueris, servabitur mea filia.
Visne eam supplicem amplecti tuum genu?
Hoc quidem virgini parum *est* decorum: si tamen *ita* tibi videtur,
Veniet, cum pudore tamen, vultum ingenuum habens.
Aut absente *ea*, consequar abs te eadem?
Ach. Maneat domi: decore enim decori rationem habet.
Cly. Attamen quantum fieri potest, oportet supplicare.

994. Ἥξει δι᾽ αἰδοῦς, ὄμμ᾽ ἔχουσ᾽ ἐλεύθερον.] Lege, Ἐξεισιν, αἰδοῦς ὄμμ᾽—Hesych. Ἀντεκκεμιεῖ. ἀντεύξει. Lege, ἀντέξει. *Por.*

Ἥξει δι᾽ αἰδοῦς,] Hæc interpunctio si vera est, idem est, ac si diceret, εἰ σοὶ δοκεῖ ἥκειν αὐτὴν δι᾽ αἰδοῦς, ἥξει. Sed num verendum erat, ne Achilles, quod summæ inhumanitatis esset, ipsam pudore confusam venire postularet? Legendum scilicet, distinctione mutata:

ἥξει· δι᾽ αἰδοῦς δ᾽, ὄμμ᾽ ἔχουσ᾽ ἐλεύθερον.

Veniet, sed cum pudore, utpote vultum habens ingenuum. δι᾽ αἰδοῦς iterum habetur, Bacch. v. 433. *Musg.*

δι᾽ αἰδοῦς,] i. e. pudore plena, verecunda. Pudor enim maxime ornat puellam. Sic Græci nomina cum præpositione διὰ juncta adhibere solent pro adverbiis, v. Brunck. ad Bacch. v. 433. ὄμμα ἐλεύθερον h. l. non de impudentia intelligendum, sed in hoc contextu de ingenua fronte, quam præ se fert libera, ingenua, quæ non in servili est conditione. Alias quoque significari posset libertas, qua quis ad alterum accedit, qui sibi recti est conscius. Hæc interpunctio sine dubio est vera, Reiskius scribit, sine causa: ἥξει δὴ αἰδοῦς ὄμμ᾽ —— Cohæret αἰδοῦς cum ἐλεύθερον, *veniet profecto habens vultum verecundia liberum, h. e. deposita verecundia. Hopfn.*

ὄμμα ἐλεύθερον.] Facies liberalis, os pulcrum. Ὄμμα ut aliquoties *os* ipsum. Callim. L. P. [ ] ut et Arabes et Hebræi עין Ps. vi. *Loesner.*

995. Ἢ μὴ παρούσης, ταῦτα τεύξομαι σέθεν;] Cum interrogatione; et ita Heathius. Pro Ἢ μὴ A. habet Ἰδους: quod forte nihil est præter Ἢ μὴ οὔ, corruptum. Mallem, ταυτὰ, i. e. κατὰ ταυτά. constructio enim, opinor, est, τεύξομαί σου κατὰ ταυτὰ; *habebo te eodem modo bene affectum? Markl.*

Melius leges τ᾽ αὐτὰ, et ad finem versus ponenda interrogationis nota. *Heath.*

996. σεμνὰ bonam in partem hic accipiendum est: vide ad Med. v. 218. Nec aliter Interpres. *Musg.*

σεμνὰ] (h. l. bono sensu, ut Med. 218.) σεμνύνεται (v. 901.) σεμνὸς et σεμνύνεσθαι alibi apud Euripidem adhibetur de arrogantibus, superbis. Sic supra, v. 901. explanandum h. v. Sed h. l. de virtute sermo est, si puella se non submittit et supplex ad virum accedit, sed dignitatem suam, qua gaudet — et sentit, et ostendit aliis. Hoc quidem tunc temporis ad mores puellæ referebatur. Possis quoque interpretari de blanda vultus gravitate, cui opponitur odiosa arrogantia αὐθαδεία. V. de h. v. usu Valckenar. ad Hippol. v. 92. Barnesius: *laudabiliter pudicitiam agit*, et Koehlerus: *Ihr ist die Schamhaftigkeit anstændig. Hopfn.*

997. αἰδεῖσθαι χρεών.] Non intelligo αἰδεῖσθαι. intellexissem αἰτεῖσθαι, *petere. Markl.*

αἰδεῖσθαι] Legendum cum Marklando αἰτεῖσθαι, nisi malis ἀντεσθαι. *Musg.*

ΑΧ. Σὺ μήτε σὴν παῖδ' ἔξαγ' ὄψιν εἰς ἐμὴν,
Μήτ' εἰς ὄνειδος ἀμαθὲς ἔλθωμεν, γύναι.
Στρατὸς γὰρ ἀθρόος, ἀργὸς ὢν τῶν οἴκοθεν,
Λέσχας πονηρὰς καὶ κακοστόμους φιλεῖ.
Πάντως δέ μ' ἱκετεύοντες ἥξετ' εἰς ἴσον,
Εἴτ' ἀνικέτευτος ἧς· ἐμοὶ γὰρ ἐστ' ἀγὼν
Μέγιστος ὑμᾶς ἐξαπαλλάξαι κακῶν.
Ὡς ἕν γ' ἀκούσασ' ἴσθι μὴ ψευδῶς μ' ἐρεῖν.
Ψευδῆ λέγων δὲ καὶ μάτην ἐγκερτομῶν,

Ach. Tu neque filiam tuam adducito in meum conspectum,
Neque veniamus in probrum, O mulier, inconsideratum.
Exercitus enim confertus, quum *rerum* domesticarum curis est vacuus,
Amat malas et maledicas fabulas.
Idem plane consequemini, sive supplices ad me veneritis,
Sive non supplicaveris: nam mihi *propositum* est certamen
Maximum, ut vos a malis *istis* liberem.
Itaque hoc uno audito, scias me non falsa dicturum.
Quod si falsa dicam, et frustra vos ludam.

Reisk. mavult ἀναιδεῖσθαι, quod sit *impudentia uti*, frontem perfricare. Heath. et Koehler. vulgatum tuentur, ille vertit: *reverentia prosequi*, Achillem scil., hic: *verschæmt, zuechtig handeln.* *Beck.*

999. Μητ' ne forte ut 978. ὄνειδος ἀμαθὲς est aut ὄν. ἀμαθίας probrum rusticitatis aut probrum quod offerunt vel infligunt ἀμαθεῖς stolidi. *Loesner.*

1001. s. Λέσχαι, ὁμιλίαι.] Sic Schol. Hippol. 386. interpretatur. Egregia Achillis indoles, quæ non *supplici* miseri *gestu* sed *miseria ipsa* commovetur! ἥξετ' εἰς ἴσον *eundem finem assequemini.* Ego tibi opem feram, *quoniam misera* es, sive *supplex* ad me venias sive *minus,* talia ego non curo. *Hopfn.*

1003. Εἴτ' ἀνικέτευτος ἧς· ἐμοί] Vel, ἦσθ'· ἐμοὶ, &c. si sit modi indicativi, quod puto. sin subjunctivi, addendum est punctum, ᾖς. ἀνικέτευτος est *non-supplicans,* ut ἄνευκτος *non-precans,* in epigrammate, καὶ εὐχομένοις καὶ ἀνεύκτοις. *Markl.*

Εἴτ' ἀνικέτευτος ἧς·] Lego: εἴτ' ἀνικέτευτος ἦν. *Idem consequemini, ac si non oratus fuero.* Marklando ἀνικέτευτος est *non supplicans* ut ἄνευκτος in Epigrammate: καὶ εὐχομένοις καὶ ἀνεύκτοις. *Musg.*

Forsan ἦν.] Puto enim ἀνικέτευτος eum significare, *qui non supplicatur,* (nam tales formæ in τος exeuntes non magis passivæ quam activæ sunt) deberet tamen tunc poëta dixisse ἀνικέτευτοι ἦτε. *Reisk.*

ἦν conjecerat quoque Heath. *Beck.*

1005. Ὡς ἕν γ'] Forte, Ὥσθ' ἕν γ' ἀκούσασ', &c. *Markl.*

Ὡς ἕν γ'] Malit Marklandus ὥσθ' ἕν γ'. *Musg.*

1006. μάτην ἐγκερτομῶν,] Forte, μάτην σ' ἐγκερτομῶν, ex sensu. μάτην est *falso,* ut sæpe. ἐγκερτομῶν est ἐὰν ἐγκερτομῶ, ut ἢν σώσω mox, pro quo scribere potuit σώσας. *Markl.*

μάτην] Emendat Marklandus μάτην σ'. *Musg.*

ἐγκερτομῶν, i. e. ἐὰν ἐγκερτομῶ, i. e. si vos fallo, falsa spe decipio. De v. κερτομεῖν, nam ἐγκερτομεῖν semel tantum in Euripide inveni, v. supra ad v. 849. *Hopfn.*

1007. μὴ θάνοιμι] Vertendum non simpliciter *mortem effugiam,* sed *ita mor-*

Θάνοιμι· μὴ θάνοιμι δ', ἢν σώσω κόρην.
ΚΛ. Ὄναιο, συνεχῶς δυστυχοῦντας ὠφελῶν.
ΑΧ. Ἄκουε δὴ νῦν, ἵνα τὸ πρᾶγμ' ἔχῃ καλῶς.
ΚΛ. Τί τοῦτ' ἔλεξας; ὡς ἀκουστέον γέ σου.
ΑΧ. Πείθωμεν αὖτις πατέρα βέλτιον φρονεῖν.
ΚΛ. Κακός τίς ἐστι, καὶ λίαν ταρβεῖ στρατόν.
ΑΧ. Ἀλλ' οἱ λόγοι γε καταπαλαίουσιν λόγους.
ΚΛ. Ψυχρὰ μὲν ἐλπίς· ὅ τι δὲ χρή με δρᾷν, φράσον.
ΑΧ. Ἱκέτευ' ἐκεῖνον πρῶτα, μὴ κτείνειν τέκνα. 1021

Moriar: sic autem non moriar, si puellam servavero.
Cly. Sis felix, semper juvans afflictos.
Ach. Audi igitur nunc, ut res recte geratur.
Cly. Quid hoc dixisti? nam tibi quidem parendum est.
Ach. Persuademus iterum patri, ut melius sapiat.
Cly. Est quidam ignavus, et nimis timet exercitum.
Ach. Sed rationes superant rationes.
Cly. Frigida quidem *est* spes: sed dic, quidnam oporteat me facere.
Ach. Supplicem te primum illi præbeas, ne occidat filiam:

tem effugiam, si puellam salvam præstitero. Subauditur scilicet οὕτω. *Musg.*

1008. Ὄναιο,] Schol. Orest. 1694. interpretatur: ἀπολαύσαιο, ὠφεληθείης. Vid. et Helen. v. 646. *Seu glücklich! Dir gehe es wohl!* Videtur in nonnullis editionibus comma post ὄναιο deesse, nam Reisk. voluit comma post ὄναιο ponere. Valckenar. ad Theocrit. Adoniaz. v. 55. pag. 362. Pricæus ad Philemon. v. 20. *Hopfn.*

1009. ἔχῃ καλῶς.] Cod. A. B. ἔχ^{ει.}_{ῃ.} ita ut ἵνα significet *ubi.* *Markl.*

1010. Τί τοῦτ' ἔλεξας; ὡς ἀκουστέον γέ σου.] Distinguendum opinor, Τί τοῦτ' ἔλεξας, ὡς ἀκουστέον γέ σου; *Quid hoc dicis quare* me *oportet audire te?* id est, Quid vis mihi significare per tuum istud, Ἄκουε δή νυν? quod Achilles versu superiore dixerat. Troad. 882. Τί δ' ἐστὶν, εὐχὰς ὡς ἐκαίνισας Θεῶν: Si aliter accipiatur, ὡς significabit *nam.* *Markl.*

Nescio an Marklandus sit audiendus. *Hopfn.*

1011. Πειθώμεθ' αὖτις πατέρα] Scaliger πίθωμεν. (etiam Heath.) mallem πείθωμεν, quia propius est. [Imo Scaliger perspicue πείθωμεν.] Et mox idem, v. 1017. εἰ-πείθετ' (i. e. πείθεται) pro εἰ-ἐπίθετ'. Forte, εἰ-ἔπιθες, *si persuasisti,* i. e. persuadere potes. Codd. A. C. habent πειθομεν, B. πειθω^{μεν.}_{μεθ.} Edidi itaque πείθωμεν, et ita Reiskius. *Markl.*

Πείθωμεν] Ita MS. E. Lib. P. et inter lineas, MS. G. Vulgo πειθώμεθ'. *Musg.*

Πειθώμεθ'] Scaliger legit πίθωμεν. *Barnes.*

1012. Κακὸς] Ut supra, ignavus. Ταρβεῖ. Supra, v. 517. hoc Agamemnoni vituperaverat Menelaus. *Hopfn.*

1013. Ἀλλ' οἱ λόγοι γε καταπαλαίουσιν λόγους.] *Sed rationes superant rationes.* Obscure; exspectasses κακοὺς pro λόγους, hoc sensu: Sit Agamemnon, ut ais, κακὸς, tamen οἱ λόγοι interdum superant etiam κακούς. pergit Illa: ψυχρὰ μὲν ἐλπίς· τί δὲ χρή με δρᾷν φράσον. Deest syllaba Iambo. verum puto, ὅ τι δὲ χρή με δρᾷν φράσον· et ita opinor, Reiskius. *Markl.*

λόγους.] An legendum φόβους. *Musg.* Tuetur vulgatum Koehl. *Beck.*

Neque pro λόγους hoc versu malim legere φόβους cum Musgravio, neque κακοὺς (ignavos) cum Marklando. Nam in v. λόγους latet hoc: Agamemnon mihi respondet, ego sum dux exercitus, non possum aliter agere propter exercitum, quid hic de me cogitabit? etc. Hæ ejus

Ἂν δ' ἀντιβαίνῃ, πρὸς ἐμέ σοι πορευτέον.
Εἰ γὰρ τὸ χρῇζον ἐπίθετ', οὐ τοὐμὸν χρεὼν
Χωρεῖν· ἔχει γὰρ τοῦτο τὴν σωτηρίαν·
Κἀγώ τ' ἀμείνων πρὸς φίλον γενήσομαι,
Στρατός τ' ἂν οὐ μέμψαιτό μ', εἰ τὰ πράγματα
Λελογισμένως πράσσοιμι μᾶλλον, ἢ σθένει.
Καλῶς δὲ κρανθέντων, πρὸς ἡδονὴν φίλοις,
Σοί τ' ἂν γένοιτο, κἂν ἐμοῦ χωρὶς, τάδε.
ΚΛ. Ὡς σώφρον' εἶπας. δραστέον δ' ἅ σοι δοκεῖ.

Quod si restiterit, tibi ad me veniendum *est*.
Si enim persuadebitur id quod vis, non opus est meam *operam*
Procedere: hoc *ipsum* enim salutem affert:
Et ego melior erga amicum ero:
Et exercitus non culpabit me, si res
Ratione magis quam viribus gessero,
Rebus autem secundum vota ordinatis, et amicis honestum
Et tibi fuerit, consequi hæc sine mea opera.
Cly. Quam sapienter dixisti: faciendum igitur ut tibi videtur.

erunt rationes, si ei persuadere voluero, ut aliter sentiat. Jam Achilles dicit: sed rationes (graves, s. graviores ei a te oppositæ) superabunt rationes ab ipso prolatas. Καταπαλαίειν a palæstra est desumtum, omninoque adhibetur pro νικᾶν, ut verbum simplex Cyclop. v. 674. Ψυχρὰ ut Lat. *frigida* pro infirma. Sic calumnia Ciceroni pro Cæc. 21. dicitur *frigida*. *Hopfn.*

1014. τί δὲ χρή] Legendum, metro postulante, ὅ, τι δὲ χρή. *Musg.*

χρὴ] Scaliger legit χρεώ. *Barnes.*

Sic et Reisk. atque Markl. Heath. cum Scal. χρεώ.] *Beck.*

1016. Ἂν δ' ἀντιβαίνῃ,] Cod. A. Ἀντιβαίνοι. Pro Ἂν mallem Ἢν, ob sonum; cujus in his rebus magna habenda est ratio. Pro γενήσομαι (v. 1019.) potuit scripsisse φανήσομαι, ut sæpe: et v. 1018. ἔχει ponitur sensu τοῦ ἕξει. *Markl.*

Cod. A. habere ἀντιβαίνοι. *Quod si restiterit, se tibi opposuerit. Hopfn.*

1017. ἐπίθετ',] Legendum, ni fallor, ἔπιθεν. Sensus est: *si preces ipsi persuaserint. Musg.*

ἐπίθετ',] *Si enim, ut optas, persuasus fuerit, nihil est, quod tibi operam meam impertiam, quod (tibi porro auxilio adsim.)* Scaliger πείθετ'. *Hopfn.*

1018. ἔχει (pro ἕξει) τοῦτο. Sic enim filia tua viva servaretur, s. servabitur. *Hopfn.*

1019. Marklandus putat, Poëtam potuisse scribere φανήσομαι pro γενήσομαι, ut alibi sæpe, idemque monet, Codd. A. C. habere σθένω, et Cod. B. σθένω (ει,) quasi esset etiam ὁ σθένος in Nominativo, ut ὁ σκότος, — argutumque magis quam necessarium videri posse, εἰ τὸ πρᾶγμα τῷ λελογισμένῳ πράσσοιμι, etc. τῷ λελογισμένῳ fore λογισμῷ, cui opponeretur σθένει. Ego certe nullam video h. l. difficultatem. λελογ. rationibus propositis, bene opponitur σθένει, si quis nullis rationibus, sed vi alterum cogit, ut aliquid faciat. *Hopfn.*

1021. Pro σθένει Codd. A. C. σθένω. et B. $σθεν^{ει.}_{ω.}$ quasi esset ὁ σθένος in recto, æque ac τὸ σθένος· quemadmodum ὁ σκότος et τὸ σκότος, ὁ σκύφος et τὸ σκύφος. Argutum magis quam necessarium videri potest, εἰ τὸ πρᾶγμα τῷ λελογισμένῳ πράσσοιμι, &c. τῷ λελογισμένῳ foret λογισμῷ, cui opponeretur σθένει. *Markl.*

1022. Interpungo:

καλῶς δὲ, κρανθέντων πρὸς ἡδονὴν, φίλοις
σοί τ' ἂν γένοιτο —

Ἢν δ' αὐτὰ μὴ πράσσωμεν, ἃν ἐγὼ θέλω,
Ποῦ σ' αὖθις ὀψόμεσθα; ποῦ χρή μ' ἀθλίαν
Ἐλθοῦσαν εὑρεῖν σὴν χέρ', ἐπίκουρον κακῶν;
ΑΧ. Ἡμεῖς σε φύλακες, οὗ χρεὼν, φυλάσσομεν,
Μή τις σ' ἴδη στείχουσαν ἐπτοημένην
Δαναῶν δι' ὄχλου, μηδὲ πατρῷον δόμον
Αἴσχυν'. ὁ γάρ τοι Τυνδάρεως, οὐκ ἄξιος
Κακῶς ἀκούειν· ἐν γὰρ Ἕλλησιν μέγας.
ΚΛ. Ἔσται τάδ'. ἄρχε· σοί με δουλεύειν χρεών.

Quod si ista non consequar, quæ ego volo,
Ubi te rursus videbimus? quo me miseram oportet
Ire, ut inveniam tuam manum auxiliatricem malis?
Ach. Nos te custodes, ubi opus *erit*, observabimus.
Ne quis te videat ire consternatam
Per exercitum Græcorum, ne paternam domum
Dedecores. Nam Tyndareus non dignus est,
Qui male audiat: nam inter Græcos *est* magnus.
Cly. Hæc *ita* sunt: impera; tibi me servire decet.

Re autem impetrata, Amicis Tuis (i. e. Agamemnoni) *et tibi honestum foret hæc sine mea ope consecutum esse.* Hanc mentem Auctoris fuisse puto, cui ut verba respondeant, legendum:

σοί τ' ἂν γένοιτο σχεῖν ἐμοῦ χωρὶς τάδε.

In vulgata dicit Achilles: *pulchre vobis evenerit, etiam sine mea ope:* quasi vero pulchrius aut utilius Clytæmnestræ fuisset, mortem Iphigeniæ ipsius opera impedire, aut quasi non ipse in præcedentibus alia omnia dicat. Pro κᾆν legi etiam potest δρᾷν. Hesychius: δράσας — κρατήσας. *Musg.*

Quis vero me cogit sic h. l. (ut Musgravius) interpretari? Quid difficultatis inest, si locum ita verto, ut verba ipsa et permittunt et postulant? *Geht denn alles gut von statten, (wird die Sache ohne Gewalt, in Güte beygelegt,) so wirds dir und deinem Gatten zur Freude gereichen* (*angenehm seyn,*) *ohne dass ihr mich braucht.* *Hopfn.*

1025. ἃ — θέλω,] Supra v. 1017. τὸ χρῇζον. *Hopfn.*

1028. φυλάσσομεν, Μή τις σ' ἴδη στείχουσαν] Post φυλάσσομεν (vel φυλάξομεν: licet illud defendi possit) ponenda est plena distinctio. Deinde legendum, Μή τις δ' ἴδῃ στείχουσαν, &c. *Cave autem ne quis te videat euntem,* &c. et scribendum, μηδὲ πατρῷον, &c. *neque patris domum dedecora.* vide Andromach. 868. seqq. Pro σε φύλακες, Cod. A. γε: frequenti mutatione γ. et σ. *Markl.*

Ἡμεῖς σε] MS. E. ἡμεῖς γε. Sed præstat vulgata.

φυλάσσομεν,] Legendum, cum de re futura loquatur, φυλάξομεν. *Musg.*

μηδὲ πατρῷον] *Neque patris domum* (familiam, genus) *dedecorat.* Marklandus citat Androm. v. 868. ss. ubi tamen nihil invenio. *Hopfn.*

1028. ss. De v. πτοεῖσθαι v. supra ad v. 586. Tyndareus, cujus tu es filia, illa infamia non est dignus. Male enim audire debebat Clytæmnestra, si consternata propter causas supra nominatas per exercitum currebat. μέγας magno honore afficitur. ἔστιν. Si hæc lectio vulgata vera est, referri debet ad ultima Achillis verba, Tyndarum esse apud Græcos magno in honore, atque vertendum: *Vera dicis.* Si vero præplacet Marklandi emendatio ἔσται τάδ' (*hæc erunt,* i. e. ita faciam,) δουλεύειν, me oportet te sequi, facere quæ jubes. Supra v. 1010. ἀκουστέον — et v. 1024. δραστέον. *Hopfn.*

1033. Ἔστιν τάδ'. ἄρχε. Mallem, ἔσται]

Εἰ δ' εἰσὶ θεοὶ, δίκαιος ὢν ἀνὴρ σύ γε
Ἐσθλῶν κυρήσεις· εἰ δὲ μὴ, τί δεῖ πονεῖν;
ΧΟ. Τίν' ἄρ' ὑμέναιος διὰ λωτοῦ Λίβυος, στροφή.

Si vero sunt dii, tu, cum sis justus vir,
Bona consequeris: sin minus, quid juvat laborare?
Cho. Qualem O! Hymenæus, per fistulam Libycam,

τάδ', *Hæc erunt:* i. e. ita faciam. sæpissime ita scribit. Si Codd. consentiant in Ἔστιν τάδ', sensus erit, *Vera dicis;* et de Tyndareo intelligendum. Sed prius verum puto. Notabis voces ἄρχε, et δουλεύειν, a Regina fastosa. *Markl.*

Ἔστιν τάδ'. ἄρχε· σοί με δουλεύειν χρεών] Ἔσται τάδ'. Markl. Recte Markl. cf. sup. 149. Taur. 1207. Troad. 87. Heraclid. 567. Hel. 744. 1075. 1262. 1294. Ion. 425. 444. Herc. Fur. 332. Electr. 650. Hec. 886. Orest. 1040. 1615. Phœniss. 760. Med. 729. Alcest. 338. Suppl. 1192. [cf. Soph. Philoct. 914.] Incert. apud Plutarch. Op. Moral. p. 891. *Por.*

1034. Εἰ δ' εἰσὶ θεοὶ, δίκαιος ὢν ἀνὴρ σύ γε] Σύ τοι (pro σύ γε) Valckenær. ad Eurip. Hippol. 957. *Por.*

1035. Ἐσθλῶν κυρήσεις·] Bonum successum rerum tuarum consequeris. Πονεῖν, operam impendere, vires adhibere ad aliquid perficiendum. Pro vulgato σύ γε recepi σύ τοι cum Valckenario ad Hippolyt. 957. Sæpe in animose dictis occurrunt σέ τοὶ et σύ τοι. Cæterum cum hoc loco conferri potest Ion. v. 1621. sq.
εἰς τέλος γὰρ οἱ μὲν

ἐσθλοὶ τυγχάνουσιν ἀξίων,
οἱ κακοὶ δ', ὥσπερ πεφύκασ', οὔποτ' εὐπράξειαν
ἄν.

Verba ultima vel possunt pro sententia morali haberi, vel ad Clytæmnestræ statum tantummodo in hoc contextu referri. Si Dii non sunt, quid oportet pati, i. e. multo cum labore et ærumna virtutem et probitatem sequi! Quam crebræ sint tales apud Euripidem sententiæ, etiam tum, cum characteri tales proferentis minime in eo, in quo versatur, statu, accommodatæ sunt, nemo nesciet, qui Nostri Tragœdias perlegerit. Quare, nisi commode fieri posset propter verba, hoc a Schillero ad versionem hujus dramatis argumentum unice non valeret. Is vertit: *Giebt es keine Gœtter, warum muss ich leiden?* i. e. cur Iphigeniam meam propter Dianam oportet mori? *Hopfn.*

1036. Τίς ἄρ' ὑμέναιος, &c.] Ἔστασαν ἰαχὰν, Ὅτ' ἀνὰ Πήλιον, &c. Dolet videre hunc Chorum, omnium in Euripide, mea opinione, pulcherrimum et suavissimum, ipso initio tam fœde habitum. Ne te morer, lego et distinguo, Τίν' ἄρ' ὑμέναιος, διὰ λωτοῦ Λίβυος, Μετά τε φιλοχόρου κιθάρας, Συρίγγων θ' ὑπὸ καλαμοεσσᾶν, Ἔστασεν ἰαχὰν, Ὅτ' ἀνὰ Πήλιον, &c. Chorus confert nuptias Thetidis et Pelei, cum his simulatis et funestis nuptiis filii eorum Achillis, et Iphigeniæ; et dissimilitudinem deflet. Constructio est: Τίνα ἄρα ἰαχὰν ὑμέναιος ἔστησε διὰ λωτοῦ Λίβυος — ὅτε αἱ Πιερίδες — ἦλθον εἰς γάμον Πηλέως — καθ' ὕλαν Πηλιάδα; Τίν' ἄρα, ut Helen. 336. Hoc loco ὑμέναιος potest esse Deus Hymenæus. Præpositiones διὰ, μετὰ, et ὑπὸ, ejusdem fere hic sunt significationis et exprimunt id quod Latini *per* tibiam, *cum* cithara, *sub* fistulis. Λωτοῦ male vertitur *fistula,* cum sit *tibia;* et συρίγγων æque male *tibiis* pro *fistulis.* Secunda in ἰαχὰν hic longa esse debet: vide Antistrophen. et ita in ἰάχει, Herc. Fur. 349. Helen. 1486. Heraclid. 783. Homerus quoque (in edit. qua utor, Oxon. 1675, 8vo.) secundam in ἰάχουσα producit, Iliad. E'. 343. Nisi in istis locis, ut et hic, per κ et χ scribendum sit, ut Æschyl. Ἑπτ. ἐπ. Θήβ. 641. Ἁλώσιμον παιᾶν' ἐπεξιακχάσας. De locutione ἵστησιν ἰαχὰν, adi dicta ad v. 786. Notam interrog. quæ erat post ἰαχὰν, posui infra post ὕλαν. Pro καλαμόεσσαν mallem καλαμοεσσῶν vel καλαμοεσσᾶν. Video jam Porto suboluisse de ἔστασεν pro ἔστασαν, et de Hymenæi persona. Non absimiliter incipit Act V. Supplicum Nostri, Τί φέγγος, τίν' αἴγλαν, &c. *Markl.*

Legendum et distinguendum:

τίν' ἄρ' ὑμέναιος διὰ λωτοῦ Λίβυος,
μετά τε φιλοχόρου κιθάρας,
συρίγγων θ' ὑπὸ καλαμοεσσᾶν,
ἔστασεν ἰαχάν; —

Qualem O! sonum edi fecit Hymenæus per

Μετά τε φιλοχόρου κιθάρας,
Συρίγγων θ' ὑπὸ καλαμοεσσᾶν,
Ἔστασεν ἰακχάν;

Et cum cithara amante-choreas,
Et tibiis arundineis
Edidit vocem!

lotum Lybicam, et citharam choreas amantem, et fistulas calamis compactas? Qualem vero cum dicit, intelligi vult, *quam excellentem, quam admirabilem. Musg.*

Τίς ἄρ' ὑμέναιος;] Subaudi ἦν, vel ἐγένετο, ut Brodæus, et Πιερίδες ad ἔστασαν referatur. Nec erat, tantopere ut se torqueret Æmilius Portus; facile enim hic locus expedietur. Illi placet legere Τίν' ἄρ' ὑμέναιον, etc. Sed nullo modo hanc lectionem probamus, licet ei suum calculum Miltonus ferat. De nuptiis autem Pelei et Thetidis, quæ hic celebrantur, vide, quæ nos ad Phœniss. v. 836. et hujus Fabulæ v. 707. *Barnes.*

Koehl. nihil mutari vult, nisi καλαμόεσσαν in καλαμοεσσᾶν, verbaque struit sic: τίς ἄρ' ὑμέναιος, (ὅτε) διὰ λωτοῦ Λίβυος — ἔστασαν ἰαχάν. *Beck.*

Carmine celebrantur nuptiæ Pelei atque Thetidis, de quibus jam supra ad v. 573. et 707. nonnulla monuimus. Vide præterea L. Begeri spicilegium antiquitatum, p. 131. sqq. Homerum Il. ω'. 534. ad quem conf. Eustath. fol. 1362. Hesiod. Theog. 1036. sqq. Idem olim singulare de illis nuptiis carmen conscripsit, e quo duo tantum versus extant. Porro conf. Catulli Epithalamium Pelei atque Thetidis, quod ediderunt Cell. Doering et Lenz, vertitque Cl. Gurlitt, Lips. 1787. 8., item Valer. Flacc. I. 130. sqq. ubi v. Intpp. et Coluth. Raptus Helenæ V. 17—37. Schol. Aristoph. Nub. 1064. Schol. Apoll. IV. 814. Dictys. 6, 7. Isocrates quoque in Paneg. c. 4. pag. 11. ed. Findeisen. monet, Peleum, postquam in pugna adversus Centauros strenue dimicasset, et multis aliis bellis atque periculis probatus esset, Thetida, Nerei filiam, immortalem, quamvis ipse fuerit mortalis, uxorem meruisse, eque omnibus, quæ ante fuerint, solum in his nuptiis deos dici cecinisse carmen nuptiale. Porro de donis singulorum deorum vid. Hephæstion. Nov. Histor. Lib. VI. p. 332. v. 1036—1057. Strophe canit, carmen nuptiale egregium esse auditum, cum Musæ ad convivium venissent, Thetidem atque Æacum suaviter cecinisse, Ganymedem nectar hausisse, Nereique filias saltasse. Vulgo legitur atque distinguitur:

τίς ἄρ' ὑμέναιος — Λίβυος,
μετά — κιθάρας;
συρ. — καλαμόεσσαν
ἔστασαν ἰαχάν;

Ego vero sequutus sum Musgravium. Ὑμέναιος potest esse *deus* Hymenæus, sed et carmen nuptiale. V. supra ad v. 430. 437. et 624. durum mihi videbatur h. l. subintelligere ὅτε (cum Koeh.) multoque lubentius, si licuisset, legissem cum Reiskio συρίγγων ὅταν καλαμόεσσαν (vel potius καλαμοεσσᾶν.) — ἔστασεν quoque probavit Heathius. Λωτὸς (v. supra v. 438.) ut αὐλὸς Λίβυς, Alcest. 356. sic vocatur, ut Schol. l. l. monet, vel, quia tibia ἐκ τῶν ἐν Λιβύῃ λωτίνων λεγομένων καλάμων conficitur, vel quia in Tribone fluvio Libyæ (de quo v. Barnes. ad Ion. 872.) inventa est. Theophrastus περὶ φυτῶν (L. 4.) ait: ἐν Λιβύῃ ὁ Λωτὸς πλεῖστος καὶ κάλλιστος. Battierius legit τίν' ἄρ' ὑμέναιον et ad sq. ἔστασαν refert. Idem per ἀναστροφὴν scribit: συρίγγων θ' ὑπὸ καλ. — ἔστασεν jam probavit Æmil. Portus. *Hopfn.*

1039. ἰαχὰν;] Metri causa legendum ἴακχον. vid. notata ad Cyclop. v. 69. Helen. v. 1486. *Musg.*

Pro ἰαχὰν non dubitarem recipere cum Musgravio ἴακχον, metri causa, nam secunda in ἰαχὰν hic longa esse debet. Quod si vero certum est, penultimam in hoc vocabulo produci posse, ut fieri videmus Troad. 826. atque in verbo ἰαχεῖ, ut Helen. 1486. (ubi v. Musgrav.) Herc. Fur. 349. Electr. 1150. Heraclid. 782. et Homer. Iliad. ε'. 343. defendi potest lectio vulgata, nisi, quod nec Marklandus h. l. dissimulavit, in omnibus illis locis scribendum sit per κ et χ, ut Æschyl. S. C. Theb. v. 641. ab eodem Marklando citato. De usu v. ἴακχος plura observavi ad Cyclop. v. 69. Inter alia etiam de

Ὅτ' ἀνὰ Πήλιον αἱ καλλιπλόκαμοι
Πιερίδες ἐν δαιτὶ θεῶν
Χρυσεοσάνδαλον ἴχνος
Ἐν γᾷ κρούουσαι,
Πηλέως εἰς γάμον ἦλθον
Μελῳδοὶ, Θέτιν ἰαχή-
μασι τόν τ' Αἰακίδαν

Quando per Pelium *montem* pulchricomæ
Pierides in convivio deorum,
Pedes aureis sandalis ornatos
In terram impingentes,
Venerunt ad nuptias Pelei,
Suaviter canentes, Thetin vocibus,
Et Æacidem *Peleum*,

carmine triumphali lætoque adhiberi solet. *Hopfn.*

1040. s. Eodem modo Musas et Gratias ad nuptias Cadmi venisse et carmen pulchrum cecinisse, quo sententia contineretur, ὅ τι καλὸν φίλον ἀεί, Theognis docet, v. 15. ss.

Μοῦσαι καὶ Χάριτες, κοῦραι Δίος, αἵ ποτε Κάδμου
ἐς γάμον ἐλθοῦσαι, καλὸν ἀείσατ' ἔπος.
ὅττι καλὸν φίλον ἐστὶ, τὸ δ' οὐ καλὸν οὐ φίλον ἐστί.
τοῦτ' ἔπος ἀθανάτων ἦλθε διὰ στομάτων.

Enimvero divos ad nuptias illas convenisse, monet Euripides Phœniss. 836. vid. v. 1076. ss. quibus addas velim Hellanicum in Schol. min. ad Hom. Il. β'. 494. (Hellanic. Fragm. ed. Cel. Sturz. p. 66. *Hopfn.*

1040. ss. *Pelius* (Pelion) mons Thessaliæ satis notus. Κρούουσαι — ut in illo Venusini: *nunc pede — pulsanda tellus.* De *Musis* v. supra v. 798. *Hopfn.*

1041. Πιερίδες ἐν δαιτὶ θεῶν] Longe abesse ab his numeris videtur antistrophicum, Παῖδες αἱ Θέσσαλαι, Μέγα φῶς. Si deleatur αἱ, idem erit numerus temporum in utroque. Et ita Heathius. *Markl.*

1042. Die Sandalien waren hochsolige Schuhe, von leichtem Holz, Kork, oder starkem Leder, mit vergoldeten und kunstreichen Riemen um den Fuss gewunden, wesche Tracht, nicht lange vor Xerxes, die Griechen von den Tyrrhenern aufnahmen. Anfangs trugen sie beide Geschlechter, nachmals blieben sie meist den Weibern. Hæc monuit Cel. Vossius in Mytholog. Briefen et uberius demonstravit, P. I. p. 108—111. Cæterum de nuptiis Pelei atque Thetidis etiam conferri debet Homer. Il. ω'. 61. ss. ubi diserte dicitur, omnes deos iis interfuisse atque Apollinem citharam pulsasse. Cæterum v. χρυσεοσάνδαλον ἴχνος legitur quoque Orest. 1473. *Hopfn.*

1044. Cod. A. Πηλεος. B. delet εις. quasi fuisset Πηλῆος, ut Νηρῆος mox. *Markl.*

Deest εἰς in MS. G. unde facias Πηλῆος γάμον. *Musg.*

1045. Ita hæc metra constituit Heath.

Μελῳδοὶ Θέτιν dochmaicus.
Ἰαχήμασι τόν τ' Αἰακίδαν anapæsticus dimeter catalectus.

et in antistropha:

Ὃς ἤξει χθόνα
Λογχήρεσι σὺν Μυρμιδόνων. *Beck.*

Musgravius ad Helen. 1486. V. seq. legendum esse censet ἰακχήμασι, quem vide. Cf. supra v. 1039. *Suavi cantu, voce sonora celebrabant T.* &c. *Hopfn.*

1047. Pro κλείουσαι, Ald. et B. κλυουσαι. Ibid. αν ορεσι A. *Markl.*

κλείουσαι,] Ita jam Editi recentiores, non dissentientibus MSS. Ed. Ald. κλύουσαι. *Musg.*

Centauri, homines maxime inculti, qui

Κενταύρων ἐν ὄρεσι κλείουσαι,
Πηλιάδα καθ' ὕλαν.
Ὁ δὲ Δαρδανίδας, Διὸς
Λέκτρων τρύφημα φίλον,
Χρυσέοισιν ἄφυσσε λοιβὰν
Ἐν κρατήρων γυάλοις,
Ὁ Φρύγιος Γανυμήδης.

In montibus Centaurorum celebrantes,
In sylva Peliaca.
Dardanides vero, Jovis
Thalamorum deliciæ charæ,
Nectar hausit aureis
In craterum cavitatibus,
Ganymedes Phrygius.

in summo Pelii cacumine habitasse dicuntur, filii Ixionis e nube procreati. V. Hygin. fab. 62. Schol. Homer. Il. α'. 268. Diodor. Sic. IV. 72. et infra v. 1058. sq. *Hopfn.*

1049. Ganymedes Trois, regis Trojani, filius, juvenum pulcherrimus a Jove in Olympum per aquilam, quam ille miserat, vel cujus formam ipse assumserat, abductus est, ut pincernæ munere, loco Hebes, deæ juventutis, fungeretur. Hoc factum est ex multorum opinione, cum in promontorio Dardano venaretur. Quem mythum sequutus est Noster in Cyclope 581. ubi plura diximus. Quare nollem ibi cum Cel. Matthiæ illud Δαρδάνου l. l. mutare in Γαργάρου. (*Gargara* montis *Idæ* sunt cacumina, v. Farn. ad Senec. Phœniss. 608.) De hac, quam allegavimus, fabula v. Strabon. L. 63. p. 587. ed. Almeloveen. et Lippert. I. 41—48. atque b. Koeppen ad Homer. Il. V. 266. et XX. 220. 234. Plurimi Ganymedem in monte Ida raptum narrant, v. Horat. III. 20. 16. ibique et ad Ovid. Metam. X. 142. sqq. Interpretes. Dardanus fuit Trojanorum auctor. Sed et avus Trois, unde h. l. Ganymedes dicitur Δαρδανίδης. In Troad. 819. Λαομεδόντιος vocatur, quod ibi non intellexit Brodæus. Sed vide Barnes. ad l. l. *Phrygius* nominatur, ut Ovid. l. l. v. 155. *Hopfn.*

1050. Λέκτρων τρύφημα] Scribo λέκτρων τὸ τρύφημα φίλον. vid. antistroph. *Markl.*

φίλον,] MSS. ambo et Lib. P. φίλιον. Metrum porro mancum est, cui subvenias tamen legendo: ὁ τρύφημα. *Musg.*

Amasius Jovis dicitur τρύφημα φίλον λέκτρων Διὸς, deliciæ charæ thalamorum Jovis. Marklandus legit τὸ τρύφημα, quem sequor. Vulgo simpliciter τρύφημα legitur, sine articulo. τρύφημα, Orest. 1390. dicitur εὐνέτης Διός. — τρυφ. deliciæ ut alibi μέλημα, Anacr. Od. V. Koen. ad Gregor. Dial. p. 78. L. P. 230. V. 1069. Sic quoque Electr. 5. Troja vocatur Δαρδάνου κλεινὰ πόλις. *Hopfn.*

1051. λοιβὰν] Proprie *libamen* ex vino diis factum; jam nunc pro *vino*, vel *nectare*, ponitur, quod dii hauserunt. "Αφυσσε λοιβὰν ἐν κρατήρων γυάλοις] Homeri æmulus Euripides, qui dixit, Iliad. α'. v. 598. Ωἰνοχόει, γλυκὺ Νέκταρ ἀπὸ κρατῆρος ἀφύσσων. *Barnes.*

λοιβὰν] Proprie dici libamen ex vino diis factum, constat. Deinde omnino hoc voc. adhibetur pro vino, vel, cum h. l. de deorum potu sermo sit, de nectare. Porro γύαλα non sunt pocula minora, atque κρατῆρες majora, quod h. l. voluit Æmilius Portus deceptus lectione, quæ in multis obtinuit exemplaribus, ἐκ—γυάλοις, sed h. l. est periphrasis *poculorum*, quæ sæpius *cava* vocantur alibi. *In poculorum cavitatem*, i. e. in pocula cava. ἐν—γυαλ. habet Aldina, Scapula in v. γυάλον, aliæque editiones optimæ. ἀφύσσε. Sic fere Homerus Il. α'. 598. ᾠνοχόει, γλυκὺ Νέκταρ ἀπὸ κρατῆρος ἀφύσσων. In Troad. l. l. hæc leguntur: ὦ χρυσέαις ἐν οἰνοχόαις ἁβρὰ βαίνων Λαομεδόντιε παῖ, (v. Barnes.

Παρὰ δὲ λευκοφαῆ
Ψάμαθον εἱλισσόμεναι
Κύκλια πεντήκοντα κόραι
Νηρῆος, γάμους ἐχόρευσαν.
Ἀνὰ δ' ἐλάταισι, στεφανώδει τε χλόᾳ ἀντιστρ.

Prope vero candidam
Arenam saltantes
In orbem quinquaginta filiæ
Nerei, nuptias concelebrârunt.
Cum abiegnis vero telis, et gramineis coronis

ad h. l.) Ζηνὸς ἔχεις κυλίκων πλήρωμα, καλλίσταν λατρείαν. Cæterum primam in v. χρυσέοισιν hic perperam corripi, adnotavit Struchtmeier. Ann. Crit. p. 128. *Hopfn.*

1052. Ἐν κρατήρων γυάλοις,] Æmilius Portus γύαλα pro *poculis minoribus*, et κρατῆρας pro *grandioribus* satis auctoritative sumit, deceptus nimirum falsa lectione, quæ in multis exemplaribus obtinuit, ἐκ κρατήρων γυάλοις. Sed *Aldi* optima editio habet rectius ἐν κρατήρων γυάλοις, atque ita legebat Scapula in voce γύαλον, quare γύαλα κρατήρων nihil aliud est, quam periphrasis pro κρατῆρες. *Barnes.*

1054. Pro λευκοφαῆ Port. Steph. λευκοφανῆ. sequor Aldinam, et Barnes. *Markl.*

1054. s. Ita horum versuum metra melius constitui posse putat Heath.

Παρὰ δὲ λευκοφαῆ ψάμαθον Glyconius.
Εἱλισσόμεναι basis anapæstica.

et in antistr.

Μακάριον τότε Δαίμονες
Τᾶς εὐπατρίδος.

Beck.

1056. Κύκλια εἱλισσόμεναι] In orbem tripudiantes. Brodæus. Πεντήκοντα κόραι] Nerinæ et Nereides dictæ quinquaginta filiæ Nerei, quarum multa nomina habet Homer. Iliad. σ'. v. 37. — v. 49. Omnia vero nomina Hesiodus enumerat Theogon. v. 242. ad 262. Et hinc concludit hoc disticho — Αὗται μὲν Νηρῆος ἀμύμονος ἐξεγένοντο Κοῦραι πεντήκοντα, ἀμύμονα ἔργ' εἰδυῖαι. Vide Iphig. Tauric. v. 274. Vide Natal. Com. Mytholog. l. 8. c. 6. *Barnes.*

Mallem pro κύκλια legere κύκλῳ. Quoad metrum res eodem redit. *Heath.*

1057. Forte, Νηρῆος γάμον (non γάμους) ἐχόρευσαν, in antistropha voce Πηλέως pro dissyllabo accepta, ut sit parœmiacus. *Markl.*

Nereus cum filia Oceani, Doride, quinquaginta filias fertur procreasse, quarum nomina enumerantur ab Homero Iliad. XVIII. 36. sqq. et Hesiodo Theog. 242. sqq. Vocantur Nereides, Nerinæ, et Dorides. Præcipuæ earum erant Thetis atque Amphitrite. V. de Nereo Cel. Voss. ad Virgil. Georg. IV. 392. atque de filiabus ejus Iphigen. Taur. 274. 427. et Ion. 1081. Adde Natal. Com. Mythol. VIII. 6. Celebrabant nuptias saltantes. Κυκλία pro κύκλῳ, nisi cum Heathio legere placeat κύκλῳ. De v. ψάμαθος v. supra v. 165. Παρὰ, prope a. s. in arena, quæ epitheto ornante λευκοφαὴς (i. q. λευκὸς) ornatur. εἱλίσσ. *Sie walzten* oder *wanden sich in Reihen.* Coluthus l. l. v. 17. sic canit:

ὡς ὁ μὲν ὑψιλόφοισιν ἐν οὔρεσιν Αἱμονιήων
Νυμφιδίων Πηλῆος ἀειδομένων ὑμεναίων,
Ζηνὸς ἐφημοσυνῃσιν ἐωνοχόει Γανυμήδης, etc.

Ubi non opus erit observare, Thessaliam olim dictam esse Hæmoniam s. Æmoniam ab Hæmone rege, Thessali patre. *Hopfn.*

1058. Ἀνά.] Vide supra ad v. 759. *Musg.*

Pro ἀνὰ leg. ἐν. nam αν repetitum ex præcedente syllaba ultima in ἐχόρευσαν. *Reisk.*

1058. ss. Centaurorum adventus describitur. θίασος — ὄχλος. *Thiasus* proprie dicebatur multitudo et pompa, quæ Bacchum comitabatur. V. Athenæum Lib. VIII. qui voc. θεοὺς laconice pronuntiari ait σιούς. Sic Virg. Eclog. V. 30. et Eurip. Bacch. 56. Eustathius ad Iliad. δ'. fol. 465. l. 10. interpretatur θίασος per: ὀργιά-

Θίασος ἔμολεν ἱπποβότας
Κενταύρων ἐπὶ δαῖτα τὰν θεῶν,
Κρατῆρά τε Βάκχου.
ΜΕΓΑ δ' ἀνέκλαγον, Ω ΝΗΡΗΙ ΚΟΡΑ,
Παῖδες αἱ Θεσσαλαὶ, ΜΕΓΑ ΦΩΣ,

Turba venit equestris
Centaurorum, ad convivium deorum,
Et craterem Bacchi.
Magnum, exclamaverunt autem, *O Nerei filia*,
Filiæ Thessalicæ, *magnum lucem*;

λος, hinc omnino est quævis multitudo, chorus, sive etiam exercitus. Sic Phœn. v. 149. De Centauris v. supra v. 1047. Finguntur tanquam feri bellatores, qui arboribus e terra evulsis sese defendunt. Unde fortasse h. l. iis tribuuntur ἐλάται, et quia equis vehuntur, s. ex opinione antiquitatis dimidia parte equi erant, nominatur ista turba ἱπποβότας. Quare non est, quod Barnesius Electr. 449. *hanc ob causam* Stiblinum reprehendat, vocabulum ἱππότας de Chirone intelligentem, *quia* Chiron, utpote Centaurus, fuerit equus ex dimidia parte, ideoque potius ἵππος nominandus. Eadem enim et h. l. causa esset proferenda, ubi tamen Centaurorum turba ἱπποβότης dicitur. Nam ἱπποβότης, teste Schol. ad Orest. 996. adhibetur de eo, qui equos alit et qui iis vehitur. Κρατὴρ B. quia in isto convivio vinum, quod Bacchi donum est, potabatur, propterea dicit Poëta κρατῆρ, e quo bibere solebant. Cæterum ἀνὰ Dorice adhiberi pro σὺν, jam admonui supra ad v. 754. Pro vulgato τῶν, in margine Barnesius habet τὰν sc. δαῖτα, et τᾶν. *Hopfn.*

1060. Pro τῶν Θεῶν Aldina τὰν, scil. δαῖτα. Recte. et ita Codd. A. B. Θεῶν est monosyllabon. *Markl.*

1062—1074. Totus hic locus sic forte distingui et legi potest, donec acriori examini subjiciatur: Μέγα, δ' ἀνέκλαγον, Ὦ Νηρηῒ κόρα, Παῖδες Θεσσαλαὶ, μέγα φῶς, Μάντις ὁ Φοῖβος, ὁ Μοιρᾶν τ' Εἰδὼς, ΓΕΝΝΑΣΕΙΣ, Χείρων ἐξονόμασσεν, Ὅς ἥξει χθόνα (λογχήρεσι σὺν Μυρμιδόνων Ἀσπισταῖσι) Πριάμοιο, κλεινὰν Γαῖαν ἐκπυρώσων, Περὶ σώματι χρυσέων Ὅπλων Ἡφαιστοπόνων Κεκορυθμένος ἐνδυτοῖς, Θεᾶς Ματρὸς δωρήματ' ἔχων, &c.

Hæc Pindaro videntur digna. quam brevissime potero, explicabo. Utrumque μέγα cum φῶς conjungo, sic ut Heathius, quocum deleo αἱ post Παῖδες, ob metrum. Παῖδες Θεσσαλαὶ sunt *Musæ, Pierides.* Mela, II. 3. *hic* (in Thessalia) *Musarum parens domusque, Pieria. Markl.*

In hoc et proxime sequentibus versibus Canticum Thessalidum, Phœbi et Chironis, cum verbis Chori confusum est. Ex persona Chori sunt δ' ἀνέκλαγον — Παῖδες αἱ Θεσσαλαὶ — Μάντις ὁ Φοῖβος, ὁ Μουσᾶν τ' Εἰδὼς — Χείρων ἐξωνόμασεν. Reliqua simul sumta carmen nuptiale efficiunt: Μέγα — ὦ Νηρηῒ κόρα — μέγα φῶς — γεννάσεις (i. e. *in lucem edes*) — ὃς ἥξει χθόνα et quæ sequuntur usque ad Μακάριον. Quod ut clarius inter legendum cognoscatur, literas unciales in carmine hoc imprimendo adhiberi velim:

ΜΕΓΑ δ' ἀνέκλαγον, Ω ΝΗΡΗΙ ΚΟΡΑ,
Παῖδες αἱ Θεσσαλαὶ, ΜΕΓΑ ΦΩΣ,
Μάντις ὁ Φοῖβος, ὁ Μουσᾶν τ'
Εἰδὼς, ΓΕΝΝΑΣΕΙΣ,
Χείρων ἐξωνόμασεν,
'ΟΣ 'ΗΞΕΙ ΧΘΟΝΑ —

Εἰδὼς cum genitivo construi apud Homerum passim videas. * ἐξωνόμασεν hic non significat *nomine vocavit*, sed *profatus est.* Confer Hom. Il. XV. v. 218. XXIV. v. 286. Soph. Œd. Col. v. 298. Hesychius: ἔκ τ' ὀνόμαζε, καὶ ἔλεγεν. Venustissimam hanc emendationem Tyrwhitto debeo, a quo inter sermones familiares didici. *Musg.*

1063. αἱ Θεσσαλαὶ,] Metrum sanaverit ἅμα Θεσσαλαὶ, modo in versu ἀντιστοίχῳ legeris ἔν γε δαιτί. *Musg.*

* Citatur Statius Achill. I. 118. et 186. *Hopfn.*

Μάντις ὁ Φοῖβος, ὁ μουσᾶν
Τ' εἰδὼς, ΓΕΝΝΑΣΕΙΣ,
Χείρων ἐξωνόμασεν,
ΟΣ ΗΞΕΙ ΧΘΟΝΑ ΛΟΓΧΗ-
ΡΕΣΙ ΣΥΝ ΜΥΡΜΙΔΟΝΩΝ
ΑΣΠΙΣΤΑΙΣΙ ΠΡΙΑΜΟΙΟ ΚΛΕΙΝΑΝ

Phœbus vates, Musarumque
Sciens, *creabis,*
Chiron effatus est,
Qui veniet in terram hastatis
Cum Myrmidonum
Militibus, Priami inclytam

Inter v. 1063. et 1064. videtur aliquid deesse, aut ante μέγα φῶς, e. c. τὸ δὲ μέγα φῶς scil. ἐξονόμασεν. *magnam autem lucem*, i. e. *Achillem*. *Reisk.*

1063. ss. Μέγα φῶς
Μάντις ὁ Φοῖβος, ὁ Μουσῶν
Τ' εἰδὼς γεννάσεις
Χείρων, ἐξωνόμασεν.

Hoc verbum, quo metrum violatur, cedat meo, quod et metrum admittit et rerum seriei adaptatum est, ἐξεπόνασεν. Supra v. 209. idem verbum eadem vi pro excolere, educare, instituere usurpatum. *Forshe.*

1064. ὁ μοιρᾶν Τ' εἰδώς,] Scil. Chiron. ut τόξων εὖ εἰδὼς, Homero: *citharæ sciens,* Horatio: apud quem Epod. XIII. Chiron, utpote Deus, (Sophocl. Trachin. 727.) prædicit de Achille, quod et facit de Cyrene, Pindar. Pyth. IX. * Vulgata Μουσᾶν non est ad rem; et ipsæ Musæ hæc loquuntur. De τ' ad finem versus, non initio, vid. Valckenær. ad Phœniss. 891. Pro τ' Cod. B. γ'. et pro Μάντις ὁ Φοῖβος, Codd. omnes, μαντις δ' ὁ Φοιβος. *Markl.*

μουσᾶν Τ' εἰδὼς,] Recte sic. Statius Achill. Lib. I. v. 118. et v. 186. Marklando placet μοιρᾶν τ'. *Musg.*

Barnesius vertit: *quique Musarum generationes novit Chiron nominavit Achillem* Stiblinus: *ac qui bene novit Musarum mysteria.* Minime vero. Optime perspicies sensum, si mecum Musgravium sequaris, nisi quod pro μουσᾶν malim cum Marklando μοιρᾶν, quem etiam Koehlerus in versione sequutus est, qui tamen nihil de lectione monuit. — Nisi male interpreteris, ego allegarem illud angeli in N. T. libris nuntium: Luc. i. 30. συλλήψῃ ἐν γάστρι καὶ τέξῃ υἱὸν — οὗτος ἔσται μέγας κ. τ. λ. coll. Matth. i. 21. Luc. ii. 32. Simile vaticinium nobis exhibuit Maro in Ecloga IV. qua homines superstitionis amantes voluerunt Christum significari. Fragmentum carminis nuptialis antiquissimi, quod aliquam similitudinem cum nostro habet, reperies in Genes. c. xxiv. 60. et Ps. xlv. 17. *Hopfn.*

1065. γεννάσεις,] Dorice pro γεννήσεις, *gignes, paries:* quam significationem hujus verbi hoc loco, suggessit mihi, nisi fallit memoria, vir doctiss. Sam. Musgravius. Vulgo vertitur *generationes. Markl.*

1067. Voces λογχήρεσι—'Ασπισταῖσι parenthesi inclusi ob nihil aliud nisi ut connexus pateret inter χθόνα et Πριάμοιο. *Markl.*

1167. ss. Jam diserte significatur, quonam modo Achilles olim futurus esset magnus et celebris. Sensus: qui Trojam igne devastabit. Talis enim tunc temporis maxima putabatur gloria. Non inepte Reiskius, χθόνα et γαῖαν (v. 1070.) consistere posse negans, volebat substituere ποτέ. Marklandus χθόνα dicit cohærere cum Πριάμοιο, quod mihi in hac verborum structura non ita videbantur. De *Myrmidonibus* v. supra ad v. 207. et 237. 'Ασπιστὴς qui ἀσπίδι, scuto rotundo, est armatus, miles clypeatus, v. ad Cyclop. v. 6. Λογχήρης qui hasta utitur, hastatus. Utrumque eodem redit atque

* Secundum Pindarum Isthm. VIII. 78. *Themis* vaticinatur Diis fata resque Achillis, antequam hic natus est, gestas. *Hopfn.*

ΓΑΙΑΝ ΕΚΠΥΡΩΣΩΝ,
ΠΕΡΙ ΣΩΜΑΤΙ ΧΡΥΣΕΩΝ
'ΟΠΛΩΝ 'ΗΦΑΙΣΤΟΠΟΝΩΝ
ΚΕΚΟΡΥΘΜΕΝΟΣ, ΕΝΔΥΤ' ΕΚ ΘΕΑΣ
ΜΑΤΡΟΣ ΔΩΡΗΜΑΤ' ΕΧΩΝ
ΘΕΤΙΔΟΣ, 'Α ΝΙΝ ΕΤΙΚΤΕ

Terram devastaturus igni,
Circa corpus aureis
Armis a Vulcano factis
Armatus, indumenta a Dea
Matre dona gestans
Thetide, quæ ipsum peperit

indicat *armatum*. Ἐκπυρώσων incensurus, i. e. igne devastaturus. Ipse Achilles dicitur κεκορυθμένος—ὅπλων, hæc enim sunt jungenda. *Hopfn.*

1071. περὶ σώματι] Canterus περιζώματι. Dubito an περίζωμα de *armis* recte dici possit. Videtur esse imitatio Homerici istius, Αὐτὰρ ἐπεί ῥ' ἕσσαντο ΠΕΡΙ ΧΡΟΙ νώροπα χαλκόν. Quid sit περίζωμα vide Athenæum VII. 11. p. 290. Plutarch. Paul. Æmil. p. 273. A. Romulo, p. 31. C. Strabon. lib. XV. p. 1048. A. B. Pausan. Attic. p. m. 82. *Markl.*

περὶ σώματι] Cantero placet περιζώματι. Sed περίζωμα, Suida auctore, τὸ ὑπὸ τὰ αἰδοῖα σκέπασμα significat. Plutarch. ἐν περιζώματι γυμνοί. Parall. p. 56. Ed. H. Steph. iterumque Op. Mor. p. 499. Confer etiam Polybium, p. 471. B. *Musg.*

περὶ σώματι] Canterus legit περιζώματι; sed et περὶ σώματι stare potest. *Barnes.*

1072. ὅπλων] Regitur a κεκορυθμένος. Sic λελουμένος Ὠκεανοῖο, Hom. Il. V. v. 6. Philostratus: στεφανοῦνται τῶν ἀνθέων, p. 694. Amasse hanc syntaxin videtur Aratus, apud quem habes: νεφέων εἰλυμένον, ὄρεος κεκρυμμένος, νεφέων πεπιεσμένος.

Heathius et Marklandus Viri Clariss. emendandum censent Νηρήδων, ut Thetis Νηρήδων πρώτα, *Nereidum prima*, dicatur. Nec de phrasi, quin elegans sit, dubitare sinunt exempla a Marklando allata. Verum non Thetis, sed Amphitrite potius, utpote sponsa Neptuni, prima Nereidum dicenda erat; unde Pindarus de Peleo satis habet dicere ἔγαμεν — μίαν Νηρεΐδων Nem. IV. Epod. 3. Parum abest quin emendem:

— ἔθυσαν·
Πλωτᾶς, Πηλέως δ' ὑμεναίους.

Πλωτὰ Poëtis Græcis sunt quæcunque in mari degunt: unde Oppianus Halieut. l. 2. πλωτὸν γένος Ἀμφιτρίτης. Nondum tamen πλωτοὺς δαίμονας inveni.

Ut πτηνῶν nomen totum volatilium genus complectitur, ita πλωτῶν piscium. Aristot. ζώων τῶν πλωτῶν, ἢ πτηνῶν, Politic. Lib. I. c. 11. Philo Jud. γῆ μὲν τὰ χερσαῖα, πλωτὰ δὲ ὕδατι, τὰ δὲ πτηνὰ ἀέρι. p. 146. Ed. Turn. *Musg.*

Arma vocantur ἡφαιστοπόνα ab Ἡφαίστῳ (Vulcano) elaborata s. confecta. Res est nota. Vulcanus ipse ab antiquitate fertur arma Achillis confecisse. V. Homer. Il. VI. 468—607. χρύσεα, auro ornata, ut ἀργύρεος, Homer. Il. λ'. 31. 38. Vetus erat multorum populorum et temporum opinio, Deos heroibus exhibere arma eximia ad res insignes peragendas. Unde Hercules quoque a diis accepisse dicitur arma, Apollodor. II. 5, 11. et Perseus galeam ab Orco, ad certamen cum Gorgone. v. Hesiod. Scut. 227. Inter ista arma inprimis insigne erat *scutum*, de quo vide, quos laudavit b. Koeppen ad Homer. l. l. P. 5. p. 172. Arma ista ei dono dederat Thetis, unde h. l. vocantur δωρήματα ἔνδυτα—Θέτιδος. *Hopfn.*

1073. ἐνδυτοῖς, pro ἔνδυτ' ἐκ, est ex conjectura. sed κεκορυθμένος, *armatus*, eodem modo dativum post se habet apud Homerum passim, et alios: et ἐκ ante Θεᾶς, minime est necessarium. Δωρήματα Θεᾶς sunt Virgilio *dona Deæ*, et *dona parentis*. Homer. Iliad. T. 18. Τέρπετο δ' ἐν χείρεσσιν ἔχων Θεοῦ (Vulcani) ἀγλαὰ δῶρα. Ἐν-

ΜΑΚΑΡΙΟΝ. Τότε δαί-
μονες τᾶς εὐπατρίδος
Γάμον Νηρηΐδος ἔθεσαν
Πρώτας, Πηλέως θ' ὑμεναίους.
Σὲ δ' ἐπὶ κάρα στέψουσι καλλικόμαν ἐπῳδός.
Πλόκαμον Ἀργεῖοι, βαλιὰν

Beatum. Tunc
Dii nobilis
Nereidis nuptias celebrârunt,
Deæ marinæ, et Pelei Hymenæum.
Te vero, quid, O Puella? coronabunt an pulchricomam
Cæsariem coronis Græci maculosam,

δυτὰ ὅπλων, ut ἐνδυτὸν νεβρίδος, Bacch. 137. Moneo, Catullum in De Nupt. Pel. et Thet. multa ex hoc Musarum cantico videri sumsisse, vel respexisse. *Markl.*

Ἔνδυτ' ἐκ θεᾶς ματρὸς δωρήματ' ἔχων] Ἔνδυτα δωρήματα vocat hic Poëta illa *arma*, quæ ex Thetidis deæ matris *dono* induebat Achilles. Vide Hom. Iliad. Σ'. *Æmilius Portus.*

1074. Conf. Electr. 442. ubi Nereides dicuntur attulisse Ἡφαίστου χρυσέων ἀκμόνων μόχθους ἀσπιστὰς τευχέων. Cæterum ibid. numerus 1075. ad verba Θέτιδος, &c. pertinet. *Hopfn.*

1075. Ἔτικτεν jubet metrum. *Faehse.*

1078. Γάμον Νηρηΐδος ἔθεσαν Πρώτας, &c.] Ἔθεσαν γάμον, ut θήσομεν θοίνην, 722. Pro Νηρηΐδος conjeceram cum Heathio, Νηρήδων, ut Δαίμονα πρῶτον Μακάρων, Bacch. 373. et Ἀχιλλέα πρῶτον Ἑλλάδος, Andromach. 1241. *primis Urbis*, Horat. Epist. I, 20. 23. Sequitur, Σὲ δ' ἐπὶ κάρα, &c. quasi dixisset, Tales erant Thetidis nuptiæ: Tu vero, O Iphigenia, coronaberis, non ut Sponsa, sed ut Victima. Hic est sensus, satis planus: Sed constructionem et versionem non præstabo istorum, ἐπὶ κάρα στέψουσι καλλικόμαν πλόκαμον. *Markl.*

ἔθεσαν.] Canterus ἔδαισαν. vid. supra v. 711. κόραι in v. 1062. facile mutatur in κοῦραι. Præstat forte ἔθυσαν. Exempla dabimus ad Electr. v. 1139. *Musg.*

ἔθεσαν] Canterus putat, legi debere ἔδαισαν, quia supra v. 707. et alibi recte ita legitur. Sed et ἔθεσαν hic recte legitur; nec ἔδαισαν potuit hic per metrum stare. *Barnes.*

Ob stropham legendum Νηρήδων. Νηρὴς πρώτη, vel Νηρήδων πρώτη, est *prima* et *præcipua Nereidum.* *Heath.*

1078. s. Quod ad ἔθυσαν attinet, sane non ignoro, occurrere θύειν γάμους pro ὑπὲρ γάμων, ut Plutarch. Parall. p. 1185. et p. 189. ed. Steph. Ælian. Var. H. L. VIII. c. 7. Philostrat. Vit. Apollon. Tyan. L. VI. c. 17. et L. VII. 3. sed nemo non intelliget nimis quæsitam esse istam lectionem ab ingenioso Musgravio, qui quoque fatetur, se nondum invenisse δαίμονας πλωτοὺς, nec inveniet, ut ego puto. Nimirum supra ad v. 722. jam monuimus, τιθέναι apud Poëtas sæpe esse i. q. ποιεῖν. Ego nihil emendo sine causa graviori. Etiam Prevostus Musgravii argumenta contra lectionem πρωτᾶς minus gravia esse monet, atque explicat: *princeps N.* Cæterum non vidi, aliquem illud πρωτᾶς ad *primas*, quas dii celebrassent, nuptias, retulisse, quod Barnesius, ad h. l. recusat. Enimvero jam antea nuptias Cadmi atque Harmoniæ dii omnes celebrabant, sponsæque multa dona dabant. Vid. Apollodor. III. 4. 2. Pindar. Pyth. III. 165. Pausan. IX. 5. Diodor. Sic. V. 49. Valckenar. et Barnes. ad Eurip. Phœnn. v. 836. *Hopfn.*

1079. Πρώτας,] Thetidem vocat *primam* Nereida, hoc est omnium reliquarum principem; non autem has nuptias dicit primas, quas dii celebrarunt; Cadmi enim et Harmoniæ priores erant. Vide Phœniss. v. 836. *Barnes.*

1080. Σὲ δ' ἐπὶ κάρα] Malim: σὲ δὲ τί, Κόρα. *At quid te, O Virgo—?* *Musg.*

1080. s. De coronis, quibus et sponsæ et sacrificia solebant cingi, jam supra dictum est ad v. 905. Reiskius: σὲ δ' ἐπ' ἐσχάρ

Ὥστε πετραίων ἀπ' ἄντρων ἐλθοῦσαν,
Ὀρέων μόσχον ἀκήρατον,
Βρότειον αἱμάσσοντες λαιμὸν,
Οὐ σύριγγι τραφεῖσαν, οὐ-
δ' ἐν ῥοιβδήσει βουκόλων,
Παρὰ δὲ μητέρι νυμφοκόμον

Ceu saxeis ex antris profectam,
Montium intactam Juvencam,
Humanum cruentantes guttur,
Non *ad fistulæ sonum* nutritam, neque
Ad cantum pastorum,
Sed apud matrem, nuptiale

apud aram. Ego nihil muto sed cum Koehlero sic construo: σὲ δὲ καλλικόμαν στέψουσιν Ἀργεῖοι πλόκαμον ἐπὶ κάρα. Pulchra (flava) coma, pars pulchritudinis. V. supra v. 681. *Hopfn.*

1081. γ' ἁλιᾶν] Scaliger βαλιάν. sc. μόσχον, *maculosam juvencam.* ut βαλιαὶ λύγκες, Alcest. 595. *Markl.*

γ' ἁλιᾶν.] Emendat Scaliger βαλιάν. Sed quid ad πάθος faciat color juvencæ, non intelligo. Legendum forte:

πλόκαμον Ἀργεῖοί γ' ἀθλίαν.

Ubi ἀθλίαν cum σὲ, non cum μόσχον, constructio est. *Musg.*

Ἀργεῖοι γ', ἁλιᾶν.] Scaliger legit optime βαλιὰν, et sane cum ultima syllaba in Ἀργεῖοι nullum habet accentum in se translatum, credibile est, ex vestigiis βῆτα per errorem apparuisse γ'; quod quam facile fiat, nemo est, qui non videt. Quare nos in Latinam versionem et marginem recepimus hanc meliorem lectionem. *Barnes.*

1081. ss. Vulgo legitur Ἀργεῖοι, γ' ἁλιᾶν, (ἁλίαν juxta hoc fretum,) βαλιὰν probant Reiskius atque Koehlerus in versione, quos sequor. Sane præferrem ἀθλίαν, quod v. jungendum esset cum σὲ, non cum μόσχον, ut Musgravius conjecit, qui, quid color juvencæ faciat ad πάθος, non intelligit. Attamen cum μόσχος non habeat epitheton, quo ornetur, non ideo plane rejicerem βαλιὰν, ut sæpius vocatur μόσχος, ἔλαφος (Hecub. 88. Hippol. 218.) πῶλος (Rhes. 356. v. supra v. 222.) cet.—ἄντρων—ὀρέων. Iphig. Taur. v. 163. simpliciter μόσχος οὐρείος. Ἀκήρατος, i. q. καθαρὸς, h. l. de vitula intacta, quæ cervicem nondum submisit jugo. Tales victimæ eligebantur ad sacrificium diis offerendum. In omnibus spectabatur τελειότης, i. e. victima nec debebat esse ægrota nec alio quocunque modo vitiosum corpus habere. V. Homer. Il. α'. 66. Præterea debebat esse ἄζυξ, indocilis ferre jugum. Βρότειον, h. l. pro ἀνθρώπινον. Σύριγξ fistula pastoris, V. Intpp. ad Theocrit. et supra ad v. 230. et 1038. ῥοίβδησις de cantu pastoris dicitur insuavi, stridente. *Hopfn.*

1087. μητέρι νυμφοκόμον Ἰναχίδαις γάμον.] Mallem, Παρὰ δὲ ματέρι νυμφοκόμῳ, Ἰναχίδαις γάμον. *Sed apud matrem sponsæ-ornatricem, Alicui ex Argivis uxorem:* id est, σὲ γάμον, *te*, O Iphigenia, futuram *uxorem* alicui Argivo, vel Græco, ut videbatur. Ἰναχίδαις *alicui ex Argivis*, ut εἰς φίλους, *ad aliquem ex amicis*, Iph. Taur. 59. sic ἐξ Ἀτρειδῶν, hac Fab. 842. ὑπ' ἐκείνοις, *sub aliquo ex illis*, Lucian. Dial. Cyclop. et Nept. In seqq. vers. 1095, 1096. voces ἀγὼν et Θεῶν φθόνος sunt significationis admodum ambiguæ et incertæ. Θεῶν φθόνος, sæpe significat, *Deorum ira;* et ἀγὼν *periculum*, quemadmodum vertitur: sed et notare potest, *discrimen, contentio*, &c. et φθόνος, *invidia, odium*, &c. *Markl.*

νυμφοκόμον.] Interpretantur vulgo: *quæ sponsam adornat.* Sed non rarum est, de ipsa sponsa vel sponso dici. Noster Med. v. 981. νερτέροις δ' ἤδη παρὰ νυμφοκομήσει: Nonnus, p. 6. νυμφοκόμοιο ταύρου de tauro, Europæ raptore Id. p. 36. νυμφοκόμῳ τυφῶνι. Verum νυμφοκόμον, hunc sensum habens, cum γάμον conjungi putidum est. Lego igitur:

Ἰναχίδαις γάμον.
Ποῦ τὸ τᾶς αἰδοῦς,
Ἢ τὸ τᾶς ἀρετᾶς δύνασιν ἔχει
Σθένειν τι πρόσωπον,
Ὁπότε τὸ μὲν ἄσεπτον ἔχει
Δύναμιν, ἁ δ᾽ ἀρετὰ κατόπισθεν
Θνατοῖς ἀμελεῖται,
Ἀνομία δὲ νόμων κρατεῖ,
Καὶ κοινὸς ἀγὼν βροτοῖς,
Μή τις θεῶν φθόνος ἔλθῃ;

Inachidis præmium.
Ubi nunc pudicitiæ,
Aut virtutis habet vim,
Ut possit aliquid, species?
Quando impietas quidem habet *magnam*
Vim, virtus vero, posthabita
A mortalibus, negligitur,
Iniquitas vero vincit leges,
Et commune periculum mortalibus *impendet*,
Ne qua deorum *ipsos ira* invadat.

νυμφοκόμον
Ἰναχίδαις γ᾽ ἆθλον,

νυμφοκόμον ἆθλον, *certaminis præmium nuptiale. Musg.*

Leg. νυμφόκομον retracto accentu, νυμφόκομος γάμος, h. l. est puella maritanda, quæ ἐν τῇ νυμφεύσει, *in nuptiis, curatur, colitur, te nutritam a matre eo fine, ut esses Inachidarum alicui conjugium*, h. e. *conjux, in nuptiis et instar nuptæ curanda. Reisk.*

Koehlerus vertit: *sondern von der Mutter zur ehrenvollen Hochzeit, einem der Inachiden bestimmt. Inachus* filius Oceani atque auctor gentis regum Argolidis antiquissimorum. V. Apollodor. Bibl. II. 1. et Ill. Heynii Tabb. Geneal. ad eundem T. III. Not. 1017. *Hopfn.*

1089. s. Judicium Chori sequitur. ποῦ τὸ πρόσωπον τᾶς ἀρετᾶς — δύναμιν ἔχει ὁπότε τὸ ἄσ. ἔχει δυν. Ubi potest imago (facies) pudoris — vim habere, si impietas vim habet s. regnat. Αἰδὼς pudor, sensus recti. τὸ ἄσεπτον, τὸ ἀσεβές. Bacch. 878. Ἀμελεῖται κατόπισθεν rejicitur, negligitur. Quare minime legendum cum Musgravio:

ἢ τὸ τᾶς ἀρετᾶς λύμασιν ἕξει
σθένος ἀντιπρόσωπον,
ὁπότε τὰ μὲν ἄσεπτ᾽ ἀνέχει
δύναμις, ἁ δ᾽ ἀρετὰ κατόπισθεν —

Quorsum ista, nisi ostendas ingenii specimen? Cæteroquin non ignoro τὸ τῆς τύχης, τὸ τᾶς ἀρετᾶς esse posse pro simplici ἡ τύχη, ἡ ἀρετὴ, ut Alcest. 801. et Porphyr. de Abstinent. I. 51. et lubenter admitterem, si quis necessarium putaret, aliud vocabulum, pro v. πρόσωπον, quod tamen mihi non ita videtur. *Hopfn.*

1090. Legendum forte:

Ἢ τὸ τᾶς ἀρετᾶς λύμασιν ἕξει
Σθένος ἀντιπρόσωπον,
Ὁπότε τὰ μὲν ἄσεπτ᾽ ἀνέχει
Δύναμις, ἁ δ᾽ ἀρετὰ κατόπισθεν —

τὸ τᾶς ἀρετᾶς, ut τὸ τῆς τύχης, Alcest. 801. τὸ τῆς σαρκοφαγίας, Porphyr. de Abstinent. I. 51. *Musg.*

1095. Ἀνομία, simpliciter est violatio legis, sed nunc i. q. antea τὸ ἄσεπτον, impietas. Improbi homines nullas leges curant. ἀγὼν certamen, sed et discrimen, in quod

ARGUMENTUM ACTUS QUINTI.

Clytæmnestra, certior facta consilii de mactanda Iphigenia, maritum nil tale suspicantem de temerario ausu redarguit; et a filiæ cæde dehortatur. Quin Iphigenia παθητικῶς admodum sua puellari simplicitate patrem aggreditur, pro vita sua illum exoratura. Ille nihil motus, culpam omnem in Græcorum exercitum rejicit, a quibus ad cædem poscebatur, pro impetranda nempe, ex Oraculi jussu, in Trojam navigatione; quorum decreto se nec resistere posse, nec velle: atque hoc dicto, abit. Iphigenia casum suum misere queritur. Achilles Clytæmnestræ renuntiat, se, dum puellæ partes defenderet, in vitæ discrimen fuisse ductum; nihilominus se pollicetur, illius causam etiam sui capitis periculo defensurum. Iphigenia potius se fatetur ultro velle occumbere, famæ nempe et patriæ liberandæ studio adducta: Matrem insuper hortatur, ut levius hanc rem ferat; se enim satis honorifice pro Græcia mori. Proinde jubet famulas ac comites, dum ad aram ducitur, faustas ominationes et hymnos Dianæ dicere. Chorus illam laude prosequitur, et Dianæ favorem erga Græcos conciliare nititur. Nuntius Clytæmnestræ narrat, quomodo Iphigenia, dum a sacrificulo immolaretur, evanuerit, in deos, ut videbatur, translata, cerva in ejus locum substituta. Ut post autem apparuit, ipsa Iphigenia rapta erat a Diana in Tauros, urbem Scythiæ; ubi illius sacerdos facta est. Hunc nuntium et ipse Agamemnon confirmat, ne mater dubitaret. Et hinc vale uxori dicto, ille se expeditioni suæ accingit; illa ad Argos regressura.

ΚΛ. Ἐξῆλθον οἴκων προσκοπουμένη πόσιν,

Cly. Exivi ex ædibus, prospectura maritum,

aliquis certando venit. Κοινὸς, — Ubi homines omnes in pericula incidunt, vel, adversus semet invicem dimicant. *Hopfn.*

1097. Φθόνος] Scaliger φόβος legit, sed non, ut mihi videtur, æque bene. *Barnes.*

Reisk. emendat φόβος, hoc sensu: *id unice agunt studentque homines, ne quis unquam timor deorum animos ipsorum subeat. Beck.*

Verto: *Ne quid sit, quod diis invideant.* Hoc voluit poëta: Ita omnia ex proprio agunt homines arbitrio, et ad commodum privatum referunt, ut sibi hoc proposuisse videantur, ne diis aliquid relinquant, quod a se invideri possit. *Heath.*

Μή τις θεῶν φθόνος ἔλθῃ;] Ne qua invidia deorum veniat. Sed φθόνος etiam est *ira.* Ne ira s. vindicta deorum (Nemesis) veniat, i. e. ne dii ipsos ulciscantur. Sic forte legitur, v. φθόνος, Hecub. v. 288. ubi Schol. quædam de h. v. notavit et discrimen inter hoc et μέμψιν constituit. Koehlerus duo ultima membra ita conjunxit atque reddidit: *wo — dem verderbten Menschengeschlecht nicht ferne mehr die Rache der Gœtter droht.* Stiblinus sic interpretatur: Ubi honesti et virtutis decus proculcatur, necesse est tres istas teterrimas pestes regnare, impietatem, vim et legum oppressionem, sive licentiam. Unde ira dei, certumque exitium consequuntur. *Hopfn.*

1098. προσκοπουμένη πόσιν,] Cod. C. προσσκοπουμένη, ut προσσημαίνειν, quod ex Aristotele citat Budæus Gr. Ling. p. 658. προσσαίνω, Æschyl. Prometh. 834. et Noster Hippol. 866. προσσέβειν, Æschyl. Sept. Theb. 1031. Diverso sensu vertitur προσκοπούμενος τὸ σὸν, Med. 461. *tuo commodo prospiciens.* non recte tamen, opinor: sed, *prævidens tuam conditionem,* tuum statum in exilio, quod secum mala multa fert. Non puto multa esse verba Græca a σ incipientia quæ hoc modo componuntur. Vult Clytæmnestra, *prospectura maritum,* quemadmodum fit, cum adventus alicujus cupide exspectatur. Chorum alloquitur. V. 1100. pro δακρύοισί θ', mallem δακρύοισι δ', quia mihi non adhuc liquet, θ' vel τε usurpatum esse quando non connectit. *Markl.*

προσκοπουμένη] Lib. P. προσσκοπουμένη. *Musg.*

1099. Χρόνιον ἀπόντα,] Multum temporis

Χρόνιον ἀπόντα, κἀκλελοιπότα στέγας·
Ἐν δακρύοισί θ' ἡ τάλαινα παῖς ἐμὴ,
Πολλὰς ἱεῖσα μεταβολὰς ὀδυρμάτων,
Θάνατον ἀκούσασ', ὃν πατὴρ βουλεύεται.
Μνήμην δ' ἄρ' εἶχον πλησίον βεβηκότος
Ἀγαμέμνονος τοῦδ', ὃς ἐπὶ τοῖς αὑτοῦ τέκνοις
Ἀνόσια πράσσων αὐτίχ' εὑρεθήσεται.
ΑΓ. Λήδας γένεθλον, ἐν καλῷ σ' ἔξω δόμων
Εὕρηχ', ἵν' εἴπω παρθένου χωρὶς λόγους,
Οὓς οὐκ ἀκούειν τὰς γαμουμένας πρέπει.
ΚΛ. Τί δ' ἔστιν, οὗ σοι καιρὸς ἀντιλάζυται;

Qui diu adest, et reliquit ædes:
Et mea filia misera in lachrymis est;
Emittens multas variationes gemituum,
Postquam audivit de morte, quam pater molitur.
Feci autem mentionem prope accedentis
Agamemnonis hujus, qui adversus liberos suos
Impia faciens mox deprehendetur.
Aga. O Ledæ proles, opportune te extra domum
Invenio, ut dicam seorsim a virgine verba,
Quæ non decet audire nupturas.
Cly. Quidnam id est, cujus opportunitas tibi jam incumbit?

spatium præterlapsum est, ex quo non adfuit. V. de usu h. v. quæ observavimus ad Cyclop. v. 248. p. 104. sq.—Supra v. 746. Agamemnon dicebat, se velle Calchantem quærere atque cum eo ea de re colloqui. *Hopfn.*

1101. ss. μεταβολὰς ὀδυρμάτων,] Mutationes querelarum, i. e. varias multasque effundens querelas. μνήμην—hæc ita sunt explananda: Jam venit Agamemnon, cujus modo feci mentionem, quem quærebam,—mox ostendet sese crudelem erga filiam. Ἀνόσια πράσσων, impius enim est pater, qui filiam occidit. *Hopfn.*

1106. ss. ἐν καλῷ alibi εὐκαίρως. Ἀντιλάζυται — ἀντιλάζεσθαι et ἀντιλάζυσθαι est i. q. ἀντιλαμβάνεσθαι. V. Schol. Orest. 446. 744. Nam λάζομαι et λάζυμαι est i. q. λαμβάνω, alterum derivatur a λάζω, alterum a λάζυμι. V. Schol. ad Hecub. 64. quem castigavit Barnesius ad Bacch. 443. Jam h. l. erit vertendum: *Quid est, quod tibi occasio temporis commodat? quod opportune suscipias?* Χέρνιβες, v. supra, v. 675. 955. De v. εὐτρεπίζεσθαι plura monui ad Cyclop. 214. *Hopfn.*

1112. πῦρ καθάρειον ἐκ χερῶν,] Ἐκ deest Cod. A. Unde adstruitur πῦρ καθάρσιον χερῶν. Vide v. 1471. Helen. 869. Herc. Fur. 932. Καθάρσιον quoque conjicit Piersonus Verisim. I. 5. et Reiskius. *Markl.*

καθάρειον] Marklandus καθάρσιον legit ad Euripid. Suppl. 1221. *Por.*

καθάρειον] Optime Piersonus Verisim. p. 65. " Euripides reliquerat: πῦρ καθάρσιον. vid. v. 1471. Iphig. Taur. 1226. Helen. 869. Hercul. v. 922. 932." In MS. deest ἐκ, unde facias πῦρ, καθάρσιον χεροῖν. *Musg.*

Προχύται τε βάλλειν πῦρ καθάρειον ἐκ χερῶν,] Vide post ad v. 1471. Et supra ad v. 955. *Barnes.*

De sacrificiis, quæ ante nuptias solebant offerri Dianæ, v. supra ad v. 433. πίπτειν bene de victimis, quæ immolantur

ΑΓ. Ἔκπεμπε παῖδα δωμάτων πατρὸς μέτα,
Ὡς χέρνιβες πάρεισιν ηὐτρεπισμέναι,
Προχύται τε βάλλειν πῦρ καθάρσιον χερῶν,
Μόσχοι τε, πρὸ γάμων ἃς θεᾷ πεσεῖν χρεὼν
Ἀρτέμιδι, μέλανος αἵματος φυσήματα.
ΚΛ. Τοῖς ὀνόμασιν μὲν εὖ λέγεις, τὰ δ᾽ ἔργα σου
Οὐκ οἶδ᾽, ὅπως χρή μ᾽ ὀνομάσασαν, εὖ λέγειν.
Χώρει δὲ, θύγατερ, ἐκτός· οἶσθα γὰρ πατρὸς
Πάντως ἃ μέλλει, χὐπὸ τοῖς πέπλοις ἄγε
Λαβοῦσ᾽ Ὀρέστην, σὸν κασίγνητον, τέκνον.
Ἰδοὺ πάρεστιν ἥδε πειθαρχοῦσά σοί.

Aga. Mitte filiam cum patre ex ædibus,
Quia sacra aqua adest parata,
Et molæ salsæ, ut ex manibus conjiciantur in ignem lustralem,
Et juvencæ, quas ante nuptias oportet mactari deæ
Dianæ, nigræ sanguinis expirationes.
Cly. Verbis quidem bene dicis, sed facta tua
Haud scio, quomodo oporteat me nominantem recte dicere.
Exi vero, filia. Scis enim patris
Omnia, quæcunque molitur; et sub peplis affer
Assumptum Orestem tuum fratrem, filia.
Ecce adest hæc obtemperans tibi:

Φυσήματα — quæ sanguinem exhalant. Schillerus vertit: *im Blute ræchelnd.* Cæterum nescio an recte Koehlerus illud μετα π. υ. 1110. reddiderit: *Lass deine Tochter allein mit dem Vater aus dem Hause gehen.* Potius illud ἔκπεμπε prægnanter est accipiendum. *Arcesse* filiam e domo, ut me *comitetur,* nam puellæ solæ versari solebant apud ancillas et matrem. ὀνόμασιν, λόγοις. *Hopfn.*

1116. εὖ λέγειν.] Defenditur multis locis. non quin εὐλογεῖν Euripidis scripturam hic putem. *Markl.*

εὖ λέγειν,] Αἰνεῖν. Jam v. 1119. mater evocat filiam e domo, eamque jubet Orestem secum adducere, eo enim volebat simul patris animum commovere. V. 1120. se rursus ad Agamemnonem convertit. *Hopfn.*

1117. Χώρει δὲ, θύγατερ, ἐκτός. οἶσθα γὰρ πατρὸς Πάντως ἃ μέλλει γε, χ᾽ ὑπό.] Canterus legit πάρος pro πατρὸς, probante Barnesio. Sed dubito an Πάντως recte habeat. Totus locus ita forte legi et distingui potest, Χώρει δὲ, θύγατερ, ἐκτὸς, (οἶσθα γὰρ πατρὸς, vel πατὴρ, Πάνθ᾽ ὅσα γε μέλλει) χ᾽ ὑπὸ τοῖς, &c. Πάνθ᾽ ὅσα γε μέλλει, *omnia quæ destinat,* sc. facere. Cod. A. omittit δε. Forte σὺ ibi olim fuit, ut Phœniss. 702. et Helen. 1412. Πάνθ᾽ ὅσα ut Supplic. 1186. Γε, ante χ᾽ ὑπὸ, metrum corrumpit. *Markl.*

πατρὸς] Canterus πάρος, nulla necessitate. Ellipsis est præpositionis περὶ, cujus pluscula exempla dedit Lambertus Bos ad vocem. *Musg.*

οἶσθα γὰρ πατρὸς] Canterus recte, ut mihi videtur, πάρος legit. *Barnes.*

Heath. etiam vel πατρὸς ab omissa præpos. περὶ pendere credit, vel subaudiendum censet τὰ πράγματα, quod ex ἃ repetatur. *Beck.*

πατρὸς, sc. περὶ vel πράγματα, quod ex ἃ repetendum, neque igitur opus est, ut cum Cantero pro πατρὸς legamus πάρος. *Hopfn.*

1118. Πάντως ἃ μέλλει γε] Hæc cum

Τὰ δ' ἄλλ' ἐγὼ πρὸ τῆσδε, κᾀμαυτῆς φράσω.
ΑΓ. Τέκνον, τί κλάεις; οὐδ' ἔθ' ἡδέως ὁρᾷς,
Εἰς γῆν δ' ἐρείσασ' ὄμμα, πρόσθ' ἔχεις πέπλους;
ΙΦ. Φεῦ. τίν' ἂν λάβοιμι τῶν ἐμῶν ἀρχὴν κακῶν;
Ἅπασι γὰρ πρώτοισι χρήσασθαι πάρα, 1131
Κἂν ὑστάτοισι, κἂν μέσοισι πανταχοῦ.

Alia vero pro hac et meipsa ego dicam.
Aga. Filia, quid fles? neque hilariter me spectas amplius,
Sed vultu in terram defixo, eum peplis objectis velas.
Iph. Heu. Quodnam meorum malorum sumam exordium?
Omnibus enim licet uti primis,
Et postremis et mediis et ubique.

metri legibus apertissime pugnant. Lego igitur: πάνθ', ὅσα γε μέλλει. *Musg.*

Lege, ἃ μέλλει, χ' ὑπὸ, aut ἃ μένει σε χ' ὑπό. *Reisk.*

Equidem malo Musgravium sequi. Vulgo enim legebatur: πάντως, ἃ μέλλει γε — πέπλοις. Solebant enim puellæ infantes in veste (πέπλῳ) portare. Πειθαρχεῖν proprie πείθεσθαι τῷ ἄρχοντι, s. κελεύοντι, (v. Ammon.) hinc omnino obedire. V. Abresch. ad Æschyl. p. 94. Recurrit h. v. aliquoties in libris N. T. v. in Act. v. 29. xxvii. 21. *Hopfn.*

1121 πρὸ τῆσδε, κᾀμαυτῆς φράσω.] Exemplaria habent πρὸς τῆσδε, quod nolui mutare. vid. v. 1201. *Markl.*

πρὸ τῆσδε,] Ita optime Barnesius. Ed. Ald. et MSS. πρὸς τῆσδε. *Musg.*

πρὸ τῆσδε,] Ita lego pro corrupto πρὸς, quod prius obtinebat. *Barnes.*

πρὸ τῆσδε,] Sic pro vulgato πρὸς τ. quod et S. V. Niemeyer receperat ex Aldina, et MSS. habent, sed emendaverat Barnesius, quem quoque sequitur Musgrav. — Lectionem nostram tuentur Reiskius atque Heathius, qui quidem ita vertit: *quæ hujus et mei interest dici.* Avertere enim cupiebat Clytæmnestra cædem filiæ pessimam. *Hopfn.*

1122. οὐδὲ θ' ἡδέως ὁρᾷς;] Opinor, οὐδ' ἔθ' ἡδέως μ' ὁρᾷς, Εἰς γῆν—πέπλους; in Cod. C. legitur ουδ' εθ', et ita Reiskius. in A. deest πρόσθ. *Markl.*

1122. s. Hæc omnia interrogative dicuntur. *Heath.*

Iphigenia oculis in terram defixis lacrimas fundens et Orestem portans e domo, s. potius tentorio, quo nunc tanquam domo utebatur, egreditur, peploque tegit oculos. *Hopfn.*

1123. ἐρείσασα] Inclinans, defigens. Sic ἐρείδειν φόβην, Bacch. 673. Nam ἐρείδειν adhibetur pro στηρίζειν, infigere, firmiter fulcire. Exprimitur hic vehemens dolor. Sic Med. v. 27. s. *Hopfn.*

ἐρείδειν] Non est infigere, firmiter fulcire, sed simpliciter collocare, ponere, admovere. V. Ernesti. ad Callim. H. in Del. 120. 134. eundemque in Glossar. Polyb. Casaubon. ad Polyb. p. 146. Morum, præceptorem desideratissimum, ad Longin. p. 41.—Sic quoque στηρίζειν explicandum est. Etiam Luc. ix. 45. ἐστήριξε τὸ πρόσωπον respondet Hebr. שום et נתן et licuit Interpretibus pro τάσσειν et τιθέναι, quibus alias utuntur, etiam hoc verbum adhibere, nec Drusius ac Vorstius debebant argutari. Cf. Philol. S. c. 59. Atque de Deo στηρίζειν τὴν γῆν est creare, non firmare terram. *Loesner.*

1124. ss. Sensum horum verborum nec Barnesium, nec Brumœum, vidisse monet Heath. ipse reddit: *Quodnam meorum malorum exordium sumam? omnia enim æque ad manum sunt, ut iis utar vel primis, vel postremis, vel mediis,* in omni orationis meæ parte. i. e. Omnia æque enuntiari postulant, et æque priori, mediæ, vel extremæ, orationis meæ parti conveniunt. Similis locus Electr. 907. s.

Kœhl. reddit: Heu! quodnam exordium sumam meorum malorum? Quolibet enim uti licet primo, et postremo, et medio ubique loco. Vanam autem esse Markl. emendationem censet. *Beck.*

1126. κἂν μέσοισι πανταχοῦ.] Scripsit

ΑΓ. Τί δ' ἐστὶν, ὥς μοι πάντες εἰς ἓν ἥκετε,
Ξύγχυσιν ἔχοντες, καὶ ταραγμὸν ὀμμάτων;
ΚΛ. Εἶφ' ἂν ἐρωτήσω σε γενναίως, πόσι.
ΑΓ. Οὐδὲν κελευσμοῦ δεῖ μ', ἐρωτᾶσθαι θέλω.
ΚΛ. Τὴν παῖδα τὴν σὴν, τήν τ' ἐμὴν μέλλεις κτανεῖν;
ΑΓ. Ἔα. τλήμονά γ' ἔλεξας, ὑπονοεῖς θ' ἃ μή σε χρή.

Aga. Quid est? ut mihi omnes consentitis,
Habentes confusionem, et conturbationem vultus?
Cly. Dic mihi, marite, ingenue, quæ te interrogabo.
Aga. Nihil opus est hortatu, interrogari volo.
Cly. Visne interficere meam tuamque filiam?
Aga. Hem. Dixisti atrocia, suspicarisque quæ te non oportet *suspicari.*

Euripides, nisi fallor, κἂν μέσοις, καὶ πανταχοῦ, ut Iph. Taur. 569. *Markl.*

Κἂν μέσοισι πανταχῆ.] Emendat Marklandus κἂν μέσοις καὶ πανταχοῦ, conferens Iphig. Taur. v. 569. *Musg.*

Marklandus sine necessitate et aperte falso emendat κἂν μέσοις καὶ πανταχοῦ, conferens Iphig. Taur. v. 569. Barnesius verbotenus reddit: *Heu! quodnam meorum malorum sumam exordium? Omnibus enim licet uti primis, et postremis, et mediis ubique,* in omnibus rebus dicendis. Schillerus monet, si sensus iste sit verus, fortasse alludi ad aliquem morem Græcorum, cujus rei exempla plura apud Euripidem recurrant, cum autem gratia, quam ejusmodi allusio, apud Græcos habuerit, inter nos pereat, minime esse verbotenus vertendum, quare ita reddit: *Ich Unglückselige! Wo fang' ich an? Bei welchem unter allen meinen Leiden? Verzweiflung, wo ich nur beginnen mag, Verzweiflung, wo ich enden mag.* Heath. similem locum affert ex Electra 907. s. cum quo conferas velim illud Homeri. Odyss. ί. 14. τί πρῶτον; τί δ' ἔπειτα; τί δ' ὑστάτιον καταλέξω; Electra l. l. clamat: — τίν' ἀρχὴν πρῶτα σ' ἐξείπω κακῶν; ποίας τελευτάς; τίνα μέσον τάξω λόγον; Koehlerus eodem, quo Barnesius, modo interpretatur, Germanice ita: *Ach wo soll ich anfangen von meinem Unglück? Denn ich mag anfangen wo ich will, beym Ersten, oder beym Letzten, oder in der Mitte, überall ist eitel Iammer.* Eidem V. D. fida hæc verborum versio minime videtur cum natura affectus congruere. *Hopfn.*

1127. Τί δ' ἐστίν; ὥς μοι] Delevi interrog. post ἐστίν, et verti, *Quid vero est quare,* &c. vide supra ad v. 1010. *Markl.*

1127. ss. Nihil lucramur, si cum Markl. notam interrogationis post ἐστιν delemus atque ita vertimus: *Quid vero est, quare*— etc. εἰς ἓν — Nos fere sic diceremus: *Was giebt's denn? Was fehlt euch? Wie kommt ihr mir denn alle zusammen so bestürzt und verwirrt vor?* Non recte, ut opinor, Schillerus: *Hat alles hier zusammen sich verstanden, mich zu bestürzen?* De v. σύγχυσις, v. supra 551. 554. et 960. Γενναίως aperte, sincere, sine fuco et dolo. *Hopfn.*

1130. Οὐδὲν κελευσμοῦ δεῖ γ',] Vel δεῖ μ', i. e. με. sic enim sæpe scribitur. Hippol. 493. Phœniss. 927. Æschyl. Prometh. 86. (Marklandi correctionem probare videtur Porsonus ad Orest. 659.) *Markl.*

δεῖ γ',] Emendat Marklandus δεῖ μ'. vid. Phœniss. v. 927. Hippol. v. 493. Æsch. Prometh. v. 86. *Musg.*

Koehlerus, ut magis affectum exprimat, legendum censet: οὐδὲν κέλευσμ', οὐ δεῖ γ', ἐρωτᾶσθαι θέλω. Non opus est, ut me provoces s. adhorteris, ut ingenue, aperte tibi respondeam, interroga modo. Hoc per se intelligitur, me tibi sincere esse responsurum. Cæterum v. κελευσμὸς et κέλευσμα proprie adhiberi de exhortatione nautica, satis constat. Agamemnon his auditis et dolorem in animo paterno sentit, et irascitur, quod Clytæmnestra recte suspicatur. Τλήμονα, tam crudele et impium factum. Tale quid non oportet suspicari, hoc esset facinus nefandum. *Hopfn.*

δεῖ μ', ἐρωτᾶσθαι] Id est δεῖ μοι, opus mihi est. *Reisk.*

ΚΛ. Ἔχ' ἥσυχος,
Κἀκεῖνό μοι τοπρῶτον ἀπόκριναι πάλιν.
ΑΓ. Σὺ δ' ἤν γ' ἐρωτᾷς εἰκότ', εἰκότ' ἂν κλύοις.
ΚΛ. Οὐκ ἄλλ' ἐρωτῶ, καὶ σὺ μὴ λέγ' ἄλλα μοι.
ΑΓ. Ὦ πότνια μοῖρα, καὶ τύχη, δαίμων τ' ἐμός.
ΚΛ. Κἀμός τε, καὶ τῆσδ', εἷς τριῶν δυσδαιμόνων.
ΑΓ. Τίν' ἠδίκησαι; ΚΛ. Τοῦτ' ἐμοῦ πεύθει πάρα;

Cly. Ne perturberis,
Illud vero primum mihi responde rursus.
Aga. Si tu interrogaveris convenientia, convenientia audies.
Cly. Non interrogo alia, et tu ne mihi alia dicas.
Aga. O fortunam venerandam, O fatum et genium meum.
Cly. Et meum, et hujus, unus *est* trium infelicium.
Aga. Qua in re læsa es? *Cly.* Hoc ex me quæris?

1132. Ἔα] Extra versum et hoc, ut et τὸ φεῦ, v. 1124. *Barnes.*

1133. Κἀκεῖνό μοι] Præclare Codd. A. B. C. supplent. Εχ' ησυχος, Κακεινο μοι το πρῶτον, &c. unde patet quare κἀκεῖνο dicitur; quod mirum videbatur. Abrupta autem est oratio, qualiter fit in re inexspectata subito accidente. sæpe ita Sophocles. *Markl.*

MSS. ambo et Lib. P. diiambum hunc exhibebant. *Musg.*

1134. Σὺ δ' ἤν γ' ἐρωτᾷς εἰκότ', εἰκότα κλύεις.] Lego εἰκότ' ἂν κλύοις. ἂν κλύοις est *audies*. *Markl.*

εἰκότα κλύεις.] Optime Marklandus εἰκότ' ἂν κλύοις. *Musg.*

Marklandus, quem probat Musgravius, legit εἰκότ' ἂν κλύοις, *audies*, sed puto cum Koehlero, non opus esse ista emendatione, *Hopfn.*

1136. Ὦ πότνια τύχη, καὶ μοῖρα, καὶ δαίμων γ' ἐμός.] Scribendum forte, Ω πότνᾰ | Τῠχῆ, | καὶ Μοῖρα, &c. Codd. A. B. μοιρα δαιμων τ εμος. Cod. C. μοιρα τ' δαιμων γ. Artificii autem est hoc loco, quod Agamemnon, pro directo responso, tergiversatur, et ad exclamationem subterfugit. Heathius quoque conjicit πότνα. *Markl.*

Ὦ πότνια τύχη, καὶ μοῖρα, καὶ δαίμων γ' ἐμός.] MS. apud Musgravium δαίμων τ', qui optime legit, Ὦ πότνια μοῖρα καὶ τύχη, δαίμων τ' ἐμός. Frustra Heathius et Markl. legunt πότνα, quæ vox scenæ prorsus ignota est. Idem MS. delet καὶ ante δαίμων. *Por.*

μοῖρα, καὶ δαίμων γ' ἐμός.] MSS. ambo et Lib. P. μοῖρα, δαίμων τ' ἐμός. Transponantur jam μοῖρα et τύχη, versus omnibus numeris integer erit:

ὦ πότνια μοῖρα, καὶ τύχη, δαίμων τ' ἐμός. *Musg.*

Ὦ πότνια τύχη,] Ut hic versus recte se habeat, oportet dactylum in *primo* loco, in secundo anapæstum ponere, hoc modo: Ὦ πότνι—ατύχη. *Barnes.*

Observa Veteres bonum et malum genium statuisse, qui hominem comitaretur. Unde famulus in Androm. 98. στέῤῥόν τε τὸν ἐμὸν δαίμον' ᾧ συνεζύγην, gemo. Plura legas, si placet, in nostro *Handb der griech Mythologie*, p. 341. ss. §. 165. *Hopfn.*

1137. εἷς—δαίμων, i. e. qui una nos omnes infelices reddit. *Hopfn.*

1138. Τίν' ἠδίκησαι;] Codd. B. C. τίν' / τιμ' ηδικησε.] Ald. et Barn. Τίν' ἠδίκησαι; *Qua in re* (vel *quibus in rebus*) *læsa fuisti?* Hoc sequor propter Aldinam. Alioquin non male legeretur Τί σ' ἠδίκησα; ut Alcest. 705. Electr. 1087. Vel, Τίς σ' ἠδίκησε; ut supra 382. Τίς ἀδικεῖ σε; Parum refert ut αὐτὸς abundet, sicut passim. vid. v. 811. Iph. Taur. 390. 557. In Evangeliis sæpe. *Hæc mens tua, mentem illa non habet.* *Markl.*

Τίν' ἠδίκησαι;] Si ita legas, ut omnia fere exemplaria legunt, exponendum est: *Qua tu in re læsa es?* Sin legamus Τίν' ἠδίκησα; tum exponendum: *Quem ego injuria affeci?* *Barnes.*

1139. Ὁ νοῦς ὅδ' αὐτός] Disting. post ὅδ'. *Markl.*

Ὁ νοῦς ὅδ' αὐτὸς νοῦν ἔχων οὐ τυγχάνει.
ΑΓ. Ἀπωλόμεσθα· προδέδοται τὰ κρυπτά μου.
ΚΛ. Πάντ' οἶδα, καὶ πέπυσμ', ἅ σύ γε μέλλεις με δρᾷν.
Αὐτὸ δὲ τὸ σιγᾷν, ὁμολογοῦντός ἐστι σου,
Καὶ τὸ στενάζειν πολλά· μὴ κάμνης λέγων.
ΑΓ. Ἰδοὺ σιωπῶ· τὸ γὰρ ἀναίσχυντόν με δεῖ,

Hoc tuum consilium nullam habet prudentiam.
Aga. Perii, mea arcana sunt prodita.
Cly. Novi omnia, et audivi quæ tu mihi facturus es:
Ipsum vero tuum silentium est signum tui confitentis,
Et tui crebri gemitus: ne labores dicendo.
Aga. En taceo. Oportet enim me impudentiam

Ὁ νοῦς ὅδ' αὐτὸς νοῦν ἔχων οὐ τυγχάνει.] Cic. ad Att. VII. 3. *Causam solum illa causa non habet; ceteris rebus abundat.* *Por.*

Ὁ νῦς ὅδ' αὐτὸς νῦν ἔχων ὐ τυγχάνει.] Stiblinus dicit, — *Erasmum legisse* videri — Ὁ νῦς ὅδ' οὐχὶ νῦν ἔχων ὐ τυγχάνει. Sed nihil tale Erasmus legit. In libro enim Basileæ impresso An. Dom. 1524. legitur, ut nos legimus; et ita ex illius versione explicatur. *Verum Astus hic astu vacat; Atque ita calliditas profecto incallida est.* Lege tu, ut versus sibi constet; *Atque ista calliditas,* etc. *Barnes.*

Heath. vulgatum vertit: *Mens ecce ipsa sua ipsius consilia haud intelligit.* *Beck.*

1139. s. Brodæus: *Vafro animo, cum altero fraudulento negotium habenti, res non succedit.* Non male Koehlerus: *Deine List ist eine sehr unlistige List.* Κρυπτὰ, μυστήρια. *Hopfn.*

1141. μέλλεις με δρᾷν.] Non male μέλλεις σφε δρᾷν· *illi,* sc. Iphigeniæ: ut hoc referatur ad v. 1131. τὴν παῖδα,—μέλλεις κτανεῖν; Pro πέπυσμ', Codd. A. B. πέπεισμ'. *Markl.*

Conjicit: μέλλεις σφε δρᾷν *illi* sc. Iphigeniæ, ut referatur ad v. 1131. τὴν παῖδα μέλλεις κτανεῖν; sed non est necessarium, nam quod filiæ fit, contingit simul matri. V. supra v. 876. *Hopfn.*

1143. Distinguo, Καὶ τὸ στενάζειν πολλά· μὴ κάμνης λέγων. Pro στενάζειν, omnino verius mihi videtur στεγάζειν. sed paucis ita videbitur. *Markl.*

Koehl. putat et sic distingui posse: καὶ τὸ στενάζειν· πολλὰ μὴ κάμνης λέγων. *Jam hoc silentium hæcque suspiria sunt confessio: noli multa dicendo tibi molestiam creare.* *Beck.*

1143. ss. Koehl. putat etiam posse distingui καὶ τὸ στενάζειν· πολλὰ μὴ κάμνης λέγων *Schon dieses dein Stillschweigen und diese Seufzer sind dein Gestændniss. Bemühe dich nur nicht mit vielem Reden.* V. seq. idem V. D. legendum esse suspicatur μ' ἔδει pro με δεῖ, vel τί γὰρ ἀναίσχυντόν με δεῖ, vel denique, ut Reiskius conjicit. ἰδὲ, σιωπῶ γ'. ὐ γὰρ—Deberem, si mendacia proferrem, et impudentiam addere miseriæ. Δὴ νῦν Barnes. in margine aliam lectionem adscripsit δή νυν. Λόγους, πρᾶγμα. πάρῳδον. Quid sit παρῳδὴ constat, partim enim notat carmen ad alterius carminis imitationem modulatum, partim sermonem, qui a tragica sublimitate ad comicam orationem descendit, cujus quidem rei exempla multa reperies in Aristophanis Ranis, de quibus alio tempore. V. *Sulzer in Theorie der schœnen Künste* et *Flœgel Geschichte der komischen Literatur.* Quia autem hoc genere uti solent, ad risum movendum, hinc παρῳδεῖν est interdum i. q. χλευάζειν, irridere, ludibrio habere, ut Hesychius quoque exponit. Unde, quod frustra in Lexicis nonnullis quæsivi, πάρῳδον h. l. de ænigmate s. verbis obscuris erit *alludens, ridiculum, absonum.* Stiblinus reddit: *affictis ænigmatum ambagibus* — Barnesius: *ænigmatibus a proposito alienis, non amplius utemur.* Koehlerus: *unschickliche Ræthsel.* *Hopfn.*

Ψευδῆ λέγοντα, προσλαβεῖν τῇ ξυμφορᾷ.
ΚΛ. Ἄκουε δὴ νῦν· ἀνακαλύψω γὰρ λόγους,
Κοὐκέτι παρῳδοῖς χρησόμεσθ' αἰνίγμασιν.
Πρῶτον μὲν, ἵνα σοι πρῶτα τοῦτ' ὀνειδίσω,
Ἔγημας ἄκουσάν με, κἄλαβες βίᾳ,

Falsa dicentem præter calamitatem adsumere.
Cly. Audi nunc. Aperiam enim sermonem,
Et non amplius utemur ænigmatibus a proposito alienis.
Primum quidem, ut hoc primo loco tibi exprobrem,
Duxisti me invitam, et rapuisti vi,

1149. Ἔγημες ἄκουσάν με,] Nescio quid sit Ἔγημες, quod tamen habent omnes quas vidi Editiones. Scribo Ἔγημας. Aor. 1. a γαμέω: ἐγάμησα, ἔγημα. *Markl.*

Ἔγημας ἄκουσάν με, κἄλαβες βίᾳ,] *Ita Markl. pro* ἔγημες. Recte Ἔγημας, ut citat Eustathius ad Homer. Odyss. Λ. p. 1693. (446. 48.) *Por.*

Ἔγημας] Ita recte Marklandus. Vulgo ἔγημες. *Musg.*

1150. Τάνταλον] Thyestæ filius fuit. vid. Pausan. p. 60. l. 9. et p. 94. l. 24. *Musg.*

Τὸν πρόσθεν ἄνδρα Τάνταλον] Eustathius ad Iliad. λ'. Κουρίδιον δὲ πόσιν τὸν Ἀγαμέμνονα τῇ Κλυταιμνήστρᾳ εἶναι, τουτέστιν, ἐξέτι κόρης οὔσης αὐτῆς, Ὁμήρῳ μὲν ἀρέσκει. Εὐριπίδης δὲ ἄλλως οἶδεν, ὃς προγαμηθεῖσαν αὐτὴν τῷ Ταντάλῳ γνωρίζει. Notavit Joh. Brodæus. Ego autem hæc addenda duxi, nullo modo hæc posse de famoso illo Tantalo, Pelopis patre, intelligi: quomodo enim is Tantalus ab Agamemnone fuerit cæsus, qui erat pater Pelopis; cum is Pelops pater fuerit Atrei, Atreus autem pater Agamemnonis, ut omnibus notum: et paulo abhinc, infra nempe, v. 1233. ab ipso Euripide Pelops filius Tantali, Atrei, Agamemnonis patris, dicitur pater. Vide etiam supra ad v. 952. et Iphig. Taur. v. 1. etc. *Barnes.*

Hic Tantalus, Clytæmnestræ primus maritus, Thyestæ fuit filius, teste Pausan. Cor. c. 18. quanquam idem, c. 22. ambigit, utrum Thyestæ, an Brontei, filius fuerit. Bronteus autem Tantali primus filius fuit, Pelopis frater. *Heath.*

Tantalus, qui nunc laudatur, Thyestæ erat filius, teste Pausania Corinth. (Lib. II.) c. 18. (p. 60. et 94.) qui tamen adhuc dubitat, c. 22. utrum Thyestæ an Brontei filius fuerit. Secundum eundem primus erat Clytæmnestræ maritus, nisi sponsus, cumque eo procreavit Electram, Orestem, aliosque liberos, Iphigeniam autem, Thesei atque Helenæ filiam, ut Antoninus Liberalis, c. 82. refert, Agamemnoni supposuisse dicitur. Ex aliis autem Agamemnon fuit pater Electræ, Iphigeniæ et Orestis, de qua re v. quæ supra monuimus. Idem, Pausania IX. 40. observante, Ægisthum atque Thyestem e regno expulit, et hoc potitus est. Eustathius ad Iliad. λ'. hæc notat: κουρίδιον δὲ πόσιν τὸν Ἀγαμέμνονα τῇ Κλυταιμνήστρᾳ εἶναι, τουτέστιν, ἐξέτι κόρης οὔσης αὐτῆς, Ὁμήρῳ μὲν ἀρέσκει. Εὐριπίδης δὲ ἄλλως οἶδεν, ὃς προγαμηθεῖσαν αὐτὴν τῷ Ταντάλῳ γνωρίζει. Ignoravit igitur Eustathius istum, quem diximus, mythum. Ille, de quo h. l. sermo est, Tantalus nullo modo esse potuit pater Pelopis, quippe hic *avus* Agamemnonis fuit. Neque vero aliam genealogiam sequutus est noster, ut e. v. 1233. et Iphigen. Taur. initio patet. Cf. supra v. 952. Hujus Tantali uxor erat Euryanassa, v. Schol. ad Nostri Orest. 5. ubi genealogia ejus narratur. De ejus pœna, v. ibid. 7. 982. *Hopfn.*

1151. σῷ προσούρισας πάλῳ.] Consentiunt viri docti in προσούδισας, *solo adflixisti.* *Markl.*

σῷ προσούρισας πάλῳ.] Manifesta hujus loci depravatio, et nemini non Interpretum animadversa est. Pro προσούρισας satis apte Scaliger προσούδισας, quod genus crudelitatis non raro apud Veteres exercebant, quibus inhumanior natura

Τὸν πρόσθεν ἄνδρα Τάνταλον κατακτανὼν,
Βρέφος τε τοὐμὸν σῷ προσουδίσας πέδῳ,
Μαστῶν βιαίως τῶν ἐμῶν ἀποσπάσας·
Καὶ τὼ Διός γε παῖδ', ἐμώ τε συγγόνω,
Ἵπποισι μαρμαίροντ', ἐπεστρατευσάτην.

Occiso priore marito Tantalo,
Infantemque meam tuo illisisti vestibulo
Avulsum violenter a meis uberibus:
Et filii Jovis, meique fratres,
Equis fulgentes, *tibi* bellum intulerunt.

erat. Vide Suidam in voce, et Psalm. cxxxvii. Non tamen temere προσουρίσας ejecerim, quod significare certe potest: *vehementer versus aliquid, instar venti, impellens.* Pro πάλῳ alii πάτῳ, *semitæ*, legendum putant, alii πέδῳ, *solo*. Utrique haud cunctanter prætulerim πύλῳ, *portæ*. Hesychius: πύλα, πύλαι. Idem: πύλῳ, ἀντὶ τοῦ πύλῃ, τῇ τοῦ ᾅδου.

Locum gravi mendo laborantem melioribus nunc quidem auspiciis tentasse mihi videor. Legendum forte:

Βρέφος τε τοὐμὸν ζῶν πρὸς ὀκρίδας βαλών.

Et infantem meum vivum cautibus asperis affligens. ὀκρίδα habet Æschyl. Prometh. 1015. Erotianus: ὀκνὶς (l. ὀκρὶς) τραχύτης. *Musg.*

σῷ προσουρίσας πάλῳ,] Scaliger legit προσουδίσας πέδῳ, vel πάτῳ: et quod ad προσουδίσας attinet, rectissime, et ita Miltonus quoque, Duportus aliique. πάλῳ vero retinendum est. *Barnes.*

σῷ προσουρίσας πάλῳ,] Antequam vidissem, quid de h. l. sentirent Interpretes, intellexeram locum esse depravatum, et statim incurrebat in mentem προσουδίσας, quod nunc video a Scaligero prolatum, quem sequuntur Duportus, Miltonus, Barnesius in notis, Marklandus, Musgravius, Wesselingius ad Herodot. p. 420., Koehlerus in versione, Ernestius in Lex. Hederici, aliique. Attamen Musgravius monet non temere ejiciendam esse lectionem vulgatam, quæ possit significare: *vehementer versus aliquid, instar venti, impellens.* Idemque prætulerit πύλῳ (portæ, Suidas: πύλῳ, ἀντὶ τοῦ πύλῃ,) pro vulgari πάλῳ, pro quo quidem Scaligero πάτῳ (semitæ) vel πέδῳ (solo) placebat. Postea vero melioribus auspiciis locum a se tentatum existimat, dum proponit: βρέφος τε τοὐμὸν ζῶν πρὸς ὀκρίδας βαλών. *Et infantem meum vivum cautibus asperis affligens.* 'Οκρίδα habet Æschyl. Prometh. 1015. Erotianus: ὀκνὶς (leg. ὀκρὶς) τραχύτης. Jam quod vulgatum προσουρίζειν attinet, nullus locus in mentem venit, ubi recurrat, neque ad manum est Stephanus, quem in tota regione Mansfeldensi non invenies, alioquin eum consulerem. Sed novi verbum προσουρέω, quod vulgo vertunt *vento secundo*, s. *fortuna secunda uti.* Nam οὖρος, ut Grammatici aiunt, est interdum ventus, qui οὐρὰν (puppim) sequitur, ideoque secundus. Unde phrasis ῥείτω κατ' οὖρον, Sophocl. Trachin. v. 468. coll. 815. ubi v. quæ monuimus. Voc. προσουρέω legitur in Aristoph. Ran. 95. ubi conf. Schol., qui hæc habet: προσουρήσαντα, εὐθυδρομήσαντα, εὐδοκιμήσαντα, ἐν Τραγῳδίας δράματι ἐπαινεθέντα. Ibidem vero scholion ineditum cod. Regii C. a Brunckio l. l. citatum tradit: οὐρίζω, τὸ ἀπὸ τοῦ οὔρου τοῦ ἀνέμου. οὐρῶ, τὸ ἀπὸ τοῦ οὔρου, τοῦ ἐκκρινομένου ὑγροῦ. προσουρήσαντα οὖν, τὸ βραχύν τινα χρόνον διατρίψαντα, καὶ τῶν αὐτῶν λήρων ἐκχέαντα τῇ Τραγῳδίᾳ. Hanc explanationem sequutus est Brunck. qui προσουρίζω pro vento secundo uti, Græcum esse negat, atque miratur Henrico Stephano fraudi fuisse ineptam, quam vocat, Græculi in scholiis interpretationem supra laudatam. Facillimum esset illud προσουρίσας πάλῳ in aliud voc. mutare, sed προσουδίζειν bene quadrat. Est enim πρὸς τὸ οὖδας (Cycl. 539.) i. e. ἔδος (s. ἔδαφος) ῥίπτειν, solo allidere. Sic Plutarch. Vit. Galbæ dicit εἰκόνα προσουδίζειν. Cæterum hoc genus crudelitatis non raro apud Veteres exercebatur, quibus inhumanior erat

Πατὴρ δὲ πρέσβυς Τυνδάρεως σ' ἐῤῥύσατο,
Ἱκέτην γενόμενον, τἀμὰ δ' ἔσχες αὖ λέχη.
Οὗ σοι καταλλαχθεῖσα, περὶ σὲ καὶ δόμους
Ξυμμαρτυρήσεις ὡς ἄμεμπτος ἦν γυνὴ,
Εἴς τ' ἀφροδίτην σωφρονοῦσα, καὶ τὸ σὸν
Μέλαθρον αὔξουσ', ὥστε σ' εἰσιόντα τε
Χαίρειν, θύραζέ τ' ἐξιόντ' εὐδαιμονεῖν.
Σπάνιον δὲ θήρευμ' ἀνδρὶ, τοιαύτην λαβεῖν

Sed Tyndarus pater senex te liberavit,
Factum supplicem, et habuisti rursus meum connubium.
Ubi reconciliata tibi, erga te et domum,
Ipse testis eris, quod fuerim inculpabilis uxor,
Et in rebus venereis casta, et tuam
Rem familiarem augens, ut, et ædes intrans,
Gauderes, et foras prodiens, beatus esses.
Rara autem *est* acquisitio viro, ut talem consequatur

natura. v. Suidam in h. v. Inprimis hoc faciebant populi Orientis cum hostibus victis. V. Psalm. cxxxvii. 9., idemque fecisse narrant illos ab Herode dimissos homicidas, cum infantibus Bethlehemiticis. Πάλος i. q. κλῆρος, ut Troad. 265., sed h. l. est vibratio, percussio, jactus. Malim tamen cum Musgravio πύλῳ, portæ. *Hopfn.*

1153. τῷ Διός γε παῖδ',] Vel Διός τε παῖδ', quia sequitur, ἐμώ τε συγγόνω: vel, Καὶ τὼ Διός σε παῖδ'—ἐπεστρατευσάτην: ut Phœniss. 292. ἐπεστράτευσαν Ἀργεῖοι πόλιν. *Markl.*

1153. ss. Pro γε Reiskius conjicit μὲν, idemque lectionem veterem ἐπί σ' ἐστρατευσάτην vult retinere. Koehlerus legit καὶ τὼ Διὸς (vel Διός τε) παῖδ'; atque observat v. seq. stare posse ἐπεστρατευσάτην sine accusativo, ut supra v. 64. et Sophocl. Ajac. 1071. — συγγόνος alibi κασίγνητος. Intellige Castorem et Pollucem. Quatenus autem Jovis filii putabantur, vocantur Διόσκουροι. Plura monuimus supra ad v. 769. Jam h. l. dicuntur ἵπποισι μαρμαίροντε equis conspicui s. insignes. μαρμαίρειν est rutilare, splendere. V. Ion. 888. Mythus narrat, Mercurium Dioscuris donasse celeres Podarges liberos, equos Phlogeum et Harpagum, sed Junonem duos alios equos Xanthium et Cyllarum. V. Stesichor. apud Tertullian. de Spectaculis, c. 9. et Suidas v. Κύλλαρος. Inest idea pulchritudinis, celeritatis et animi fortis in illa de equis a Mercurio et Junone donatis fabula, ut quisque facile intelliget. Præterea quoque Castor secundum Homerum (Il. γ'. 237.) optime poterat currum regere, quin imo eidem adscribebatur inventio curruum celerum in certamine. V. Pindar. Isthm. 1. 20. Pyth. V. 11. Hinc sæpe Dioscuros invenies nudos equis vectos, hastasque manibus tenentes. vel etiam equos frenis tenentes. V. Spanhem. ad Callimach. Pall. 24. et Lippert. Dactyl. 1. 727, 728. nec non Winckelmanni Monum. ined. 62. sq. — ἐπιστρατεύειν in activo legitur Sophocl. Trachin. 75. et 362. cum accusativo rei. Alibi etiam dativum adjunctum habet. V. Ducker. ad Thucyd. pag. 272. et Abresch. Dilucidat. Thucydid. p. 82. 429. 646. sq. et Valckenar. ad Phœn. 292. ἐπιστρατεύειν est τὸν στρατὸν ἐπὶ τόπον τινα ἄγειν, Cf. supra v. 64. ubi nullus accusativus adest, sed ἐπιστρατεύεσθαι proprie dicitur de militibus, qui sese duci sinunt contra hostem. v. Xenoph. Cyrop. VIII. 5, 12. Ἐῤῥύσατο eorum vindictæ te eripuit. ἱκέτης dicitur, qui supplex ab altero auxilium atque tutelam petit. V. supra 1015. ἔσχες — recuperasti conjugium meum, i. e. me conjugem accepisti. *Hopfn.*

1157. Οὗ sc. χρόνου subint. ἐξ. Καταλλ. reconciliata, placata. *Hopfn.*

Δάμαρτα· φλαύραν δ' οὐ σπάνις γυναῖκ' ἔχειν.
Τίκτω δ' ἐπὶ τρισὶ παρθένοισι παῖδά σοι
Τόνδ'· ὧν μιᾶς σὺ τλημόνως μ' ἀποστερεῖς.
Κἄν τις σ' ἔρηται, τίνος ἕκατί νιν κτενεῖς,
Λέξον· τί φήσεις; ἢ 'μὲ χρὴ λέγειν τὰ σά;
Ἑλένην Μενέλαος ἵνα λάβῃ. καλόν γε, νῷ
Κακῆς γυναικὸς μισθὸν ἀποτίσαι τέκνα,
Τἄχθιστα τοῖσι φιλτάτοις ὠνούμεθα.

Uxorem: sed non est rarum habere malam uxorem.
Et præter tres filias peperi tibi filium
Hunc, ex quibus una tu me miserabiliter privabis.
Et si quis interrogârit te, ob quam causam interficies ipsam,
Dic, quidnam dices? an me tuo nomine loqui oportet?
Ut Menelaus Helenam recipiat. Præclarum utique nos,
Malæ mulieris pretium persolvere *nostros* liberos,
Invisissima charissimis redimentes.

1158. συμμαρτυρήσεις.] Vel Σὺ μαρτυρήσεις. Æschyl. Eum. 616. Ἤδη σὺ μαρτύρησον. *Markl.*

1159. σωφρονοῦσα εἰς Ἀφρ.] Casta, pudica, moderata ratione amoris. Ἀφροδίτη enim sæpius pro amore, conjugio ponitur. V. supra v. 543. 545. 556. *Hopfn.*

1160. In Aldina et cæteris hic est, ὥστ' εἰσιόντα τε. emendavit Canterus, ὥστε σ' εἰσιόντα τε. v. 1163. pro φλαύραν A. φαῦρον. *Markl.*

ὥστε σ' εἰσιόντα τε.] Ita Canterus certissima conjectura. Ed. Ald. [et cæteræ] ὥστ' εἰσιόντα τε. *Musg.*

μέλαθρον, de quo v. supra 270. h. l. pro familia s. re familiari accipiendum. Conf. Prov. xiv. 1. et xxiv. 3. ubi eadem sententia recurrit. Ut hic legitur, Canterus et Barnesius legunt, recte, ut opinor. Neque vero audienda Aldina, quam sequutus est Niemeyerus in textus recensione, aliique libri, ὥστ' εἰσιόντα τε. Domi et extra domum, ubique felix eras et prædicabaris. Simili forma loquendi ad ideam τοῦ *semper* significandam utuntur Orientales. Θηρεύμα, nos diceremus: *Das ist ein seltner Fund.* De virtutibus uxoris bonæ v. Heraclid. 477. coll. Proverb. xxxi. 10. Melanipp. fragm. 10. Alcest. 485. Troad. 647. et Electr. 74. Euripides sæpius felicem prædicat, qui bona uxore fruatur, affirmatque rarissimam eam esse. Cf. Melanippe fragm. 7. Orest. 595. Fragm. Incert. 49. apud Stob. 69. Ibid. 50. Alcest. 643. Med. 14. Ex his, quæ Clyt. proponit, sequitur, se esse meliori sorte dignam propter pietatem. *Hopfn.*

1164. s. Conf. cum his Æschyl. Ag. 1535. s. *Hopfn.*

1165. Leg. τλήμονος. redit ad μιᾶς. *Reisk.*

1167. Λέξον· τί φήσεις;] ὅτι. *Por.*

τὰ σὰ, quod ad rem tuam, ad defensionem tuam pertinet. Sic Electra Sophoclis v. 577. dicit matri: ἐρῶ γὰρ καὶ τὸ σόν. *Hopfn.*

1168. καλόν γε νῷ] Ita jam Editi recentiores, qua auctoritate, nescio. Ed. Ald. καλὸν γένος. Præstiterit fortasse νῷν in dativo. *Musg.*

Μενέλαος metri causa Μενέλεως. *Faehse.*

1169. Reisk. conjicit ἀποτίσαιμεν ἂν, *præclarum enimvero pretium solveremus, infestissima carissimis ementes.* *Beck.*

1170. Τἄχθιστα τοῖσι φιλτάτοις ὠνούμεθα.] Constructio claudicat. Lego, ὠνουμένω, *redimentes*, dualiter. et ita conjecerat eruditus editor Hippolyti, Oxon. 1756. Τἄχθιστα (τὰ ἔχθιστα) est ex conjectura virorum doctorum (post Brodæum) pro Ταχθέντα. Aldina propius Ταχθεῖσα, ut et Cod. B. *Markl.*

Τἄχθιστα] Ita optime Brodæus. Con-

Ἄγ', ἢν στρατεύσῃ, καταλιπών μ' ἐν δώμασιν,
Κἀκεῖ γενήσῃ διὰ μακρᾶς ἀπουσίας,
Τίν' ἐν δόμοις με καρδίαν ἕξειν δοκεῖς,
Ὅταν θρόνους τῆσδ' εἰσίδω πάντας κενούς,
Κενοὺς δὲ παρθενῶνας; ἐπὶ δὲ δακρύοις

Age *vero*, si copias *hinc* ducas, in ædibus me relicta,
Et illic longum tempus absis,
Quem in ædibus animum me habituram putas,
Quum sedes hujus omnes aspiciam vacuas,
Et vacuum conclave virginum? in lachrymis vero

fer Troad. v. 372. Ed. Ald. et MSS. ταχθεῖσα.

ὠνούμεθα.] Legendum vel ὠνουμένω, vel ὠνουμένοιν, pro diversa v. 1177. lectione. *Musg.*

Τἄχθιστα] Olim legebatur τἀχθέντα: Aldi editio habet ταχθεῖσα: Nos potius Canteri et Brodæi conjecturam sequimur, qui legunt τἄχθιστα, sic Scaliger quoque et Miltonus, et in Troad. v. 372. fere idem habes: Ὁ δὲ στρατηγὸς ὁ σοφὸς ἐχθίστων ὕπερ Τὰ φίλτατ' ὤλεσ'. Duportus pro ὠνούμεθα legit ὀνούμεθα, nescio quid passus. *Barnes.*

τά φίλτατα, κατ' ἐξοχὴν, dici de liberis, parentibus, cæteris, jam supra notavimus ad v. 458. Cæterum dignus est locus Electræ Sophoclis v. 530. sqq. qui cum hoc nostro conferatur, ubi Clytæmnestra defendit cædem mariti a se commissam, maximamque immolationis Iphigeniæ iniquitatem demonstrat. Pater tuus, inquit Clytæmnestra filiæ l. l. immolare ausus est filiam, qua procreando non eum, quem ego experta sum, dolorem sustinuit. Argivorumne in gratiam hoc fecit? At nullo eam interficiendi jure gaudebat. An vero Menelai fratris causa? Nonne vero, liberis meis interfectis a me debebat puniri? nonne Menelaus duos liberos ipse habebat, hos potius oportebat mori, quippe e parentibus procreatos, propter quos totum hoc bellum suscipiebatur, ergone Menelai liberos amabat; sed, quos ex me susceperat, odio prosequebatur? Nonne hoc temerarii impiique patris scelus est? Postea Electra plura ad defendendum Agamemnonem profert v. 566. sqq. Cæterum cum his conferas, quæ infra 1194. sqq. proponuntur. Nullum autem est dubium, quin vera sit lectio τἄχθιστα, quam probant Canterus, Miltonus, Scaliger, Barnesius, Musgravius, Köhlerus, alii. Sic Troad. v. 372. ubi Cassandra dicit: Sapiens ille dux exercitus (Agamemnon) ἐχθίστων ὕπερ τὰ φίλτατ' ὤλεσ', ἡδονὰς τὰς οἴκοθεν τέκνων ἀδελφῷ δοὺς γυναικὸς οὕνεκα, etc. Quid velit Duportus, pro ὠνούμεθα substituens ὀνούμεθα, ego æque ac Barnesius nescio. Reiskio placet ὠνουμένω. *Hopfn.*

1171. ἢν στρατεύσῃ,] Vox ἢν et sensus postulant, opinor, στρατεύσῃς, ut γενήσῃ, modi subjunctivi, secundam personam. *Markl.*

1173. Τίν' ἐν δόμοις με καρδίαν ἕξειν δοκεῖς,] Qui Euripidæ Iambis assueti sunt, hunc præferent, Τίν' ἐν δόμοισι καρδίαν μ' ἕξειν δοκεῖς, &c. Sed præcessit ἐν δώμασι, in hac ipsa sententia. unde igitur hic iterum ἐν δόμοις vel δόμοισι, in scriptore tam accurato, et a negligentia tam longe remoto? Τίν' ἔνδον εἶς σε καρδίαν μ' ἕξειν δοκεῖς, &c. Sed multa exempla in contrariam partem adferri possunt, pro ἐν δώμασι et ἐν δόμοις, in eadem periodo. *Markl.*

1173. s. Τίνα καρδίαν, i. e. animus meus maxime erit contristatus. Profecto, ut constat, nihil magis desiderium mortui in animo excitat, quam loca, ubi ille olim versatus, vestes quibus indutus fuit, et res quæ ab eo confectæ oculis obversantur. Θρόνος non est thronus, quem Latini vocant, sed, observante Athenæo, Lib. V. ἐλευθέριος καθέδρα σὺν ὑποποδίῳ, παρὰ τὸ θρήσασθαι, ἤγουν τὸ καθέζεσθαι. *Hopfn.*

1174. Sic Apsines inter Aldi Rhetoras, p. 725. 21. sed mox δόμους μὲν τούσδε προσίδω κενούς. *Por.*

1175. De v. παρθενὼν v. supra v. 738. Est nimirum cubiculum, in quo puellæ versantur atque habitabant. V. Pollux III. 4. Domus veterum constabat fere duabus contignationibus, in quarum inferiore

Μόνη κάθημαι, τήνδε θρηνῳδοῦσ' ἀεὶ,
'Απώλεσέν σ', ὦ τέκνον, ὁ φυτεύσας πατὴρ,
Αὐτὸς κτανὼν, οὐκ ἄλλος, οὐδ' ἄλλῃ χερὶ,
Τοιόνδε μισθὸν καταλιπὼν πρὸς τοὺς δόμους·
'Επεὶ βραχείας προφάσεως ἔνδει μόνον,

Sedeam sola, semper istam lamentans,
Perdidit te, filia, pater, qui te genuit,
Ipse *te* occidens, non alius nec alii manui
Tale relinquens a familia tua vituperium.
Quippe levi occasione tantum opus est,

mares, in superiore autem mulieres habitabant (τὰ ἄνω — s. γυναικωνῖτις.) V. Lysiam pro Eratosthen. lin. 27. ed. Reiskii (pag. 15.) ubi plura ea de re notavit Taylorus, qui addit, hoc factum esse σωφροσύνης ergo. Hæc cubicula vocabantur ὑπερῷα, in aliis eorum erant uxores cum ancillis, in aliis innuptæ atque virgines, hæc proprie dicebantur παρθενῶνες. V. Phœnn. 204. 89. 1291. Regiæ tamen ædes habuisse videntur tres contignationes, tertiæque contignationis, (διῆρες dictæ) cubicula nominabantur ὑπερῷα. V. Schol. Phœnn. 92. Et hoc grave est argumentum. Tu vitam meam amaram tristemque reddes, semper enim desiderabo multis cum lacrymis atque querelis filiam meam dilectam. Affectum movet verba ipsa, quæ est prolatura, afferens. Omnia ac singula verba maximam habent vim. Tali tuos, qui domi sunt, præmio ornas. *Hopfn.*

Brunck. ad Andr. 397. putat, hic multos esse versus transpositos. Igitur post χερὶ plene distinguit, et in fine ῥήσεως (v. 1207. s.) sequentes versus ponendos hoc ordine:

Εἰ δ' εὖ λέλεκται ταῦτα νῷν, μὴ δὴ κτάνῃς
Τὴν σήν τε κἀμὴν παῖδα, καὶ σώφρων ἔσῃ.
Μὴ δῆτα, πρὸς θεῶν, μήτ' ἀναγκάσῃς ἐμὲ
Κακὴν γενέσθαι περὶ σὲ, μήτ' αὐτὸς γένῃ,
Τοιόνδε μισθὸν καταλιπὼν πρὸς τοὺς δόμους·
'Επεὶ βραχείας προφάσεως ἐνδεῖ μόνον,
'Εφ' ᾗ σ' ἐγὼ, χ' αἱ παῖδες αἱ λελειμμέναι,
Δεξόμεθα δέξιν, ἥν σε δέξασθαι χρεών.

Beck.

Punctum collocandum post χερὶ et comma post δόμοις, et sic leg. τοιόνδε — πρὸς τοῖς δόμοις εἰπ' (i. e. εἰπὲ), εἰ βραχείας — ἐνδεῖ μόνον. *Si talem compensationem acceptorum a me beneficiorum domi relinquis, dic, num tantillum nobis desit prætextus, quominus te redeuntem excipiamus eo modo, quo debet.* Subinnuit verbis obscuris cruentum lavacrum, quo Clytæmnestra exceperat maritum a Trojana militia redeuntem, (de hoc dubitat Hopfn.) Possis quoque τοιάνδε μνῆστιν legere, *tale monumentum.* μνῆστις passim pro μνήμη occurrit. *Reisk.*

Koehlerus in eo tantum sequitur Reiskium, dum recipit εἰπ' εἰ et ἐνδεῖ atque ita vertit: *Und da du den Deinigen so lohnst, sage mir, brauchts wohl noch der geringsten Ursache, dass ich,* &c. Ego eum libens sequor. Putat Brunckius hic versus multos esse transpositos, neque non putem, V. D. recte vidisse, nolui tamen emendationem ejus in textum recipere. *Hopfn.*

1179. καταλιπὼν πρὸς τοὺς δόμους·] Explicet qui potest, nisi πρὸς τοὺς δόμους sit idem quod τοῖς δόμοις, *familiæ tuæ;* cujusmodi multa esse verba scio, quæ dativum post se trahunt, vel accusativum cum præpositione πρός. Aliquando subintelligitur participium ante πρὸς, *portandum,* vel tale aliquid. Versus autem isti duo, Μὴ δῆτα—et, Κακὴν γενέσθαι—bene poni possent post hunc. Nam vox ἐπεὶ, *quoniam,* videtur reddere *rationem* duorum istorum versuum, non præcedentium. Sic, μήτ' αὐτὸς γένῃ· 'Επεὶ βραχείας—δέξασθαι χρεών. Εἶεν· Θύσεις δὲ, &c. *Markl.*

Τοιόνδε μισθὸν] Legebam aliquando τοιόνδε μῖσος: sed magis nunc arridet τοιόνδε μόμφον pro μομφήν. Hesychius: μέμψις, δύσκλεια, ἢ μόμφος. Quoad constructionem comparari potest τὴν αἰσχύνην τὴν πρὸς τοὺς πολίτας, Herodot. Vit. Hom. c. 2. vel τὸν πρὸς τοὺς πολεμίους κίνδυνον, Lysiæ p. 17. denique τὴν τιμὴν πρὸς τοὺς ἄνδρας, Plutarchi in vita Numæ, p. 140. Ed. H. Steph. *Musg.*

Ἐφ' ᾗ σ' ἐγὼ, καὶ παῖδες αἱ λελειμμέναι,
Δεξόμεθα δέξιν, ἥν σε δέξασθαι χρεών.
Μὴ δῆτα, πρὸς θεῶν, μήτ' ἀναγκάσῃς ἐμὲ
Κακὴν γενέσθαι περὶ σὲ, μήτ' αὐτὸς γένῃ.
Εἶεν· Θύσεις δὲ τὴν παῖδ'· ἔνθα τίνας εὐχὰς ἐρεῖς;

. Ob quam ego, et filiæ reliquæ,
Excipiemus te eo excipiendi modo, quo te excipere decet.
Ne igitur per Deos, ne cogas me
Malam in te esse, neque tu sis *erga me.*
Esto: mactabis igitur filiam? Tunc quas preces concipies?

In vocabulo *μίσθον*, quod bonum sensum exhibet, nihil mutaverim. Locis citatis Musg. multa possemus, si opus esset, exempla adjicere. V. Reisk. Indic. Græc. Lys. V. *πρὸς τοὺς δόμους* idem forte esse, quod *τοῖς δόμοις*, *familiæ tuæ*. Markl. ut equidem acceperam. *Hopfn.*

Τοίονδε ΜΙΣΘΟΝ *καταλιπὼν πρὸς τοὺς δόμους·*
ἐπεὶ βραχείας προφάσεως ἔδει μόνον,
ἐφ' ᾗ σ' ἐγὼ καὶ παῖδας αἱ λελειμμέναι
δεξόμεθα δέξιν ἥν σε δέξασθαι χρεών.

Pro corrupta voce *μισθὸν* Musgravius *μόμφον* scribendum suspicatur; cujus tamen vocis autoritas ab uno Hesychio pendet. Brunckius V. Ill. versuum ordinem turbatum esse judicat, in Animadv. ad Andromachen. v. 379. Equidem, interpunctione post *δόμους* sublata, corrigendum puto:

τοίονδ' 'ΟΝΕΙΔΟΣ *καταλιπὼν πρὸς τοὺς δόμους*
ἐπεὶ βραχείας προφάσεως 'ΕΝΔΕΙ͂ *μόνον* —

ἐνδεῖ Reiskio debetur. *Cum autem ejusmodi probrum in domo tua reliqueris, levi fortasse opportunitate arrepta, ita te excipiemus, ut mereris.* *ὄνειδος* vox vere Euripidea in hac ipsa Tragœdia v. 906.

σοὶ δ' 'ΟΝΕΙΔΟΣ *ἕξεται*
Ὅστις οὐκ ἤμυνας

et v. 999.

μήτ' εἰς 'ΟΝΕΙΔΟΣ *ἀμαθὲς ἔλθωμεν.*

ἐπεὶ accipio pro *εἶτα*. v. Zeune ad Vigerium, p. 391. *Jacobs.*

1180. *προφάσεως ἔδει μόνον,*] Forte *ἐνδεῖ*, i. e. *ἐνδεήσει*, *opus erit.* Herodotus III. 57. in oraculo Siphniis dato, *τότε δὴ δεῖ φράδμονος ἀνδρὸς*, i. e. *δεήσει*: *tunc opus erit solerti viro.* Et ita Reiskius. *Markl.*

ἔδει] Optime Reiskius *ἐνδεῖ*. vide supra v. 41. Troad. v. 799. *Musg.*

Si licuisset, legissem *εἶπ' εἰ.* *Hopfn.*

1181. *ἐγὼ, καὶ παῖδες αἱ λελειμμέναι,*] Forte, *ἐγὼ, χἀὶ παῖδες, αἱ λελειμμέναι*, quæ amarissima sunt: *ego, et filiæ, quæ relictæ sunt:* id est, quas *Pater* suus nondum *interfecit.* Pro 'Εφ' ᾗ Cod. A. *εφον* vel *εφου*. *Markl.*

1182. *Δεξόμεθα δέξιν, ἥν σε δέξασθαι χρεών.*] Usitatum est Græcis auctoribus, post quodvis verbum, sive transitivum, sive minus, casum suum apponere, ut bis in hoc versu. Ita Supplic. v. 127. *Οἶσθ', ἣν στρατείαν ἐστράτευσ' ὀλεθρίαν*; et ibid. v. 193. *Κἀγὼ τὸν αὐτὸν τῷδέ σοι λέγω λόγον.* Item Bacch. v. 945. *Κρύψῃ σὺ κρύψιν, ἥν σε κρυφθῆναι χρεών.* Item hujus Fab. v. 463. *γάμους γήμας*: et v. 467. *γάμον γήμας ὁ Πριάμου Πάρις.* Item Helen. *Πείσαιμί γ'· ἀλλὰ τίνα φυγὴν φευξούμεθα*; Sic Æschyl. in Prometh. Vinct. v. 383. *Ἔα με τήνδε τὴν νόσον νοσεῖν.* ibid. v. 738. *Γαμεῖν γάμον τοσοῦτον, ᾧ ποτ' ἀσχαλᾷ.* Sic Aristoph. Plut. Act. II. Scen. V. v. 31. *Λῆρον ληρεῖς· Ταῦτα γὰρ ἡμῖν πάνθ', ὅσα νῦν κατέλεξας, Οἱ θεράποντες μοχθήσουσι.* Sic Xenophon libro de Polit. Athenien. circa principium: *Γινώσκει γὰρ ὁ δῆμος, ὅτι πλείω ὠφελεῖται ἐν τῷ μὴ αὐτὸς ἄρχειν ταύτας τὰς ἀρχὰς, ἀλλ' ἐᾷν τοὺς δυνατωτάτους ἄρχειν.* Et in fine ibidem —*Ὅπου ὁ δῆμός ἐστιν ὁ ἄρχων τὰς ἀρχάς.* Sic *χαίρειν χαρὰν*, ut Matth. ii. v. 10. *Ἰδόντες δὲ τὸν ἀστέρα, ἐχάρησαν χαρὰν μεγάλην σφόδρα.* Sic apud Latinos —*Vivere vitam, servire servitutem, viam ire, et similia.* *Barnes.*

Hoc *δέχεσθαι* non necessario referendum ad cædem postea peractam, non enim existimem, Clytæmnestram jam tale facinus in animo habuisse. V. supra ad v. 1180. Sed hoc omnino ad tristitiam

Τί σοι κατεύξει τἀγαθὸν, σφάζων τέκνον,
Νόστον πονηρὸν οἴκοθέν γ' αἰσχρῶς ἰών;
Ἀλλ' ἐμὲ δίκαιον ἀγαθὸν εὔχεσθαι τί σοι;
Οὔτ' ἆρ' ἀσυνέτους τοὺς θεοὺς ἡγοίμεθ' ἂν,
Εἰ τοῖσιν αὐθένταισιν εὖ φρονήσομεν;

Quid tibi boni in sacrificio filiæ precaberis?
Num reditum malum, cum turpiter domo sis profectus?
Sed an me justum est aliquid boni precari tibi?
Nempe deos pro stultis habere necesse est,
Si parricidis prospera precemur?

odiumque respicere potest, quo maritum, quem e bello reversum alias summa cum lætitia excepisset, post talem in suavissima filia cædem commissam, recipiet. κακὴ impia erga maritum. *Hopfn.*

1184. Hoc tamen sæpius fieri intelliges ex Æschyl. Agam. v. 151. 167. 168—192. 1571. ss. *Hopfn.*

1185. Distinguendum: Εἶεν· Θύσεις δὲ τὴν παῖδ'· ἔνθα τίνας εὐχὰς ἐρεῖς; i. e. "Esto: supponamus igitur te statuisse filiam *tuam* (nam σὴν, quod multo acerbius est, mallem) mactare: quæso te, quas preces eo tempore concepturus es? Quidnam boni tibi precabere, tu qui occidis filiam tuam, tu qui profectionem (νόστον) improbam a domo profectus es?" Ita enim distinguendi sunt versus 1186, 1187. posito commate post τέκνον, et sublato isto post πονηρὸν: [ut Ald.] quæ neglecta miras absurditates pepererunt. Sane hæc sunt animosissima, spiritus, indignationis, et justæ argumentationis plena, et fortissima Tyndaridarum digna. Inter præcipua Euripidis, in hoc genere, haberi possunt. *Markl.*

Εἶεν] Hoc extra carmen recensendum, quo modo et Aldi editio impressum habet; nos vero non ita ponimus, ne versuum numerus mutetur. Vide Hecub. v. 1098. *Barnes.*

Sic quoque legere licet in Æschyl. Agam. v. 406. facinorosum hominem supplicantem non audiri a Deo sed e medio tolli. Ibid. V. 1185. conf. Æsch. Agam. 1425. *Hopfn.*

1186. Leg. κατεύχῃ τῶν ἀγαθῶν. *Reisk.*

1188. ἀλλ' ἐμὲ δίκαιον ἀγαθὸν εὔχεσθαι τί σοι;
Οὔτ' ἆρ' ἀσυνετοὺς τοὺς θεοὺς ἡγοίμεθ' ἂν
εἰ τοῖσιν αὐθένταισιν ΕΥ͂ ΦΡΟΝΗΣΟΜΕΝ.

Quos versus nemo fuit paulo acutior quin subærati aliquid sonare animadverteret. Ejusmodi quid Clytæmnestra dicat necesse est: Num ego deos pro incolumnitate tua invocare potero? An deos adeo stultos esse censes, ut nos votorum pro parricidis susceptorum damnaturi sint? Quem sensum ut Euripidi restituamus, legendum forsitan:

Οὐκ ἆρ' ἀσυνετοὺς τοὺς θεοὺς ἡγοίμεθ' ἂν
εἰ τοῖσιν αὐθένταισιν ΕΥ'ΧΑΣ ΣΤΗΣΟΜΕΝ;

εὐχὴν ἱστάναι, *preces facere.* Verbum ἱστάναι periphrasi sæpissime inservit, v. Markland. ad v. 786. hujus Tragœdiæ. v. 1039. ἔστασαν ἰαχάν. Iphigenia in T. 1308. τίς ἔστησεν βοήν. Sophocles in Philoct. 1295. τίς αὖ παρ' ἄντροις θόρυβος ἵσταται βοῆς; cf. Abresch. in Æschyl. Lib. II. p. 508. *Jacobs.*

1189. Οὔτ' ἄρ' ἀσυνέτους.] Non opus est Οὐκ ἄρ' Duporti. Οὔτ' hic est οὔτι, non οὔτε. Mallem ἆρ'. *nonne igitur,* &c. *Markl.*

Οὔτ' ἄρ'] Legendum haud dubie ἦτ' ἄρ'. vide ad Bacch. v. 1244. *Musg.*

Οὔτ' ἆρ'] Duportus legit Οὐκ, quasi id esset ullius momenti, τὸ ἄρ' vero, quod prius male aderat, omisit; nos ἆρ' metri causa scribimus, et τὸ οὔτ' continuandum dicimus. *Barnes.*

Ἦτ' ἆρ' reponendum monuit jam Valck. Diatr. p. 188. Idem monet, in seq. versu εὖ φρονήσομεν vitiosum esse, et vel εὔφρονες γένοιντ', vel simile verbum, ad deos referendum, esse substituendum. *Beck.*

1189. s. Hæc interrogative sunt dicta, ut etiam Grot. posuit. *Heath.*

Reiskius quem sequutus est Koehlerus, præfert: οὐκ ἆρα συνετοὺς, *certe haberemus deos pro stultis.* Nisi subintelligas h. l. hanc sententiam: *si preces meas exau-*

Ἥκων δ' ἐς Ἄργος προσπεσεῖ τέκνοισι σοῖς;
Ἀλλ' οὐ θέμις σοι. τίς δὲ καὶ προσβλέψεται
Παίδων σ', ὅτων ἂν προθέμενος κτάνῃς τινά;
Ταῦτ' ἦλθον ἤδη διὰ λόγων· ἢ σκῆπτρά σοι

An vero Argos reversus amplexaberis liberos tuos?
At *hoc* non licebit tibi. Quis autem etiam aspiciet
Te liberorum, si aliquem ex ipsis occideris palam.
Hæc tibi in deliberationem venerunt, necne? an sceptra tibi

dirent, nullus est nexus. Nam quomodo hæc cohærerent? Si faveremus parricidis, Deos stultos esse existimaremus. Quare et Musgravius tentavit emendationem hujus versus. Ego vero putabam, esse hic ἀπωσιώπησιν: *Si enim bona precarer parricidis,* —— nunc subintelligas *precibusque meis* (dii) *satisfacerent.* Nam hoc quisque videt e contextu orationis, εὐφρονεῖν h. l. non esse simpliciter *bene velle, favere,* sed consequens significari. Clytæmnestra enim antea dixerat: ἀλλ' ἐμὲ δίκαιον εὔχεσθαι τί σοι; *Hopfn.*

1190. εὐφρονήσομεν;] Hæc lectio si vera sit, dicet Clytæmnestra: *Necesse est, ut deos stultos putemus, siquidem Parricidis bene volumus.* Hoc ego quid ad stultitiam deorum faciat, non video. Neque jam de benevolentia Clytæmnestræ sermo erat, sed utrum bene Agamemnoni precari aut deberet, aut posset. Lego igitur:

ἦτ' ἄρ' ἀσυνέτους τοὺς θεοὺς ἡγοίμεθ' ἄν,
εἰ τοῖσιν αὐθένταισιν εὔφρον' ᾄσομεν.

εὔφρον' ᾄσομεν, ut εὔφρον' εἰπεῖν, *bene precari,* Æschyl. Choëph. v. 86. ᾄσομεν autem dicit, quia Preces, pro Regibus populisque nuncupatas, in templis cantari mos erat; quod testantur Hymni Callimachi, et Carmina Secularia Catulli et Horatii. Plato, p. 888. C. Ed. Ficin. ποιήσας οὖν δή που τις ποιητής· ῥήμασιν, ἢ καὶ κατὰ μέλος τοῦτο ἡμαρτημένον, εὐχὰς οὐκ ὀρθὰς ἡμῖν τοὺς πολίτας, περὶ τῶν μεγίστων εὔχεσθαι τἀναντία ποιήσει. vid. et p. 319. Seneca Thyesta, v. 690.

Ipse est Sacerdos, ipse funesta prece
Letale carmen ore violento canit.

Imo ἀείδειν de privatorum precibus habet Homerus Odyss. X. v. 348. ἔοικα δέ τοι παραείδειν—ὥστε Θεῷ. Erunt fortasse, qui existiment, futurum ᾄσω Atticis ignotum fuisse propter Mœridis observationem: ᾄσεται, Ἀττικῶς, ᾄσει, Ἑλληνικῶς. Sed aliud est, quod voluit Grammaticus, nimirum, Atticos solos dixisse ᾄσεται, alterum vero, scil. ᾄσει, et Atticis et reliquis Græcis commune esse. vid. Piersoni V. Cl. Præfationem, p. 27. *Musg.*

αὐθέντης i. q. φονεύς. V. Schol. ad Androm. 172. De v. Εὐφρονεῖν, quod et divise scribitur εὖ φρονεῖν, v. Abresch. ad Æschyl. Agam. 360. p. 193. ed. Ill. Schutzii. *Hopfn.*

1191. προσπίσοις τέκνοισι σοῖς;] *Amplecteris liberos tuos?* ut Electr. 576. Sed Codd. A. B. hic habent προσπέσῃς, ut Hecub. 725. vide Dorvill. ad Chariton. p. 44. Budæus hanc verbi significationem non notavit. Cum quarto et cum tertio casu ponitur; nonnunquam cum præpositione πρὸς, ut et observavit Priscianus. [p. 1204.] *Markl.*

προσπέσοις] Uterque MS. προσπέσῃς, unde legendum προσπεσῇ, secunda persona futuri medii προσπεσοῦμαι. *Musg.*

προσπίπτειν i. q. ἐναγκαλίζεσθαι. Qui enim post longum tempus, quos desideravit, videt, quasi προσπίπτει, et amplectitur suos. *Hopfn.*

προσπίπτειν] Inclinare corpus ad alterum. Theophr. Char. II. 5. προσπ. πρὸς τὸ οὖς. *Loesner.*

1193. Παίδων σ', ἐὰν αὐτῶν] Minore negotio scripsisset ἂν αὐτῶν· quod et notat Heathius. *Markl.*

ὅτων ἂν *Porsonus ad Phœn.* 1373.

προθέμενος, consulto. *Hopfn.*

1194. Ταῦτ' ἦλθον ἤδη διὰ λόγων· ἢ σκῆπτρα, &c.] *De his* scilicet inter nos *jam verbis convenit: an sceptris,* &c. Ita vertitur, sed non ex lingua. ἦλθον est primæ personæ, *veni;* ταῦτ' est εἰς ταῦτα, *ad hæc*, ut centies in Euripide post verbum motus. διὰ λόγων, *per sermones*, i. e. oratione. Dicit Clytæmnestra: *Jam oratio*

Μόνον διαφέρειν, καὶ στρατηλατεῖν σε δεῖ,
Ὃν χρὴ δίκαιον λόγον ἐν Ἀργείοις λέγειν,
Βούλεσθ', Ἀχαιοὶ, πλεῖν Φρυγῶν ἐπὶ χθόνα;
Κλῆρον τίθεσθε, παῖδ' ὅτου θανεῖν χρεών.

Tantum in pretio sunt, et ducibus imperare:
Quem justa apud Græcos dicere oportebat?
Vultis Græci navigare ad Trojam?
Ducatis sortem, cujus filiam oporteat mori.

mea devenit ad hæc, quæ statim sequuntur, ἢ σκῆπτρα, &c. et quæ novum argumentum contra cædem Iphigeniæ constituunt. Idem dicitur v. 1392. Κἀπ' ἐκεῖν' ἔλθωμεν· Οὐ δεῖ, &c. In Cod. C. est ηλθιν: quod etiam explicari potest.

ἢ σκῆπτρά σοι Μόνον διαφέρειν, &c.] Donec certo statuatur ex libris de hoc loco, qui innumeris conjecturis patet, totus legi et distingui potest, parva admodum mutatione, ita ut intelligi saltem possit: Ταῦτ' ἦλθον ἤδη διὰ λόγων· εἰ σκῆπτρά σε Μόνον διαφέρειν, καὶ στρατηλατεῖν γ' ἔδει, Οὐ χρῆν δίκαιον λόγον ἐν Ἀργείοις λέγειν, Βούλεσθ', Ἀχαιοὶ, πλεῖν Φρυγῶν ἐπὶ χθόνα; Κλῆρον τίθεσθε, παῖδ' ὅτου κτανεῖν χρεών. Διαφέρειν σκῆπτρα pro φέρειν, ut διαφέρειν ψῆφον, pro φέρειν, Orest. 49. 1669. et Herodot. IV. 138. γλῶσσαν διαφέρειν Sophocl. Trachin. 326. Pro Ὃν scripsi Οὐ: quod et Barnesium conjecisse video: pro χρὴ, χρῆν: et pro θανεῖν mallem κτανεῖν, quod atrocitatem auget; et hac voce per totam hanc satiram Clytæmnestra utitur, invidiæ faciendæ caussa. Longius abest, σκήπτροισί σ' εἰ Μόνον διαφέρειν, &c. diversa significatione verbi διαφέρειν. Nam Menelaus *sceptrum* gestavit, et alii duces apud Homerum: sed cum aliqua forte *differentia* in *forma* ejus. *Markl.*

Certa est, ni fallor, emendatio:

Ταῦτ' ἦλθον, ἢ μὴ, διὰ λοβῶν;

Hæc tibi in jecur, annon, penetrarunt? Apte sic Agamemnonem omnia interrogat Clytæmnestra, postquam omnia fere πάθος moventia ad animum ejus molliendum effuderat. Λοβοὺς significare *partem jecoris* diserte tradit Hesychius. Etiam λοβὸς, simpliciter positum, *jecur* valet. Æsch. Eumen. 158. Phrasis χωρεῖν πρὸς ἧπαρ et similia quantum Tragicis placuerint, ostendent citata Valckenærio V. Cl. ad Hippol. 1073. *Musg.*

1194. s. Duplex de hoc loco in mentem mihi venit conjectura. Legi potest:

ταῦτ' ἦλθον, ἢ μὴ, διὰ λόγων; ἢ σκῆπτρά σοι
Μόνον διαφέρει, καὶ στρατηλατῶν μέδειν—

Hæc tibi, necne, in cogitationem venerunt? An sceptra tantum curas, et ducibus imperare, quem oportebat — διὰ λόγων ἀφικόμην sensu fere simili habes Med. 868. Altera emendatio secundum comma sic constituit:

— ἢ σκῆπτρά σοι
Μόνον διαφέρειν, καὶ στρατηλατεῖν μέλει.

An curæ tibi tantum est, sceptra gestare et exercitui imperare —? Hoc si malis, διαφέρειν interpretandum *ferre*. Confer Herodot. III. 40. Thucyd. VI. 55. *Musg.*

1194. ἢ σκῆπτρά σοι] Legitimæ constructionis causa verbum πρέπει subaudiendum videtur. Haud enim τὸ σοὶ a sequenti δεῖ commode regi potest. *Æmil. Port.*

ταῦτ' ἦλθον — λόγων,] De his jam diximus, nunc plura addamus. Koehlerus uno verbo exprimit: *Nun weiter.* Ταῦτα pro εἰς ταῦτα ad hæc per sermones, i. e. oratione veni, i. e. jam oratio mea devenit ad hæc. Marklandus mavult κτανεῖν pro θανεῖν, quippe quod atrocitatem rei augeat, quare ego lubenter eum sequor, cum facillima sit mutatio. Etiam Reiskius legit εἰ σκ. σε—στρατηλατεῖν ἔδει—οὐ χρῆν, *nonne oportebat?* aut ἐχρῆν. Koehlerus autem conjicit: ἢ σκῆπτρά σε μόνον δ. κ. στρ. σ' ἔδει; οὐ χρῆν, &c. *Num tu tantummodo sceptrum gerere atque imperator esse debebas? Hopfn.*

1196. Ὃν χρὴ] Ego quidem suspicor, Οὐ legi debere; uti cuivis conferenti videbitur. *Barnes.*

Ἐν ἴσῳ γὰρ ἦν τόδ'· ἀλλὰ μή σ' ἐξαίρετον
Σφάγιον παρασχεῖν Δαναΐδαισι παῖδα σήν·
Ἢ Μενέλεων πρὸ μητρὸς Ἑρμιόνην κτανεῖν,
Οὗπερ τὸ πρᾶγμ' ἦν. νῦν δ' ἐγὼ μὲν, ἡ τὸ σὸν
Σώζουσα λέκτρον, παιδὸς ὑστερήσομαι·
Ἡ δ' ἐξαμαρτοῦσ', ὑπότροπον νεανίδα

Hoc enim ex æquo esset: at non te unum ex omnibus
Præbere tuam filiam victimam Græcis:
Aut *oportebat* Menelaum interficere Hermionem matris causa,
Cujus negotium erat. Nunc vero ego quidem, quæ tuum
Connubium *sancte* servo, spoliabor utique filia *mea:*
Quæ vero peccavit, puellam alumnam

1199. Ἐν ἴσῳ γὰρ ἦν τόδ'·] Mallem, γ' ἂν ἦν τόδ'. *Æquale saltem hoc fuisset*: nam ἂν ἦν est usitatius *fuisset;* quod postulat sensus. Ion. 839. Ἁπλοῦν ἂν ἦν γὰρ τὸ κακὸν, εἰ παρ' εὐγενοῦς, &c. ubi legendum, ἐγγενοῦς, *indigena*. Sed ἂν non semper exprimitur. *Markl.*

Ἐν ἴσῳ γὰρ ἦν τόδ'·] Hocce periculum debebat esse commune, tu non debebas solus, unicus, quasi ex duobus electus (ἐξαίρετος) filiam tuam hostibus immolandam exhibere. *Hopfn.*

1201. πρὸ μητρὸς] Ita recte Barnesius, Scaligero auctore. Confer Alcest. v. 481. Ed. Ald. πρὸς μητρός. *Musg.*

πρὸ μητρὸς] Ita lego cum Scaligero et Duporto, et πρὸς delec Vide ad Alcest. v. 335. *Barnes.*

πρὸ μητρὸς] Sic recte Barnesius, Scaligero et Duporto auctoribus, eumque probat etiam Musgravius, citans Alcest. 481. Adde 335. 661. 700. Homer. Il. θ'. 57. in quibus locis πρὸ loco ὑπὲρ positum est. Ed. Ald. πρὸς μ. Hermione secundum Homerum unica erat Menelai filia, quam cum Helena, antequam eam deduceret, procreaverat. Pater eam, cum ad Trojam esset, desponsabat Pyrrho, Achillis filio, sed Tyndareus avus maternus Oresti, Agamemnonis filio dedit. Attamen Menelaus odio erga Orestem occisorem matris plenus, ei eripuit, invitamque Pyrrho reddidit, quem ideo Orestes persequutus trucidavit, cumque Hermione postea Tisamenum suscepit. V. Homer. Od. δ'. 5. γ'. 175. et Ill. Heyn. Excurs. 12. ad Virg. Æn. V. Οὗπερ, ad quam res omnis redit, cujus causa hæc expeditio suscipitur. Conferas hæc velim cum Sophocle, quem supra ad 1166. citavi. Ibi in dramate, quod Electra inscribitur, Clytæmnestra, v. 539. ss. dicit: πότερον ἐκείνῳ παῖδες οὐκ ἦσαν διπλοῖ, οὓς τῆσδε μᾶλλον εἰκὸς ἦν θνήσκειν, πατρὸς καὶ μητρὸς ὄντας, ἧς ὁ πλοῦς ὅδ' ἦν χάριν; *Hopfn.*

1203. παιδὸς ὑστερήσομαι·] Attici dicunt στερήσομαι, vel ἀποστερήσομαι: quod et hic restituendum opinor, παῖδ' ἀποστερήσομαι. Notat Priscianus, lib. 18. [p. 1168.] Græcos dicere ἀποστερούμενοι τοῦτο καὶ τούτου. et ita iterum, p. 1176. ubi videtur oblitus se eadem prius dixisse. [Alia leguntur utroque loco ed. Ald.] Exempla verbi ἀποστερεῖσθαι cum accusativo ubique occurrunt. Quid sit ὑστερεῖσθαι vid. ap. Bezam ad Rom. iii. 23. *Markl.*

παιδὸς ὑστερήσομαι·] Ἐστερήσομαι. *Por.*

παιδὸς ὑστερήσομαι·] Legendum forte παῖδα σοὶ στερήσομαι. De syntaxi confer Bacch. 1361. *Musg.*

ἐστερήσομαι, *privabor*, a στερεῖν. *Reisk.*

σώζουσα λ. i. e. sancte observans jura s. officia conjugii, i. e. castitatem et fidem. V. supra, 1158. sq. ubi erat σωφρονεῖν εἰς Ἀφροδίτην et ἄμεμπτον εἶναι. Valde affectum animi movet hæc comparatio matris innocentis, quæ nullam criminis partem habet, cum matre sonti, quæ filia non orbatur. *Hopfn.*

1204. ὑπόστροφον νεανίδα Σπάρτῃ κομίζουσ'.] Codd. A. B. C. υποτροφον. Lego, ὑπότροπον, *reducem*. Hesychius: Ὑπότροπος: ἐξαποστροφῆς. forte, ἐξ ὑποστροφῆς, quemadmodum brevia Schol. in Homer. Il. Ζ'. 367. Suidas: Ὑπότροπος, ἐξ ὑποστροφῆς ἐπανεληλυθώς. vid. Demosth. De Co-

Σπάρτη κομίζουσ᾽, εὐτυχὴς γενήσεται.
Τούτων ἄμειψαί μ᾽ εἴ τι μὴ καλῶς λέγω·
Εἰ δ᾽ εὖ λέλεκται ταῦτα νῷν, μὴ δὴ κτάνῃς
Τὴν σήν τε, κἀμὴν παῖδα, καὶ σώφρων ἔσει.
ΧΟ. Πιθοῦ· τὸ γάρ τοι τέκνα συσσώζειν καλὸν,
᾽Αγάμεμνον· οὐδεὶς πρὸς τάδ᾽ ἀντείποι βροτῶν.

Spartæ educans, erit beata.
Responde mihi de his, si quid non recte dico:
Quod si probe dicta sunt, considera ne, oro, ne occidas
Meam ac tuam filiam, et sapiens eris.
Cho. Obtempera: nam honestum est conservare liberos,
Agamemnon: nemo mortalium contra hæc dixerit.

ron. p. 94. ed. Oxon. Sophocl. Elect. 727. Per νεανίδα intelligitur Hermione, Helenæ et Menelai filia. Κομίζουσ᾽ ambiguum est: et dubito an Σπάρτη recte habeat. Quæro an Σπάρτην κομίζουσ᾽. *Spartam reducens.* Legit Heathius ὑπότροπος et de Helena intelligit. *Markl.*

ὑπότροφον.] Ita MS. uterque et Lib. P. Ed. Ald. ὑπόστροφον. Tyrwhitto placet ἀπότροφον, *procul* (a matre) *nutritam.* Hesychius: ἀπότροφος, μακρὰν τεθραμμένος. Herodot. Lib. II. p. 71. Ed. H. Steph. τὸν ῎Αρεα ἀπότροφον γενόμενον. Credo hoc viro acutissimo inde in mentem venisse, quia revera ἀπότροφος erat Hermione, decem continuos annos a matre sejuncta. Verum nihil tale sperabat Clytæmnestra, sed contra, eam illico domum redituram, et filiæ educandæ iterum adfuturam. Præstat igitur, meo judicio, ὑπότροφον. *Musg.*

῾Υπόστροφον] Male legit Scaliger ὑπώροφον, deceptus, ut puto, quia Hermione domi manebat; unde reducem male dici putabat: cum id fit comparative tantum, quia Clytæmnestra suam filiam *reducem* non erat habitura. *Barnes.*

Reisk. conjicit εὐβόστρυχον. Heath. qui etiam monet, ὑπόστροφον per metrum non bene stare posse, legit ὑπότροπος, ut ad Helenam, non ad Hermionen, referatur, sensusque sit: *Illa vero, quæ peccavit, reversa, filia adolescentula Spartæ accepta, beata evadet. Beck.*

1204. s. Prevostus, secutus meliores codd. reddit: "Tandis que la coupable Hélène élevant sa fille à Sparte, et sous ses yeux, vivra au sein du bonheur." *Beck.*

Præplacet ὑπώροφον, *domi, sub tecto,* quod simili fere modo legitur Electr. 1166. *Hopfn.*

1205. Σπάρτη κομίζουσα] ᾽Αντὶ τοῦ, εἰς Σπάρτην. Sic Virg. Æn. Lib. V. v. 451. *It clamor cœlo,* pro, *in cœlum.* Item Æn. Lib. X. v. 682. *Fluctibus an jaciat mediis,* pro, *in medios fluctus.* Item Æn. Lib. XII. v. 256. *Projecit fluvio prædam,* pro, *in fluvium. Æmil. Port.*

1207. Εἰ δ᾽ εὖ λέλεκται νῶϊ, μὴ δή γε.] Νῶϊ pro νῶϊν solœcum est (Auctor Solœcist. p. 744.) idem ac, *si* NOBIS *recte diximus,* pro, *si* NOS. vide notam Grævii ibi. præterea νῶϊ hic dissyllabum est, contra morem Atticum. Euripides forte scripsit, Εἰ δ᾽ εὖ λέλεκται νῶϊν (i. e. νῷν), σὺ μὴ δή γε (vel δῆτα) κτάνῃς. Μὴ δῆτα, *orantis,* frequenter occurrit. Piersonus ad Mœrin legit,—λέλεκται ταῦτα νῷν, μὴ δὴ κτάνῃς. *Markl.*

νῶϊ,] Syntaxis loci dativum postulat, i. e. νῶϊν. Sed neque hoc admodum conveniret, quandoquidem de unius Clytæmnestræ argumentis hic agitur. An legendum:

εἰ δ᾽ εὖ λέλεκται, γνῶθι· μὴ, μὴ δὴ κτάνῃς.

Musg.

Εὖ λέλεκται νῶϊ,] Τὸ νῶϊ pro νῶϊν hic ponitur, quod rarius invenias: ut plurimum enim νῶϊ et νῷ legitur in nom. et accus. dualibus; non autem in dativo, ut hic. *Barnes.*

Pierson. ad Mœr. p. 266. mavult: Εἰ δ᾽ εὖ λέλεκται ταῦτα νῷν, μὴ δὴ κτάνῃς: sed Reisk. alteram versus partem scribit: μὴ σύ γε κτάνῃς. *Beck.*

Εἰ δ᾽ εὖ λέλεκται νῶϊ, μὴ δή γε κτάνῃς.]

ΙΦ. Εἰ μὲν τὸν Ὀρφέως εἶχον, ὦ πάτερ, λόγον,
Πείθειν ἐπᾴδουσ' ὥσθ' ὁμαρτεῖν μοι πέτρας,
Κηλεῖν τε τοῖς λόγοισιν οὓς ἐβουλόμην,
Ἐνταῦθ' ἂν ἦλθον· νῦν δὲ τἀπ' ἐμοῦ σοφὰ,
Δάκρυα παρέξω· ταῦτα γὰρ δυναίμεθ' ἄν.

Iph. O pater, si Orphei facundiam haberem,
Ut possem incantando persuadere lapides ut me sequerentur,
Et demulcere verbis, quos vellem,
Huc confugissem. Nunc vero quæ mea facundia est,
Lachrymas præbebo: hæc enim possumus.

Νῶϊ nominativus est vel accusativus ut Grævius ad Luciani Solœc. T. III. p. 563. docet, et præterea hæc vocula nusquam apud Eurip. aut alium poëtam Atticum disyllaba est. Scribendum ni fallor: Εἰ δ' εὖ λέλεκται ταῦτα νῷν, μὴ δὴ κτάνῃς. Hæc Pierson. ad Mœrid. p. 266. εὖ — καλῶς, i. q. ὀρθῶς, ἀληθῶς. *Hopfn.*

1209. Cod. A. συνσωζειν. vid. ad v. 407. V. 1210. Cod. B. αντειπῃ, pro ἀντείποι. Demosthenes inseruisset ἂν, Adv. Leptin. p. 56. ed. Tayl. οὐδεὶς ἂν ἀντείποι. vid. v. 1016. V. 1212. idem Codex μεταδουσ' pro ἐπᾴδουσ'. *Markl.*

Συσσώζειν] De τὸ ν in σ verso vide supra ad hujus Fab. v. 406. *Barnes.*

1211. Εἰ μὲν τὸν Ὀρφέως—ὥσθ' ὁμαρτεῖν μοι πέτρας,] Vide Alcest. v. 989. Item Ovid. Metam. Lib. X. Fab. 2. et Lib. X. Fab. 1. De Orpheo præterea consulenda sunt Argonautica, quotquot exstant, ut illud Onomacriti, ipsius Orphei nomine circumlatum; item Apollonii Rhodii, et Valerii Flacci; item videsis Philostrati junioris Iconas in Orpheo. De quo Ovid. Fast. Lib. II. *Carmine currentes ille tenebat aquas.* Manilius autem, Lib. V. Astronom. hæc ait: *Et sensus scopulis et sylvis addidit aures, Et Diti lacrymas,* et *morti denique finem.* Ante omnes illud Carmen, quod Virgilii nomine circumfertur, *memorandum*—Threicius quondam vates fide creditur canora movisse sensus acrium ferarum; atque amnes tenuisse vagos, et surda cantu concitasse saxa: Suavisonoque modo testudinis arbores secutæ umbram feruntur præbuisse vati. Sed placidis hominum dictis fera corda mitigavit, doctaque vitam voce temperavit: Justitiam docuit, cœtu quoque congregavit uno, moresque agrestes expolivit Orpheus. *Barnes.*

Confer Æschyl. Agamem. 1640. s. Si Orphei facundia gauderem, idemque, quod ille, cantu efficere possem, huc confugerem, at enimvero lacrymas tantum fundere possum, hæ sunt instar argumenti. De Orpheo, qui cantus suavitate arbores, silvasque et feras ad se traxisse et impetum ventorum moratus esse dicitur, i. e. hominum efferatorum mores mollivisse, non est quod plura moneamus. V. qui Argonautica scripserunt, inprimis Apollon. I. 26. item Ovidii Metamorphos. Lib. X. 86. sqq. Lib. XI. init. ibique Cel. Gierig, porro Horat. Od. I. 12. 7. sqq. ibique b. Jani, coll. Philostrat. junior. Icon. in Orpheo, et Lippert. Dactyl. II. 56, 57. Præterea conf. Nostri Alcest. 989. Cyclop. 642. ubi plura monui, et Belleroph. n. 17. v. 10. Inprimis vero hic comparari debet, v. 367. Alcest. ubi hæc dicit Admetus: εἰ δ' Ὀρφέως μοι γλῶττα καὶ μέλος παρῆν, ὡς τὴν κόρην Δήμητρος, ἢ κείνης πόσιν ὕμνοισι κηλήσαντά σ' ἐξ ᾅδου λαβεῖν κ. τ. λ. Atque in Belleroph. l. l. aliquis dicit: τὸν γὰρ Ὀρφέα λαβὼν ἅπαν τε μουσῶν ἐννεάφθογγον μέλος, οὐκ ἂν πίθοιμι. *Hopfn.*

1212. Constructio est: ὥστε πείθειν ἐπᾴδουσα πέτρας ὁμαρτεῖν μοι. *Musg.*

Citat R. P. Præf. ad Hecub. p. clxxiii. *Burn.*

1212. ss. De v. ὁμαρτεῖν, v. supra ad v. 417. Κηλεῖν eodem modo, quo h. l. recurrebat in Alcest. v. 369. Σοφὰ mire dictum. Sensus: omnis facundia, qua gaudeo, est lacrymas fundere. *Hopfn.*

1214. σοφὰ, τὰ σοφὰ pro ἡ σοφία artificium placendi et persuadendi. Inprimis apud Veteres de Poëtis et oratoribus frequentatur. *Loesner.*

1215. ταῦτα γὰρ δυναίμεθα] Forte, δυναίμεθ' ἄν. ut Iph. Taur. 62. ταῦτα γὰρ δυναίμεθ' ἂν Σὺν προσπόλοισιν. et ita forte leg. Troas. 778. Scio tamen hanc parti-

Ἱκετηρίαν δὲ γόνασιν ἐξάπτω σέθεν,
Τὸ σῶμα τοὐμὸν, ὅπερ ἔτικτεν ἥδε σοι.
Μή μ' ἀπολέσῃς ἄωρον· ἡδὺ γὰρ τὸ φῶς
Λεύσσειν· τὰ δ' ὑπὸ γῆς μή μ' ἰδεῖν ἀναγκάσῃς.
Πρώτη σ' ἐκάλεσα πατέρα, καὶ σὺ παῖδ' ἐμέ·

Applico vero tuis genibus, tanquam ramum supplicantium,
Meum corpus, quod ista peperit tibi,
Ne me interficias immaturam: jucundum enim est hanc lucem
Aspicere: neque me cogas videre ea, quæ sunt sub terra.
Prima ego te patrem appellavi, et tu me filiam:

culam apud Atticos sæpe subaudiri. *Markl.*

ταῦτα γὰρ δυναίμεθα] Leg. δυναίμεθ' ἄν. *Por.*

1216. γόνασιν ἐξάπτω] Lego, γόνατος (i. e. γονάτων, ut v. 911. 992. Supplic. 176.) ἐξάπτω, ut Bacch. 24. Aristides Isthm. p. 23. et talia innumera, cum casu secundo. *Markl.*

Ἱκετηρίαν δὲ γόνασιν ἐξάπτω σέθεν,] De hac re videsis, quæ nos ad Supplic. v. 10. Vult autem infelix puella, ut pater æque illam revereatur, quasi supplicibus ramis esset ornata. *Barnes.*

Jam Iphigenia supplex amplectitur genua patris. Supplices autem solebant ramos lana alba intertextos prætendere, qui vocantur ἱκέσιοι, ἱκτῆρες, ἱκετήριοι κλάδοι, vel θαλλοὶ, κλῶνες (Ion. 423.) στέμματα, στέφη, — iisque alios tangere atque ita venerari. Hoc est στέφειν. V. Brunck. ad Sophocl. Œd. Tyr. init. Eustath. ad Homer. fol. 1557. lin. 21. et Spanhem. ad Aristoph. Plut. 383. Quare falsum est, si plures Interpretes interdum vertunt, supplices esse talibus ramis coronatos, quod fecit v. c. Reiskius Supplic. 269. et plures in Sophoclis l. l. V. Markland. ad Suppl. l. l. et Heraclid. 227. atque Barnes. ad Suppl. 10. ubi in textu hæc leguntur: ἱκτῆρι θαλλῷ προσπιτνοῦσ' ἐμὸν γόνυ. — Marklandus pro nostro γόνασιν non male legit γόνατος. Conf. Androm. 886. ubi hæc leguntur: στεμμάτων δ' οὐχ ἥσσονας σοῖς προστίθημι γόνασιν ὠλένας ἐμάς. *Hopfn.*

1217. s. σῶμα τοὐμὸν pro ἐμέ. V. ad Cyclop. init. Sed gravis est oratio: σῶμα ὅπερ ἔτικτε ἥδε σοι — ἐξάπτω, &c. Ἄωρος, intempestivus, immaturus. Sic παῖδες ἄωροι dicuntur Alcest. 169. Sic θάνατος ἄωρος, Orest. 1029. Plutarchus de Audiendis Poëtis, c. 2. p. 14. ed. Krebs. antiq. Versum huncce 1218. et 1219. citat, sed legit λεύσσειν et ὑπὸ γῆν, quod cum Marklando præfero. *Hopfn.*

1219. Βλέπειν· τὰ δ' ὑπὸ γῆς.] Plutarch. De Audiend. Poet. p. 17. C. habet λεύσσειν, et ὑπὸ γῆν. utrumvis probum. Verba, ἡδὺ—βλέπειν, in parenthesi non male poni possunt, ob ceterorum connexionem, μὴ ἀπολέσῃς—μηδὲ ἀναγκάσῃς. *Markl.*

Βλέπειν·] Omnino legendum Λεύσσειν, cujus scholium est βλέπειν, ut patebit conferenti Schol. ad Æschyl. Prometh. 144. J. Albert. ad Hesych. tom. II. p. 458. ubi locum Scholiastæ illius adducit. Schol. ad Homer. Iliad. Α'. 120. *Por.*

μηδὲ ἀναγκάσῃς.] Nimirum Plutarchus l. l. monet, poëtæ non admodum curæ esse veritatem, neque Homerum, neque Pindarum, neque Sophoclem pro veris habuisse, quæ scripserint, sed ita cogitasse personas laudatas, errore captas, sæpe autem nos attingere verba ista, quo magis ab hominibus proficiscantur perturbatione et imbecillitate agitatis, qualis v. c. h. l. est Iphigenia. Ad hæc loca in Euripide obvia, de vita post mortem, inprimis refero illum in Hippolyto, v. 191. sqq. Ipsa autem Iphigenia existimavit, aliam vitam melioremque sortem imminere post mortem, ut e v. 1506. patet. De hac sententia, vita nihil charius ac pretiosius esse, v. Alcest. 312. Fragm. Incert. n. 81. et Orest. 1033. inprimisque infra 1250. sqq. De atrocitate mortis, v. infra 1215. Orest. 1031. Fragm. omiss. n. 22. coll. Suppl. 785. Formula φῶς βλέπειν pro vivere apud Tragicos centies recurrit. V. Iph. Taur. 719. 350. 675. Altera phrasis ἰδεῖν τὰ ὑπὸ γῆς similitudinem aliquam habet cum illa Hebraica in N. T. obvia ἰδεῖν

Πρώτη δὲ γόνασι σοῖσι σῶμα δοῦσ' ἐμὸν,
Φίλας χάριτας ἔδωκα, κἀντεδεξάμην.
Λόγος δ' ὁ μὲν σὸς ἦν ὅδ'· Ἆρά σ', ὦ τέκνον,
Εὐδαίμον' ἀνδρὸς ἐν δόμοισιν ὄψομαι
Ζῶσάν τε καὶ θάλλουσαν ἀξίως ἐμοῦ;
Οὑμὸς δ' ὅδ' ἦν αὖ, περὶ σὸν ἐξαρτωμένης
Γένειον, οὗ νῦν ἀντιλάζυμαι χερὶ,
Τί δ' ἆρ' ἐγώ σε πρέσβυν; ἆρ' εἰσδέξομαι

Prima etiam admovens corpus meum tuis genibus,
Gratas voluptates dedi, et recepi vicissim.
Ista vero erat tua oratio: O filia, tene
Videbo in ædibus mariti locupletis
Viventem et florentem, ut me dignum est?
Mea vero vicissim *oratio* hæc erat, pendentis a tuo
Mento, quod nunc manibus suppliciter tango:
Quid vero ego te senem? num excipiam,

διαφθοράν. Act. ii. 27. coll. Ps. xvi. 10. *Hopfn.*

1220. Πρώτη σ' ἐκάλεσα πατέρα, καὶ σὺ παῖδ' ἐμέ·] Libanius, tom. I. p. 290. A. de Agamemnone: ἀλλ' ἥκοντα, καὶ καθ' αὑτὸν ἐπιδοῦναι τὴν θυγατέρα, ἣν ἔτικτεν, ὦ θεοὶ, καὶ παῖδα προσεῖπε καὶ προσάγειν τῷ βωμῷ, καὶ πρὸς σφαγὴν ἐπιθεῖναι τὸ ξίφος. Forsan ex Nostro παῖδα πρώτην προσεῖπε. Confer Æschin. c. Ctesiphon. p. 395. *Por.*

Πρώτη σ' ἐκάλεσα πατέρα, καὶ σὺ παῖδ' ἐμέ,] Hunc locum sic adumbravit nobis Lucretius, Lib. I. v. 94. *Nec miseræ prodesse in tali tempore quibat, Quod patrio princeps donarat nomine regem.* De quibus vid. Dionysii Lambini Commentarios et Paul. Leopardi Emendat. Lib. V. c. 24. ante omnia Jacobi Nicolai Loensis Miscell. Epiphyll. Lib. III. c. 18. *Barnes.*

1221. In exemplaribus est γούνασι, non γόνασιν: quod notatu dignum est propter Ionicum γούνασι, ut Andromach. 884. in iambo, ut hic: et Sophocl. Œd. Col. 1678. Vide ad Iph. Taur. v. 36. *Markl.*

σῶμα δοῦσ'] Accedebam ad genua—tu me in genua recipiebas, mecum ludebas. φίλας χάριτας jucunda gaudia — gratos lusus mihi exhibuisti, egoque vicissim tibi. λόγος — sæpe dicere mihi solebas. *Hopfn.*

1223. s. Ἆρά σ', ὦ τέκνον, Εὐδαίμονος ἀνδρὸς ἐν δομοισιν ὄψομαι] Lego, Ἐν ὀλβίου δόμοισιν ἀνδρὸς ὄψομαι. In Med. 1225. pro εὐδαίμων, Auctor Christi Patientis ὄλβιος exhibet. *Postea scripsit,* Sed vera lectio est, Ἄρα σ' εὐδαίμονος. Ὦ τέκνον, ἀνδρὸς — vel potius, ἆρ' εὐδαίμονος, Ὦ τέκνον, ἀνδρός σ' ἐν δόμοισιν ὄψομαι. Mox distingue, Τί δ' ἆρ' ἐγὼ σὲ πρέσβυν; ἆρ' εἰσδ. *Por.*

1224. Εὐδαίμονος ἀνδρὸς ἐν δόμοισιν] Legeram Εὐδαίμοσ' sc. ἐν δόμοισιν: et, Εὐδαιμονοῦντος ἐν δόμοισιν, ut vulgata esset ab explicatione suprascripta, εὐδαιμονος ανδρος. / Εὐδαιμονοῦντος. Sed melius Piersonus Verisimil. p. 65. Εὐδαίμον' ἀνδρὸς, i. e. σε εὐδαίμονα. V. 1225. pro ἀξίως A. αξιαν. *Markl.*

Εὐδαίμονος] Emendat Piersonus, ne anapæstus in secundo loco sit, εὐδαίμον'. Nec quidquam melius novi, si ejiciendi sunt anapæsti: quæ tamen alia quæstio est. *Musg.*

Ne anapæstus secundam occupet sedem, pro ἀνδρὸς legendum ἀνέρος. *Heath.*

Εὐδαίμονος ἀνδρὸς ἐν δόμοισιν ὄψομαι] Aut ἀνέρος, quod Heath. voluit, aut transpositione facta legatur:

Εὐδαίμονος δόμοις ἐν ἀνδρὸς ὄψομαι.

Illa emendatio facilior. *Faehse.*

1226. Οὑμὸς—λόγος, ego contra dicere solebam tunc temporis. Ἐξαρτωμένης dum

Ἐμῶν φίλαισιν ὑποδοχαῖς δόμων, πάτερ,
Πόνων τιθηνοὺς ἀποδιδοῦσά σοι τροφάς;
Τούτων ἐγὼ μὲν τῶν λόγων μνήμην ἔχω,
Σὺ δ' ἐπιλέλησαι, καί μ' ἀποκτεῖναι θέλεις.
Μὴ πρός σε Πέλοπος, καὶ πρὸς Ἀτρέως πατρὸς,
Καὶ τῆσδε μητρὸς, ἣ πρὶν ὠδίνουσ' ἐμὲ,
Νῦν δευτέραν ὠδῖνα τήνδε λαμβάνει.
Τί μοι μέτεστι τῶν Ἀλεξάνδρου γάμων,

O pater, grato hospitio mearum ædium,
Reddens tibi nutricationes, laborum compensationem?
Horum enim sermonum memoriam adhuc servo,
Tu vero oblitus es, et me occidere vis.
Ne per Pelopem, et patrem Atreum,
Et per matrem, quæ me prius pariens,
Nunc secundos hos dolores partus patitur.
Quid mihi rei est cum nuptiis Alexandri

a genis tuis pendebam. Sic Iph. Taur. 364. γονάτων ἐξαρτωμένη. *Hopfn.*

1227. Distinguo, οὖ νῦν ἀντιλάζυμαι χερὶ, Τί δ' ἆρ' ἐγώ σε; πρέσβυν ἆρ' εἰσδέξομαι, &c. Vulgo, Τί δ' ἆρ' ἐγώ σε πρέσβυν; ἆρ', &c. et plene distinguitur post χερί. ista vero οὗ—χερὶ, in parenthesi, si malis, includi possunt. (ἀντιλάζομαι. Ald. Vide Por. ad Orest. 1213.) *Markl.*

1228. Forte, πρέσβυν ὄντ' εἰσδέξομαι] Potest tamen vulgata lectio et distinctio defendi et retineri, subintelligendo scil. ποιήσω, *quid tibi faciam seni?* *Reisk.*

1229. s. Ὑποδοχὴ proprie adhibetur de hospitio, quo quis excipitur, et τιθήνος de nutrice, quæ mammas præbet infanti. Πόνων, supra 690. dicebatur μοχθεῖν. *Hopfn.*

1230. ἀποδιδοῦσα πόνων valet hic ἀποδιδοῦσα ἀντὶ πόνων. Sic χρυσὸν φίλου ἀνδρὸς ἐδέξατο, Hom. Odyss. XII. v. 326. in quo eadem ellipsis est. πόνοι sunt labores liberorum causa et ad dignitatem familiæ tuendam suscepti. *Musg.*

Πόνων τιθηνοὺς ἀποδιδοῦσά σοι τροφάς;] Homeri θρεπτήρια assequi vult Poëta. *Barnes.*

Ad πόνων subaudi ἀντὶ, vel ἕνεκα. Verte: *Rependens tibi altrices curas in laborum pro me susceptorum compensationem.* *Heath.*

τροφαὶ πόνων τιθηνοὶ sunt *alimenta ærumnarum senilium sustentacula*, quæ instar nutricis seniles ærumnas curant. *Reisk.*

1233. Μὴ, πρός γε Πέλοπος,] Πρός σε Πέλοπος, scil. ἱκετεύω σε πρὸς Πέλοπος. Phœniss. 1679. Ναὶ, πρός σε τῆσδε μητρός. ubi vide Valckenærium: et notas meas ad Supplic. 288. *Markl.*

πρός γε] Eleganter Marklandus πρός σε. *Musg.*

Μὴ πρός γε Πέλοπος,] Vide supra ad v. 1150. *Barnes.*

1234. Καὶ τῆσγε μητρὸς,] Scribo τῆσδε, *hujusce*, δεικτικῶς: ut Phœniss. 1679. et supra hac Fab. 1217. et ita Cod. C. *Markl.*

τῆσδε] Ita Lib. P. Ed. Ald. τῆς γε. *Musg.*

1235. Grave est, quod innuit Iphigenia: δευτέραν ὠδῖνα λαμβάνει, quoniam tu me interficere vis. Neque vero experientia edoctus ignorat, matres pias vehementes dolores, multoque magis, quam patres, vulgo percipere solere, si liberi moriantur. Sæpius huc respicit Euripides, asserens graviorem matrum, propter partum, erga liberos amorem. V. supra v. 917. sq. coll. Electr. 770. sq. Supplic. 94. s. Ion. 902. Phœniss. 366. ὠδίνω pr. de muliere dolores partus sentiente adhibetur, hinc omnino est dolere, dolores sentire. v. Hesych. v. ὠδίνει. confer Æsch. Ag. 1428. *Hopfn.*

Ἑλένης τε; πόθεν ἦλθ' ἐπ' ὀλέθρῳ τὠμῷ, πάτερ;
Βλέψον πρὸς ἡμᾶς, ὄμμα δὸς φίλημά τε,
Ἵν' ἀλλὰ τοῦτο κατθανοῦσ' ἔχω σέθεν
Μνημεῖον, εἰ μὴ τοῖς ἐμοῖς πεισθῇς λόγοις.
Ἀδελφὲ, μικρὸς μὲν σύ γ' ἐπίκουρος φίλοις,
Ὅμως δὲ συνδάκρυσον, ἱκέτευσον πατρὸς,
Τὴν σὴν ἀδελφὴν μὴ θανεῖν. αἴσθημά τι

Et Helenæ? unde, O pater, venit Paris ad meam necem?
Respice me, largire mihi tuum aspectum, et osculum,
Ut, si mihi moriendum sit, habeam hoc saltem tui
Monumentum, si non persuasus fueris meis verbis.
Frater, infirmus tu quidem auxiliator *es* amicis:
Tamen lachrymis patri sis una supplex,
Ne occidat tuam sororem. Sensus *enim* quidam

1236. Lego et distinguo, *Τί μοι μέτεστι τῶν Ἀλεξάνδρου γάμων; Ἑλένη τε πόθεν ἦλθ' ἐπ' ὀλέθρῳ τῷ 'μῷ, πάτερ;* nam in vulgata, *Ἀλεξάνδρου γάμων Ἑλένης τε; πόθεν ἦλθ'*, &c. deest certus nominativus verbo *ἦλθε*. Brodæus dicit, *Πάρις* esse nominativum. Quæso te, quare non æque *Ἑλένη* sit nominativus? *Markl.*

De Alexandro s. Paride v. supra.—Quis nexus nuptiarum Paridis mecum? Quid hocce conjugium ad me? Observa rursus gravitatem orationis! Adspice me, osculare me, *ut hoc saltem*, si me mori oportet, *tui habeam monumentum*, sin oratione commoveri potes. Profecto hoc debebat animum Agamemnonis frangere. Verum est, quod Euripides Iphig. Taur. 1055. dicit, *ἔχει τοι δύναμιν εἰς οἶκτον γυνὴ*, neque exempla in historia desunt, *δὸς ὄμμα* — *schenke mir deinen Blick. Hopfn.*

Marklandus sæpius ordinem pervertit. Vulgatum v. 1236, 37. multo popularius dictum. Nominativus ab unoquoque suppleri potest. *Loesner.*

1239. *Ἵν', ἀλλὰ τοῦτο*] Recta verborum collocatio est hæc: *Ἵνα, εἰ μὴ πεισθῇς λόγοις, ἀλλὰ κατθανοῦσ' ἔχω τοῦτο σέθεν μνημεῖον. Barnes.*

ἀλλὰ hic eleganter positum in cohortando, de quo usu admonuit Krebs. Obss. Flavian. *Loesner.*

1240. *εἰ μὴ τοῖς ἐμοῖς πεισθῇς λόγοις. πείθει. Por.*

Jam adeo ad fratrem parvum sese convertit, eumque rogat, velit supplex patrem obsecrare, ne interficiat sororem, jam haud dubie Orestes tacitus extendebat manus, ut solent infantes, hoc in usum suum adhibet Iphigenia. Jam supra ad v. 465. s. observavimus, sæpius Veteres infantibus usos esse ad commovendos animos, non sine successu. Hanc scenam, quam hic poëta depinxit, jam præviderat Agamemnon supra v. 465. sq. *Ἐπίκουρος*, ut Androm. 508. Bacch. 1355. ubi æque ac hic est *μικρὸς ἐπ. φίλοις* imbecillis auxiliator. V. supra 1027. *Φίλοις*, i. q. paulo post *ἀδελφήν. Hopfn.*

1242. *Ὅμως δὲ σὺν δάκρυσιν ἱκέτης γίνου πατρός,*] Heathius, *δάκρυσ' ἱκέτης.* Sed omnes Codices habent [*συνδάκρυσον*] *ἱκέτευσον.* unde forte legendum est *πάρος*: quia *ἱκέτευσον πατρὸς* a Græcis ignoratur: et probabile videtur voces *ἱκέτης γίνου* scriptas fuisse supra *ἱκέτευσον*, et postea *πατρὸς* subditum esse loco *πάρος. Markl.*

σὺν δάκρυσιν ἱκέτης γίνου πατρὸς,] Ambo MSS. et L. *συνδάκρυσον, ἱκέτευσον πατρός.* Mihi elegantius videtur:

Ὅμως δὲ δάκρυσι συνικέτης γίνου πατρός.

Musg.

Ego nescio, an vulgata lectio sit sollicitanda. Utrumque bene, *ἱκετεύειν* et *ἱκέτην γίνεσθαι*, illud adfuit supra v. 1015. hoc v. 1156. *Hopfn.*

1243. *Τὴν σὴν ἀδελφὴν μὴ θανεῖν. αἴσθημά τι*, &c.] Cod. A. *την σην αδελφην ως αισθημα τι.* unde verisimile est voces *μὴ θανεῖν* esse ab interpolatione, et aliud quid ab Euripide scriptum fuisse: quale esset,

Κἀν νηπίοις γε τῶν κακῶν ἐγγίγνεται.
Ἰδοὺ σιωπῶν λίσσεταί σ᾽ ὅδ᾽, ὦ πάτερ.
Ἀλλ᾽ αἴδεσαί με, καὶ κατοίκτειρον βίον.
Ναὶ, πρὸς γενείου σ᾽ ἀντόμεσθα δύο φίλω·
Ὁ μὲν νεοσσός ἐστιν, ἡ δ᾽ ηὐξημένη.
Ἓν ξυντεμοῦσα, πάντα νικήσω λόγον·
Τὸ φῶς τόδ᾽ ἀνθρώποισιν ἥδιστον βλέπειν·

Malorum inest etiam in infantibus.
Ecce, O pater, tacens iste supplicat tibi:
Quare mei rationem habe, et *meam* miserare vitam.
Næ, nos duo chari rogamus te per tuum mentum.
Alter quidem infans adhuc est, altera vero grandiuscula.
Unam rem adhuc movebo, totam orationem contrahens.
Gratissimum *est* hominibus intueri hanc lucem,

Τὴν σὴν τ᾽ ἀδελφὴν σῶσον. ὡς αἴσθημά τι, &c. Non mirandum est, Euripidem nobis tam sæpe obscurum esse: mirum est potius, post tot interpolatrices vel negligentes manus, restare aliquid quod nos intelligamus. *Markl.*

Koehl. pro θανεῖν conjicit κτανεῖν. *Beck.*

1245. sqq. Cogitemus nunc infantem manus extendere ad patrem, quod infantes solent. Hoc Agamemnon supra v. 465. divinaverat. *Hopfn.*

1246. Versu hoc pro κατοίκτειρον βίον forte leg. βίου, ut οἰκτείρω σε μόρου, Æschyl. Agam. 1330. Sumtus videtur ex Iliad. X. 82. τάδε τ᾽ αἴδεο, καί μ᾽ ἐλέησον. Βίου erit ἕνεκα βίου, *quod ad vitam attinet.* vide v. 1336. *Markl.*

αἴδεσαι] Respice ad me. *Hopfn.*

1247. δύω φίλω·] Mihi videtur auctor scripsisse δύω τέκνω: præ quo, δύω φίλω frigidum est et inefficax. Favet huic opinioni versus proxime sequens. Viri docti statuunt, Atticos non scribere δύω, sed δύο. aliter tamen Aristophanes Ἱππ. 1347. ubi metrum non admittit δύο. *Markl.*

Ναὶ, πρὸς γενείου σ᾽ ἀντόμεσθα δύω φίλω·] Nihili sunt, quæ ad hunc versum scripsit Vir doctus (Marklandus.) Φίλω satis defendit Euripid. Phœniss. (1673.) ad cujus fabulæ versum 1659. recte citat δύο φίλω Valckenærius. *Por.*

H. v. Sumtus esse videtur ex Il. X. 82. πρὸς γενείου ἀντόμεσθα i. e. λισσόμεθα. v. supra ad v. 909. coll. Med. 707. Suppl. 288. Barnesius in margine habet δύω et ἀντόμεθα. Νεοσσὸς (1248.) pro *filiolo* legitur quoque Alcest. 414. Androm. 441. et alibi apud Nostrum. Opponitur filia grandiuscula, ηὐξημένη. *Hopfn.*

1249. Ἓν συντεμοῦσα, πάντα νικήσω λόγον. κινήσω Canter. Port. *Por.*

πάντα λόγον non regitur a νικήσω, quod Canterus putabat, sed a συντεμοῦσα. Hecub. v. 1162.

ἅπαντα ταῦτα συντεμὼν ἐγὼ φράσω.

Neque dicere solent Græci ἕν τι συντέμνειν, sed πολλά τινα συντέμνειν. Pro νικήσω forte verum fuerit κινήσω. ἓν κινήσω, *unum adhuc experiar:* συντεμοῦσα πάντα λόγον, *totum sermonem contrahens.* *Musg.*

πάντα νικήσω λόγον.] Omnem contradictionem superabo. Canterus vero Nov. Lection. Lib. VI. c. 23. pro νικήσω legit κινήσω. "Sicut enim (inquit ille) proverbio dici solet, πάντα κινεῖν λίθον, sic πάντα κινεῖν λόγον, non illepide hinc Poëta traduxisse poterit videri. Transpositio literarum quam facile committi potuerit, vix admonendum arbitror. Quod si quis etiam geminum desiderat, audiat Platonem in Philebo: ἐνθουσιᾷ τε καὶ πάντα κινεῖ λόγον ἅσμενος. Hæc ille. Hoc autem proverbium varie profertur, ut πάντα λίθον κινεῖν, *omnem movere lapidem,* et πάντα κινεῖν λόγον, ut supra, et πάντα κάλων et πάντας κάλως κινεῖν, et πάντας κάλως σείειν, ut Anthol.—τοὺς μουσέων πάντας ἔσεισε κάλως. Et πάντα κάλων ἐξίημι, ut Eurip. Med. v. 280. Ἐχθροὶ γὰρ ἐξιᾶσι πάντα

Τὰ νέρθε δ' οὐδέν. μαίνεται δ', ὃς εὔχεται
Θανεῖν. κακῶς ζῆν κρεῖσσον, ἢ θανεῖν καλῶς.
ΧΟ. Ὦ τλῆμον Ἑλένη, διὰ σὲ καὶ τοὺς σοὺς γάμους,
Ἀγὼν Ἀτρείδαις καὶ τέκνοις ἥκει μέγας.
ΑΓ. Ἐγὼ τά τ' οἰκτρὰ συνετός εἰμι, καὶ τὰ μὴ,
Φιλῶ τ' ἐμαυτοῦ τέκνα· μαινοίμην γὰρ ἄν. 1566
Δεινῶς δ' ἔχει με ταῦτα τολμῆσαι, γύναι,

Infera autem nihil sunt: insanit enim qui cupit
Mori. Melius *est* male vivere, quam bene mori.
Cho. O infausta Helena, propter te et tuas nuptias,
Magnum venit certamen Atridis et liberis eorum.
Aga. Ego quidem intelligo, ubi sit opus miseratione, et ubi minus,
Amans meos liberos: insanirem enim, *si aliter facerem:*
Graviter autem me affligit hæc audire, mulier,

δὴ κάλων. Vide Erasm. Adag. in *Omnem funem movere.* Chil. I. Cent. IV. 140. Adag. 31. Et Pauli Leopardi Emendat. Lib. X. c. 8. *Barnes.*

ἑνὶ conjicit Reisk. *Beck.*

Cant. legebat πάντα κινήσω λόγον, ut a proverbio πάντα κινεῖν λίθον traductum videretur. At ἓν συντεμοῦσα et π. κινήσω λόγον sibi aperte contradicunt. Quomodo is omnem dici potest movere rationem, qui unam loco cæterarum profert? Iphigenia ratione una, sed præcipua, orationem claudit. *Heath.*

Similis formula πέτρον πάντα κινῆσαι legitur Heraclid. 1002. Sed hæc lectio si recipiatur, aperta est contradictio. Si enim *omnem* movere volo orationem, non possum eam *uno* verbo comprehendere, sed potius debeo omnia ac singula argumenta proferre atque pluribus verbis exornare. Imo vero omnis contextus docet, Iphigeniam dicere velle: *atque una sed gravissima* s. *præcipua ratione sermoni finem imponam — vita est hominibus maxime jucunda, mors res tristissima,* præstat infelicem vitam degere quam gloriose mori. Nonne hoc gravissimum erat argumentum, quo filia in flore ætatis constituta patrem vincere poterat? Cæterum ista sententia alibi quoque apud Nostrum reperitur, ut Alcest. 312. et Orest. 1032. Sed quam frigida finitur oratio gravissima! Mihi hæc legenti erat, ac si Euripides dicere vellet spectatoribus lectoribusque: atque ut una sententia morali præcipua omnem Iphigeniæ orationem claudam, addam et hanc. — Sed vidimus in hoc uno dramate plures ejusmodi sententias morales, quæ indoli et conditioni dicentis non bene sunt accommodatæ. Infra v. 1375. sq. Iphigenia revocat hanc sententiam, necessitate atque argumentis gravioribus coacta. Si licuisset, legissem προσοίσω λ. ut supra legimus, v. 97. *Hopfn.*

ἓν συντέμνειν cur non dicatur? Unum grave et maximi ponderis argumentum proferre. Neque enim dicunt πολλά τινα συντέμνειν. Sed simpliciter τὸν λόγον συντέμνειν est ἓν συντόμως λέγειν. Philo Nom. mut. p. 1061. ἓν μὲν δὴ τοῦτο — ἐδηλοῦτο. Νικᾷν λόγον est finire sermonem. *Loesner.*

1251. Τὰ νέρθε δ' οὐδείς.] Scil. ἥδεται βλέπων. Sed Stobæus Tit. 118. habet, Τὸ νέρθεν οὐδέν· et ex eo Heathius. Bene οὐδὲν de *mortuis.* Alcest. 391. Electr. 1172. Troad. 635. Verum videtur, Τὰ νέρθε δ' οὐδὲν, i. e. *Mortui vero nihil sunt. Markl.*

οὐδέν.] Cum Marklando recipio. Reiskio placet οὐδενὶ vel οὐδέσι scil. ἡδὺ βλέπειν. Nota res est οὐδὲν de *mortuis* dici. Sic quoque Valckenarius Diatrib. p. 141. reponit. *Hopfn.*

1252. κρεῖττον, ἢ καλῶς θανεῖν.] Stob. Grot. CXX. p. 489. *Barn.*

Mitigat Interpres Francogallus hæc verba, vertens: *Une vie malheureuse est même plus prisée qu' une glorieuse mort.* Hoc vero minime quadrat characteri Iphigeniæ, quæ affectu plena nunc pretium vitæ nimium extollere debet. *Hopfn.*

1253. sqq. Omnes has miserias Noster

Δεινῶς δὲ, καὶ μή· τοῦτο γὰρ πρᾶξαί με δεῖ.
Ὁρᾶθ' ὅσον στράτευμα ναύφρακτον τόδε,
Χαλκέων ὅπλων ἄνακτες Ἑλλήνων ὅσοι,
Οἷς νόστος οὐκ ἔστ' Ἰλίου πύργους ἔπι,
Εἰ μή σε θύσω, μάντις ὡς Κάλχας λέγει,
Οὐδ' ἔστι Τροίας ἐξελεῖν κλεινὸν βάθρον.
Μέμηνε δ' Ἀφροδίτῃ τις Ἑλλήνων στρατῷ,

Graviter etiam, non audere: oportet enim me hoc facere.
Videtis, quantus hic sit navalis exercitus?
Quot Græcorum, domini armorum æneorum,
Quibus ad Ilii turres trajectus non datur,
Nisi te mactavero, quemadmodum dicit Calchas vates,
Neque licet evertere inclytam sedem Trojæ.
Libido vero quædam furiosa incessit exercitum Græcorum

tandem ad Helenam reducit. Sic infra quoque, v. 1417. et supra 467. sq. et alibi sæpius. Συνετός—scio, ubi locus sit misericordiæ. *Hopfn.*

1256. Φιλῶν ἐμαυτοῦ τέκνα.] Mallem, φιλῶ τ' ἐμαυτοῦ τέκνα. Similis locus Helen. 999. φιλῶ τ' ἐμαυτὴν, &c. Herc. Fur. 280. Ἐγὼ φιλῶ μὲν τέκνα. Hippol. 315. φιλῶ τέκνα. *Markl.*

Φιλῶν ἐμαυτοῦ τέκνα· μαινοίμην γὰρ ἄν.] "Mallem, φιλῶ τ' ἐμαυτοῦ τέκνα." Markl. Recte Marklandus. Euripides fortasse Erectheo apud Plutarch. T. II. p. 809. D. Φιλῶ τέκν'· ἀλλὰ πατρίδ' ἐμὴν μᾶλλον φιλῶ. *Por.*

Φιλῶν] Malim cum Marklando φιλῶ τ', *et diligo. Musg.*

μαινοίμην, sc. nisi liberos meos amarem. Malim tamen cum Marklando et Musgravio pro vulgato φιλῶν legere φιλῶ τ'. *Hopfn.*

1257. δεινῶς ἔχει, v. supra v. 397. sq. ubi Agamemnon hoc argumentum Menelao proposuit, coll. v. 511. sq. 514. 518. 529. sqq. Reiskio olim placuerat legere μοι, *durum mihi est et hoc facere et non facere*, sed ipse fatetur, vulgatam eodem tendere. Observa hæc singula argumenta, quæ cito Iphigeniæ consilium mutant, quæque ab ea infra v. 1370. sqq. repetuntur. conf. Æschyl. Agam. 215. ss. *Hopfn.*

1259. ναύφρακτον, i. e. ναυτικόν. Proprie ναύφρακτος est munitus in navi s. classe instructus a φράττειν munire, unde Schol. Aristoph. Equit. v. 564. ναυφράκτῳ στρατῷ interpretatur τῷ συμπεφραγμένῳ καὶ συντεταγμένῳ ναυτικῷ, ubi tamen est periphrasis classis, quod jam Casaubonus l. l. notavit. Ibid. Acharn. 95. Schol. observat: ὁ ναυτικὸς στρατὸς ναύφρακτος καλεῖται. — ὅσον quam potens s. quanta multitudo. Ὅπλων armis instructi. Pro *Ilio* simpliciter, magis poëtice dicit *turres* Ilii. Ἔστι, ἔξεστι. *Hopfn.*

1263. Τροίας ἐξελεῖν καινὸν βάθρον.] Scalig. κενόν. Barnesius omnino manere vult καινόν. Lego, κλεινὸν, quod est frequentissimum Trojæ epitheton. sic v. 1069. Troad. 25. 1269. Helen. 105. et multis aliis locis. Valckenærius quoque ita emendat ad Phœniss. 1746. et Reiskius. Hic autem versus præcedenti bene præponi potest, et forte debet. *Markl.*

Οὐδ' ἔστι Τροίας ἐξελεῖν καινὸν βάθρον.] Κλεινὸν Markl. κλεινὸν quoque Toupius Epist. Critt. p. 153. (109. s. ed. Lips.) *Por.*

καινὸν βάθρον.] Optime Reiskius et Valckenærius [ad Phœn. 1746.] Viri Clariss. κλεινὸν βάθρον. Monet insuper Marklandus, versum hunc commodius ante præcedentem (εἰ μή σε —) collocari posse. *Musg.*

Τροίας καινὸν βάθρον] Pro καινὸν Scaliger legit κενὸν, sed sensu, ut mihi videtur, nullo; cum καὶνον optimo sensu legitur: Novam autem *Trojæ sedem* vocat Poëta; quia nuper illa urbs ab Hercule erat excisa; et mox a Priamo de novo exstructa, aucta, restituta. Cur tum autem *vacuam* illam urbem quis vocaret, non video. Quare καινὸν maneat omnino. Vide Da-

Πλεῖν ὡς τάχιστα βαρβάρων ἐπὶ χθόνα,
Παῦσαί τε λέκτρων ἁρπαγὰς Ἑλληνικὰς,
Οἳ τὰς ἐν Ἄργει παρθένους κτείνουσί μου,
Ὑμᾶς τε, κἀμὲ, θέσφατ' εἰ λύσω θεᾶς.
Οὐ Μενέλεώς με καταδεδούλωται, τέκνον,
Οὐδ' ἐπὶ τὸ κείνου βουλόμενον ἐλήλυθα,
Ἀλλ' Ἑλλὰς, ᾗ δεῖ, κἂν θέλω, κἂν μὴ θέλω,
Θῦσαί σε. τούτου δ' ἥσσονες καθέσταμεν.
Ἐλευθέραν γὰρ δεῖ νιν, ὅσον ἐν σοὶ, τέκνον,

Navigandi quam celerrime in terram barbarorum,
Compescendique Græcanicos conjugum raptus:
Qui meas filias Argis occident,
Et vos, meque, si *irritum fecero* oraculum deæ.
Non me Menelaus, filia, subegit,
Nec in illius voluntatem concessi:
Sed Græcia [*me subegit*] cui oportet me seu velim, seu nolim,
Mactare te: hac autem re sumus inferiores.
Oportet enim eam liberam, quantum in te *est*, filia,

reta Phrygium, præsertim a Josepho Exonensi Anglo Carmine *Latino* donatum, quod opus male Cornelio Nepoti ab aliquibus attributum. *Barnes.*

Scaliger legit κενὸν, *vacuum*, quod recte respuit Barnesius. Sed nec καινὸν mihi placet, quare sine hæsitatione cum Reiskio, aliisque κλεινὸν β., quod et optime quadrat et alibi epitheton Trojæ esse non ignoramus. Οὐδ' ἔστι Τροίας ἐξελεῖν ΚΛΕΙΝΟΝ βάθρον. ita legendum, non καινὸν βάθρον. Τὰ Τροίας ἑδώλια vocat Sophocles apud Plutarch. de Discr. Am. et Ad. c. 51. Soph. Electr. 1385. Sic Toupius censet Epist. Critica, p. 109. ed. Lips. ἑδώλια autem h. e. τὰ παλαιὰ ἕδη καὶ οἰκήματα. *Hopfn.*

1264. Μέμηνε δ' Ἀφροδίτη τις] Ἀφροδίτη in hoc loco est appellativum, et *vehemens desiderium* denotat; eo quod Veneris stimuli plerumque sint acerrimi. Ἀφροδίτη, ἁπλῶς ἐπιθυμία. *Barnes.*

1264. ss. Ἀφροδίτη alibi cognomen Veneris h. l. pro ἐπιθυμία, cupiditate vehementi, usurpatur. Παῦσαι finem imponendi, compescendi—λέκτρων ἁρπ. pro λέκτρων Ἑλληνικῶν. λέκτρον h. l. et infr. v. 1275. pro uxore ponitur, ut εὐνὴ v. 1355. παρθένους reliquas filias, quæ domi versantur, Electram puta et Chrysothemin. *Hopfn.*

1267. κτείνουσι] Viri docti κτενοῦσι: probabiliter. vid. v. 533. 535. Iidem legunt θέσφατ' (v. 1268.) pro θέσφατον: quod certum est, si anapæstus 4to loco iambi excludi debeat. *Markl.*

κτενοῦσι] Ita cum Barnesio edendum putavi. Ed. Ald. κτείνουσι. *Musg.*

κτενοῦσί μου] Ita cum Scaligero, Heinsio, Rutgersio et Duporto lego pro κτείνουσι, quod prius obtinebat; et cum iisdem θέσφατον deleo, θέσφατ' substituens; licet uterque versus prius stare potuerit. *Barnes.*

1268. θέσφατον] Ed. Barnes. θέσφατ', quod versum suaviorem efficit. *Musg.*

λύσω] Nisi satisfecero oraculo divino, si ei me opposuero, id fuero transgressus. Sic λύειν etiam in N. T. v. c. νόμον, σάββατον (Joh. v. 18. vii. 23.) γραφὴν (Joh. x. 35.) v. Krebs. Obss. Flav. p. 16. sq. et Palairet. Obss. Philol. p. 16. θεᾶς redundat, hæc enim notio jam in v. θέσφατον latet. V. supra v. 498. 529. et 879. *Hopfn.*

1269. καταδεδούλωται,] Κατεδούλωσεν. *Barnes.*

1270. τὸ βουλόμενον] Plutarchus in

Κἀμοὶ, γενέσθαι, μηδὲ βαρβάροις ὕπο,
Ἕλληνας ὄντας, λέκτρα συλᾶσθαι βίᾳ.
ΚΛ. Ὦ τέκνον, ὦ ξέναι,
Οἲ 'γὼ, θανάτου τοῦ σοῦ μελέα.
Φεύγει σε πατὴρ ᾅδῃ παραδούς.
ΙΦ. Οἲ 'γὼ, μῆτερ, μῆτερ· ταυτὸν
Μέλος εἰς ἄμφω πέπτωκε τύχης,
Κοὐκέτι μοι φῶς,
Οὐδ' ἀελίου τόδε φέγγος.

Et *in* me, fieri, neque a barbaris
Eos, qui sunt Græci, conjugibus per vim spoliari.
Cly. O filia, O hospitæ,
Heu me miseram propter tuam mortem.
Fugit te pater, tradens te Plutoni.
Iph. Heu mihi mater, mater, idem enim
Carmen convenit utrisque ob fortunam,
Non amplius mihi lux,
Neque solis hic splendor.

Artaxerxe, p. 1875. Ed. Steph. λεία γάρ τις ἡ πορεία καὶ κατάντης ἐπὶ τὸ βουλόμενον. Lucian. in Ἔρωτες: ἀκρίτῳ φορᾷ πρὸς τὸ βουλόμενον ἄγων. *Musg.*

βουλόμενον] Τὸ βουλόμενον, ἀντὶ τοῦ βέλημα, βέλησιν τὴν γνώμην. Vide supra v. 33. *Æmil. Portus.*

ἐλήλυθα,] Non accommodavi me ejus voluntati. βουλόμενον v. ad v. 33. Supra v. 330. erat τὸ βούλεσθαι. *Hopfn.*

1271. Ἀλλ' Ἑλλὰς,] Repetendum ex præcedentibus καταδεδέλωταί με. *Musg.*

Ἑλλὰς, sc. ἐστι. Hæc cogit me. *Hopfn.*

1272. τέτου] Τέτου τε πράγματος, δηλονότι τοῦ θῦσαί σε. *Barnes.*

1272. s. τούτου sc. πράγματος, sc. τε θῦσαί σε — hoc ego non possum vincere, huic rei debeo obedire. καθέσταμεν, ἔσμεν. Λέκτρα ut supra v. 1266. Conf. infra v. 1380. sqq. verba Iphigeniæ, coll. v. 1400. sq. Jam Agamemnon discedit. *Hopfn.*

1274. βαρβάροις ὑπὸ,] Usitatior constructio est βαρβάρων ὑπό. *Musg.*

1277. θανάτου σοῦ] "Legendum opinor, θανάτου τοῦ σοῦ, ut constet metrum, quod in septem hisce primis versiculis anapæsticum est." Heathius. *Markl.*

θανάτου σοῦ] Ut metrum recte se habeat, legendum θανάτου τε σε. *Musg.*

Οἲ ἐγὼ θανάτου σου μελέα!] Οἲ ἐγὼ μελέα, ἕνεκα τε θανάτου σου. Ἄλλως· Οἲ ἐγὼ, ὦ μελέα κ. λ. *Barnes.*

θανάτου τε σε] Jam Heathius conjecerat, quodque ego recepi. *Hopfn.*

1278. ss. Chorus (Æschyl. Agam. 236. ss.) dicit, preces (Iphigeniæ) et voces ad patrem directas vitamque puellæ non æstimasse principes belli cupidos, — ubi maluissem μητρῷοι aut παρθένους pro vulgato πατρῷοι. *Hopfn.*

1279. s. ταυτὸ γὰρ Μέλος] Scribendum opinor, ταυτὸ δὲ (nisi malis γε ut Heathius) Μέλος, propter anapæstum. *Markl.*

ταυτὸ γὰρ Μέλος εἰς ἄμφω πέπτωκε τύχης.] Dele γὰρ, et lege ταυτόν. *Por.*

ταὐτὸ γὰρ] Legendum τόδε γάρ. Est enim systema anapæsticum usque ad φέγγος v. 1282. *Musg.*

ταὐτὸ Μέλος] Hoc carmen lugubre s. hæc querela utriusque calamitati accommodata est. legit τόδε γὰρ, quem ipse sequutus sum. *Hopfn.*

1280. Inepte Brumœus μέλος opinatur indicare hic genus versuum. Quare omittere potuisset admonitionem, comœdiarum actorem nunquam oportere dicere de se ipso, se versibus loqui. *Hopfn.*

1281. Formula illa lucem s. splendo-

Ἰὼ, ἰώ· νιφοβόλον
Φρυγῶν νάπος,
Ἴδας τ' ὄρεα, Πρίαμος ὅθι ποτὲ
Βρέφος ἁπαλὸν ἔβαλε,
Μητρὸς ἀπόπρο νοσφίσας,
Ἐπὶ μόρῳ θανατόεντι,
Πάριν, ὃς Ἰδαῖος, Ἰδαῖος
Ἐλέγετ', ἐλέγετ' ἐν Φρυγῶν πόλει.
Μήποτ' ὤφειλε τὸν ἀμφὶ
Βουσὶ βουκόλον τραφέντ'

Heu! heu! nivosa
Phrygum nemora,
Et montes Idæ, ubi Priamus olim
Infantem tenerum exposuit,
A matre procul amatum
Ad mortem funestam
Parin: qui Idæus, Idæus
Dicebatur, dicebatur in urbe Phrygum.
Nunquam oportuit O, circa
Boves bubulcum educatum

rem solis non amplius adspicere, pro mori, satis est apud Tragicos trita. Sic supra v. 1218, 1250. βλέπειν φῶς occurrebat. Eodem redit phrasis τὸ φέγγος ἀελίου βλέπειν pro vivere. Cf. Hecub. 250. Sic φέγγος θεῦ εἰσορᾷν, Orest. 1024. item ἀκτῖνα κύκλον θ' ἡλίου προσόπτεσθαι, Hecub. 412. *Hopfn.*

1283. ss. Nemus Phrygiæ vocatur νιφοβόλον, nive tectum, quemadmodum Parnassus Phœnn. 213. Quod autem ad Paridem attinet in monte Ida expositum, rem omnem, p. 136. accuratius in notis exposuimus. Eum autem Idæum fuisse vocatum, quod quidem nomen facile ab Ida accipere potuerat, nusquam diserte narratur, hoc scimus, tunc temporis eum Paridis nomen habuisse. Secundum Hephæst. V. p. 324. aliquis filiorum Priami sic vere vocabatur. ἔβαλε — infra οἰκίζειν adhibetur. Ἀπόπρο, πόῤῥωθεν. V. Schol. Orest. 1453. *Hopfn.*

1287. νοσφίζειν τινα] Alibi est aliquem defraudare, ut Rhes. 56. Alcest. 44. sed h. l. est deportare, amovere ut Helen. 641. *Hopfn.*

1289. Πάριν, ὃς Ἰδαῖος ἐλέγετ' ἐν Φρυγῶν πόλει] Ex hoc loco videtur nomen Paridis, dum in Ida monte educabatur, Idæus fuisse; ita nempe illum vocabant Phryges, qui Priami filium ignorabant. Sed hoc non ausim affirmare, cum nemo veterum id dicat. De Hecubæ vero somnio, deque illius pueri in Ida monte expositione, deque ejus circa tres deas judicio, vide Daretem Phrygium et Coluthum, in poëmate de Raptu Helenæ, etc. *Barnes.*

1292. βουκόλον] V. supra v. 180. 71. 573. sq. coll. 76. *Hopfn.*

1293. οἰκίσαι] Legendum οἰκῆσαι. Alioqui dicet Poëta, Priamum Paridi Idam tanquam domicilium tribuisse. Constructio eadem est, quæ in his Pseudo-Luciani: ὃς τοιάδε ἔτλης, οὐκ μήτε σὲ παθέειν, μήτε ἐμὲ ἰδέσθαι ὤφελε. De Dea Syra. *Musg.*

Improbat Musgr. conjecturam Brunck. ad Androm. 293. ubi idem argumentum a poëta nostro tractatur. *Beck.*

οἰκίσαι utinam nunquam habitasset. Sic

Ἀλέξανδρον οἰκίσαι
Ἀμφὶ τὸ λευκὸν ὕδωρ, ὅθι κρῆναι
Νυμφᾶν κεῖνται,
Λειμών τ' ἄνθεσι
Θάλλων χλωροῖς,
Καὶ ῥοδόεντ' ἄνθεα ὑακίν-
θινά τε θεαῖσι δρέπειν.
Ἔνθα ποτὲ Παλλὰς ἔμολε, καὶ
Δολιόφρων Κύπρις,
Ἥρα θ', Ἑρμᾶς θ' ὁ Διὸς ἄγγελος,

Parin habitasse,
Ad aquas limpidas, ubi fontes
Nympharum siti sunt,
Et pratum floribus
Florens viridibus,
Et rosei flores, hyacinthique
Deabus decerpendi:
Quo quondam venit Pallas, et
Dolosa Venus,
Et Juno, et Mercurius nuncius Jovis,

recte. Eodem modo invenies Androm. 295. *Hopfn.*

1294. ss. Jam locus, ubi Paris litem Dearum dijudicaverat, accuratius describitur. De ipsa lite Dearum, judicioque formæ v. quæ supra, v. 537. explanavimus, quibus addas velim Hecub. 640. atque Coluthi raptum Helenæ. ὅθι, ὅπου. Ὕδωρ ornatur epitheto λευκόν, pro quo alibi legimus ἀργυρέον vel ἀργυροειδές. V. ad v. 752. Quod ad crisin horum vv. attinet, Musgravius pro οἰκίσαι mavult legere οἰκῆσαι, quoniam alioquin Poëta diceret, Priamum Paridi Idam tamquam *domicilium* tribuisse, quod quidem mihi non ita videtur. Cur enim non negligamus alteram etymologiæ partem, quod sæpe fieri apud Poëtas nemo nescit? Battierius opinatur, pro οἰκίσαι scribendum esse οἰκτίσαι, *utinam bubulcus Alexandrum non fuisset misericordia complexus, utinam non fuisset Alexandri misertus.* Non male. Nisi enim bubulcus ille Paridem expositum misericordia motus sustulisset, nunquam Helenam rapuisset. Idem V. D. notat, τὸ τραφέντ' esse ad antecedens βουκόλον trahendum. *Hopfn.*

1296. Λειμών τ' ΑΝΘΕΣΙ Θάλλων χλωροῖς, Καὶ ῥοδόεντ' ΑΝΘΕΑ] Ῥοδόεντ' ἄνθεα sunt *rosæ.* Ἄνθεσι et ἄνθεα tam prope posita, suspecta esse possent, in alio scriptore. *Markl.*

Λειμών τ' ἄνθεσι Θάλλων χλοεροῖς, Καὶ ῥοδόενθ' ὑακίνθινά τ' ἄνθη Δρέπειν θεαῖσιν.] Brunckius ad Euripid. Andromach. 293. *Por.*

Etsi suspectum videri possit, tam prope posita esse ἄνθεα et ἄνθεσι, tamen lectio mihi non esse videtur sollicitanda. *Hopfn.*

1298. ῥοδόεντ' ἄνθεα] Legendum, repetitionis vitandæ causa, ἄνθεμ', i. e. ἄνθεμα. Pind. Olymp. II. antistr. 4. *Musg.*

1298. s. Ita hos versus constitui debere putat Heathius:

Καὶ ῥοδόεντ' ἄνθεα ὑακίνθινά. dactylicus tetrameter.
Τε θεαῖσι δρέπειν. basis anapæstica. *Beck.*

Alibi ῥόδεα α. Med. 837. *Hopfn.*

1299. δρέπειν et δρέπεσθαι est decerpere. Venus autem vocatur δολιόφρων quatenus

Ἁ μὲν ἐπὶ πόθῳ τρυφῶσα Κύπρις,
Ἁ δὲ δορὶ Παλλὰς,
Ἥρα τε Διὸς ἄνακτος
Εὐναῖσι βασιλίσι,
Κρίσιν ἐπὶ στυγνὰν,
Ἔριν τε τᾶς καλλονᾶς,
Ἐμοὶ δὲ θάνατον, ὄνομα μὲν
Φέροντα Δαναΐδαισιν, ὦ κόραι.
ΧΟ. Πρόθυμά σ' ἔλαβεν Ἄρτεμις πρὸς Ἴλιον.

Venus quidem superbiens venustate,
Hasta vero Pallas,
Junoque Jovis regis
Regiis nuptiis,
Ad odiosum judicium,
Et contentionem formæ:
Quod mihi quidem mortem, nomen vero
Affert Danais, O puellæ.
Cho. Victimarum primitias accepit te Diana expeditionis ad Ilium.

dolosa amorem accendit et fraude puellas cum juvenibus jungit, et quoniam puellæ sunt dolosæ et duræ. Eodem modo vocatur Hippolyt. v. 1598. Alibi quoque dicitur δολοπλόκος (Sapph. 1. 2. Brunck. Anal. P. I. p. 54. Orph. Hymn. 54. 3.) δολόμητις, πανοῦργος, &c. — Mercurium nuntium Jovis, ut omnino Deorum, quin etiam Persephones nominari, res est tralatitia. *Hopfn.*

1300. ss. V. Androm. 274. ss. *Hopfn.*

1302. Hic versus in duo dividatur:

Ἥρα θ' Ἑρμᾶς θ' spondaicus dimeter.
Ὁ Διὸς ἄγγελος. penthemimeris trochaica.
Heath.

1303. Venus dicitur superbiens πόθῳ, amore, quo omnes deos deasque, hominesque et animalia incendit. Præcipua ejus rei exempla habes initio Hippolyti, v. 1—6. atque hymni Homerici in Venerem, ubi Jupiter, ut jactantem ea de re vindicaret, in ejus animo amorem erga hominem, Anchisen, excitasse narratur. δόρυ (hasta) insigne est Palladis, cujus motu, cum e Jovis capite armata progressa fuisset, Olympus, atque terra et mare concutiebatur. v. Lucian. Dialog. Deor. 5. et Hymn. Homericum in Minervam. *Hopfn.*

1305. Pro Ἥρα τε mallem δέ. *Beck.*

1305. ss. Juno, quatenus est uxor Jovis summi et regina deorum, superbire dicitur εὐναῖσι βασ. Καλλονὴ, i. q. κάλλος. *Hopfn.*

1307. Κρίσιν ἐπὶ στυγερὰν, Ἔριν τε τᾶς καλλονᾶς, Δαναΐδαισιν ὄνομα μὲν Φέροντ', ἐμοὶ δὲ θάνατον, ὦ κόραι. Brunckius ubi supra. *Por.*

1309. ὄνομα μέν] Codd. B. C. $\frac{\text{αν.}}{\text{μεν.}}$ latet aliquid. V. 1305. pro Ἥρα τε mallem δέ. *Markl.*

In oppositionibus nunquam non præcedit ea pars, quæ μὲν conjunctum habet. Legendum igitur:

Δαναΐδαισιν ὄνομα μὲν
Φέροντ', ἐμοὶ δὲ θάνατον, ὦ κόραι.

Musg.

Ἐμοὶ δὲ θάνατον, ὄνομα μὲν φέροντα Δαναΐδαισιν] Non hic laudo Æmilium Portum, qui nescio quid nugatur de μὲν et δὲ transmutatis, et quod φέροντα ponatur pro φέρουσαν. Ut mihi videtur, τὸ θάνατον ponitur per appositionem ad Ἔριν, et φέ-

ΙΦ. Ὁ δὲ τεκών με τὰν τάλαιναν,
Ὦ μῆτερ, ὦ μῆτερ,
Οἴχεται προδοὺς ἔρημον.
Ὦ δυστάλαιν' ἐγὼ, πικρὰν,
Πικρὰν ἰδοῦσα δυσελέναν,
Φονεύομαι, διόλλυμαι
Σφαγαῖσιν ἀνοσίοισιν
Ἀνοσίου πατρός.
Μή μοι ναῶν χαλκεμβολάδων

Iph. At qui me miseram genuit,
O mater, O mater,
Abit, prodens *me* desertam.
O me miseram, quæ acerbam,
Acerbam, *ac* infaustam Helenam vidi.
Interficior, pereo
Impia cæde
Impii patris.
Nequaquam mihi navium æreis rostris munitarum

ροντα concordat cum θάνατον. Τὸ vero μὲν poni pro μέντοι, vel ὅμως, haud diffiteor. *Barnes.*

1309. s. Brunck. l. l. ita exhibuit, ut suspicabatur Musgr. *Beck.*

Pro vulgata lectione ἐμοὶ δὲ θάνατον, ὄνομα μὲν

φέροντα Δαναΐδαισιν, ὦ κόραι,

malui Musgravium et Brunckium sequi in recensione textus. Denique ὄνομα dici pro κλέος res est nota. Chorus perquam incommode sermonem interpellat, quod jam bene observavit Reiskius h. l. *Hopfn.*

1311. Πρόθυμα, &c.] Jam quod v. πρόθυμα attinet, etymologia docet esse id, quod *ante* sacrificium victimarum offeratur. Nimirum solebant diis, antequam victimam immolarent, thus atque placentas e farre et farina aut melle subactas, (ψαιστὰ, πόπανα, πέλανους,) offerre, quæ instar præludii sacrificii erant. Schol. ad Aristoph. Plut. v. 660. προθύματα — σημαίνει τὰ προκατάρχματα, ἢ τὰ πρὸ τῆς θυσίας γενόμενα θυμιάματα, ἢ πλακοῦντια. Vid. Casaubon. ad l. l. itemque Kusterum, qui ibi describi vult sacrificium pauperiorum, quod placentis tantum, farre molito, thure et similibus libaminibus vilioribus constare solebat, nulla victimæ mactatione succedente. *Hopfn.*

1316. δυσελέναν,] Hæc ex imitatione Homeri sunt dicta, sicut ille Πάριν δύσπαριν vocat. Vide, quæ nos ad Suppl. v. 32. et Medeæ v. 618. et Orest. v. 165. *Barnes.*

δυσελέναν,] Ut Homerus dicit Πάρις δύσπαρις,—infaustam Helenam. Alibi Homero Paris dicitur Αἰνόπαρις. V. Eustath. ad Hom. p. 379. C. ed. Rom. *Hopfn*

1318. s. Σφαγαῖσιν, &c.] Unum iambum efficiunt hi duo versus, Σφαγαῖσιν ἀνοσίοισιν ἀνοσίου πατρός. Et præcedentes dividi possunt, Πικρὰν ἰδοῦσα δυσελέναν φονεύομαι. Διόλλυμαι Σφαγαῖσιν—πατρός. Sed hæc incerta sunt: neque quisquam, opinor, nunc potest affirmare, qua modificatione Auctor ea reliquerit, et innumera alia in melicis seu choricis, quæ in diversa versuum genera facile redigi possunt. *Markl.*

1320. χαλκεμβολάδες et χαλκέμβολοι dicuntur naves æreis rostris instructæ, ἔμβολον enim erat rostrum e ligno quidem confectum sed ære tectum, quod a Diodoro vocatur χάλκωμα νεῶν. Quantum

Πρύμνας ἅδ' Αὐλὶς δέξασθαι
Τούσδ' εἰς ὅρμους, εἰς Τροίαν
Ὤφελεν ἐλάταν πομπαίαν,
Μήτ' ἀνταίαν Εὐρίπῳ πνεῦσαι πομπὰν
Ζεύς, μειλίσσων αὔραν ἄλλοις
Ἄλλαν θνατῶν λαίφεσι χαίρειν,
Τοῖσι δὲ λύπαν, τοῖσι δ' ἀνάγκαν,
Τοῖς δ' ἐξορμᾶν, τοῖς δὲ στέλλειν,

Puppes hæc Aulis excipere,
In hos portus, classem ad Trojam
Vehere destinatam, debuit,
Nec navigationem Græcis contrariam *in* Euripo spirare
Jupiter, convertens auram aliis
Aliam velis, hominum gaudium,
Aliis quidem dolorem, aliis vero naufragii,
Aliis, ut portu solvant, aliis, ut vela deducant,

equidem scio, eo tempore, de quo hic sermo est, rostra navium incognita erant, Homerus nil de iis. Piseus ex Italia oriundus primus ea invenisse dicitur. V. Plin. Histor. Nat. VII. 56. Quare Euripidem ad sua tempora respexisse existimandum, quod et alibi observare licuit. *Hopfn.*

1322. s. εἰς Τροίαν] Barnesius sic vertit: *utinam classem secundo vento ad Trojam* recta misisset. Heathius εἰς Τροίαν a seq. πομπαίαν pendere monens reddit: *in hos portus classem Trojam versus destinatam.* De v. ἐλάτη, v. supra ad v. 174. *Hopfn.*

1324. πομπὰν idem valet, quod ἄνεμον. vid. supra v. 352. *Musg.*

πνεῦσαι spirando fecisset cursum, s. ventum immisisset. Jupiter enim est dominus totius naturæ, alibi venti pendent ab Æolo. V. Homer. Od. κ'. init. *Hopfn.*

1325. μειλίσσων] Legendum εἱλίσσων, ut recte Tyrwhittus, cujus reliquas in hunc locum conjecturas mox exponemus. *Musg.*

Ζεὺς μειλίσσων αὔραν ἄλλοις Ἄλλην] Vide Gaspar. Stiblini Notas in hunc locum et in versum 1332. *Barnes.*

1325. ss. Ita hæc supplenda et intelligenda censet Abresch. Dil. Thuc. p. 669. Ζεὺς μειλ. ἄλλην αὔρ. ἄλ. θν. [τοῖς μὲν ὥστε] χαίρειν λαίφεσι· τοῖς δὲ [κατὰ] λύπην [τοῦτο ποιεῖν·] τοῖς δὲ ἐξ. [κατ'] ἀνάγκην· τοῖς δὲ στέλλειν [ναῦν, adornare et instruere, aut, intellecto ἑαυτοὺς, accingere se ad profectionem] τοῖς δὲ μέλλειν, nempe ταῦτα ποιεῖν. Ἐξορμᾶν ναῦν docet esse navem remigando e portu educere.

Ex quatuor versibus quinque dactylicos conficit Heath. sic:

Μήτ' ἀνταίαν Εὐρίπῳ
Πνεῦσαι πομπὰν Ζεὺς, μειλίσσων
Αὔραν ἄλλοις ἄλλαν θνατῶν
Λαίφεσι χαίρειν,
Τοῖσι δὲ λύπαν, τοῖσι δ' ἀνάγκαν.

Beck.

1325. μειλίσσειν autem esset demulcere, placare. Profecto mihi placet εἱλίσσων, quare in textum recepi. De Euripo, v. supra ad v. 11. Hæc sententia, Jovem solitum aliis læta, aliis prospera largiri, hos secundis ventis provehere, illos adversis morari, atque has rerum vices perpetuo quodam successu alternatim ire et redire, sæpius apud Veteres Poëtas, inprimis Tragicos legitur. Vide Pindarum Pyth. III. atque Sophocl. Trachin. v. 126. sqq. et 135. sq. *Hopfn.*

1326. χαίρειν,] Si vera est lectio, ponitur pro χαρμονὰν; estque constructio: εἱλίσσων αὔραν, ἄλλοις θνατῶν λαίφεσι χαρμονὰν, τοῖς δὲ λύπαν, τοῖς δὲ ἀνάγκαν. Tyrwhittus locum sic constituit:

Τοῖσι δὲ μέλλειν.
Ἦ πολύμοχθον ἄρ' ἦν γένος,
Ἦ πολύμοχθον ἁμερίων;
Χρεὼν δέ τι
Δύσποτμον ἀνδράσιν ἀνευρεῖν;
ΧΟ. Ἰὼ, ἰώ. μεγάλα πάθεα, μεγάλα δ' ἄχεα
Τοῖς Δαναΐδαις τιθεῖσα Τυνδαρὶς κόρα.
Ἐγὼ μὲν οἰκτείρω σε συμφορᾶς κακῶν

Aliis vero, ut morentur.
Nonne igitur calamitosum est genus,
Nonne calamitosum mortalium,
Fatum vero aliquid
Hominibus difficile toleratu?
Cho. Heu, heu! magnas clades, magnos etiam dolores
Græcis afferens filia Tyndari.
Miseret me quidem tui, quæ calamitatem malorum

Μήτ' ἀνταίαν
Εὐρίπῳ πνεῦσαι πνοιάν.
Ζεὺς μειλίσσων (vel εἰλίσσων) αὔραν ἄλλοις
Ἄλλαν θνατῶν λαίφεσι χαίρει,
Τοῖσι δὲ λύπαν, τοῖσι δ' ἀνάγκαν.
Τοῖς δ' ἐξορμᾶν, τοῖς δὲ στέλλειν,
Τοῖσι δὲ μέλλειν. *Musg.*

Λαίφεσι χαίρειν] Ὥστε χαίρειν. *Brodæus.*

1327. τοῖς δὲ λύπαν, &c.] Anapæstus proculdubio fuit, ut sequens, et præcedentes. Proinde scribendum, Τοῖσι δὲ λύπαν, τοῖσι δ' ἀνάγκαν. Et ita Heathius. *Markl.*

1330. s. Hi versus affirmative, non interrogative, accipiendi. *Heath.*

1331. Tollo interrog. post ἁμερίων: ante quam vocem deesse opinor τῶν ad supplendum anapæstum. *Markl.*

Ἁμερίων] Quod ἡμέριοι et ἐφήμεροι dicantur *homines*, vide, quæ nos ad Phœniss. v. 130. et v. 1527. Sic Oppian. Halieut. l. 2. ἡμερίων δειλὸν γένος. Sic Neophron in Scholiis ad Medeæ v. 1384. Διδάξεις δὲ τοὺς ἄλλους μυρίους ἐφημέρους. Sic Gregor. Nazianz. Θεῶν ὅρον ἡμερίων τε. *Barnes.*

1331. ss. Ita horum versuum metra constituenda:

Ἦ πολύμοχθον ἁμερίων; Χρεὼν δέ τι anapæsticus dimeter.

Ἀνδράσι δύσποτμον ἀνευρεῖν; paroemiacus. *Heath.*

Battierius post v. ἁμερίων tollit interrogationem atque ad supplendum anapæstum deesse putat τῶν ante ἁμερίων. πολύμοχθος est, qui multas ærumnas perfert. ἁμερίων solenne est hominum, quatenus brevis eorum est vita, epitheton. Sic legitur Sophocl. Antig. 789. Eodem sensu ἐφήμεροι dicuntur. v. Valckenar. ad Eurip. Phœniss. 1515. et ibid. atque v. 131. Barnesium. *Hopfn.*

1332. s. Χρεὼν δὲ τί Δύσποτμον, &c.] i. e. τὸ δύσποτμον. Hic sensus: Cum adeo omnes mortales calamitatibus circumfundantur, quid opus est, ut insuper nos etiam nobis accumulemus mala αὐθαίρετα, &c. *Barnes.*

1333. ἀνδράσιν] Forte ἄνδρεσσιν; ut sit Parœmiacus. Χρεῶν δὲ τὶ Δυσπότμον ἄνδρεσσιν ἀνεῦρειν. Poëtica conceduntur in Choris. Anapæstica hæc incipiunt ab istis, Μή μοι ναῶν, &c. v. 1321. Si retineatur ἀνδράσιν, forte leg. ἐξευρεῖν. Ἀνδράσιν pro ἀνθρώποις. *Markl.*

ἀνευρεῖν;] Sententiam æque ac metrum juveris legendo ἀναείρειν, *ferre, tolerare.* *Musg.*

Δύσποτμον, ταλαιπωρίαν. ἀνδράσιν pro ἀνθρώποις. Cum jam multæ ærumnæ homines premant, quas sibi non crearunt, cur plures adhuc sibi comparare et cumu-

Τυχοῦσαν, οἵας μήποτ᾽ ὤφελες τυχεῖν.
ΙΦ. Ὦ τεκοῦσα μῆτερ, ἀνδρῶν ὄχλον εἰσορῶ πέλας.
ΚΛ. Τόν τε τῆς θεᾶς παῖδα, τέκνον, ᾧ γε δεῦρ᾽ ἐλήλυθας.
ΙΦ. Διαχαλᾶτέ μοι μέλαθρα, δμῶες, ὡς κρύψω δέμας.
ΚΛ. Τίνα δὲ φεύγεις, τέκνον; ΙΦ. Ἀχιλλέα τόνδ᾽ ἰδεῖν αἰσχύνομαι.
ΚΛ. Ὡς τί δή; ΙΦ. Τὸ δυστυχές μοι τῶν γάμων αἰδῶ φέρει.

Nacta es, in quam utinam nunquam incidisses.
Iph. O mater, quæ me peperisti, video turbam virorum advenientem.
Cly. Et filium deæ, O filia, cui huc venisti *ut nuberes.*
Iph. Aperite mihi fores, famulæ, ut occultem corpus.
Cly. Quid vero fugis, filia? *Iph.* Achillem, quem pudet me videre.
Cly. Quid ita? *Iph.* Infelicitas mearum nuptiarum adfert mihi pudorem.

lare volunt? Similem fere sententiam habes in Bion. Id. V. 10. s. ed. Mans. *Hopfn.*

1335. Τυνδαρὶς κόρα.] Pro κόρη. Sententia per se absoluta est, qualis illa Iph. Taur. 788. Ὦ ῥᾳδίοις ὅρκοισι περιβαλοῦσά με! ubi vide. *Markl.*

τιθεῖσα Τυνδαρὶς κόρα.] Vel est vocandi casus, ὦ κόρα τιθεῖσα, &c. vel ἐστὶ, vel εἶς, intelligitur: ut Æmil. Portus notat: τιθεῖσα Δαναΐδαις πάθεα redolet Homericum illud,—ἣ μυρί᾽ Ἀχαιοῖς ἄλγε᾽ ἔθηκε. *Barnes.*

κόρα pro κόρη.] Vel est vocativus ὦ κ. — vel subintelligendum εἶς vel ἐστί. Illud autem τιθέναι h. l. adhibetur ut Homeri τιθέναι ἄλγεα, initio Iliadis, διδώναι, ibid. v. 96. *Hopfn.*

1338. Ὦ τεκοῦσα μῆτερ, ἀνδρῶν ὄχλον εἰσορῶ] Iphigenia procul videt turbam armatorum hominum, quorum dux Achilles. Ita enim ipse postea, ad v. 1359. Εἰσορᾷς τεύχη φέροντας τούσδε; Et hos quidem Iphigeniæ causa secum habet, cum Ulysse nempe illius gratia depugnaturus. *Barnes.*

1339. ΚΛ. Τόν τε τῆς Θεᾶς παῖδ᾽, ὦ τέκνον γ᾽, ᾧ δεῦρ᾽ ἐλήλυθας.] Bis peccat in leges trochaïcorum. Restitueris parva mutatione, τόν τε τῆς Θεᾶς παῖδα, τέκνον, ᾧ γε δεῦρ᾽ ἐλήλυθας. Θεᾶς est monosyllabon, ut persæpe. Et ita Heathius. Hæc tamen aliter distinguenda esse opinor: ΙΦ. ὦ τεκοῦσα μῆτερ, ἀνδρῶν ὄχλον εἰσορῶ πέλας, Τόν τε τῆς Θεᾶς παῖδα. ΚΛ. τέκνον, ᾧ γε δεῦρ᾽ ἐλήλυθας; *eumne, filia, cujus caussa huc venisti? Markl.*

Metrum laborat, cui fortasse hoc modo succurrendum:

τόν τε τῆς θεᾶς παῖδα, τέκνον, ᾧ γε δεῦρ᾽ ἐλήλυθας,

Clytæmnestræ responsum a voce demum τέκνον inchoat Marklandus, minus commode, quando Achillem nondum viderat, aut cognoscere poterat, Iphigenia. *Musg.*

Reisk. emendat: τόν γε τῆς παῖδ᾽, ὦ τέκνον, τῷ, *cui*, pro ὅτῳ. *Beck.*

Marklandus verbis τέκνον, &c. præfigit Clytæmnestræ personam et post ἐλήλυθας interrogationis notam ponit, redditque: *eumne, filia, cujus caussa huc venisti?* Minus commode, ut opinor. Præterea scire cuperem, unde Iphigenia intellexisset, ducem istum esse Achillem, quippe quem nondum viderat — ᾧ, i. e. cujus sponsa huc venisti, ut cum eo conjugium contraheres. *Hopfn.*

1340. δέμας περιφραστικῶς adhiberi jam alibi notatum est. V. ad Eurip. Cyclop. v. 2. Valde consentaneum est indoli puellæ, quod sese vult abscondere, cum is veniat, cujus sponsa falso dicta fuerat, cuique ne verbum quidem de his nuptiis innotuerat. *Hopfn.*

1341. ΚΛ. τί δὲ φεύγεις, τέκνον; ΙΦ. τὸν

ΚΛ. Οὐκ ἐν ἁβρότητι κεῖσαι πρὸς τὰ νῦν πεπτωκότα.
Ἀλλὰ μίμν᾽· οὐ σεμνότητος ἔργον, ἢν δυνώμεθα.
ΑΧ. Ὦ γύναι τάλαινα, Λήδας θύγατερ. ΚΛ. Οὐ ψευδῆ θροεῖς.
ΑΧ. Δεῖν᾽ ἐν Ἀργείοις βοᾶται. ΚΛ. Τίνα βοήν; σήμαινέ μοι.
ΑΧ. Ἀμφὶ σῆς παιδός. ΚΛ. Πονηρὸν εἶπας οἰωνὸν λόγον.
ΑΧ. Ὡς χρεὼν σφάξαι νιν. ΚΛ. Οὐδεὶς τοῖσδ᾽ ἐναντίον λέγει;

Cly. Non in deliciis tuæ sunt res quoad præsentem casum.
Sed mane, non est locus jam isti verecundiæ, si possumus.
Ach. O miseram mulierem, filiam Ledæ. *Cly.* Non falsa dicis.
Ach. Atrociter clamatur inter Argivos. *Cly.* Quis clamor? indica mihi.
Ach. Super tua filia. *Cly.* Malum omen verborum dixisti.
Ach. Quod oporteat eam mactari. *Cly.* Et nemo istis contradicit?

Ἀχιλλέα, τὸν ἰδεῖν αἰσχύνομαι. Tria sunt menda metrica in hoc trochaïco. Scribo, ΚΛ. τίνα δὲ φεύγεις, τέκνον; ΙΦ. Ἀχιλλέα, τόν γ᾽ ἰδεῖν αἰσχύνομαι. Duæ ultimæ syllabæ in Ἀχιλλέα contrahuntur in unam, quasi esset Ἀχιλλ-yᾶ, ut Rheso 980. Codd. A. B. delent τὸν priore loco, quod huic ordinationi favet, et τίνα necessarium reddit. Τὸν pro ὅν, ut passim, et in Menandreis n. CCII. Ἡ δ᾽ οἰκί᾽ ἐν τῇ πάντα πρωτεύει γυνή, &c. sic scribendum. ἐν τῇ pro ἐν ᾗ. sic ἔνθα pro ἐν τᾷ, (i. e. ᾇ vel ᾗ) Iph. Taur. 176. In Menandro vulgo legitur ἐν ᾗ, contra metrum. *Markl.*

Prius τὸν in utroque MS. deest. Legendum videtur:

ΚΛΥ. Τίνα δὲ φεύγεις, τέκνον; ΙΦΙ. Ἀχιλλέα
τόνδ᾽ ἰδεῖν.—

Musg.

Ἀχιλλέα] Hic ultima syllaba longa esse debet. Vide, quæ nos ad Phœniss. v. 71. et v. 1267. *Barnes.*

Reisk. scribit τὸν Ἀχιλλέα προσιδεῖν. Heath. metri causa scribit:

ΚΛ. Τί δὲ, τέκνον, φεύγεις; ΙΦ. τὸν Ἀχιλέα, τόν
γ᾽ ἰδεῖν αἰσχύνομαι.

1343. πρὸς τὰ νῦν πεπραγμένα.] Bene: ut Æschyl. Pers. 803. Sed cum Codd. A. B. habeant πεπτωκοτα, ita edidi, ut Hippol. 715. Electr. 639. Plutarch. ad Apollon. p. 112. E. unde patebit metaphora. *Markl.*

πρὸς τὰ νῦν πεπτωκότα.] Ita pro πεπραγμένα edidit Marklandus, citans Hippol. 714. Electr. 639. Plutarch. ad Apollon. p. 112. E. "A. qui sumsit a Platone Rep. X. p. 604. C. HSt. Adde Alexin Stobæi CIII. p. 560. 15. Terent. Adelph. IV. 7. 21." *Por.*

Sensus est: *non in eo statu es, qui pudorem hunc delicatum postulet.*

πεπτωκότα.] Ita ambo MSS. Ed. Ald. πεπραγμένα. Sed præstat alterum. Plato, p. 755. A. Ed. Ficin. ὥσπερ ἐν πτώσει κύβων πρὸς τὰ πεπτωκότα τίθεσθαι. Noster Hippol. v. 715. αὐτή τ᾽ ὄνασθαι πρὸς τὰ νῦν πεπτωκότα. *Musg.*

ἐν ἁβρότητι] Non in eo statu es, qui pudorem hunc delicatum postulet. *Deine jetzige Lage erlaubt dir diese Zærtlichkeit nicht.* προς τα πεπρ. quod attinet ad res tuas, ut nunc sunt. Musgravius citat Hippolyt. v. 715. ubi ad ludum tesserarum, qui et ab aliis scriptoribus ad vitam quotidianam translatus est, respicitur v. Valckenar. l. l. Sed vulgatum ex Æschyl. Pers. v. 803. defendi potest. *Hopfn.*

1344. οὐ σεμνότητος ἔργον,] Similis locus supra versu præcedenti, et Phœniss. v. 1280. Οὐκ ἐν χορείαις, οὐδὲ παρθενεύμα-

ΑΧ. Εἰς θόρυϐον ἐγώ τι καὐτὸς ἦλθον. ΚΛ. Ἐς τίν', ὦ ξένε;
ΑΧ. Σῶμα λευσθῆναι πέτροισι. ΚΛ. Μῶν κόρην σώζων ἐμήν;
ΑΧ. Αὐτὸ τοῦτο. ΚΛ. Τίς δ' ἂν ἔτλη σώματος τοῦ σοῦ θιγεῖν;
ΑΧ. Πάντες Ἕλληνες. ΚΛ. Στρατὸς δὲ Μυρμιδόνων οὔ σοι παρῆν;
ΑΧ. Πρῶτος ἦν ἐκεῖνος ἐχθρός. ΚΛ. Δι' ἄρ' ὀλώλαμεν, τέκνον.

Ach. Ego etiam ipse in periculum veni. *Cly.* In quod, O hospes?
Ach. Obrui lapidibus. *Cly.* Num filiam meam servare *volens?*
Ach. Hoc ipsum? *Cly.* Quis vero ausus est attingere tuum corpus?
Ach. Omnes Græci. *Cly.* Exercitus vero Myrmidonum non aderat tibi?
Ach. Ille primus erat adversarius. *Cly.* Periimus igitur, filia.

σιν. Et v. 1291. α. Αἰδούμεθ' ὄχλον. β. Οὐκ ἐν αἰσχύνῃ τὰ σά. *Barnes.*

οὐ σεμνότητος ἔργον,] Non locus est verecundiæ, nunc verecundia nullum locum habet. Δυνώμεθα subintell. aliquid efficere, ut vita tua servetur. *Hopfn.*

1345. sqq. θροεῖς, λέγεις ut supra v. 143. Δεινὰ pro adverbio, *atrociter.* Argivi vehementer vociferantur. βοὴν — Attici enim sic loqui amant βοὴν βοᾶσθαι, μάχην μάχεσθαι, etc. V. supra ad v. 1186. Οἰωνὸς æque ac ὄρνις proprie avem denotat, sed de omine quoque adhibetur. v. supra v. 607. Orest. 779. Plura, quæ ad rem attinent, monuimus supra ad v. 143. *Hopfn.*

1347. πονηρὸν εἶπας οἰωνὸν λόγον.] Vel λόγων, vel λόγου. Phœniss. 1356. Herc. Fur. 537. Ion. 753. Versu proxime sequenti, pro κ' οὐδεὶς metrum poscit οὐδείς. Ortum est mendum a repetitione præcedentis K in KΛ. Ita quoque legit Heathius. *Markl.*

λόγον.] Bene Marklandus λόγου, vel λόγων, conferens Phœniss. v. 1356. Ion. v. 763. Herc. Fur. v. 537. *Musg.*

Pro vulgato λόγον recepi λόγων cum Marklando et Musgravio. *Hopfn.*

1348. Legendum vel σφάξαι σφὲ, vel pro κοὐδεὶς, οὐδείς. *Musg.*

Ut vitetur spondeus in tertia sede, dele καὶ ante οὐδεὶς, et pro τοῖσδ' lege τοῖς δ', ut τὸ δὲ vicem τοῦ καὶ suppleat. *Heath.*

1349. Εἰς θόρυϐον ἐγώ τοι κἀυτὸς ἤλυθον.] Metrum postulat ἔγωγε, vel ἐγὼ δὲ, vel ἐγώ τε, vel brevem aliquam syllabam post ἐγώ. Pro ἤλυθον mallem ἦλθον, si cum MSS. *Markl.*

Εἰς θόρυβον ἐγώ τοι καὐτὸς ἤλυθον.] Ἔγωγε καὐτὸς ἦλθον. *Por.*

ἐγώ τοι] Contra metrum peccat τοί. An legendum τι, *aliquantum.* *Musg.*

Ob metrum lege ἐγώ τε pro ἐγώ τοι. Nitidior etiam evadet versus, si pro ἤλυθον legas ἦλθον. *Heath.*

θόρυβον, κίνδυνον. *Hopfn.*

1350. Pro σώζειν legi posset σώζων cum Cantero et Reiskio, vel σώσων, et tamen neutro opus est. σώζειν est ὥστε σώζειν, ut bene Portus. sic μιαιφονεῖν, v. 1364. et δρέπειν, v. 1299. *Markl.*

σώζειν] Optime Canterus σώζων. *Musg.*

σώζειν] Canterus legit σώζων, i. e. σώζειν θέλων; Æmil. Portus ait poni pro ὥστε σώζειν, vel σώζειν θέλων, et refert ad Græcum suum in Xenophontem Indicem. *Barnes.*

Pro vulgato σώζειν recepi cum Cantero, Reiskio, Musgravio et Koehlero σώζων. Marklandus quoque conjicit σώσων. Sed si sumamus, σώζειν, positum esse pro ὥστε σώζειν, ut μιαιφονεῖν infra 1364. et δρέπειν, v. 1299. vulgata potest defendi. Λεύειν, i. q. λιθάζειν, lapidibus petere s. obruere. Sic Electr. 1328. eodem modo legitur πέτροις λεύειν. In utroque loco πέ-

ΑΧ. Οἵ με τῶν γάμων ἀπεκάλουν ἥσσον'. ΚΛ. Ἀπεκρίνω δὲ τί;

ΑΧ. Τὴν ἐμὴν μέλλουσαν εὐνὴν μὴ κτανεῖν. ΚΛ. Δίκαια γάρ.

ΑΧ. Ἣν ἐφήμισεν πατήρ μοι. ΚΛ. Κἀργόθεν γ' ἐπέμψατο.

ΑΧ. Ἀλλ' ἐνικώμην κεκραγμοῦ. ΚΛ. Τὸ πολὺ γὰρ δεινὸν κακόν.

ΑΧ. Ἀλλ' ὅμως ἀρήξομέν σοι. ΚΛ. Καὶ μάχει πολλοῖσιν εἷς;

Ach. Qui me dicebant victum a sponsa. *Cly.* Verum quid respondisti?
Ach. Ne occiderent eam, quæ esset futura mea conjux. *Cly.* Æquum enim.
Ach. Quam mihi nuncupâsset pater. *Cly.* Et Argis *huc* evocâsset.
Ach. Sed vincebar clamore. *Cly.* Est enim vehemens malum multitudo.
Ach. Attamen juvabo te. *Cly.* An tu unus pugnabis cum multis?

τροις redundat. σῶμα, ἐμὲ ut supra v. 1340. et v. sq. *Hopfn.*

1352. Στρατὸς δὲ Μυρμιδόνων οὔ σοι παρῆν;] Achillis socii et milites dicti erant Myrmidones. Gens erat ex Ægina oriunda, quæ Peleum in Thessaliam secuta est; dicti sunt in Ægina per Æaci preces ex formicis homines evasisse, unde et nomen illis; vel, ut alii, ex Myrmidone, Jovis filio. Vide Eustath. in Hom. fol. 76. l. 38. et fol. 320. lin. 42. Item Ovid. Metam. Lib. VII. Fab. 22. *Barnes.*

1352. ss. Jam quod Myrmidones attinet, haud dubie erant a gente Pelasgica oriundi, et pars eorum Peleum in Thessaliam sequuta est; alii eos ita vocatos volunt, quia per Æaci preces ex formicis homines evaserint, (V. Schol. Pindar. Nem. III. 21. Schol. Lycophr. 176.) alii nomen a Myrmidone, Jovis et Eurymedusæ filio derivant. Incolebant partem Thessaliæ atque insulam Æginam. Apollodor. I. 7. 3. v. Munker. ad Hygin. f. 52. Conf. etiam Eustath. fol. 76. l. 38. et fol. 320. l. 42. Adde quæ supra ad v. 239. p. 58. notata sunt. Παρῆν te adjuvabat. Ἐχθρὸς— se mihi opponebat, tumultuabatur. Ἥσσονα γάμων inferiorem nuptiis, qui a nuptiis s. femina vinci se patitur, servum feminæ. *Hopfn.*

1355. Recte Barnesius rejicit Scaligeri conjecturam εἶναι pro εὐνὴν, quod significat *uxorem* (Hippol. 899. Sophocl. Antig. 1258.) ut εὐνὶς, εὐνέτις, et λέκτρον. *Markl.*

Τὴν ἐμὴν μέλλουσαν εὐνὴν μὴ κτανεῖν] Liber Heinsio-Scalig. pro εὐνὴν scribit, εἶναι, non in hac parte, ut mihi videtur, solita felicitate utens: Τὸ εἶναι enim in hoc loco frigidiusculum paulum sonat, cum elegantius sûbaudiatur: (de qua re vid. Sebastian. Pfochenii Diatrib. de Græc. Ling. N. T. puritate) Et profecto τὸ εὐνὴν figurate hic pro *uxore* ponitur, ut supra v. 1275. μηδὲ Βαρβάροις ὕπο Ἕλληνας ὄντας λέκτρα συλᾶσθαι βίᾳ. Ubi λέκτρα *uxores* notat, ut hic εὐνὴ rem eandem significat, διὰ τῆς μίξεως ἐρωτικῆς μετὰ γυναικῶν ἐν ταῖς εὐναῖς. Hinc illud Antholog. Πᾶσα γυνὴ κακή ἐστιν, ἔχει δ' ἀγαθὰς δύω ὥρας, Τὴν μίαν ἐν θαλάμῳ, τὴν μίαν ἐν θανάτῳ. Sic et apud Latinos dicitur, *Thalamos violare jugales.* Et, *Vetitum sollicitare torum.* Sic ausus Ruben patrium temerare cubile. Et sexcenta hujusmodi, ubi *thalamus,* torus et cubile pro *muliere* ponuntur. *Barnes.*

εὐνὴ proprie est cubile, stratum, thalamus. Sed h. l. ut Hippolyt. 899. et Sophocl. Antig. 1238. pro uxore ponitur, quemadmodum et λέκτρον supra v. 1275. de muliere adhibebatur, et alibi thalamus, torus, cubile pro uxore apud Latinos usurpari solet. Δίκαια, ἀληθῆ. *Hopfn.*

1356. Ἣν ἐφήμισεν πατήρ μοι.] Hic sim-

ΑΧ. Εἰσορᾷς τεύχη φέροντας τούσδ'; ΚΛ. Ὄναιο τῶν φρενῶν.
ΑΧ. Ἀλλ' ὀνησόμεσθα. ΚΛ. Παῖς ἄρ' οὐκέτι σφαγήσεται;
ΑΧ. Οὐκ, ἐμοῦ γ' ἑκόντος. ΚΛ. Ἥξει δ' ὅστις ἅψεται κόρης;
ΑΧ. Μυρίοι γ'· ἄξει δ' Ὀδυσσεύς. ΚΛ. Ἆρ' ὁ Σισύφου γόνος;
ΑΧ. Αὐτὸς οὗτος. ΚΛ. Ἴδια πράσσων, ἢ στρατοῦ ταχθεὶς ὕπο;
ΑΧ. Αἱρεθεὶς ἑκών. ΚΛ. Πονηράν γ' αἵρεσιν, μιαιφονεῖν.
ΑΧ. Ἀλλ' ἐγὼ σχήσω νιν. ΚΛ. Ἄξει δ' οὐχ ἑκοῦσαν ἁρπάσας;

Ach. Hosne vides adferentes arma? *Cly.* Prosit tibi hoc consilium.
Ach. At proderit. *Cly.* Non amplius igitur mactabitur filia?
Ach. Non, me quidem volente. *Cly.* Venietne vero, qui puellæ manus injiciet?
Ach. Plurimi: Ulysses vero ducet. *Cly.* Num propago Sisyphi?
Ach. Ille ipse. *Cly.* Per se id faciens, an jussus ab exercitu?
Ach. Electus *ad hoc* volens. *Cly.* Malam vero electionem, ut se cæde polluat.
Ach. Sed ego arcebo eum. *Cly.* An vero ducet eam raptam non volentem?

pliciter φημίζω, quod significat *dico*, sumitur pro *polliceor*. Vid. Diatrib. de Gr. L. N. T. Puritate, p. 56. *Barnes.*

1356. s. φημίζειν, λέγειν h. l. pro polliceri in contextu. V. Pfochen. l. l. p. 56. Supra v. 130. erat v. ἐπίφημι, ubi plura de h. v. diximus. Τὸ πολὺ, πλῆθος. Τεύχη, ὅπλα. V. supra v. 81. *Hopfn.*

1359. Εἰσορᾷς τεύχη φέροντας] Vid. supra ad v. 1338. *Barnes.*

1359. ss. Ὄναιο τ. φ.] Animus iste, fortitudo animi tibi prosit. Ἅπτεσθαι ut θιγγάνειν pro eripere, abducere. Explanatur v. sq. voc. ἄγειν. γόνος Σ. v. supra v. 524. *Hopfn.*

1362. Ἆρ' ὁ Σισύφου γόνος;] De hac re vid. quæ nos supra ad v. 524. *Barnes.*

1363. Ἰδίᾳ πράσσων,] Metrum poscit ἴδια, adverbialiter, ultima brevi. Et ita Heathius. *Markl.*

Ἴδια,] Ita ex conjectura dedi. Vulgo ἰδίᾳ cum iota subscripto. *Musg.*

Ἴδια] Struchtm. Anim. Cr. p. 129. *Beck.*

Ἴδια, i. q. ἑκών, v. seq. *Hopfn.*

1364. Πονηράν γ' αἵρεσιν, μιαιφονεῖν.] Sic distinguendum. Constructio est αἱρεθεὶς πονηράν γε αἵρεσιν, (ὥστε, vel εἰς τὸ) μιαιφονεῖν. *malam sane electionem electus, ut homicidium perpetret.* *Markl.*

Πονηράν γ' αἵρεσιν μιαιφονεῖν.] Subintellige αἱρεθεὶς, ut sit αἵρεσιν αἱρεθεὶς, de qua re vide, quæ nos supra ad v. 1182. *Barnes.*

αἵρεσιν sc. αἱρεθεὶς ὥστε s. εἰς τὸ μιαιφ. nisi placuerit tanquam exclamationem accipere, O pessimum munus, sanguine (puellæ) se polluere! *Hopfn.*

1365. Σχήσω retinebo. ξάνθης ἐθείρης sc. ἁρπάσας. De flava coma, parte pulchritudinis v. supra ad v. 681. *Hopfn.*

1367. τοῦδ' οὕνεκ'] Codd. A. B. ενεκ', quasi voluissent εἵνεκ'. nam τοῦδ' οὕνεκ' forte dubium videbatur: sine caussa. *Markl.*

Ad finem hujus v. interrogationis notam delendam, et plene distinguendum censeo: ὡς τοῦδ' οὕνεκ' οὐ σφαγήσεται. *Si quid in hoc opis est, certe non mactabitur; hoc certe non deerit, quo minus mactetur.* *Heath.*

ΑΧ. Δηλαδὴ ξανθῆς ἐθείρης. ΚΛ. Ἐμὲ δὲ χρὴ τί δρᾶν τότε;
ΑΧ. Ἀντέχου θυγατρός. ΚΛ. Ὡς τοῦδ᾽ οὕνεκ᾽ οὐ σφαγήσεται.
ΑΧ. Ἀλλὰ μὴν εἰς τοῦτό γ᾽ ἥξει. ΙΦ. Μῆτερ, εἰσακούσατε
Τῶν ἐμῶν λόγων· μάτην γάρ σ᾽ εἰσορῶ θυμουμένην
Σῷ πόσει. τὰ δ᾽ ἀδύναθ᾽ ἡμῖν καρτερεῖν οὐ ῥᾴδιον.
Τὸν μὲν οὖν ξένον δίκαιον αἰνέσαι προθυμίας·
Ἀλλὰ καὶ σὲ τοῦθ᾽ ὁρᾶν χρὴ, μὴ διαβληθῇς στρατῷ,

Ach. Scilicet flava coma *correptam.* *Cly.* Me vero quid oportet facere tunc?
Ach. Retine filiam. *Cly.* An propter hoc non mactabitur?
Ach. Sed tamen ad hoc veniet. *Iph.* Mater, audite
Mea verba; frustra enim te video irasci
Marito tuo. At nostræ infirmitati haud facile est obniti.
Istum quidem hospitem æquum est laudare propter promptum animum juvandi:
Sed et te illud videre oportet, ne apud exercitum insimuleris,

οὕνεκα, probum est. *Hopfn.*

1368. Ἀλλὰ μὴν εἰς τοῦτό γ᾽ ἥξει.] Imo, ἥξω· *Atqui ad hoc veniam:* scil. ἵνα μὴ σφαγήσηται. *Markl.*

εἰς τοῦτό τ᾽ ἥξει.] Malim εἰς ταυτό γ᾽ ἥξει, *eodem res recidet.* Sic εἰς ταυτὸν ἥξεις, Hippol. v. 275. ubi Scholiastes ἥκει. Quod si retinetur τοῦτο, de cæde Iphigeniæ explicandum erit. Barnesio tamen judice, vel manum supra capulum ponens hæc ait, vel socios milites respectans. *Musg.*

Ἀλλὰ μὴν εἰς τοῦτό γ᾽ ἥξει.] Verumtamen ad hoc res evadet, i. e. ad pugnam: vel manum super capulum ponens hæc ait, vel socios milites respectans, qui in armis adstabant, vel cum armis. *Barnes.*

Koehl. vulgatum tuetur, putatque, Achillem, his verbis pronunciatis, gladium suum attigisse, ut sensus sit: sed ad hunc (gladium) res redit, hic rem decernet; nam ex Marklandi mente debere esse ἧκα, non ἥξω, et in interrogatione Clytæmnestræ inesse potius ἵνα σφαγήσηται. *Beck.*

Koehlerus, qui ita vertit: *Das solls entscheiden* vel *Hierauf wirds ankommen.* (*Auf sein Sckwerdt klopfend.*) Atque hæc quidem versio mihi facillima esse videtur. Erasmus reddiderat: *Res huc videlicet loci veniet,* scil. σφαγήσεται. *Ich fürchte es wird dazu kommen.* Steinbrüchel quoque reddit: *Wenigstens soll es dieses hier (er zeigt auf sein Schwerdt und seine Soldaten) entscheiden.* Profecto nescio quomodo opponere possit Koehlerus, Achillem, inprimis in sermone tam abrupto non potuisse simul milites atque gladium monstrare. Brumœus: *Voici, qui me repondra d'elle,* gladium monstrans. *Hopfn.*

1370. ἀδύνατα, si a καρτερεῖν regatur, quem sensum habere possit, non video. Malim igitur legere ἡμῶν pro ἡμῖν, ut τὰ ἀδύνατα ἡμῶν valeat τὴν ἡμῶν ἀδυναμίαν, vel ἡμᾶς ἀσθενεῖς ὄντας. Sensus est: *fieri vix potest, ut nostra imbecillitas resistendo par sit. Musg.*

Καρτερεῖν non hic significat *sustinere,* sed *contra nitentem perseverare. Heath.*

Non necessaria esse videtur emendatio (Musgravii) ἡμῶν, cum constet, Græcos

Καὶ πλέον πράξωμεν οὐδὲν, ὃς δὲ συμφορᾶς τύχῃ.
Οἷα δ' εἰσῆλθέν μ' ἄκουσον, μῆτερ, ἐννοουμένην.
Κατθανεῖν μέν μοι δέδοκται· τοῦτο δ' αὐτὸ βούλομαι
Εὐκλεῶς πρᾶξαι, παρεῖσά γ' ἐκποδὼν τὸ δυσμενές.

Et nihil tamen plus efficiamus, Achilles autem in calamitatem incidat.
Audi autem, mater, quæ mihi cogitanti in mentem venerint,
Mori quidem mihi decretum est; sed hoc ipsum volo
Gloriose facere, omittens procul indignationem.

sæpe uti dativo pro genitivo. Quod si vero aliam verbi καρτερεῖν notionem constituamus, sensus bonus existet. Equidem ab initio existimabam καρτερεῖν, h. l. esse constanter persequi, efficere. *Hopfn.*

καρτερεῖν est, obniti. *Loesner.*

1372. μὴ διαβλ.] Ne apud exercitum in suspicionem incurras, male audias. Heathius reddit: ne cum exercitu committare, ne inimica exercitui reddare. *Hopfn.*

1373. ὃς δέ] Cod. A. ὁδε συμφορας. Hoc erat, opinor, ὅδε δὲ συμφορᾶς τύχῃ. Cod. C. ὁς ὁδε. Versu 1376. B. C. δυσγενες pro δυσμενές. vid. ad Iph. Taur. 592. *Markl.*

ὅδε δὲ] Ita MS. E. Ed. Ald. ὃς δέ. *Musg.*

ὃς δὲ συμφορᾶς τύχῃ.] Ὃς pro οὗτος hic, ut sæpe apud Homerum, Xenophontem, Platonem, aliosque; Achillem autem innuit. *Barnes.*

ὃς pro οὗτος, scil. Achilles. V. Viger. p. 24. *Hopfn.*

ὁ δὲ] Ὁ Ἀχιλλεύς. *Scholiast.*

1374. De usu v. εἰσέρχεσθαι v. supra ad v. 57. 492. 522. cf. infr. 1411. Inprimis hic conferendus est, v. 492. *Hopfn.*

1375. κατθανεῖν μέν μοι δέδοκται.] Liceat hic paullum evagari, modo ne extra oleas. Aristoteles Poëtic. cap. XV. *de moribus Personarum in Tragœdia,* quatuor res circa eos exigit; quarum quarta est τὸ ὁμαλὸν, *æquabilitas,* sive constans sibi similitudo qualis ab incepto processerat; et exemplum contrarii, sive τοῦ ἀνωμάλου, *inæquabilitatis,* profert hanc Iphigeniam Euripidis: οὐδὲν γὰρ (inquit) ἔοικεν ἡ ἱκετεύουσα τῇ ὑστέρᾳ· *ea enim supplicans, nihil similis est ei quæ postea fuit.* Verum dicit. Sed et eandem rem in cæteris hujus dramatis personis, excepta Clytæmnestra, observare potuisset. Singulas sistamus, posthabito Nuncio, quia ejus est nihil præter *narrare:*

Agamemnonis et Menelai subita animi et partium invicem mutatio, nulla nova existente vel apparente caussa vera, æque ἀνώμαλος consideranti apparebit, ac ista Iphigeniæ fuit:

Achilles, qui quidvis pati vel facere paratus erat ut puellam servaret, mox Ipse in ejusdem *sacrificio* primas partes agit:

Chorus, qui tam suaviter et miserabiliter sortem Iphigeniæ defleverat ad finem Actus Quarti, postea cædem jam certam æquo animo fert, neque adhuc δεινοπαθεῖ, et promittit ei *gloriam immortalem,* v. 1503. et Dianam celebrat ob ejus mortem, *tanquam* ἐπ' εὐτυχεῖ πότμῳ, *ob eventum fortunatum:*

Ipse Famulus senex qui se ἀγαθὸν et πιστὸν Agamemnoni jactaverat, v. 45. mentem postea mutat, Agamemnonem prodit, et consilia ejus Clytæmnestræ enarrat:

Sola Clytæmnestra immutabilis manet. Hoc enim historiæ fides, et cædes Agamemnonis, hujus sacrificii prætextu ab illa postea perpetrata, postulabat.

His rebus observatis, jam forte elucescet mens et propositum sapientissimi poëtæ in hoc dramate: nempe, ut (præter mala ambitionis) humani animi levitatem, et τὸ εὐμετάβλητον, et inconstantiam in consiliis suis, per tot instabiles dramatis personas repræsentaret. Quam instabilitatem, ita exhibitam, laudi potius quam vitio, cum Aristotele, vertendam duxerim. Non enim aliter propositum suum assequi potuit scriptor: et licet personæ sint ἀνώμαλοι, (id ipsum quod voluit, et necessarium erat) poëta tamen in iis describendis servat τὸ ὁμαλόν. Equidem πρᾶξιν Euripidis, quam κρίσιν Aristotelis, in hac re sequi mallem; et mirari subiret, ἀγχίνοιαν ejus fugisse hoc, quod aliis obvium

Δεῦρο δὴ, σκέψαι μεθ' ἡμῶν, μῆτερ, ὡς καλῶς λέγω.
Εἰς ἔμ' Ἑλλὰς ἡ μεγίστη πᾶσα νῦν ἀποβλέπει,
Κἀν ἐμοὶ πορθμός τε ναῶν, καὶ Φρυγῶν κατασκαφαὶ,
Τάς τε μελλούσας γυναῖκας, ἤν τι δρῶσι βάρβαροι,

Considera vero jam nobiscum, mater, quam recte dicam:
Tota maxima Græcia in me nunc intuetur,
Et in me trajectio navium posita est, et eversio Phrygum;
Posterasque mulieres, si quid adversus barbarum agant,

videtur, nisi scirem, *Nos omnes æque esse Homines.*

Nihil dico de odio politico in Argivos et Lacedæmonios, sub personis Agamemnonis et Menelai: quod tamen non dubito quin noster Atheniensis animo haberet infixum cum hanc fabulam composuit. *Markl.*

Addit Koehl. hic subitam mutationem Iphigeniæ esse admodum naturæ congruam; vidisse enim illam Achillis periculum, nec ullam sibi spem vitæ superesse, maluisse igitur sponte, quam vi coactam, immolari. *Beck.*

Ego vix mihi persuadere possum, Poëtam hoc, quod ultimo loco notaverat Marklandus, in animo habuisse. Præterea opinor, hanc repentinam Iphigeniæ mutationem naturæ rei valde esse accommodatam, quod et Koehlerum judicasse ad h. l. video. Puella in flore ætatis, quæ summa cum lætitia patriam domum reliquerat, ut in amplexus viri tanti, quantus Achilles erat, properaret, sed contra omnem spem atque exspectationem audit, se advenisse, ut immoletur atque moriatur, et quidem manu patris, a quo tale quid nullo modo exspectari poterat, ea profecto inprimis inter assiduas matris charissimæ lacrimas atque querelas summum mœrorem ab initio post auditum tristissimum nuntium sentire debebat. Qualis enim hæc fuisset puella, quæ hunc inexspectatum casum animo hilari aut æquo statim excepisset? Ea profecto non est hominis indoles atque natura. Postquam autem cum ex ipsius patris, qui amorem intimum erga filiam minime celare potest, (vid. v. 679. sqq. et 1256. sq.) tum ex Achillis, cui quidem non animus benevolus sed potentia adversus tot tantaque impedimenta deest, sermone intellexit, rem omnem nullo modo posse revocari, imo vero patrem atque Achillem nec non ipsam Clytæmnestram in aperta pericula incurrere, neque spem ullam salutis adesse, excitata amore in patriam, quo omnis Græcorum natio mirifice flagrabat, atque immortali gloria apud posteros, profitetur, se malle pro patria ejusque libertate mori, quam invitam et nolentem ut victimam ad aram trahi. Ego vero, si Euripides mores Iphigeniæ aliter depinxisset, dicerem, eum adversus naturæ humanæ rationem vehementer peccasse. *Hopfn.*

1376. δυσμενές.] MS. G. et Lib. P. δυσγενές. Legendum δυσχερὲς, *id quod res molesti habet. Musg.*

1377. Σκέψαι, perpende. Καλῶς, ἀληθῶς. *Hopfn.*

1378. Ἑλλὰς ἡ μεγίστη] Opinor, ᾗ μεγίστη, Græcia *qua parte* maxima est; ut intelligat Peloponnesum præcipue. Sic ᾗ τομώτατος, Soph. Ajac. 831. ᾗ βαθύτατον, Lucianus Navigant. p. 493. ᾗ βράχιστον τοῦ λόγου, Aristoph. Lysistr. 716. *ut uno verbo dicam. Markl.*

ἡ μέγιστη] Pro ἡ μεγάλη. Superlativus pro positivo. Hesychius: μεγίστην, μεγάλην. *Musg.*

Tuetur vulgatum Koehl. *Beck.*

1378. s. ἡ μεγίστη pro μεγάλη, superlativus pro positivo. Hesychius μεγίστην, μεγάλην. V. etiam Viger. Quare non opus est emendatione Marklandi nimis quæsita ᾗ μεγίστη sc. ἐστι. Totius maximæ Græciæ oculi animique in me sunt fixi atque directi, ad me unicam salutis omnis causam omnes respiciunt. Eodem redit ἐν ἐμοὶ — in me sita est, a morte mea pendet. Πόρθμον ναῶν, supra v. 92. πλοῦν, etc. *Hopfn.*

1380. s. Τάς τε μελλούσας γυναῖκας, ἤν τι δρῶσι βάρβαροι, Μηκέθ' ἁρπάζειν ἐᾷν τὰς ὀλβίας ἐξ Ἑλλάδος.] Lege τάσδ' (*pro* τὰς)

Μηκέθ' ἁρπάζειν ἐᾶν τᾶς ὀλβίας ἐξ Ἑλλάδος,
Τὸν Ἑλένης τίσαντας ὄλεθρον, ἥντιν' ἥρπασεν Πάρις.
Ταῦτα πάντα κατθανοῦσα ῥύσομαι· καί μου κλέος,
Ἑλλάδ' ὡς ἠλευθέρωσα, μακάριον γενήσεται.
Καὶ γὰρ οὐδέ τοι λίαν γ' ἐμοὶ φιλοψυχεῖν χρεών·
Πᾶσι γάρ μ' Ἕλλησι κοινὸν ἔτεκες, οὐχὶ σοὶ μόνῃ.
Ἀλλὰ μυρίοι μὲν ἄνδρες ἀσπίσιν πεφραγμένοι,
Μυρίοι δ' ἐρέτμ' ἔχοντες, πατρίδος ἠδικημένης,

Non amplius ex Græciâ rapi permittant fœminas illustres,
Helenæ stuprum luentes, quam scelestus Paris rapuit.
Hæc omnia morte mea redimam, et mea gloria
Erit beata, quod ego liberaverim Græciam.
Etenim non valde honestum est mihi amare vitam:
Peperisti enim me communem omnibus Græcis, non tibi soli.
An ergo multi viri muniti clypeis,
Multi etiam remiges, propter injuria-affectam patriam,

ut Οἵ τοι πέρα στέρξαντες, οἵδε καὶ πέρα Μισοῦσιν, Euripid. Aristotel. Poll. VII. 7. *Por.*

1380. Mallem ἤν τι δρῶσι Βαρβάρους. Vid. v. 371. *Heath.*

1381. Μηκέθ' ἁρπάζειν ἐᾶν τᾶς ὀλβίας ἐξ Ἑλλάδος,] Alias legitur: τὰς ὀλβίας &c. tum referre debet ad τὰς γυναῖκας. Sin τᾶς pro τῆς, aliud erit id specimen dialectorum mixturæ etiam extra Chorum. vid. Androm. v. 270. *Barnes.*

Barnesio placet τᾶς ὀλβίας, ut ad Græciam referatur, quod sane constructionem reddit duriorem, alii, in his Heathius, legunt τὰς ὀλβίας, quod ad γυναῖκας trahendum, quod ego sensus quoque gratia præferrem. De vi formulæ δρᾶν τι jam supra ad v. 372. dictum est, h. l. explanandum per ἁρπάζειν γυναῖκας. *Hopfn.*

1382. Non satis commode Helenæ ablatio Ἑλένης ὄλεθρος dicitur. Caudam deinde trahit sequens comma ἥντιν' ἥρπασεν Πάρις. Utrique vitio medebimur, legendo:

τό γ' Ἑλένης τίσαντας, ὄλεθρος ἥντιν'
ἥρπασεν Πάρις.

ὄλεθρος pro ὀλέθριος, ut sæpe apud Demosthenem. *Musg.*

Heath. τίσαντας refert ad Græcos, non ad barbaros, et vertit: *ulciscentes.* *Beck.*

1384. μακάριον, ὄλβιον, κλεινόν. *Hopfn.*

1385. Καὶ γὰρ οὐδέ τοι λίαν γ' ἐμοὶ φιλοψυχεῖν χρεών·] Scribi oportuit γε μοι· alioquin quartus pes non terminabitur in voce integra. vid. ad v. 384. Ob quam rationem mox v. 1391. pro ἆρ' ἔχοιμεν scribendum videtur ἆρα σχοῖμεν, eodem sensu. Sed Codd. A. B. hic habent ουδε τι λιαν εμε, &c. unde patet interpolatum fuisse hunc versum. nam χρεών ἐστι est χρή. non autem Græce, opinor, dicitur χρεών ἐστι (vel χρὴ) EMOI τοῦτο ποιεῖν, sed, χρέων ἐστι (vel χρὴ) EME ποιεῖν. vide hujus Dramatis v. 345. 728. 810. 910. 989. 1033. 1372. Hinc etiam constat longam syllabam deesse huic Trochaïco; quem defectum compensarunt substituendo ἐμοὶ χρεὼν pro ἐμὲ, credo contra usum Græcæ linguæ. Nam exempla ex Sophocle, Nostri Ione, et Luciano, omnia sunt mendosa: quod facile probare possem, nisi brevitati studerem. Puto Euripidem scripsisse, Καὶ γὰρ οὐδέ τοι λίαν ἐμέ γε φιλοψυχεῖν χρεών. ultima in λίαν sæpe longa est. Idem est χρὴ et χρέων ἐστι. *Markl.*

1385. Aperte mendosus. R. P. Suppl. Præf. ad Hecub. p. clxxxii. *Burn.*

Pro vulgato γ' ἐμοὶ recepi cum Heathio atque Marklando γέ μοι. *Hopfn.*

1386. Πᾶσι γάρ μ' Ἕλλησι κοινὸν ἔτεκες, οὐχὶ σοὶ μόνῃ] Huc refer illud *Nemo sibi*

Δρᾶν τι τολμήσουσιν ἐχθροὺς, χὑπὲρ Ἑλλάδος θανεῖν,
Ἡ δ' ἐμὴ ψυχὴ μί' οὖσα, πάντα κωλύσει τάδε;
Τί τὸ δίκαιον τοῦτό γ'; ἆρ' ἔχοιμεν ἀντειπεῖν ἔπος;
Κἀπ' ἐκεῖν' ἔλθωμεν· οὐ δεῖ τόνδε διὰ μάχης μολεῖν
Πᾶσιν Ἀργείοις γυναικὸς οὕνεκ', οὐδὲ κατθανεῖν·
Εἷς γ' ἀνὴρ κρείσσων γυναικῶν μυρίων ὁρᾶν φάος.
Εἰ δ' ἐβουλήθη τὸ σῶμα τοὐμὸν Ἄρτεμις λαβεῖν,
Ἐμποδὼν γενήσομαι 'γὼ θνητὸς οὖσα τῇ θεῷ;

Audebunt aliquid facere contra hostes, et mortem oppetere pro Græcia.
Mea vero unius anima hæc omnia impediet?
Quod nam *est* hoc jus? an verbum contra *hæc* dicere possemus?
Veniamus etiam ad illud. Non oportet hunc pugnare
Cum omnibus Græcis propter mulierem, neque mori.
Unus enim vir dignior est, quam innumeræ mulieres, qui lucem aspiciat.
Si autem Diana voluit meum corpus habere,
An ego quæ sum mortalis, obsistam Deæ?

nascitur. Et illud, *Non sibi, sed patriæ.* *Barnes.*

1389. Sic distinguo et lego, ἐχθροὺς, χ' ὑπὲρ Ἑλλάδος θανεῖν, Ἡ δ' ἐμὴ ψυχὴ, μί' οὖσα, πάντα κωλύσει τάδε; *hostes, et pro Græcia mori, Mea vero unius anima hæc omnia impediet?* Vulgo plene distinguitur post θανεῖν, et interrog. deest post τάδε, et legitur ἐχθρούς τε (Cod. B. γε) χ' ὑπὲρ, contra metrum. Versus ferret, Ἡ δ' ἐμὴ ψυχὴ μιᾶς, ἅπαντα, &c. Sed tale acumen non desideratur. *Markl.*

Delendum τε, ut recte monet Reiskius. *Musg.*

1389. s. τε post ἔχθρους deleo cum Reiskio atque Heathio. Heathius quoque censebat fine v. 1390. notam interrogationis esse ponendam. Πατρίδος sc. ἕνεκεν. De formula δρᾶν τι v. supra ad v. 371. ubi eodem, quo hic, sensu occurrebat, nimirum: magnas res suscipere, eos ulcisci. Ψυχὴν dici pro vita, unde φιλοψυχεῖν, v. 1385. pro vitam diligere, notum est. Sic quoque SS. V. et N. T. amant loqui ut Matth. x. 39. v. Phœnn. 1243. ibique Schol. *Hopfn.*

1391. Aperte mendosus R. P. Suppl. Præf. ad Hecub. p. clxxxii. *Burn.*

τοῦτό γ';] Ita MS. E. ut jam Barnesius. Ed. Ald. τοῦ γ', ut et Lib. P. superscripto tamen τοῦτό γ' *Musg.*

Heathius monet, rationem commatis trochaici in hoc versu turbatam esse, eamque ita facile posse sanari:

τί τὸ δίκαιον τοῦδ'; ἔχοιμεν ἆρά γ' ἀντειπεῖν ἔπος;

Reiskius denique conjicit: ἄλλο τι γοῦν δίκαιον τούτῳ ἆρ' ἔχοιμεν. *Hopfn.*

1392. Cod. A. ου [δει. above, χρῆ. below] Versu antecedenti pro τοῦ γ' recte Canterus τοῦτό γ'. et ita A. B. Cod. C. [το above] του γ. Pro ἆρ' ἔχοιμεν paullo ante monui scribendum videri ἆρα σχοῖμεν. *Markl.*

Διὰ μάχης μολεῖν Ἀργείοις] Phrasis pæne eadem sequitur, v. 1414. Δαναΐδαισι διὰ μάχης ἐλθών. *Barnes.*

Κἆπ' ἐκ.] Neque hoc argumentum est negligendum, s. ut etiam hoc addam. μολεῖν διὰ μαχῆς, μάχεσθαι. Sic fere infra v. 1414. De v. ὁρᾶν φάος v. supra ad v. 1281. Cæterum tale in muliebre genus odium alibi quoque prodere videtur Poëta, unde et nomine μισογύνου ab omnibus fere insignitus est. Qua de re quid sit statuendum, alio loco proxime demonstrabo. *Hopfn.*

1395. s. σῶμα pro ἐμε vel vitam, sanguinem meum, λαβεῖν tanquam sacrificium, quo placetur. V. supra v. 1311.

Ἀλλ' ἀμήχανον. δίδωμι σῶμα τοὐμὸν Ἑλλάδι.
Θύετ', ἐκπορθεῖτε Τροίαν. ταῦτα γὰρ μνημεῖά μου
Διὰ μακροῦ, καὶ παῖδες οὗτοι, καὶ γάμοι, καὶ δόξ' ἐμή.
Βαρβάρων δ' Ἕλληνας ἄρχειν εἰκὸς, ἀλλ' οὐ βαρβάρους,
Μῆτερ, Ἑλλήνων· τὸ μὲν γὰρ δοῦλον, οἱ δ' ἐλεύθεροι.
ΧΟ. Τὸ μὲν σὸν, ὦ νεᾶνι, γενναίως ἔχει·
Τὸ τῆς τύχης δὲ, καὶ τὸ τῆς θεοῦ, νοσεῖ.
ΑΧ. Ἀγαμέμνονος παῖ, μακάριόν με τὶς θεῶν
Ἔμελλε θήσειν, εἰ τύχοιμι σῶν γάμων.

Sed impossibile est; do igitur meum corpus Græciæ.
Mactate *me*, devastate Trojam. Hæc enim mea monumenta
Erunt longo tempore, et liberi, et nuptiæ et mea gloria.
Convenit enim Græcos barbaris imperare, non autem barbaros
Græcis, mater. Barbari enim sunt natura servi, Græci vero liberi.
Cho. Tua quidem, O virgo, generose se habent:
Quod ad fortunam autem et Deam *Dianam* spectat, peccat.
Ach. O filia Agamemnonis, beatum me Deorum aliquis
Facturus esset, si tuas nuptias possem habere:

Pro vulgari γενήσομ' ἐγὼ, metri gratia recepi γενήσομαι 'γὼ, quod video jam ab Reiskio, Heathio, Marklando atque Musgravio probatum. *Hopfn.*

1396. γενήσομ' ἐγώ] Non constat metrum nisi scribatur γενήσομαι 'γὼ, ut sæpe in Aristophane. *Markl.*

γενήσομαι 'γὼ] Marklandus ad Euripid. Suppl. 1120. *Por.*

γενήσομ' ἐγὼ.] Legendum, metro postulante, γενήσομαι 'γὼ. *Musg.*

1397. s. δίδωμι, παραδίδωμι, pro salute Græciæ. Μακροῦ, χρόνου sc. Egregia sententia! Tristissimum, imo ignominiosum erat puellis apud Veteres Græcos æque ac alias gentes, innuptam et sine prole mori. Quare Iphigenia se consolatur, eversionem Trojæ salutemque et libertatem Græcorum inde effectam sibi instar liberorum, mariti (γάμοι) et monumenti fore. Denique ultima verba spirant animum Græcis omnibus communem, maximo erga patriam atque libertatem amore plenum. *Hopfn.*

1398. μνημεῖα, i. monumenta, fictarum et pictarum imaginum instar. De hoc vocabulo nuper Fischer in Supplem. ad Vorstium de Hebraismis N. T. Specimine 3. p. 17. diligenter egit. *Loesner.*

1400. εἰκὸς ἄρχειν] Multi monuerunt scribendum ἄρχειν εἰκός. *Markl.*

Βαρβάρων δ' Ἕλληνας ἄρχειν εἰκὸς, ἀλλ' οὐ βαρβάρους. *Por.*

εἰκὸς ἄρχειν] Legendum, ne in impari sede spondeus sit, ἄρχειν εἰκός.

Citat Aristoteles Βαρβάρων δ' Ἕλληνας ἄρχειν εἰκὸς, Politic. Lib. I. *Musg.*

Βαρβάρων δ' Ἕλληνας ε. α. α. ου. β.] Ex duobus membris male olim distinctis trochæum unum tetrametrum feci, et hoc quoque fecisse Hugonem Grotium jam video; qui etiam pro ἄρχειν Dorice ἄρχεν legit. De numero tamen versuum nihil mutavimus, vitandæ magnæ confusionis causa. *Barnes.*

Pro vulgata lectione εἰκὸς ἄρχειν malo cum editione Brubachiana, Heinsio apud Valckenarium ad Phœnn. p. 9. Heathio, Reiskio, Marklando atque Musgravio recipere ἄρχειν εἰκός. *Hopfn.*

1401. s. τὸ μὲν — Βαρβάρων γένος. — οἵ δὲ — Ἕλληνες. — Barbari esse debent servi, s. destinati sunt servituti, Chorus, v. 1402. s. laudat consilium puellæ sed Dianæ et fati jussum pro severo tristique habet. τὸ σὸν, sc. βούλημα. Νοσεῖν pr. infirmum, ægrotum esse. Sed sæpius quoque tropice dicitur de morbis animi, moribus pravis,

Ζηλῶ δὲ σοῦ μὲν Ἑλλάδ', Ἑλλάδος δὲ σέ·
Εὖ γὰρ τόδ' εἶπας, ἀξίως τε πατρίδος.
Τὸ θεομαχεῖν γὰρ ἀπολιποῦσ', ὅ σου κρατεῖ,
Ἐξελογίσω τὰ χρηστὰ, τἀναγκαῖά γε.
Μᾶλλον δὲ λέκτρων σῶν πόθος μ' εἰσέρχεται,
Εἰς τὴν φύσιν βλέψαντα· γενναία γὰρ εἶ.
Ὅρα δ'· ἐγὼ γὰρ βούλομαί σ' εὐεργετεῖν,
Λαβεῖν τ' ἐς οἴκους· ἄχθομαί τ', ἴστω Θέτις,
Εἰ μή σε σώσω Δαναΐδαισι διὰ μάχης

Beatam vero Græciam propter te judico, et te propter Græciam,
Recte enim dixisti hæc, et pro dignitate patriæ.
Omittens enim repugnare deo, qui te potentior est,
Considerâsti, quæ utilia sunt, saltem necessaria.
Magis vero me subit desiderium nuptiarum tuarum,
Postquam animadverti tuam indolem: es enim generosa.
Vide autem, ego enim cupio tibi benefacere,
Et ducere in ædes: doleoque, testis sit Thetis,
Nisi te servâro cum Græcis pugnans.

mœrore ac tristitia, et statu reipublicæ turbulento. V. supra ad v. 411. *Hopfn.*

1405. θήσειν, ποιήσειν. σου] Ἑλλάδος, sc. ἕνεκα. Ἀπολιποῦσα relinquens, negligens, i. e. minime audes resistere Diis. *Hopfn.*

1408. ὅ σου κρατεῖ,] Si retinendum sit ὅ, subintellige τὸ Θεῖον, petendum ex verbo θεομαχεῖν: sin ὅς legendum, ex eodem verbo pete Θεός. Versu proxime sequenti, scribe τἀναγκαῖά γε, *quæ necessaria saltem sunt.* *Markl.*

ὅ σου κρατεῖ,] Ὃ pro antecedente habet τὸ θεῖον, in voce θεομαχεῖν occulte significatum. *Musg.*

ὅ sc. θεῖον, quod latet in voce θεομαχεῖν, i. e. οἱ (θεοὶ) κρατοῦσιν σου, tibi imperant s. superiores sunt quam tu. Si ὅς legere placet, subintelligendum ex illo verbo θεομαχεῖν — θεός. Cæterum illud vocabulum θεομαχεῖν legitur et alibi apud Nostrum, ut Bacch. 45. 321. *Hopfn.*

1409. τἀναγκαῖά τε. Vulgo τἀν. γε. *Por.*

Ἐξελογίσω τὰ χρηστὰ, τἀναγκαῖά γε] Hugo Grotius dicit, hoc γε male adesse, et legit ejus vice τε, sed male; ut is viderit, qui versionem nostram (hunc enim versum vertimus) perpendat. *Barnes.*

τἀνηγκαῖά τε (non γε) *utilia, et necessaria.* *Reisk.*

1410. De formula εἰσέρχεσθαι v. supra ad v. 57. et 522. *Hopfn.*

1411. Εἰς τὴν φύσιν] Barnes. edidit σὴν φύσιν, ex conjectura Scalig. et Canteri, sine caussa, ut mihi videtur, quatenus sine necessitate vel codicibus, cum nemo de sensu dubitare potuit, et præcessit σῶν. *Markl.*

Εἰς σὴν φύσιν] Rejeci τὴν, quæ procul dubio ex margine in textum irrepsit, et σὴν lego, sensu, emphasi, Cantero Scaligeroque suffragantibus. Et Brodæus τὴν φύσιν explicat τὴν σὴν φύσιν. Vel certe, si quis gemini σῖγμα collisionem velit vitare, lege εἰς τεὴν φύσιν, τεὴν pro σὴν et monosyllabωs. *Barnes.*

Εἰς φύσιν] Ad indolem tuam respiciens, animum tuum ingenuum atque honestum considerans. Legendo σὴν euphonia versus corrumpitur. Quare cum Heathio atque Marklando retinui lectionem τήν. *Hopfn.*

1415. ἄθρησον.] Ita Edd. recent. non dissentientibus MSS. Ed. Ald. ἄθροισον. *Musg.*

ἀθρεῖν accurate aliquid inspicere, v. ad Cyclop. 378. h. l. considerare, deliberare. *Hopfn.*

Ἐλθών. ἄθρησον· ὁ θάνατος δεινὸν κακόν.
ΙΦ. Λέγω τάδ' οὐδὲν οὐδέν' εὐλαβουμένη.
Ἡ Τυνδαρὶς παῖς διὰ τὸ σῶμ' ἀρκεῖ μάχας
Ἀνδρῶν τιθεῖσα, καὶ φόνους· σὺ δ', ὦ ξένε,
Μὴ θνῆσκε δι' ἐμὲ, μήδ' ἀποκτείνῃς τινά·
Ἔα δὲ σῶσαί μ' Ἑλλάδ', ἢν δυνώμεθα.
ΑΧ. Ὦ λῆμ' ἄριστον, οὐκ ἔχω πρὸς τοῦτ' ἔτι
Λέγειν, ἐπεί σοι τάδε δοκεῖ. γενναῖα γὰρ
Φρονεῖς· τί γάρ τἀληθὲς οὐκ εἴποι τις ἄν;
Ὅμως δ' ἴσως γε κἂν μεταγνοίης τάδε.
Ὡς οὖν ἂν εἰδῇς τἀπ' ἐμοῦ λελεγμένα,

Considera, mors magnum est malum.
Iph. Loquor ista, neminem ullo modo respiciens.
Tyndarei filia sufficit propter corpus, bella
Virorum faciens, et cædes. Tu vero, O hospes,
Ne moriaris propter me, neque occidas quemquam.
Sine vero me Græciam servare, si possimus.
Ach. O præstantissima indoles, non possum ad hæc amplius *quidque*
Dicere, siquidem tibi ista videntur: generosa enim
Sentis: cur enim non dicat quis verum?
Sed tamen fieri potest, ut te consilii hujus pœniteat.
Ut igitur scias quæ a me *tibi* dicta *sunt*,

1416. Leg. οὐδὲν δεινὸν εὐλαβουμένη. *Reisk.*

οὐδὲν εὐλαβ.] Neminem curans, ad neminem respiciens. *Hopfn.*

1417. διὰ τὸ σῶμ' ἄρχει] Conjeceram ἄρχοι: sed multo melius Hardio ἀρκεῖ (citatus Heathio) Hist. Acad. Gallic. Inscrip. T. IV. p. 296. ἀρκεῖ τιθεῖσα μάχας, *sufficit effecisse bella Helenam.* Antig. 553. ἀρκέσω θνήσκουσ' ἐγώ: *satis erit* (sufficiet) *si ego moriar. Markl.*

ἄρχει] Legendum cum Hardionio V. Cl. ἀρκεῖ. Vid. Histoire de l'Academie des Belles Lettres. Tom. IV. p. 296. [p. 93—95. ed. Paris.] *Musg.*

Prevotus sequitur emendationem in Mem. de l'Acad. des Inscr. IV. p. 296. propositam, ut sensus evadat: "C'est assez des meurtres et des combats, qu' excite la beauté d'Hélène." *Beck.*

Barnesius aliique vulgo legunt διὰ τὸ σῶμ' ἄρχει, quod Barnesius ita reddit: *propter corpus* (formamque) *excellit*, cet. Sed nexum desidero. Quare non dubitavi rescribere ἀρκεῖ, quod, quam facile potuerit in ἄρχει mutari, non difficile dictu. *Hopfn.*

ἀρκεῖ legendum. Thom. Mag. ἀπαρκεῖ elegantius dici monet. *Loesner.*

ἀρκεῖ] *Sufficit Helenam esse causam cædis virorum, ego item non ero. Reisk.*

1421. ss. λῆμα, ψυχή, καρδία. Μεταγιγνώσκειν, i. q. μετανοεῖν post factum sapere, dicitur de eo, quem alicujus facti pœnitet atque hinc, qui hoc revocat. *Hopfn.*

1424. Ὅμως δ' ἴσως γε κἂν] Cod. A. ομως γ ισως καν. videtur deese σὺ ante κἂν; Ὅμως γ' ἴσως σὺ κἂν μεταγνοίης τάδε. *Markl.*

1426. ss. Ὅπλα haud dubie h. l. de armatis militibus intelligendum, quos secum ducebat Achilles. V. supra v. 1358. et 1359. Sic quoque, v. 1431. accipiendum est. Reiskius mavult aut ὅπλοις aut λόχοις, — λόγοις promissis s. ope promissa. Ἀφροσύνη temeritas, i. e. consilium temerarium. Καραδοκεῖν, i. q. προσδοκᾶν. Jam

Ἐλθὼν, τάδ' ὅπλα θήσομαι βωμοῦ πέλας,
Ὡς οὐκ ἐάσων σ', ἀλλὰ κωλύσων θανεῖν·
Χρήσει δὲ καὶ σὺ τοῖς ἐμοῖς λόγοις τάχα,
Ὅταν πέλας σῆς φάσγανον δέρης ἴδῃς.
Οὔκουν ἐάσω σ' ἀφροσύνῃ τῇ σῇ θανεῖν·
Ἐλθὼν δὲ σὺν ὅπλοις τοῖσδε πρὸς ναὸν θεᾶς,
Καραδοκήσω σὴν ἐκεῖ παρουσίαν.
ΙΦ. Μῆτερ, τί σιγῇ δακρύοις τέγγεις κόρας;
ΚΛ. Ἔχω τάλαινα πρόφασιν, ὥστ' ἀλγεῖν φρένα.
ΙΦ. Παῦσαι· 'μὲ μὴ κάκιζε· τάδε δ' ἐμοὶ πιθοῦ.
ΚΛ. Λέγ', ὡς παρ' ἡμῶν οὐδὲν ἀδικήσει, τέκνον.

Vadens juxta aram hos milites statuam,
Ut non permissurus te sed prohibiturus mori.
Et tu fortasse mox meo consilio uteris,
Quando videbis ensem prope tuum collum:
Non igitur sinam te ista tua temeraria audacia mori,
Sed veniens cum armis istis ad templum Deæ,
Expectabo illic tuam præsentiam.
Iph. Mater, quid tacite oculos humectas lachrymis?
Cly. Ego misera habeo caussam, cur doleam animo.
Iph. Desine: ne me timidam redde: obtempera vero mihi in hac re.
Cly. Dicito, filia, quia a nobis non repulsam feres.

Achilles cum militibus discedit ad templum Dianæ, Clytæmnestra autem, Iphigenia atque Chorus manent. *Hopfn.*

1432. Καραδοκήσω σὴν ἐκεῖ παρουσίαν] His dictis exit Achilles, cum Armigeris suis sociis et servis, quasi ad altare. Manent Clytæmnestra cum Filia et Choro. *Barnes.*

1433. τέγγειν κόρας δ. ut Med. 918. Supra 496. τ. ὄμμα δ. Πρόφασιν, αἰτίαν. *Hopfn.*

1435. Παῦσαί με, μὴ κάκιζε·] Distingue, Παῦσαι, με μὴ κάκιζε· ut Bacch. 496. Αὐδῶ, με μὴ δεῖν. *Markl.*

Παῦσαί με, μὴ κάκιζε· τάδε δ' ἐμοὶ πιθοῦ.] Distingue, Παῦσαι· 'μὲ μὴ κάκιζε· κάκιζε, quod hic idem est τῷ, κακὴν ποίει, plerumque ὀνείδιζε significat. Herodot. III. 145. ὡς δὲ ἄχθη τάχιστα, λοιδορέων τε καὶ κακίζων μιν, ἀνέπειθε. Plato Phædr. p. 205. 43. ed. Bas. sec. 254. C. HSt. 348. Læmar. ἐλοιδόρησεν ὀργῇ πολλὰ κακίζων τόν τε ἡνίοχον καὶ τὸν ὁμόζυγα. Plutarch. T. II. p. 77. F. Libanius in Juliani Imp. necem X. p. 308. D. ed. Morell. apud Fabric. B. G. VII. p. 326. ἀλλὰ καὶ σοφιστὴν κρείττω τῆς προσηγορίας παρεχόμενον τὸν τρόπον ἐθαύμαζε, καὶ φιλόσοφον χείρω τοῦ σχήματος ἐλεγχόμενον ἐκάκιζε. Vulgatur ἐκάθιζε, sed ἐκάκιζε tandem dedit J. J. Reiskius, p. 590. κακιοῦσι, Pausan. IV. 8. *Por.*

Sic distinguo, παῦσαί, με μὴ κακίζε, desine scil. ἀλγεῖν, neque fac me trepidam et pusillanimem. *Heath.*

Pro vulgata lectione παῦσαί με, μὴ κ. recepi eam, quam Reiskius, Heathius, Battierius atque Marklandus jam probarunt. *Compesca te: ne me timidam reddas*, ut Bacch. 496. Etiam Dorvillius ad Chariton. p. 91. vocem μὴ transpositam esse censebat atque vertebat: *cessa, desine, ne me emollias*, Κακίζειν, i. q. μικροψυχεῖν. Sic Med. 1241. Electr. 982. Alibi vero, i. q. ἐξονειδίζειν. Τάδε, κατὰ, hac in re. *Hopfn.*

ΙΦ. Μήτ' οὖν γε τὸν σὸν πλόκαμον ἐκτέμῃς τριχὸς,
Μήτ' ἀμφὶ σῶμα μέλανας ἀμπίσχῃ πέπλους.
ΚΛ. Τί δὴ τόδ' εἶπας, ὦ τέκνον; ἀπολέσασά σε—
ΙΦ. Οὐ σύ γε· σέσωσμαι· κατ' ἐμὲ δ' εὐκλεὴς ἔσει.
ΚΛ. Πῶς εἶπας; οὐ πενθεῖν με σὴν ψυχὴν χρεών;
ΙΦ. Ἥκιστ', ἐπεί μοι τύμβος οὐ χωσθήσεται.
ΚΛ. Τί δὴ, τὸ θνήσκειν οὐ τάφος νομίζεται;
ΙΦ. Βωμὸς θεᾶς μοι μνῆμα, τῆς Διὸς κόρης.

Iph. Ne igitur tuæ comæ cincinnos reseces,
Neque circa corpus circumda nigras vestes.
Cly. Quid vero hoc dixisti, O filia? ubi te perdidero?
Iph. Non tu me *perdidisti,* salva sum; propter me vero clarior eris.
Cly. Quomodo dixisti? non convenit me lugere tuam vitam?
Iph. Minime, quia mihi non excitabitur sepulchrum.
Cly. Quid vero, an non sepelienda sunt?
Iph. Ara deæ, filiæ Jovis, erit mihi sepulchrum.

1436. ἀδικήσῃ,] Probabiliter Canterus ἀτυχήσεις. Sic ἀτυχῆσαι est *voto excidere,* Herodot. IX. 110. *Musg.*

ἀδικήσῃ,] Canterus putat, esse debere ἀτυχήσεις. illius quidem conjectura nequaquam infelix est, sed mihi videtur, ut et Æm. Porto, ἀδικήσῃ potius retinendum. Mœsta enim mater filiæ postulationi respondet, nequaquam se injuste cum illa acturam, sicut Pater Agamemnon. Præterea tum τὸ οὐδὲν vix staret: ἀτυχεῖν enim pro ἀποτυγχάνειν, ubi casum habet, genitivo semper gaudet, ut ille in Axiocho: Οὐκ ἀτυχήσεις μου οὐδενὸς τῶν μετρίων. *Barnes.*

1436. ss. ἀδικήσῃ,] Non ero iniqua erga te, i. e. faciam quæ desiderabis. Eundem fere sensum habet alia lectio a Cantero prolata ἀτυχήσεις, quam Musgravius probat. Barnesio atque Porto præplacet lectio vulgata, quia simul respiciatur ad injustum Agamemnonis factum, ita ut Clytæmnestra dicat, se nequaquam injuste acturam esse cum filia, sicut patrem. Præterea Barnesius recte quidem monet, ἀτυχεῖν pro ἀποτυγχάνειν genitivo casu semper gaudere, sed cur non dicamus οὐδὲν esse pro κατ' οὐδὲν *nulla in re?* Attamen retineo vulgatam. Moris erat in nigris vestibus lugere atque comam evellere aut detondere, atque in rogum defuncti aut sepulcrum conjicere. vid. Kirchmann. de Funerib. Rom. ii. 13. et 17. p. 232. sqq. Volebant ita omni pulchritudine destituti videri, nam coma prolixa apud Græcos ad partes pulchritudinis pertinebat. Non opus est Reiskii emendatione: μήτ' οὖν τι τῶν σῶν ἐκτάμῃς πλοκάμων τριχός. *Hopfn.*

ἀδικήσῃ,] Nullum injuriæ genus tibi inferam, adeoque nec tuum consilium repudiabo, sed omni obsequio colam.
Loesner.

1438. Μέλανας ἀμπίσχῃ πέπλους] De nigris vestibus in funeribus, vid. Joh. Kirchmann. de Funer. Roman. Lib. II. c. 17. *Barnes.*

De hoc more conf. Electr. 147. ss. 184. s. 241. Æsch. Choëph. init. Soph. Electr. 50. *Hopfn.*

1439. Τί δῆτα τάδ' εἶπας, ὦ τέκνον; ἀπολέσασά σε] Alii conjecerunt δὴ pro δῆτα. ultima in δῆτα potuit esse a scriba dubitante utrum τάδ' an τόδ' poneret. Concinnior iambus erit, Τί δὴ τόδ' εἶπας, τέκνον; ἀπολέσασά σε—perrectura erat Clytæmnestra ἀπολέσασά σε οὐ κλαύσω, vel tale quidpiam. sed locutionem ejus, ἀπολέσασα, improbat et corrigit Iphigenia, Οὐ σύ γε, scil. ἀπώλεσάς με, *Tu non amisisti me.* Notabis, tiro, differentiam inter Οὐ σύ γε hic, et Μὴ σύ γε, v. 1459. Οὐ hic *negat:* Μὴ ibi *vetat.* *Markl.*

Τί δῆτα τόδ' εἶπας, ὦ τέκνον; Τί δὴ τόδ' εἶπας, τέκνον. *Por.*

ΚΛ. Ἀλλ', ὦ τέκνον, σοι πείσομαι· λέγεις γὰρ εὖ.
ΙΦ. Ὡς εὐτυχοῦσά γ', Ἑλλάδος τ' εὐεργέτις.
ΚΛ. Τί δὴ κασιγνήταισιν ἀγγελῶ σέθεν;
ΙΦ. Μήδ' ἀμφὶ κείναις μέλανας ἐξάψῃς πέπλους.
ΚΛ. Εἴπω δὲ παρὰ σοῦ φίλον ἔπος τί παρθένοις;
ΙΦ. Χαίρειν γ'. Ὀρέστην τ' ἔκτρεφ' ἄνδρα τόνδε μοι.
ΚΛ. Προσέλκυσαί νιν, ὕστατον θεωμένη.
ΙΦ. Ὦ φίλτατ', ἐπεκούρησας, ὅσον εἶχες, φίλοις.

Cly. At, O filia, obsequar tibi: bene enim dicis.
Iph. Utpote beata, et beneficio afficiens Græciam.
Cly. Sed quid nunciabo tuis sororibus?
Iph. Ne ipsis quidem circumdes nigras vestes.
Cly. Quodnam vero gratum verbum dicam virginibus tuo nomine?
Iph. Ut valeant: Orestem vero hunc educato mihi in virum.
Cly. Complectere eum quem postremum vides.
Iph. O charissime, juvisti quantum potuisti amicos.

δῆτα.] Barnesius in margine δή. *Musg.*

1440. σύ, sc. ἀπώλεσας με. Quare ώζεσθαι erit in vita servari. Ψυχήν, ζωὴν, . e. vitæ jacturam, mortem. Pro δῆτα, . 1439. Barnesius in margine habet ή, quod et Marklandus atque Heathius robant. *Hopfn.*

1442. τύμβος] Nam immolabatur, ergo nullo sepulcro recipiebatur. *Hopfn.*

1443. Ex hoc versu nullum facile senum elicias. Lego:

τί δαὶ, τὸ θνῆσκον οὐ τάφος κομίζεται;

uid, obsecro, nonne sepulcrum, quod ιortem obiit, recipit? Nec deterius foret: ὰ θνήσκοντ' οὐ τάφοις κομιστέα. *Musg.*

Reisk. emendat: τί δαὶ, τὸ θνῆσκον οὐ αφαῖς νομίζεται; aut τί δὲ, τοῖς θανοῦσιν οὐ άφος νομίζεται, *nostine legem, quæ morιos honore sepulcri privet? Beck.*

Si quid mutandum, sequor Musgraium. Ego cogitabam in voce θνήσκειν liquid esse emendandum, et, si licuisset, gissem θῦσαι vel θύειν, vel θῦμα. *Nonne ıcrificium pro sepulcro habetur*, nonne, quid sacrificio comburitur, idem est c si sepeliatur? Sed, nisi me omnia llunt, sensus aliquis inest lectioni vulatæ. *Nonne mori*, s. *mors ipsa —seulcrum existimatur*, s. *sepultura est?* breschius ad Æschyl. P. I. p. 154. τάς h. l. pro morte accipit, quod propter contextum non probaverim, omnis enim res ad notionem *sepulcri* seu *sepulturæ* redit. Idemque in v. μνῆμα latet. *Hopfn.*

Fortasse tollendum interrogationis signum in fine et ponendum in medio post τί δαὶ; reliqua sic: mori et sepulcrum non pro eodem habetur. Non qui mortuus simul sepultus habetur. Conf. Cuper. Obss. I. 7, 8. Abresch. Dilucc. T. p. 222. τάφος interdum pro ταφή sumitur. *Loesner.*

1446. ὡς sc. ἔσομαι. *Hopfn.*

1447. δαὶ, i. q. δὴ *obsecro te.* V. Brunck. ad Eurip. Med. v. 1011. *Hopfn.*

1448. ἐξάψῃ] Reiskius ἐξάψῃς. Vere, opinor. ἀμφὶ κείναις hic est ἀμφὶ σῶμα, v. 1439. *Markl.*

ἐξάψῃ] Reiskius ἐξάψῃς, nempe quia aliam vestienti vox activa melius conveniat. *Musg.*

ἐξάπτειν πέπλους, i. q. supra ἀμπίσχειν π. v. 1438. Reiskius mavult ἐξάψῃς, quia aliam vestienti vox activa melius conveniat, eodemque modo scribit Battierius ἀμφὶ κείναις, supra v. 1438. ἀμφὶ σῶμα. *Hopfn.*

1450. s. ἄνδρα, i. e. probum et honestum atque fortem virum. V. ad Cyclop. v. 591. Sic Orest. 1345. προσελκύειν attrahere, complecti. Sic Hippolyt. 1430. sq. *Hopfn.*

1450. Ὀρέστην τ', &c.] Hoc vero non

ΚΛ. Ἔσθ᾽ ὅ τι κατ᾽ Ἄργος δρῶσά σοι χάριν φέρω;
ΙΦ. Πατέρα τὸν ἀμὸν μὴ στύγει, πόσιν τε σόν.
ΚΛ. Δεινοὺς ἀγῶνας διὰ σὲ δεῖ κεῖνον δραμεῖν.
ΙΦ. Ἄκων μ᾽ ὑπὲρ γῆς Ἑλλάδος διώλεσεν.
ΚΛ. Δόλῳ δ᾽, ἀγεννῶς, Ἀτρέως τ᾽ οὐκ ἀξίως.
ΙΦ. Τίς μ᾽ εἶσιν ἄξων πρὶν σπαράξεσθαι κόμας;
ΚΛ. Ἐγὼ μετά γε σοῦ— ΙΦ. Μὴ σύ γ᾽· οὐ καλῶς λέγεις.
ΚΛ. Πέπλων ἐχομένη σῶν — ΙΦ. Ἐμοί, μῆτερ, πιθοῦ.

Cly. Estne aliquid quod Argis tibi gratum facere possim?
Iph. Meum patrem, tuumque maritum, ne oderis.
Cly. Oportet illum dura certamina propter te subire.
Iph. Invitus me pro Græcia perdidit.
Cly. Sed dolo: non generose, et indigne genere Atrei.
Iph. Quis vadit ducturus me, antequam lacerentur comæ?
Cly. Ego tecum ibo. *Iph.* Nequaquam; non recte dicis.
Cly. Adhærens tuæ vesti. *Iph.* Obtempera mihi, mater.

fecit Clytæmnestra, ut fabula narrat. Vid. Soph. Electr. 11. ss. *Hopfn.*

1452. ss. Jam Iphigenia amplectitur parvum Orestem. —ὅσον εἶχες pro virium modulo. δρῶσα possumne aliquid Argis facere, quod tibi jucundum est? *Hopfn.*

1453. κατ᾽ Ἄργους] Alibi κατ᾽ Ἄργος, Supplic. 378. 901. Iph. Taur. 753. Heraclid. 7. Quod verum puto, lingua ita postulante. vide Sophocl. Œd. Col. 1229. *Markl.*

κατ᾽ Ἄργους] Bene Marklandus κατ᾽ Ἄργος. *Musg.*

Pro vulgato κατ᾽ Ἄργους recepi κατ᾽ Ἄργος cum Marklando. *Hopfn.*

1454. Πατέρα γε τὸν ἐμόν] Barnesius fatetur se supplesse γε. Propior erat medicina, Πατέρα τὸν ἀμὸν μὴ στύγει· ut Electr. 555. vid. Homer. Il. Ζ΄. 414. Sophocl. Electr. 281. 590. 1526. Et ita ante me Scaliger, qui hic scribit ἀμόν: et tamen idem Electr. 188. pro θ᾽ ἀμοῦ πατέρος scribit τ᾽ ἀμοῦ. Sententia similis Hippol. 1433. Edidi τὸν ἀμὸν, quia indubitabile est. *Markl.*

Πατέρα γε] Ita Lib. P. ut jam Barnesius. Ed. Ald. omittit γε. *Musg.*

Πατέρα γε τὸν ἐμὸν μὴ στύγει, πόσιν τε σόν.] In omnibus, quos vidi, libris impressis τὸ γε omissum erat, unde versus graviter laborabat; nec id vidit Brodæus, nec Canterus, nec Stephanus, nec Erasmus, nec Æmilius Portus, nec Duportus; solus Liber Heinsio-Scaligerianus ἀμὸν legit pro ἐμὸν, et sic quidem versus sanabitur; sed generosa Virgo sibi Patrem illum crudelem moritura appropriat, et τὸ γε in his responsis recte locum habet, ut v. 1437. v. 1440. v. 1446. v. 1450. v. 1459. v. 1464. v. 1465, &c. *Barnes.*

Heath. monuerat, quum præcederet πόσιν τε σὸν, debuisse sequi τὸν ἐμὸν, non τὸν ἀμὸν, i. e. ἡμέτερον. *Beck.*

1455. Δεινοὺς ἀγῶνας διὰ σὲ κεῖνον δεῖ δραμεῖν.] Hic Poëta semina illius mali sparsa innuit, quod et Clytæmnestræ castitatem abstulit, et Agamemnonis vitam; de quibus idem fusius in Electra, in Oreste, et in altera Iphigenia; sicut Sophocles in Electra, et Æschylus demum in Agamemnone, et in Choëphoris, et in Eumenidibus; ubi Agamemnonem post reditum ex Troja ab uxore adultera occisum constat; unde Orestes Patris necem per matris occisionem vindicavit. *Barnes.*

δεῖ κεῖνον] R. P. Præf. ad Hecub. p. clxxvi. *Burn.*

Μέν', ὡς ἐμοί τε, σοί τε κάλλιον τόδε.
Πατρὸς δ' ὀπαδῶν τῶνδε τίς με πεμπέτω
Ἀρτέμιδος εἰς λειμῶν', ὅπου σφαγήσομαι.
ΚΛ. Ὦ τέκνον, οἴχει; ΙΦ. Καὶ πάλιν γ' οὐ μὴ μόλω.
ΚΛ. Λιποῦσα μητέρ'; ΙΦ. Ὡς ὁρᾷς γ', οὐκ ἀξίως.
ΚΛ. Σχὲς, μή με προλίπῃς. ΙΦ. Οὐκ ἐῶ στάζειν δάκρυ.
Ὑμεῖς δ' ἐπευφημήσατ', ὦ νεάνιδες,
Παιᾶνα τῇ 'μῇ ξυμφορᾷ, Διὸς κόρην

Mane, quia et mihi, et tibi hoc *est* honestius.
Aliquis vero horum famulorum patris comitetur me
In pratum Dianæ, ubi mactabor.
Cly. O filia, discedis? *Iph.* Nec iterum amplius redibo.
Cly. Relicta matre. *Iph.* Ut vides, indigne.
Cly. Siste gradum, ne me deseras. *Iph.* Non sino te lachrymari;
Vos vero, O puellæ, accinite
Calamitati meæ Pæana, Jovis filiam

δραμεῖν ἀγῶνα certamen inire, decurre, ut Alcest. 505. coll. 519. ubi exanatur per συμβάλλειν ἀγῶνα, alibi ἀγωζεσθαι ἀγῶνα, ut Helen. 843. Poëta his rbis respicit ad impium Clytæmnestræ cinus erga maritum e Troja reversum mmissum. Neque vero dicendum, lytæmnestram jam tunc vere voluisse aritum trucidare. V. quæ supra notamus ad v. 1182. ss. Quod hic Iphigea ad excusandum patrem profert, idem curatius explanat Electra Sophoclea, v. 53. sqq. *Hopfn.*

δραμεῖν ἀγῶνα.] Hic locum habet quoie Hebr. xii. 1. δι' ὑπομονῆς τρέχωμεν τὸν οκείμενον ἡμῖν ἀγῶνα. *Loesner.*

1457. δόλῳ] Quoniam falso prætextu higeniam cum matre ad Aulidis porm vocaverat. v. supra 100. sqq. 360. ss. 99. 459. Ipse Agamemnon agnoscebat vituperabat fraudem atque impietatem ga uxorem et filiam. *Hopfn.*

1458. σπαράξασθαι κόμας;] Antequam mæ lacerentur, i. e. antequam aliquis vi e abripiat. *Hopfn.*

1459. Ἐγὼ μετά γε σοῦ] Pro ἔγωγε μετά υ. nisi sic scribendum. nam ἔγωγε et ἐγώ τοι κάλλιον ἢ ἐγὼ, ait Tho. Magister. *Markl.*

Vulgo ἐγὼ μετά γε σοῦ, ego recepi cum Marklando ἔγωγε μετά σου. *Hopfn.*

1461. ἐμοί γε scribi vult Struchtmeier. An. Crit. p. 129. *Beck.*

1464. Ὦ τέκνον, οἴχῃ;] Ita distinxi. vulgo sine interrogatione. Electr. 1337. ὦ πιστοτάτη, Στείχεις ἤδη. *Markl.*

Post οἴχῃ non dubitavi signum interrogationis ponere, quod jam a Marklando factum esse video. *Hopfn.*

1465. s. οὐκ ἀξίως, innocens, nulla in me culpa est. σχὲς, μένε οὐκ ἐῶ — noli lacrimas fundere. Battierius recte post μητέρα notam interrogationis ponit. *Hopfn.*

1466. Οὐκ ἐῶ στάζ. δάκρυ.] Hæc verba Prev. monet ita intelligi posse: ne lacrymæ actum religiosum turbent; additque: “ Ce mot peut s'adresser au choeur, à l'officier qu' Iphigenie a pris pour conducteur aussi bien qu'à Clytemnestre. Peut-être y a-t-il un intervalle entre cet ordre et le mot précédent prononcé par Clytemnestre. Cet intervalle pourroit être rempli par le mouvement de la scène : Iphigénie se dégage des bras de

Ἄρτεμιν· ἴτω δὲ ΔΑΝΑΙΔΑΙΣ ΕΥΦΗΜΙΑ.
Κανᾶ δ' ἐναρχέσθω τις, αἰθέσθω δὲ πῦρ
Προχύταις καθαρσίοισι· καὶ πατὴρ ἐμὸς
Ἐνδεξιούσθω βωμόν· ὡς σωτηρίαν
Ἕλλησι δώσουσ' ἔρχομαι νικηφόρον.

Dianam: veniat autem bonum omen Græcis.
Canistra igitur aliquis auspicetur, et ignis flagret,
Molis salsis lustralibus. Et pater meus
Teneat aram dextra, quia salutem
Græcis datura vado victricem.

sa mère, elle s'éloigne un instant; on conduit Clytemnestre dans le palais. Iphigénie s'approche de l'orchestre, où est le choeur et fait les apprêts de son sacrifice." *Beck.*

1467. ὦ νεάνιδες,] Iphigenia jam alloquitur Chorum illum, qui ex suo comitatu virginum Mycenæarum constabat, quas nempe secum Clytæmnestra duxerat. Vide v. 1490. et 1498. nisi ibi θέραπναι pro θεράπαιναι legendum. *Barnes.*

Iphigenia chorum alloquitur Chalcidensium mulierum. *Heath.*

Constructio loci est: ἐπευφημήσατε Ἄρτεμιν, παιᾶνα (i. e. ὡς τοῦτο παιᾶνα ἐσόμενον), *id quod sit pæan,* vel *jubilus ad meam calamitatem. Reisk.*

Jam Iphigenia sese convertit ad chorum mulierum Chalcidensium, non autem, quod Barnesius vult, ad Chorum virginum Mycenæarum, quas secum comites adduxerat Iphigenia. Hæ enim virgines non videntur adfuisse, quippe nullibi, dum omnis ista res tristissima detegitur, earum fit mentio. Chorus autem, ut jam supra notatum est, e Chalcidensibus mulieribus constabat, quæ, quia non subjectæ erant Agamemnoni, malo v. 1498. θέραπναι legere pro θεράπαιναι. Hæc enim lectio θεράπαιναι haud dubie ab iis orta est, qui difficiliorem θέραπναι non intelligebant atque opinabantur, Chorum huncce e Mycenæis virginibus, quas Iphigenia secum duxisset, constitisse, quod falsum esse videtur. *Hopfn.*

1468. Disting. παιᾶνα τῇ 'μῇ συμφορᾷ, Διὸς κόρην Ἄρτεμιν.] Ἄρτεμιν appositivum est ad Παιᾶνα seu hymnum. hymnus vester sit Diana. V. 1470. Sustuli distinctionem post πῦρ. προχύταις καθαρσίοισι, est *propter molas salsas lustrales,* i. e. ut mola salsa in ignem, seu victimam ardentem, conjiciatur. vide v. 1112. Sic δινευούσαις ἵπποις, *propter equas currentes,* Iph. Taur. 192. *Markl.*

Per Διὸς κόρην Ἄρτεμιν intelligendus hymnus, sive Pæan in Dianam, qui ab istis verbis inchoabat. Toup. Cur. Post. in Theocrit. XV. 98. p. 29. *Por.*

Marklandus ad Suppl. v. 621. observat, συμφορὰν, h. l. esse bonum eventum, de quo dubitaverim, inprimis propter sqq. ἴτω εὐφημία, *sit bonum omen*—i. e. felix sit eventus. *Hopfn.*

1469. Εὐφημία dicitur vox præconis εὐφημεῖν jubentis. Aristoph. Acharn. 237. *Musg.*

Κανᾶ δ' ἐναρχέσθω τις,] Vid. supra ad v. 435. Vid. Eustath. in Οὐλοχύται. *Barnes.*

1469. ss. Multas hic occurrentes voces, ut προχύται, &c. bene explicavit Feith. Antiqq. Homer. *Loesner.*

1471. Προχύταις καθαρσίοισι·] Vid. supra ad v. 1112. et v. 955. *Barnes.*

1472. Ἐνδεξιούσθω, teneat dextra; ὡς, nam. Σωτηρίαν, infra δῶρον. 1557. *Hopfn.*

1473. ἔρχομαι νικηφόρον.] Brodæus: "Deest post hunc versum Clytæmnestræ "vel Chori sermo." Aliter censet Barnesius, quem vide. Assentior Brodæo, et puto duos Chori iambos excidisse. *Markl.*

1474. Ἄγετέ με τὰν Ἰλίου &c.] Eo, quod scenam præteritam claudit Iphigenia, et huic Choro præcinit, Brodæus putabat, aliquid deesse; quum nihil fiat hujusmodi; illa enim continuat orationem; sed jam morti propior et scenam relictura suas comites liberiori voce ad Dianæ laudes hortatur; illius vero nomen præfigitur, ne quis forte Choro attribuat. *Barnes.*

Sane quis mirari posset, Iphigeniæ no-

ΙΦ. Ἄγετέ με τὰν Ἰλίου
Καὶ Φρυγῶν ἑλέπτολιν·
Στέφεα περίβολα δίδοτε, φέρε-
τε· πλόκαμος ὅδε, καταστέφειν·
Χερνίβων τε παγαῖσιν

Iph. Ducite me Ilii
Et Phrygum expugnatricem :
Date corona ambientes, afferte.
Coma hæc attrahitur coronis,
Et fontanis lavacris.

men præfixum huic versui, cum verba ejus continuentur. Sed haud dubie hoc factum est, quia nunc monostrophica sequuntur, ne quis ea Choro tribueret. Fortasse calathos floribus plenos aliqua ex Choro afferebat. *Hopfn.*

1475. ἑλέπτολιν·] Quatenus mors ejus causa est, quæ efficit, ut, Diana placata, classis Græcorum discedere, militesque Trojam invadere atque expugnare possint, eatenus dicitur expugnatrix Ilii et Phrygum. Eadem fere verba infra, v. 1509. sq. *Hopfn.*

1476. Distinguo, στέφεα περίβολα δίδοτε, φέρε-τε· πλόκαμος ὅδε, καταστέφειν· καταστέφειν est, εἰς τὸ καταστέφειν, *ut coronetis*, ad coronandum. De sequentibus vid. v. 1568. *Markl.*

Στέφεα περίβολα, &c.] Coronas innuit, sive infulas, quibus victimarum capita coronabant: de qua re Lucretius, Lib. I. v. 88. *Cui* (Iphigeniæ) *simul* infula, *virgineos circumdata comtus, Ex utraque pari Malarum parte profusa est*, &c. Vid. infra v. 1511. *Barnes.*

στέφεα περίβολα δίδοτε, φέρε-
τε, ΠΛΟΚΑΜΟΣ ῞ΟΔΕ ΚΑΤΑΣΤΕΦΕΙΝ
χερνίβων τε παγαῖσιν.

ut paucis dicam, sic mihi hæc corrigenda esse videntur:

στέφεα περίβολα δίδοτε. φέρε-
τε, ΠΛΟΚΑΜΟΥΣ ΗΔ' ̓ΕΣΧΑΡΑΝ ΣΤΕΦΕΙΝ
χερνίβων τε παγαῖσιν.

ὥστε στέφειν αὐτοῖς πλοκάμους καὶ ἐσχαράν. ἠδὲ pro καὶ occurrit etiam in Hecuba, 323. ἔσχαρα pro *ara*, v. Hesychium V. et Barnesium ad Heraclidas. 128. Abresch. ad Æschyl. Lib. I. p. 183. στέφειν πλοκαμὸν supra legimus v. 1080. Verbum στέφειν autem non *corona* solum *instruere*, verum omnino *instruere* audit. v. Brunck. V. Ill. ad Soph. Œdip. T. III. Unde χαλκοστέφανον τέμενος pro *luco, divitiis instructo* dicitur in *Epigrammate Incerti Aut.* CXLIII. quare recte hic dicitur ἐσχαρὰν στέφειν παγαῖσιν χερνίβων. *Jacobs.*

1477. πλόκαμος ὅδε καταστέφειν·] Lego:

— πλόκαμος ὅδ' ἕλκεται στέφεσιν
χερνίβων τε παγαῖσιν.

Crinis hic trahitur, vel *attrahitur*, ut quæ magice attrahuntur. Pindarus Nem. IV. Antistroph. 2. Ἴϋγγι δ' ἕλκομαι ἦτορ. Theocrit. Idyll. II. Ἴϋγξ, ἕλκε τὺ τῆνον. vid. et Toup. ad Suidam v. Ἴϋγξ. *Musg.*

Πλόκαμος ὅδε καταστέφειν] Si ita vere scribendum est, subaudi ἄξιος, vel simile quid, quod æquipolleat τῷ καταστεπτέος. Brodæus, ὃν δεῖ καταστέφειν. Æmil. Portus, μέλλει καταστέφειν, vel legit φέρεται πλόκαμος, &c. quem videsis. *Barnes.*

Dicerem ad h. v. Iphigeniam floribus caput ornasse, (conf. v. 1511. sq.) nisi quis dubitet, Calchantem eam iterum corona cinxisse, quod tamen infra v. 1566. diserte traditur. Quanquam nihil difficultatis inesse video, si Calchas Iphigeniam floribus ornatam corona adhuc cinxit, aut, quod magis verisimile est, infula. Nam victimæ solebant non tantum corona collo ornari sed etiam cornu infula cingi. Id quod expressit Lucretius, ubi de Iphigenia loquitur. Si recte sentio, hæc ad mortem præparatio læta, et adspectus puellæ, instar victimæ, coronatæ ad cædem abiturientis, vehementer

Ἑλίσσετ' ἀμφὶ ναὸν,
Ἀμφὶ βωμὸν, Ἄρτεμιν,
Τὰν ἄνασσαν Ἄρτεμιν,
Τὰν μάκαιραν·
Ὡς ἐμοῖσιν, εἰ χρεὼν,
Αἵμασι, θύμασί τε,
Θέσφατ' ἐξαλείψω.
ΧΟ. Ὦ πότνια, πότνια μῆτερ,
Ὡς δάκρυα γέ σοι

Circuite circa Templum, O
Circa Aram, Dianam,
Dianam reginam,
Deam beatam.
Quia meo, si opus erit,
Sanguine et mactatione
Oracula absolvam.
Cho. Veneranda, veneranda genitrix,
Lachrymas tibi jam

commovere potuisset animum spectatorum. Musgravius parum credibile esse putat, corollas, quas Iphigenia sibi dari poposcerat, præsto ipsi fuisse, quamdiu ante fores paternarum ædium versaretur. Itaque credamus, necesse est, Iphigeniam jam animo prævidere apparatum ad aram, atque festinare ad mortem. Si vulgatam lectionem retinemus, illud παγαῖσιν explanandum: fontana aqua adspersæ. Nemo enim ad sacrificia accedere debebat, nisi antea esset aqua fontana aut marina adspersus atque purgatus. Schillerus vertit: *Erhebt den Tanz um den besprengten Tempel, um den Altar,* &c. *Hopfn.*

1479. Ἑλίσσειν Ἄρτεμιν est choreis circuire Dianæ simulacrum. Dicitur autem, ut ἑλίξειν Λατοῦς γόνον, Herc. Fur. v. 689. s. et ἑλίξαι βωμὸν, Callim. Hymn. in Delum, v. 321. Petronius Arbiter:—*ter ovantem circa delubrum gressum feret ebria Pubes. Musg.*

Ἑλίσσετ' ἀμφὶ ναὸν] Vid. Iphig. in Taur. v. 445. Joh. Brodæus exponit ἑλίσσετε, choreas ducentes veneremini: ego ἀμφὶ τὴν Ἄρτεμιν supplendum duco, et sic in versione Latina expono. *Barnes.*

Ἑλίσσετε verto *choreas* ducite, et ad Ἄρτεμιν subintelligo ἐπικαλέσασαι. *Heath.*

Marklandus (ad Suppl. 1215.) accepit, quod ego statim feceram, voc. ἑλίσσειν ut verbum prægnans, *saltantem celebrare*, pro ἑλίσσουσαι ἀμφὶ ναὸν, ἀμφὶ βωμὸν, ἀείδετε, ὑμνεῖτε Ἄρτεμιν. Sic quoque Koehlerus h. l. interpretatus est. At Reiskius conjicit: παγαῖσι μειλίσσετε, *placate laticibus.* Minime vero. Cæterum de v. μειλίσσειν, v. supra ad v. 1325. *Hopfn.*

Ἑλίσσειν.] Alibi et in ipso Callimacho H. Dian. est κυκλώσασθαι, v. 170. 267. *Loesner.*

1481. Τὰν ἄνασσαν Ἄρτεμιν,] Ita paulo post v. 1521. Κλήσωμεν Ἄρτεμιν, θεῶν ἄνασσαν. Notandum est, quod, ut proprie Jupiter et Juno rex et regina deorum dicebantur, et præcipue hoc titulo gaudebant; ita majores dii βασιλεῖς, ἄνακτες et δεσπόται, majoresque deæ βασίλειαι, ἄνασσαι et δέσποιναι dicebantur; Apollo autem κατ' ἐξοχὴν vocabatur ἄναξ et Diana ἄνασσα, uti Homerus et Callimachus in Hymnis. Præterea ἄναξ ἐπιτίθεται κυρίοις ὀνόμασι θεῶν, καὶ ἄνασσα ταῖς θηλείαις ἐν τοῖς θεοῖς. Consule Eustathium in Iliad. fol. 182. lin. 2. item fol. 1598. lin. 21. *Barnes.*

De v. ἄνασσα, præcipuo Dianæ cognomine jam supra ad v. 739. diximus. *Hopfn.*

Δώσομεν ἁμέτερα·
Παρ' ἱεροῖς γὰρ οὐ πρέπει.
ΙΦ. Ὦ νεάνιδες,
Ξυνεπαείδετ' Ἄρτεμιν,
Χαλκίδος ἀντίπορον·
Ἵνα τε δόρατα
Μέμονε δάϊα δι' ἐμὸν ὄνομα,
Τᾶσδ' Αὐλίδος στενοπόροις
Ὅρμοις. ἰὼ γᾶ μῆτερ

Nostras dabimus:
Non enim licet inter sacra.
Iph. O puellæ,
Concelebrate Dianam,
Quæ est e regione Chalcidis.
Ubi naves
Bellicæ manserunt propter meum nomen,
In angusto hujus Aulidis
Portu: O terra mater,

1485. ἐξαλείφειν supra v. 1268. λύειν, satisfacere oraculo. *Hopfn.*

Sic Alcyoneus tanquam victima iratum numen placatura considerandus in Anton. Lib. Metamm. c. 8. p. 46. ed. Lips. Vid. Aristoph. Nub. 254. ibique Schol. atque Paschal. de Coron. IV. 16. Burmann. ad Propert. I. 17. v. 21. *Hopfn.*

ἐξαλείφειν.] Coloss. ii. 14. ἐξαλείψας τὸ καθ' ἡμῶν χειρόγραφον. *Loesner.*

1487. Ὡς δάκρυα] Forte ὧς, *sic*, id est, quemadmodum nunc facimus: ut hæc loquatur Chorus lacrymans. *Markl.*

Koehlerus vertit: *Wir wollten unsre Thrænen dir geben, aber beym Opfer geziemt sich's nicht.* Propter contextum orationis magis quadrasset οὐ δάκρυα, aut ὡς δ. γε μή, aut v. sq. π. ἱερ. δὲ μὴ πρέπει. Cæterum in sacrificiis lacrymare nefas habebatur. Omninoque in sacris, Cereris præcipue (v. Liv. XXXIV. 6. XXII. 56.) omnis tristitia removenda erat. Quare etiam Theseus in Eurip. Supplicibus, v. 299. matrem vetat flere, dum assideret aris Cereris. *Hopfn.*

1492. ss. Χαλκίδος ἀντίπορον·] Dianam vocat Χαλκίδος ἀντίπορον, quod Euripi secessus adversos Chalcidi colat et frequentet. Es tenim Chalcis urbs Eubœæ insulæ in mari Ægæo, opposita Aulidi, quæ civitas Bœotiæ. Scribit Callimachus, Aulidis Portus adamatos Dianæ fuisse, Hymn. Dian. v. 188.—λιμένες γε μὲν Εὐρίποιο. Ex Notis Gaspar. Stiblini. *Barnes.*

De Chalcide, primaria maximaque urbe Eubœæ insulæ in mari Ægæo, opposita Aulidi, civitati Bœotiæ,—prope Euripum sita vid. ad v. 11. coll. 163. et 598. ἵνα, ὅπου. Δάϊος partim est infelix, inprimis apud Atticos, partim bellicosus, hostilis, ut h. l. Vide quæ monuimus de h. v. ad Cyclop. v. 512. atque Illustr. Schütz. ad Æschyl. Pers. 277. ubi omissum est nomen dramatis, ad quod Scholion laudatum reperitur. Est autem Ajac. 784. ed. Brunck. H. l. δόρατα δ. de classe militum intelligendum, quæ in Aulidis recessu morabatur. Nescio cur Koehlerus reddat: *wo—Lanzen wüthen.* Tunc enim esse deberet μέμηνε, a μαίνωμαι, at h. l. est μέμονε a μένω. δι' — ὄνομα, δι' ἐμέ. *Hopfn.*

1495. τᾶς γ' Αὐλίδος.] Correxeram Τᾶσδ' *hujusce,* ex v. 82. 1321. Confirmant Aldina, et Codd. A. B. et Reiskius. Iidem Codd. στενοπόροισι. *Markl.*

1496. Ὅρμοις, ἰν.] V. v. 1322. coll. 81. et 167. *Hopfn.*

1497. Ὦ Πελασγία] Male in Latina

Ὦ Πελασγία,
Μυκηναῖαί τ' ἐμαὶ θεράπναι.
ΧΟ. Καλεῖς πόλισμα Περσέως,
Κυκλωπίων πόνον χερῶν;
ΙΦ. Ἔθρεψας Ἑλλάδι μέγα φάος·
Θανοῦσα δ' οὐκ ἀναίνομαι.
ΧΟ. Κλέος γὰρ οὔ σε μὴ λίπῃ.

O terra Argiva,
Et Mycenæa mea domicilia.
Cho. Invocas urbem a Perseo factam,
Laborem manuum Cyclopicarum.
Iph. Educâsti magnum lumen Græciæ:
Mori tamen non recuso.
Cho. Gloria enim te nequaquam deseret.

Versione exponebatur: *O Thessalia;* ut enim Thessaliam ita olim nominatam agnosco; sic et Πελασγία olim dicta erat Argiva regio, vel Peloponnesus, unde ortus Agamemnon et Iphigenia. Sed nihil hic loci cum Thessalia. *Barnes.*

Pelasgia—sic olim dictam esse regionem Argivam vel Peloponnesum a Pelasgo, antiquo Argivorum rege, tradit Ephorus apud Strabon. p. 338. C. V. etiam Spanhem. ad Callim. H. in Pallad. T. II. p. 607. sqq. Duplex fuit Argos Pelasgicum, vetus Peloponnesi, quod tenebant Pelasgi et Achæi, unde originem trahebant Agamemnon et Iphigenia, quare hoc h. l. intelligendum,—alterum in Thessalia, quo migrarunt Pelasgi. V. Reinold. Hist. Gr. Litt. p. 18. Unde vetus versio Latina in nostro loco habet Thessalia, quam recte Barnesius emendavit, Thessalia enim huc non pertinet. *Hopfn.*

1498. Μυκῆναί τ' ἐμαὶ θεράπαιναι.] Scaliger et alii θέραπναι. Sed Codd. omnes legunt Μυκηναιαι. vid. ad v. 615. Versu 1501. Cod. C. ἐμε ἐθρεψας quasi voluisset ἔθρεψατ'. Forte bene, ut sit sensus aliquis. Versu 1500. deesse opinor notam interrog. post χερῶν, ut in isto Helen. 134. Λήδαν ἔλεξας; vid. ad v. 1464. V. 1502. Θανοῦσα, &c. reliqui vulgatam versionem. de ea forte tamen dubitari potest. *Markl.*

Pro Μυκῆναι uterque MS. et P. Μυκηναῖαι. Lego:

Μυκηναῖαί τ' ἐμαὶ θεράπναι.

Hesychius: θεράπναι, αὐλῶνες, σταθμοί. Nicander in Theriacis: Κελέοιο θεράπναις, ubi Scholiastes: τὸ δὲ θεράπναις, ἤτοι θεραπαίναις, ἢ τόποις πρὸς ξενίαν ἐπιτηδείοις. Confer Orph. Argon. 204. 948. 1206. Nostrum Troad. v. 215. Bacch. 1032. Herc. Fur. v. 370. Cantero quoque et Scaligero placet θεράπναι. *Musg.*

Θεράπαιναι] Duportus, ut et Canterus et Scaliger, mavult θέραπναι, et certe Pausan. Lacon. fol. 96. lin. 19. et fol. 102. lin. 21. aliique urbem Laconiæ Θεράπνην memorant; ubi Leda Castorem et Pollucem enixa est, quæ et plurali numero Θέραπναι dicitur. Ut Statius Theb. I. 5. Tænariumque cacumen, Apollineasque Therapnas. *Barnes.*

Etiam Koehler. legit θεράπναι. Heath. scribi vult θεράπναι τε. Θεράπαιναι enim, si referatur ad Mycenas, monet, valde durum fore, si ad chorum, falsum, cum chorus constiterit mulieribus Chalcidensibus, Agamemnoni non subditis. Aliæ autem famulæ tunc non fuisse videntur circa Iphigeniam, famulum certe patris supra requirit, qui se ad aram ducat. V. Troad. 1211. *Beck.*

Non male Hesychius: θεράπναι, αὐλῶνες, σταθμοί. Sic quoque Phavorinus. In Herc. Fur. 370. tanquam nomen proprium Θεράπναι scribitur. Heathius atque Koehlerus præferunt θεράπναι, quod in textum recipere non dubitavi. Jam quod nomen proprium Θεράπναι s. Θεράπνα attinet, ne hoc omittamus, notandum, esse vicum (urbem) Laconiæ, prope Spar-

ΙΦ. Ἰὼ, ἰώ. λαμπαδοῦχος ἁμέρα,
Διός τε φέγγος, ἕτερον,
Ἕτερον αἰῶνα,
Καὶ μοῖραν οἰκήσομεν.
Χαῖρέ μοι, φίλον φάος.
Ἰὼ, ἰώ. ἴδεσθε τὰν Ἰλίου
Καὶ Φρυγῶν ἑλέπτολιν

Iph. Io, io. Facifera dies,
Et Jovis lumen, aliam,
Aliam vitam,
Et sortem habitabimus:
Vale mihi charum lumen.
Cho. Io, io: videte Ilii,
Et Phrygum expugnatricem

tam, ubi Leda Castorem et Pollucem enixa fertur, quanquam et alia loca nominantur, ubi Dioscuri dicuntur nati esse. Mentionem illius loci faciunt Pausanias in Lacon. Herodotus (VI. 61.) Isocrates de laude Helenæ, aliique. Pausanias quidem refert, (III. 19.) Menelaum atque Helenam ibi sepultos dici, Isocrates autem, etiam suo tempore Helenæ atque Menelao sacrificia ibi esse oblata. In Nostri Troad. l. l. Therapna nominatur invisa Helenæ *patria,* sita ad vortices Eurotæ. Cæterum erant etiam aliæ Therapnæ Thebanæ, quas Euripides commemorat Bacch. l. l. v. Strabon. Lib. IX. Schillerus vertit: *Und du der frühen Kindheit Pflegerin, Mycene!* Idem tamen V. D. putat, Iphigeniam alloqui Chorum, cum quo advenisset. Musgravius etiam Hecub. 480. propter metrum legit θέραπναν pro θεράπαιναν. Hesych. θεράπνη, θεραπαινὶς, δούλη. Apollon. Rhod. I. *Hopfn.*

1499. πόλισμα Περσέως,] Mycenas Perseus condidit, uti Brodæus ait; unde Pausanias Corinthiac. fol. 58. lin. 6. Καὶ ὅτι μὲν Περσεὺς ἐγένετο Μυκηνῶν οἰκιστὴς, ἴσασιν Ἕλληνες, &c. Præterea Perseus avo suo, Acrisio, in regno Argivorum successit. *Barnes.*

Persei autem urbs nominatur, quoniam hic Mycenas condidit, aut saltem muro cinxit. V. Apollod. II. 2. 1. IV. 4. Hyg. f. 64. Schol. Apollon. IV. 154. Pindar. II. 16. Successit autem avo suo Acrisio in regno Argivorum. *Hopfn.*

1500. Κυκλωπίων πόνον χερῶν;] Vid. quæ nos de hac re ad hujus Fab. v. 152. *Barnes.*

1501. s. ἔθρεψας] Ultimæ syllabæ superscribitur in Libro P. ἐμέ. *Musg.* ἔθρεψας ἐμέ. *Scholiast.*

μέγα φάος·] V. supra v. 1063. θανοῦσα, θανεῖν, non recuso mori, quia nimirum magnam apud posteritatem famam mihi comparabo. Sic in Electra de Peleo dicitur v. 449. τρέφειν Ἑλλάδι φῶς, i. e. Achillem. Sic Æschyl. Agam. 594. νικώμενος ἀναίνομαι. *Hopfn.*

1508. Χαῖρέ μοι φίλον φάος.] Vale, carum lumen. Vid. Erasmum in hoc Adagio. φάος, lux, vita. Hinc Virgil. *O Luce magis dilecta;* i. e. vita, vel etiam oculis. *Barnes.*

φάος h. l. est sol vel vita. — μοῖραν domicilium. Iphigenia nunc discedit. *Hopfn.*

1509. Ἰὼ, Ἰὼ, ἴδεσθε τὰν Ἰλίου] Jam abeuntem Iphigeniam Chorus prosequitur carmine Προπεμπτικῷ, quod precibus ad Dianam deliniendam claudit. *Barnes.*

1509. *Videte expugnatricem Ilii*

στείχουσαν, ἐπὶ κάρα στέφη
βαλλομέναν, χερνίβων τε παγαῖς,
βωμόν γε δαίμονος θεᾶς
Ῥανίσιν αἱματοῤῥύτοις
Θανοῦσαν. κ. τ. λ.

ubi pro θανοῦσαν corrigendum suspicor τέγγουσαν. Totum hunc locum autem sic constituam:

— χερνίβων τε παγαῖς

Στείχουσαν, ἐπὶ κάρα στέφη
Βαλλομέναν χερνίβων τε παγὰς,
Βωμόν γε δαίμονος θεᾶς
Ῥανίσιν αἱματοῤῥύτοις
Θανοῦσαν, εὐφυῆ τε σώματος
Δέρην σφαγεῖσαν. εὔδροσοι παγαὶ
Πατρῷαι μένουσί σε, χέρνιβές τε,

Euntem, ubi caput coronis
Circumdatam, et sacrarum aquarum fontibus,
Ara domabit deæ,
Guttis stillantibus-sanguine
Florentem, et elegantem vigore
Cervicem desectam: roscidi latices, O,
Paterni, et lavacra te manent,

βωμόν γε διαίμονος θεᾶς
Ῥάνισί Θ' αἱματοῤῥύτοις
ΤΕΓΓΟΥΣΑΝ.

aqua lustrali suoque ipsius sanguine aram cruentæ insperget Deæ. διαίμονος Marklando debetur. *Jacobs.*

1510. ἑλέπτολιν,] V. supra v. 1474. Prevostus ad hunc versum notavit: *Cette scène a tous les charactères d'un intermède. L'action visible cesse; la scène suivante est donc le commencement d'un sixiéme Acte.* *Hopfn.*

1511. s. ἐπὶ κάρα στέφη Βαλλομέναν] Forte, βαλομέναν, passive. ἐπιβαλομέναν στέφη κάρᾳ, *postquam serta habuerit capiti imposita:* quod mox futurum erat (v. 1566.) antequam sacrificaretur. Ad v. 1509. Cod. C. habet στροφ. sine ulla nota antistrophes in sequentibus. *Markl.*

ἐπὶ κάρα στέφη Βαλλομέναν] Corollas sibi dari poposcerat Iphigenia, v. 1476. sed eas præsto ipsi fuisse, quamdiu ante fores paternarum ædium versabatur, parum credibile est. Ulcus inveteratum sic forte sanandum:

— ὅποι κάρα στέφε-
σ' ἰλλομέναν, χερνίβων τε παγαῖς
βωμός γε δαμνάσει θεᾶς
ῥανίσιν αἱματοῤῥύτοις
ἀνθοῦσαν, εὐφυῆ τε ῥώματος
δέρην σφαλεῖσαν —

ἰλλομέναν, *cinctam, inclusam.* Sic ἰλλόμενος ὁμίλῳ, Apoll. Rhod. Lib. II. Idem Lib. I. δεσμοῖς ἰλλόμενος. ἀνθοῦσαν. Sic ἀνθοῦν νεκροῖς, Æschyl. Agam. v. 668. αἱματηρὸν πέλανον ἐξανθεῖν, Iph. in Taur. v. 301. ῥῶμα, ῥώματος, idem, quod ῥώμη. Hesychius v. ῥῶμα, cui adstipulatur Photius ibidem citatus. ῥώματος σφαλεῖσαν, *viribus defectam, destitutam.* Ovid. de Hyacintho Metam. Lib. X. v. 194.

— defecta vigore
Ipsa sibi est oneri cervix, humeroque recumbit.

ἀνδρὸς σφαλήσεται, Soph. Trachin. 1129. σφαλῶσι χρημάτων in fragm. Antiopæ habetur. *Musg.*

ἐπὶ κάρα στέφη Βαλλομέναν] Vide supra ad v. 1476. Hic mihi temperare nequeo, quin locum illum ibidem memoratum ex Lucretio totum hic describam — Lib. I. v. 85. Aulide quo pacto Triviai Virginis Aram Iphianassai turparunt sanguine fœde Ductores Danaum delecti, prima Virorum: Cui simul Infula virgineos circumdata comtus Ex utraque pari malarum parte profusa est: Et mœstum simul ante Aras adstare Parentem Sensit, et hunc propter ferrum celare ministros; Adspectuque suo lacrymas effundere cives. Muta metu terram genibus summissa petebat: Nec miseræ prodesse in tali tempore quibat, Quod patrio Princeps donarat nomine Regem. Nam sublata virum manibus, tremebundaque ad aras Deducta est, non ut solenni more sacrorum Perfecto posset claro comitari Hymenæo: Sed Casta inceste, nubendi tempore in ipso, Hostia concideret mactatu mœsta Parentis; Exitus ut Classi felix

Στρατός τ' Ἀχαιῶν, θέλων
Ἰλίου πόλιν μολεῖν.
Ἀλλὰ τὰν Διὸς κόραν
Κλῄσωμεν Ἄρτεμιν, θεῶν ἄνασσαν,
Ὡς ἐπ' εὐτυχεῖ πότμῳ·
Ὦ πότνια, θύμασι βροτησίοις
Χαρεῖσα, πέμψον εἰς Φρυγῶν

Et exercitus Græcorum volens
Proficisci ad Trojam.
Sed filiam Jovis
Dianam celebremus, reginam deorum,
Iis, quæ ad prosperum eventum pertinent.
O veneranda, quæ humanis victimis
Gaudes, mitte in Phrygum

faustusque daretur. Tantum Relligio potuit suadere malorum. Quæ si quis Anglice velit simili voluptate perlegere, adeat is Amici nostri, Thomæ Creech, admirandam Lucretii versionem, qua omnium animos sibi jamdudum devinxit. *Barnes.*

Ita hæc metra potius constituenda credit Heath.

Στείχουσαν, ἐπὶ	basis iambica.
Κάρα στέφη βαλλομέναν	choriambicus dimeter acatalectus.
Χερνίβων τε παγαῖς	ithyphallicus.

Beck.

1512. παγαῖς,] Libri B. C. παγ$^{ας}_{αις}$. Quæ διόρθωσις omnino vera mihi videtur: nempe, ἐπιβαλομέναν κάρα στέφη, παγάς τε χερνίβων· postquam habuerit coronam capiti impositam, et aquas lustrales *capiti aspersas.* nam iste mos erat in hujusmodi sacrificiis. Loquitur hæc Chorus, *exeunte* ex scena Iphigenia. *Markl.*

Reisk. conjicit παγάς. *Beck.*

1513. βωμόν γε δαίμονος Θεᾶς.] Non puto locutionem δαίμων Θεὰ, vel δαίμων Θεὸς, inveniri: nam aliud est Θεοῖς δαίμοσι in inscriptionibus antiquis. Forte, βωμὸν διαίμονος Θεᾶς, *Aram cruentæ Deæ,* nempe *Dianæ,* quæ erat θύμασι βροτησίοις χαρεῖσα, v. 1522. Δίαιμος et διαίμων, *cruentus,* ut ἄναιμος et ἀναίμων, *sanguine carens,* αὔθαιμος et αὐθαίμων, *ejusdem sanguinis,* ὅμαιμος et ὁμαίμων, σύναιμος et συναίμων. αἵμονι χαλᾷ, *cruento ungue,* Hecub. 91. *Markl.*

1515—1516. Βωμὸν—Θανοῦσαν—σφαγεῖσαν.] Obvium erat βωμὸν Ῥανοῦσαν, *aspersuram aram.* σφαγεῖσαν, *postquam cæsa* (percussa) *fuerit* δέρην (i. e. κατὰ δέρην) σώματος, ut παρηΐδι χροὸς, *genis corporis,* Helen. 1089. et Bacch. 756. Pro τε, quod nihil ibi agit, scribo γε. Dubitari potest de voce Πατρῷαι, v. 1517. propter versum 1568. *Markl.*

Βωμόν γε δαίμονος] Scaliger supplet Ἀμφὶ βωμόν γε. Vid. supra v. 1480. *Barnes.*

Pro γε Reisk. legit τε. *Beck.*

In v. διαίμονος Marklandum sequor. Si licuisset, legissem μιαιφόνος Θεᾶς. Quod ad *coronas* attinet v. supra ad v. 1476. atque *Paschalii* librum de Corona Veterum. De χερνίβων παγαῖς v. ad v. 1478. *Hopfn.*

βωμὸν pendent a στείχουσαν, subaudita præpos. πρὸς, vel ἐπί. *Heath.*

1515. Θανοῦσαν. Reisk. conjicit διανοῦσαν, a διαίνειν, *humectare.* *Beck.*

1516. Post δέρην comma ponendum. et *humectaturam guttis sanguineis cervicem, postquam mactata fuerit.* σφαγεῖσαν idem valet, atque ἀπὸ τῆς σφαγῆς. *Reisk.*

1517. μένουσί σε. Elegantius foret μένουσί σ' ὦ. *Musg.*

1520. Cum hoc cantico conferri potest illud Hippol. v. 60. sqq. ubi Diana vocatur Ζηνὸς γένεθλον, οὐράνια, καλλίστα παρθένων, etc. V. etiam supra v. 1481. *Hopfn.*

1521. Κλῄσωμεν Ἄρτεμιν θεῶν ἄνασσαν,] Vid. quæ Nos supra ad v. 1481. *Barnes.*

1522. Ὡς ἐπ' εὐτυχεῖ πότμῳ·] Legendum, ni fallor, ὅσ', i. e. ὅσα, quæcunque

Γαῖαν Ἑλλάνων στρατὸν,
Καὶ δολόεντα Τροίας ἕδη.
Ἀγαμέμνονά τε λόγχαις
Ἑλλάδι κλεινότατον στέφανον
Δὸς ἀμφὶ κάρα γ᾽ ἑὸν,
Κλέος ἀείμνηστον, ἀμφιθεῖναι.

ΑΓΓΕΛΟΣ.

Ὦ Τυνδαρεία παῖ Κλυταιμνήστρα, δόμων

Terram exercitum Græcorum,
Et dolosas Trojæ sedes.
Et Agamemnoni hastis,
Græciæ inclytam coronam
Des, et circa caput suum
Perpetuam gloriam ponere.

NUNTIUS.

O Clytæmnestra filia Tyndari, ædibus

fausta sunt et ad felicem eventum spectant. *Musg.*

Musgravius legere mavult ὅσ᾽ ἐπ᾽ εὐτ. Sed non opus esse videtur. *Hopfn.*

1523. Codd. A. B. ποτνα pro πότνια. Non male. Reliqui versionem, v. 1521. Ὡς ἐπ᾽, &c. aliter tamen censens. *Markl.*

θύμασι βροτησίοις Χαρεῖσα,] Hæc de Diana Scythica, sive in Tauris, proprie dicenda, ob hoc autem exemplum etiam de Diana Aulidensi. Βροτήσιος, idem, quod βρότειος, *humanus, mortalis;* est dictio Hesiodea, ut βροτήσια ἔργα, cui et βρότεος pro βρότειος, ut βρότεος χρώς. βροτόεις autem, cruentus, a βρότος, cruor. *Barnes.*

1526. δολόεντα Τροίας ἕδη.] Ob Paridis stuprum et Laomedontis perjurium hæc dicuntur; unde Virgil. Laomedonteæ luimus perjuria Trojæ. *Barnes.*

Troja vocatur *dolosa,* quia et Laomedon olim perjurius Apollini atque Neptuno, postquam muros urbis ædificassent, mercedem debitam denegaverat, et Paris Menelai uxorem clam seduxerat. *Hopfn.*

1527. Ἀγαμέμνονά τε λόγχαις] Ut hic locus apertus sit, ita verba sunt ordinanda: Ὦ πότνια, &c. πέμψον, &c. Ἀγαμέμνονά τε σὺν λόγχαις αὐτοῦ δὸς ἀμφὶ κάρα τεὸν κλέος ἀείμνηστον ἀμφιθεῖναι, δηλονότι στέφανον, ἁπάσῃ τῇ Ἑλλάδι κλεινότατον. Quare male Scaliger legit ἑὸν pro τεὸν: Dianam enim Chorus alloquitur; nec de Agamemnonis Corona, quam ipse sibi indueret, sed quam Dianæ Capiti circumfunderet. Illius autem erga hanc deam devotionem memorat Callimachus in Hymno Dian. v. 228.

Χησιὰς, Ἰμβρασίη, Πρωτόθρονε· σοὶ δ᾽ Ἀγαμέμνων
Πηδάλιον νηὸς σφετέρης ἐγκάτθετο νηῷ,
Μείλιον ἀπλοΐης, ὅτε οἱ κατέδησας ἀήτας·
Τεύκρων ἡνίκα νῆες Ἀχαιΐδες ἄστεα κήδειν
Ἔπλεον, ἀμφ᾽ Ἑλένῃ Ῥαμνουσίδι θυμωθεῖσαι.

Barnes.

1529. κάρα τεόν,] Omnes MSS. ἑον pro τεὸν, hoc est, γ᾽ ἑὸν, *suum caput:* et leg. puto λόγχαις Ἑλλάσι, *armis Græcis,* non Ἑλλάδι κλεινότατον στέφανον. sic Ἑλλὰς αἰχμὰ, Troas. 835. Ἑλλὰς στρατηγία, Iph. Taur. 17. V. 1530. pro ἀείμνηστον, legi potest ἀείμναστον. *Markl.*

Pro τεὸν uterque MS. ἑὸν, ut et Scaliger legendum conjecerat. Mihi locus sic constituendus videtur:

Ἀγαμέμνονά τε λόγχαις

Ἔξω πέρασον, ὡς κλύῃς ἐμῶν λόγων.
ΚΛ. Φθογγῆς κλύουσα δεῦρο σῆς ἀφικόμην,
Ταρβοῦσα τλήμων, κἀκπεπληγμένη φόβῳ,
Μή μοι τιν' ἄλλην ξυμφορὰν ἥκοις φέρων,
Πρὸς τῇ παρούσῃ. ΑΓ. Σῆς μὲν οὖν παιδὸς πέρι,
Θαυμαστά σοι, καὶ δεινὰ σημῆναι θέλω.
ΚΛ. Μὴ μέλλε τοίνυν, ἀλλὰ φράζ', ὅσον τάχος.
ΑΓ. Ἀλλ', ὦ φίλη δέσποινα, πᾶν πεύσει σαφῶς.
Λέξω δ' ἀπαρχῆς, ἤν τι μὴ σφαλεῖσά μου

Egredere, ut audias mea verba.
Cly. Audiens tuam vocem veni huc
Consternata misera, metuque perterrefacta,
Ne venias nuncians mihi novam aliquam calamitatem,
Præter præsentem. *Nun.* Imo vero de tua filia
Volo tibi mira et stupenda dicere.
Cly. Ne cuncteris igitur; sed quamprimum dicito.
Nun. Ergo, O chara domina, audies omnia manifeste:
Dicam autem ordine ab initio, nisi quid lapsa mea

Ἑλλάδι κλεινότατον στέφανον
δὸς, ἀμφὶ κάρα θ' ἑὸν
κλέος ἀείμνηστον ἀμφιθεῖναι.

Da etiam Agamemnoni, ut inclytam Græciæ coronam, suo autem capiti decus sempiternum armis circumdet. Epigramma apud Herodotum IV. c. 88. Αὐτῷ μὲν στέφανον περιθεὶς, Σαμίοισι δὲ κῦδος. *Musg.*

Mallem cum Scal. legere κάρα θ' ἑὸν, ut constructio sit: Δός τε Ἀγαμέμνονα λόγχαις ἀμφιθεῖναι Ἑλλάδι κλεινότατον στέφανον, δός τε ἀμφὶ κάρα ἑὸν ἀμφιθεῖναι κλέος ἀείμνηστον. *Heath.*

1530. ἀείμνηστος est semper celebrandus, semper memorabilis. Jam cogitandum, Chorum repetere aliquoties hanc cantilenam, alioquin enim tam brevi temporis spatio hæc omnia non potuissent accidere, quæ a nuntio gesta dicuntur. *Hopfn.*

1531. Ὦ Τυνδαρεία] Totam scenam absque v. 1541. spuriam esse, et a recentiori quodam, nescio quando, certe post Æliani tempora, suppositam persuasus est, R. Por. Suppl. Præf. ad Hecub. p. clxv. *Burn.*

Nuntius consternatus advenit et versus tentorium clamat verba sequentia, δόμων enim non de domo proprie sic dicta esse intelligendum, quisque videbit. Sed Koehlerus vertit: *Komm aus dem Pallaste. Hopfn.*

1532. ὡς κλύοις] Potius ὡς κλύῃς. et ita Codd. A. B. *Markl.*

κλύῃς] Ita ambo MSS. Vulgo κλύοις. *Musg.*

1535. Μή μοι — ἥκεις φέρων,] Scalig. ἥκοις, quod verum putant Valckenær. ad Phœniss. 93. et Heathius. Portus ἥκῃς. Barnesius ἥκεις. *Markl.*

ἥκεις] Scaliger ἥκοις, ut sine controversia scribendum statuit Valckenærius V. Cl. not. ad Phœniss. p. 35. Sed non assentior. vid. ad Phœniss. v. 93. *Musg.*

ἥκεις] Scaliger mavult ἥκοις, Æmil. Portus ἥκῃς; sed et ἥκεις stabit. Poëtice enim indicativus pro optativo, vel subjunctivo, ponitur. *Barnes.*

Μὴ cum indicativo jungi docuit Cel. Brunck. ad Comici Nub. 493. Adde Ion. 1552. *Hopfn.*

1537. s. δεινὰ, *gravia.* Barn. reddit *horrenda.* Μέλλειν sæpe cunctari significat, ut h. l. *Hopfn.*

1540. σφαλεῖσά μου, &c.] Mallem που, quia sequitur ἐμήν. Pro Γνώμη legi posset Μνήμη. Sophocl. Œd. Tyr. 1261. Ὅμως δ' ὅσον γε κἀν ἐμοὶ μνήμ ἔνι. Ibid.

Γνώμη, ταράξῃ γλῶσσαν ἐν λόγοις ἐμήν.
Ἐπεὶ γὰρ ἱκόμεσθα τῆς Διὸς κόρης
Ἀρτέμιδος ἄλσος, λείμακάς τ' ἀνθηφόρους,
Ἵν' ἦν Ἀχαιῶν ξύλλογος στρατεύματος,
Σὴν παῖδ' ἄγοντες, εὐθὺς Ἀργείων ὄχλος
Ἠθροίζεθ'· ὡς δ' ἐσεῖδεν Ἀγαμέμνων ἄναξ
Ἐπὶ σφαγὰς στείχουσαν εἰς ἄλσος κόρην,
Ἀνεστέναζε· κἄμπαλιν στρέψας κάρα

Mens turbârit linguam in verbis meam.
Postquam enim venimus ad filiæ Jovis
Dianæ nemus, et prata florida,
Ubi erat cœtus exercitus Græcorum,
Ducentes tuam filiam, statim turba Græcorum
Congregabatur: ut vero rex Agamemnon vidit
Puellam euntem ad cædem in nemus,
Ingemuit: et retro vertens caput,

ἀπαρχῆς, Cod. C. et ἀνθεσφόρους (ἀνθηφόρους), v. 1545. *Markl.*

1543. ἀνθηφόρους,] Legendum, ni fallor, ἀνθεσφόρους. *Musg.*

Ἀρτέμιδος ἄλσος λείμακάς τ' ἀνθηφόρους,] De hoc Dianæ saltu vid. hujus Fab. v. 185. De vocabulo λείμαξ pro λειμὼν, quæ nos ad Phœniss. v. 1587. *Barnes.*

Hesych. Λείμακες· νοτεροὶ καὶ ποιώδεις τόποι. In animo habuisse Grammaticum h. l. censet Wess. ad Herod. p. 302. *Beck.*

ἄλσος, de prato Dianæ, ut supra v. 185. ubi epitheto πολύθυτον ornabatur. Λείμαξ pro λειμὼν, ut Phœnn. 1587. ubi v. Schol. Vocabulum Euripideum, quod et Bacch. 855. legitur. *Hopfn.*

1544. ss. σύλλογος ut v. 514. et 825. ἄγοντες referri debet ad ἱκόμεσθα, v. 1542. κἄμπαλιν — retro vertens s. avertens faciem. προθείς — dum oculos veste s. pallio tegebat. Hinc patet πέπλος non semper esse vestimentum muliebre sed etiam pro v. χιτὼν adhiberi, quod etiam notavivimus ad Euripid. Cyclop. v. 300. et Sophocl. Trachin. 602. Eodem modo Timanthes in egregia pictura, quæ hanc immolationem Iphigeniæ exhibebat, solum Agamemnonem obtecta facie proposuerat inter cæteras personas adstantes. *Hopfn.*

1549. Δάκρυα προῆγεν ὀμμάτων πέπλον προθείς.] Rectissime observat Andreas Schottus Observ. Human. Lib. V. c. 17. hunc Euripidis locum Timanthi, illi celeberrimo Pictori, ansam dedisse; ut Lucianus in Chronosolone dicit, Pictores a Poëtis imagines suas formare solitos. De hac re M. Tullius in libro de Perfecto Oratore — si denique Pictor ille vidit quum immolanda Iphigenia, tristis Calchas esset, tristior Ulysses, mœreret Menelaus, obvolvendum caput Agamemnonis esse: quoniam summum illum luctum penicillo non posset imitari; etc. Hinc Plinius Lib. XXXV. c. 10. "Nam Timanthi vel plurimum adfuit ingenii. Ejus enim est Iphigenia, Oratorum laudibus celebrata: qua stante ad Aras pictura, cum mœstos pinxisset omnes, præcipue Patruum, cum tristitiæ omnem imaginem consumsisset, Patris ipsius Vultum velarit, quem digne non poterat ostendere." Vid. insuper M. Fabium Quintil. Lib. II. c. 13. et Val. Maximum Lib. VIII. c. 12. *Barnes.*

1550. Conf. cum hac nuntii narratione de immolata Iphigenia eam, quam Chorus Æschyl. Agam. 239. ss. profert. Euripides elicit nobis lacrymas, quas ut *parentes* fundimus, Æschylus eripit nobis tanquam *hominibus*. *Hopfn.*

1555. ἄγοντας.] Recte habet. plene foret, δίδωμι [ὑμῖν, ὑμᾶς] ἄγοντας πρὸς βωμὸν θεᾶς, θῦσαι τοὐμὸν σῶμα, &c. Ellipsis no-

Δάκρυα προῆγεν, ὀμμάτων πέπλον προθείς.
Ἡ δὲ σταθεῖσα τῷ τεκόντι πλησίον,
Ἔλεξε τοιάδ'· ὦ πάτερ, πάρειμί σοι.
Τοὐμὸν δὲ σῶμα τῆς ἐμῆς ὑπὲρ πάτρας,
Καὶ τῆς ἁπάσης Ἑλλάδος γαίας ὕπερ,
Θῦσαι δίδωμ' ἑκοῦσα, πρὸς βωμὸν θεᾶς
Ἄγοντας, εἴπερ ἐστὶ θέσφατον τόδε.
Καὶ, τοὐπ' ἐμ', εὐτυχοῖτε, καὶ νικηφόρου

Emisit lachrymas, oculis vestem opponens.
Illa autem prope patrem cum stetisset,
Talia dixit: O pater adsum tibi,
Meum vero corpus pro mea patria,
Et pro tota Græcia
Trado volens, ut mactetis ad aram deæ,
Ducentes *me:* siquidem hoc postulat oraculum.
Et quod ad me attinet, sitis fortunati, et prospero

tissima est, et ab eruditis sæpe illustrata. Mirum autem videri potest (si in hominibus quidquam sit mirum) virum doctum, quem torsit hæc locutio in Iphigenia; ad Electr. 1251. erudite defendere hanc ipsam locutionem, contra alium virum doctum qui contextum ibi mutari voluit eodem isto modo quem prior ille hic proposuit. Hoc est, erudite defendit hunc locum contra *seipsum.* Vocem Δώρου (v. 1557.) Brodæus exponit per τοῦ ἐμοῦ σώματος. cui expositioni acquiescendum puto. Piersonus Verisim. I. 6. conjicit Δορὸς, et ita Reiskius: qui et Νόστου. *Markl.*

Ἄγοντας,] Barnesio placebat ἄγωσιν, dictum, ut χαίρωσιν, Hecub. 427. Ed. King. Sed firmat vulgatum Apollon. Rhod. Lib. I.

ὑμῖν μὲν δὴ μοῖρα θεῶν χρειώ τε περῆσαι
ἐνθάδε κῶας ἄγοντας —

Ubi Scholiastes: ἔδει ἄγουσιν εἰπεῖν πρὸς τὸ ὑμῖν, καὶ ὁ ποιητὴς δέ· Αἰεὶ τοὶ φίλον ἐστὶν ἐμεῦ ἀπὸ νόσφιν ἐόντα. Il. α'. v. 541. vid. et ad Troad. v. 119. (Troad. 116. atque Æschyl. Eumen. 870. ss.) *Musg.*

Ἄγοντας,] Ut verum fatear, mendum aliquod hic latere puto: nimis enim est durum — ἐγὼ δίδωμι ἐμὸν σῶμα θῦσαι ἄγοντας πρὸς βωμόν, etc. Ἄγωσιν si legamus, et exemplaria faverent, res foret in tuto. Sed quum Doctorum nemo hoc tetigerit, nos præ inopia librorum nihil hic aliud valemus. *Barnes.*

Difficilius est ἄγοντας, pro quo Barnesius malebat ἄγωσιν, qui censet hic mendum aliquod in lectione vulgata latere. Minime vero, si recte video. Est enallage constructionis, qualis reperitur in Electr. v. 1251. ubi κτείναντα pro κτείναντι, quod ibi Scaliger præferebat, positum est. *Hopfn.*

Non ignoro passim defendi lectionem ἄγοντας, duram tamen eam et impeditam, quocunque modo accipias. Certe autem scio illum non in suæ solum linguæ sed omnino in bene scribendi præcepta peccare, qui, quæ sentiat obscuris et intortis eloquatur verbis; neque ulla grammatica subtilitate effici, ne solœcismus solœcismus sit. Fortasse tamen, quod librariorum culpa factum est, id injuria Euripidis vitio vertimus, quem scripsisse suspicor

Τοὐμὸν δὲ σῶμα τῆς ἐμῆς ὑπὲρ πάτρας,
καὶ τῆς ἁπάσης Ἑλλάδος γαίας ὕπερ
Θῦσαι δίδωμ' ἑκοῦσα πρὸς βωμὸν θεᾶς.
ΣΦΑΖΟΝΤΕΣ, εἴπερ ἐστι θέσφατον τόδε,
καὶ τοὐπ' ἐμ' εὐτύχοιτε, καὶ νικηφόρου
δώρου τύχοιτε. —

ut participium ad verbum εὐτύχοιτε referatur, hoc sensu: *Vos autem, quandoquidem dii jubent, immolantes me, et felices sitis quantum ejus in me positum est, et*

Δώρου τύχοιτε, πατρίδα τ' ἐξίκοισθε γῆν.
Πρὸς ταῦτα, μὴ ψαύσῃ τις Ἀργείων ἐμοῦ
Σιγῇ· παρέξω γὰρ δέρην εὐκαρδίως.
Τοσαῦτ' ἔλεξε. πᾶς δ' ἐθάμβησε κλύων
Εὐψυχίαν τε, κἀρετὴν τῆς παρθένου.

Marte utamini, et redeatis in patriam.
Quamobrem ne quis Græcorum me tangat,
Silentio enim præbebo cervicem animose.
Tantum dixit: omnes autem qui audiverunt, obstupuere
Magnitudinem animi, et virtutem virginis.

victis hostibus præmium victoriæ reportetis. *Jacobs.*

1555. s. θέσφατον v. supra v. 121. 498. et alibi. τοὐπ' ἐμὲ — quantum in me est, quod ad me attinet. *Hopfn.*

1556. Καὶ τοὐπ' ἔμ'] Καὶ τὸ ἐπ' ἐμέ. Sic Hecub. v. 512. τοὐπίσ' pro τὸ ἐπί σε. *Barnes.*

1557. δώρου] Optime Piersonus δορὸς, conferens Herc. Fur. v. 49. Verisim. p. 79. *Musg.*

Vulgo δώρου, quod Brodæus pro σώματος ἐμοῦ accipit et Marklandus probat. Koehlerus: *erkæmpft die Krone des Siegs.* Barnesius: *donum victoriæ.* Neque vero diffiteor mihi placere δορὸς hastæ s. belli, quod Piersonus (Verisim. p. 79.) jam conjecerat, cui assensum præbent Musgravius et Reiskius, qui etiam νόστου (quod habes Hecub. 539.) proponit. Sic Herc. Fur. 49. est ἄγαλμα καλλινίκου δορός. ἐξίκοισθε sc. felices, tanquam victores. Reiskius atque Heathius post ἐμοῦ punctum ponunt sed post σιγῇ delent, quos sequutus est in versione Koehlerus: *denn ich will selbst still und muthig meinen Nacken darbieten,* quamvis nihil in notis monuit de ista interpunctione nova. *Hopfn.*

1558. πρὸς ταῦτα μὴ ψαύῃ τις Ἀργείων ἐμοῦ
ΣΙΓΗι· παρέξω γὰρ δέρην εὐκαρδίως.

Majore distinctione cum Reiskio post ἐμοῦ posita, prioris quidem versus sensus in salvo est, alterum autem non possum quin corruptum judicem. Quid?

ΣΦΑΓΗι παρέξω γὰρ δέρην εὐκαρδίως.

Helena, v. 142.

ΣΦΑΓΑΙΣ ἀδελφῆς οὕνεκ' ἐκπνεῦσαι βίον.

Cum toto hoc loco comparanda sunt, quæ Polyxena in Achillis tumulo pronunciat in Hecuba, 546

ἑκοῦσα θνήσκω, μή τις ἅψηται χροὸς
τοὐμοῦ· παρέξω γὰρ δέρην εὐκαρδίως.

unde profecto suspicari possis verba — παρέξω γὰρ δέρην εὐκαρδίως, margini forte Iphigeniæ adscripta, temere in textum invecta, et, ne versus imperfectus relinqueretur, a sciolo quodam voce σιγῇ aucta esse. *Jacobs.*

1559. Σιγῇ· παρέξω] Si auferas distinctionem post Σιγῇ, et ponas post ἐμοῦ, versu præcedenti, sensus tolerabilis effici potest. et ita multi distinguunt. Sed interpolationis suspecta hæc mihi reddit locus similis Hecub. 547. *Markl.*

παρέξω, etc.] Tale quid Hecub. v. 547. etc. de Polyxena jam immolanda; locos conferat, qui vult. *Barnes.*

Non male putat Jacobsius, verba παρέξω — εὐκαρδίως margini forte ex Hecubæ loco adscripta temere in textum invecta, et, ne versus imperfectus relinqueretur, a sciolo quodam voce σιγῇ aucta esse. Neque vero existimem, verissimam hanc esse suspicionem, cum Poëta facile, forsan invitus, potuerit versum eundem, quem jam alibi conscripserat, e simili scena repetere, quod sæpe fieri ab eodem, aliisque poëtis, nemo nescit. Si tanti esset, ex ipso Euripide plura exempla afferrem. *Hopfn.*

Σιγῇ· παρέξω.] Quæ verba ego conjuncta lego, nec σιγῇ ad præteritum, sed ad παρέξω refero. *Faehse.*

1560. Hunc versum in mendo cubare puto:

Τοσαῦτ' ἔλεξεν· πᾶς δ' ἐθάμβησε, ΚΛΥΩΝ
εὐψυχίαν τε κἀρετὴν τῆς παρθένου.

languent vv. κλύων εὐψ. τε κ. et πᾶς pro πάντες an Græcum sit dubito. Legam:

— πᾶς δ' ἐθάμβησεν ΛΕΩΣ
εὐψυχίαν τε κἀρετὴν τῆς παρθένου.

Στὰς δ' ἐν μέσῳ Ταλθύβιος, ᾧ τόδ' ἦν μέλον,
Εὐφημίαν ἀνεῖπε, καὶ σιγὴν στρατῷ.
Κάλχας δ' ὁ μάντις εἰς κανοῦν χρυσήλατον
Ἔθηκεν ὀξὺ χειρὶ φάσγανον σπάσας,
Κολεῶν ἔσωθεν, κρᾶτά τ' ἔστεψεν κόρης.

Talthybius autem stans in medio, cui hoc erat curæ,
Imperavit bonam ominationem, et silentium exercitui.
Calchas vero vates in aureum canistrum
Posuit acutum gladium, manu quum prius extraxerat,
Sub molis salsis, et coronavit caput puellæ.

Epigr. Incerti Aut. DCCXLVII.

ἀμφὶ δ' ἐμῆς μοίρης ΠΑΣ *ἐδάκρυσε* ΛΕΩΣ.

cf. Hercul. F. 1381. *Ὦ γαῖα Κάδμου, πᾶς τε Θηβαῖος λεὼς Κείρασθε.* Ion. 1205. *Θάμβησεν δὲ πᾶς Θοινατόρων ὅμιλος. θαμβεῖν* cum quarto casu legimus ap. Homer. Od. XVII. 367. *Οἱ δ' ἐλεαίροντες δίδοσαν καὶ ἐθάμβεον αὐτόν.* Et passim. *Jacobs.*

1561. ss. *ἀρετὴ* h. l. generositas animi. *μέλον* cui hoc curæ erat. Eodem modo Talthybius in Hecuba, v. 529. sq. silentium imponit turbæ. Hæc sunt ejus verba:

σιγὴν Ἀχαιῶν παντὶ κηρύξαι στρατῷ.
κἀγὼ παραστὰς, εἶπον ἐν μέσοις τάδε.
σιγᾶτ', Ἀχαιοὶ, σῖγα πᾶς ἔστω λεώς.
σίγα, σιώπα —

Scilicet, cum incipiebant sacra, præcones utebantur hac formula solenni: *σίγη πᾶς ἔστω λεὼς* aut *εὐφημεῖτε.* Idem et Romani in sacrificiis facere solebant hac formula: *favete linguis.* Neque vero altum silentium his verbis imponi debebat, quam potius, ut cum Horatio, Od. III. 14. loquar, oportebat eos *parcere male ominatis verbis.* Vide quæ de v. *εὐφημία* supra ad v. 608. tetigimus. *Hopfn.*

1564. *κανοῦν*] Præter id, quod diximus supra ad v. 435. et v. 1470. *κάνεον* in hoc loco est vas, in quo reponebatur culter sacrificus, a *καίνω,* cædo. Vid. Scholiasten ad Orest. v. 192. *Barnes.*

Κάλχας δ' ὁ μάντις, εἰς κανοῦν χρυσήλατον
Ἔθηκεν, ὀξὺ χειρὶ φάσγανον σπάσας,
κολεῶν ἔξωθεν κρᾶτά τ' ἔστεψεν κόρης.

Difficilis locus et variis Criticorum conjecturis tentatus. Primus Barnesius latens ulcus detexit, sed ut medicus erat parum ingeniosus, indicare potuit, sanare non potuit. Piersoni et Musgravii conjecturis et meam qualemcunque emendationem adjiciam. Totus versus

κολεῶν ἔξωθεν κρᾶτά τ' ἔστεψεν κόρης

obelo transfigendus esse videtur. Quo facto reliqua optime procedunt. *ὀξὺ χειρὶ φάσγανον σπάσας* ut in Iphigenia in T. 523.

ἕπου μοι, φάσγανον σπάσας χερί.

Jacobs.

Schol. Orest. 192. ad v. *ἔκανες* hæc observat: *ἔκανες, ἐφόνευσας. ὅθεν τὸ κανοῦν λέγεται, εἰς ὃ φέρεται ἡ ἱερουργικὴ μάχαιρα.* Adde Schol. ad Aristoph. Pac. 948. et ib. Flor. Christian. *Hopfn.*

1565. Hecub. 541. post preces ab Achillis filio et exercitu factas *ἀμφίχρυσον φάσγανον κώπης λαβὼν ἐξεῖλκε κολεοῦ.*

Hopfn.

1566. Κολεῶν ἔσωθεν,] Ita Codd. A. B. et Aldina. Vult, opinor, Calchantem e vagina cultrum extraxisse, nempe, ut aciem ejus inspiceret et tentaret; et deinde inspectum *intra vaginam* rursus condidisse (hoc dubitat Hopfn.) Diverso intuitu doctiss. Piersonus Verisim. I. 6. legit, *σπάσας Ἔξωθε κολεῶν·* et Reiskius.

Markl.

Κολεῶν ἔσωθεν,] Ita Ed. Ald. et MSS. Emendat Piersonus [p. 80. cui assentitur Reisk.] *ἔξωθε κολεῶν,* quod et nimis a MSS. vestigiis recedit, et præterea nihil sententiæ adjicit. Legendum, ni fallor, *ὀλῶν ἔσωθεν, intra molam salsam.* In canistris enim tenebatur mola salsa. Hom. Odyss. III. 441.

Χέρνιβα δέ σφ' Ἄρητος ἐν ἀνθεμόεντι λέβητι
Ἤλυθεν ἐκ θαλάμοιο φέρων, ἑτέρῃ δ' ἔχεν οὐλὰς
Ἐν κανέῳ — —

Aristophanes Pac. v. 948.

Ὁ παῖς δ' ὁ Πηλέως ἐν κύκλῳ βωμὸν θεᾶς,
Λαβὼν κανοῦν, ἔθρεξε, χέρνιβάς θ' ὁμοῦ.
Ἔλεξε δ'· ὦ θηροκτόν' Ἄρτεμις Διὸς,
Τὸ λαμπρὸν εἱλίσσουσ' ἐν εὐφρόνῃ φάος,
Δέξαι τὸ θῦμα τοῦθ' ὅ σοι δωρούμεθα
Στρατός τ' Ἀχαιῶν, Ἀγαμέμνων ἄναξ θ' ὁμοῦ,

Sed Achilles circum aram deæ
Accepto canistro et simul aqua cucurrit.
Dixit autem: O Diana, quæ ferarum cæde gaudes, filia Jovis,
Agitans clarum lumen noctu,
Recipe hanc victimam, quam tibi donamus,
Et Græcorum exercitus, et simul rex Agamemnon,

τὸ κανοῦν πάρεστιν ὀλὰς ἔχον καὶ στέμμα καὶ
μάχαιραν.

In quem locum Scholiastes: ὀλὰς ἀντὶ κριθάς. ὅτι ἐκέκρυπτο ἐν τῷ κανῷ ἡ μάχαιρα ταῖς ὀλαῖς καὶ τοῖς στέμμασι. Si Grammatico fides, solenniter hoc in omni sacrificio fiebat: Lucretius tamen aliter cepisse videtur, quasi gladius præter morem, et Agamemnonis causa, occultatus fuerit, I. v. 91.

Et mœstum simul ante aras adstare parentem
Sensit, et hunc propter ferrum celare ministros.

ἔσωθεν idem hic valet, quod ἔσω. nec alia ejus vis est, Iph. Taur. v. 41. Sic ἔνδοθεν pro ἔνδον, Orest. v. 1121. *Musg.*

ἔσωθεν,] Ita quidem restituo, non Carminis modo ratione ductus, (quod ἔξωθεν admittere nequit) sed Aldina quoque editione; quæ certe antiquior est, et, ut sæpe dixi, verior. Nec dicimus τίθημι φάσγανον ἔξωθεν κολεοῦ, sed ἔσωθεν, quum reponimus in vaginam. Miror autem, hanc rem a nemine antehac notatam. Cæterum τὸ σπάσας decepit illos, qui ἔξωθεν scripserunt, quum, quo sensu illud accipiendum, Latina versio satis ostendat, quam in hac parte correxi, ut responderet veræ et veteri Lectioni Græci textus. *Barnes.*

Heath. putat, verba κολεῶν ἔσωθεν pendere a partic. σπάσας, non a verbo ἔθηκεν, quod ad εἰς κανοῦν referri debeat, atque vertit: *Calchas vero vates, postquam gladium acutum, intra vaginam conditum, manu extraxerat, eum in calathum ex aureis laminis factum reposuit.* *Beck.*

1566. ss. Quod ad ritum attinet, quo victimarum colla coronari solebant, cum jam supra v. 905. et 1080. tetigimus. Unde et apud Lycophron. v. 327. Iphigenia (hanc enim l. l. malo intelligere, quam Polyxenam,) vocatur βοῦς στεφηφόρος, ubi Tzetzes diserte monet, eos, qui immolari debuissent, ornatos fuisse floribus atque coronis. Jam Achilles dicitur cum canistro et aqua circum aram ivisse. Ad hunc ritum illustrandum conferas velim Aristoph. Pac. 956. ubi Trygæus famulo dicit:

ἄγε δὴ τὸ κανοῦν λαβὼν σὺ καὶ τὴν χέρνιβα,
περίϊθι τὸν βωμὸν ταχέως ἐπὶ δεξία.

Ibi Schol. ad v. περίϊθι observat, τοῦτο πρῶτον ἐποίουν καθαίροντες τὸν βωμόν. Hesychii glossa: ἔθρηξεν, (leg. ἔθρεξεν) ἐπῆλθεν, ἔδραμεν. Pierson. ad Moer. v. Θρεκτικὸς, eam huc refert. *Hopfn.*

1567. ἐν κύκλῳ βωμὸν θεᾶς—Ἔθρεξε.] Forte, ἐν κύκλῳ βωμοῦ, &c. ut Herc. Fur. 921. ἐν κύκλῳ δ' ἤδη κανοῦν Εἵλικτο βωμοῦ. Sic et Heathius. Ἐν κύκλῳ βωμοῦ est *circum aram.* *Markl.*

βωμὸν θεᾶς,] Emendat Heathius βωμοῦ, conferens Herc. Fur. v. 921. et v. 972. *Musg.*

1568. Hes. Ἔθρηξεν· (l. ἔθρεξεν·) ἐπῆλθεν, ἔδραμεν. quam glossam huc refert Piers. ad Moer. V. Θρεκτικός. *Beck.*

Bene distingui debent hæ χέρνιβες a prioribus. Omnes enim ad sacrificium venientes statim ab initio manus aqua lavare solebant, vid. quæ supra ad v. 674. notavimus, postea vero adspergebantur proprie a sacerdote, qui a sinistra ad dextram manum circa aram ibat, et quidem ligno ardente ex ara sumto aut ramo laureo, aqua tincto. Hæc quoque aqua sacra χέρνιψ dicebatur, ut aqua ista spargi χερνίπτεσθαι. Plura de isto ritu monuit Athenæus, Lib. IX. Conf. Aristoph. Pac.

Ἄχραντον αἷμα καλλιπαρθένου δέρης·
Καὶ δὸς γενέσθαι πλοῦν νεῶν ἀπήμονα,
Τροίας τε πέργαμ' ἐξελεῖν ἡμᾶς δορί.
Εἰς γῆν δ' Ἀτρεῖδαι, πᾶς στρατός τ' ἔστη βλέπων.
Ἱερεὺς δὲ, φάσγανον λαβὼν, ἐπεύξατο,
Λαιμόν τ' ἐπεσκοπεῖθ', ἵνα πλήξειεν ἄν.

Impollutum sanguinem cervicis pulchræ virginis:
Et concede nobis, ut tuto possimus navigare,
Trojæque arces armis expugnare.
Et exercitus et Atridæ steterunt intuentes terram:
Sacerdos vero correpto gladio precatus est,
Et consideravit guttur, ubi feriret.

959. ubi Trygæus famulo dicit: φέρε δὴ τὸ δᾳδίον τόδ' ἐμβάψω λαβών, cet. *Hopfn.*

1569. ὦ θηροκτόν' Ἄρτεμι, παῖ Διός,] Codices omnes, ω Διος Αρτεμις θηροκτονε. et sic edidi. Nominativus pro vocativo frequentissime ponitur. vid. ad v. 446. hinc loci hujus depravatio. et hinc perspicere licet, quantum in his fabulis interpolatio grassata fuerit. *Markl.*

θηροκτόν' Ἄρτεμις Διός, R. P. Præf. ad Hecub. p. clxvi. *Burn.*

Diana ornatur epitheto solenni θηροκτόνος, σηροκτόνος (Aristoph. Lys. 1264.) quatenus tanquam venatrix spectabatur, quo respectu alibi ἀγροτέρα, (Aristoph. Thesmoph. 121.) κύναγος (Soph. Electr. 563.) ἐλαφιαῖα, ἐλαφιβόλος, etc. nominatur. *Hopfn.*

1570. ss. φάος—σελήνην.] Ut enim Apollo pro Deo solis, ita soror ejus Diana, pro dea lunæ habebatur, quæ idea, quomodo cum illa venatricis cohæreat, non difficile intellectu. Quare h. l. dicitur lunam circa cœlum noctu ducere. Εὐφρόνη, νύξ. V. supra v. 109. Sic Æschyl. Eumen. 686. ubi pro 'πικαινόντων mallem παρβαινόντων, si liceret. Ἄχραντον dicitur quod nulla macula s. labe est notatum, a χραίνω, polluo, unde explanatur per ἀμόλυντον, καθαρόν. Ἀπήμονα, i. q. εὐτυχῆ. Proprie h. v. notat illæsum, incolumem, hinc innoxium, tutum, felicem. Unde apud Homerum, ἀπήμονα οἴκαδ' ἀπάξαι, eodem sensu. Πέργαμα. Vid. supra ad v. 589. *Hopfn.*

1571. θῦμα τοῦθ' ὅ σοι R. P. Suppl. Præf. ad Hecub. p. clxvi. *Burn.*

1572. Ἀγαμέμνων ἄναξ θ' ὁμοῦ,] Voces Ἀγαμέμνων τ' ἄναξ videntur debuisse senarium claudere, ut supra 1546. et sexies præterea in hoc dramate in iambis, vel, quod idem est, in trochaïcis. Legi potest, Στρατός τ' Ἀχαιῶν κοινὸς, Ἀγαμέμνων τ' ἄναξ, ut v. 1590. Ὦ τοῦδ' Ἀχαιῶν κοίρανοι κοινοῦ στρατοῦ. Sed hujusmodi conjecturæ parvi sunt. Certum puto, locum esse interpolatum. *Markl.*

Emendationem Markl. probat Brunckius ad Euripid. Orest. 201. ubi ait, tertiam in Ἀγαμέμνων produci (l. corripi) posse in canticis. Imo et in iambis vel anapæstis. Vide supra 68. 847. Bacch. 72. (Vid. Supplem. Præf. ad Hec. p. clxvi.) *Por.*

Ἀγαμέμνων τ' ἄναξ ὁμοῦ,] Ita, Scaligero et Duporto præeuntibus, lego pro Ἀγαμέμνων ἄναξ θ' ὁμοῦ. Is vero κατ' ἐξοχὴν dicitur ἄναξ, quia reliquorum erat princeps, et, ut nos etiam Musis litemus, Ἄλλων δ' αὖ πάντων βασιλεύτατος ἦεν ἀνάκτων. Homerus vero in hac re Euripidi lucem prætulit, Ἀτρείδης τε, ἄναξ ἀνδρῶν, καὶ δῖος Ἀχιλλεύς. Et, ἄναξ ἀνδρῶν Ἀγαμέμνων. *Barnes.*

Vox Ἀγαμέμνων penultimam necessario corripit. V. Musgrav. Exercitt. in Eurip. p. 3. et 6. *Hopfn.*

1575. πέργαμα] Vid. Phoen. v. 1192. *Barnes.*

1576. βλέπων.] Quod solent facere homines vehementer contristati aut qui sibi mali conscii sunt. V. ad Cyclop. 210. sq. Ἐσήει alibi ἐσῆλθε. V. supra ad v. 57, 522. et 1410. Sic Horat. Epod. XV. 16. *dolor intravit.* *Hopfn.*

1578. ἵνα πλήξειεν ἄν.] Vel, ἵνα πλήξειέ νιν, *ubi id* (vel *eam*) *feriret.* Seneca Agamemn. 899. *Designat oculis antequam ferro petat.* Sed nihil muto. ἵνα significat *ubi.* vid. ad 349. not. 2. *Markl.*

Ἐμοὶ δέ τ' ἄλγος οὐ μικρὸν εἰσῄει φρενὶ,
Κἄστην νενευκώς. θαῦμα δ' ἦν αἴφνης ὁρᾶν·
Πληγῆς κτύπον γὰρ πᾶς τις ᾔσθετ' ἂν σαφῶς,
Τὴν παρθένον δ' οὐκ οἶδεν οὗ γῆς εἰσέδυ.
Βοᾷ δ' ἱερεὺς, ἅπας δ' ἐπήχησε στρατὸς,
Ἄελπτον εἰσιδόντες ἐκ θεῶν τινος
Φάσμ', οὗ γε πίστις μήδ' ὁρωμένου παρῆν.

Mihi vero non levis dolor subibat animum:
Et stabam inspiciens terram: subito autem erat videre miraculum:
Sonum enim plagæ quilibet audivisset manifeste:
Sed nemo novit virginem, quo terræ subiêrit.
Clamat autem sacerdos, acclamat et universus exercitus,
Inspicientes insperatum ab aliquo deorum
Ostentum: cui ne tum quidem cum videbatur, fides adhibebatur:

1579. Ἐμοὶ—εἰσῄει φρένα,] Priores Editt. φρενὶ, quod Græcum esse, discere potes ex Dorvillio ad Chariton. p. 494. Sed spurium hunc iambum censet Valckenær. ad Phœniss. 1378. *Markl.*

ἄλγος] Legendum metri causa ἄχος. φρενὶ,] Legendum cum Barnesio φρένα. *Musg.*

φρενὶ tuetur, et ἐμοὶ in hac form. pro ἐμοῦ dictum esse monet Abresch. ad Æsch. T. I. p. 420.

Pro τ' Reisk. scribit γ'. *Beck.*

Pro vulgato ἄλγος metri causa cum Musgravio lego ἄχος. *Hopfn.*

1580. θαῦμα δ' ἦν αἴφνης ὁρᾶν·] Αἴφνης habet Eumathius de Ismeniæ et Ismenes Amoribus VIII. p. 309. Eustath. ad Il. Ζ'. p. 637, 16, 17. (495, 12, 14.) Tragœd. Χ. Π. 879. 1901. 2249. Schol. ad Il. Π'. 300. Eustath. Il. Γ'. p. 377, 26. (285, 41.) Od. Θ'. p. 1593, 26. (304, 12.) Γ'. p. 1467, 62. (127, 46.) Η'. p. 1568. 18. (locus in ed. Bas. deest.) Æsop. Fab. 36. 40. ed. Huds. et var. lectt. e MS. Voss. Fab. 18. Schol. Vill. ad Il. Ω'. 605. 480. Planud. Vit. Æsop. p. 56, 16. *Por.*

Κἄστην] Valckenærius κἄστη legendum putat, versu superiori deleto. Sed recte vulgatum retinet Heathius. Fieri enim vix potest, ut Sacerdos in ipso feriendi actu capite versus terram inclinato steterit. *Musg.*

1582. οὐκ οἶδεν οὗ γῆς εἰσέδυ.] Ego nihil muto, vel propter istud Hippol. 1243. in re non absimili, οὐ κάτοιδ' ὅπου χθονός. *Markl.*

Similiter nuntius fine Œdip. Colon. Sophoclei narrat, neminem scire quo Œdipus venerit, eum enim evanuisse. *Hopfn.*

1583. Βοᾷ δ' ἱερὸς,] Ita legendum. Confer Ion. 1243. Suppl. 884. 1050. Æsch. Theb. 464. Iph. Aul. 358. 678. (Vulgo ἱερεύς.) *Por.*

Heath. legi jubet ἱρεὺς, ut vitetur anapæstus in secunda sede. *Beck.*

ἐπήχησε, repetebat clamorem. *Hopfn.*

1585. ὁρωμένη πίστις παρῆν.] Feceram ex sensu ὁρωμένου. mirum est nullam mentionem ab editoribus factam esse hujus lectionis, quam in Aldina postea inveni, et verissimam puto. Reiskius monet ita recte esse in vet. edit. Brubachiana. *Markl.*

Φάσμα, οὗγε πίστις, μηδ' ὁρωμένου παρῆν. R. P. Suppl. Præf. ad Hecub. p. clxx. *Burn.*

1585. ss. ὁρωμένη] Ego non dubito ex Brubachiana et Aldina cum Reiskio, Marklando, atque Heathio recipere ὁρωμένου. Eo ipso tempore, quo videbatur, fidem aliquis habere non poterat, tam mirum inexspectatumque erat. ἰδεῖν—θέαν sc. κατὰ, visu maxima et eximia adspectu. Ἀσπαίρειν, est i. q. alibi σκαρίζειν, ψυχορραγεῖν, quod dicitur de morientibus, qui palpitant. Cum toto hocce loco conf. Iph. Taur. 26. ss. et 783. ss. V. Varinum V. Νεοπτόλεμος. Aristoteles Poët. c. 17. hujus loci mentionem fecit et artificium aperit. Obiter adhuc monere liceat, in editione Lipsiensi v. 1587. (1586.) excidisse voc. ἔκειτ'. *Hopfn.*

1586. Ἔλαφος] Adi Varinum in voce

Ἔλαφος γὰρ ἀσπαίρουσ' ἔκειτ' ἐπὶ χθονὶ,
Ἰδεῖν μεγίστη, διαπρεπής τε τὴν θέαν,
Ἧς αἵματι βωμὸς ἐῤῥαίνετ' ἄρδην τῆς θεοῦ.
Κἀν τῷδε Κάλχας, πῶς δοκεῖς χαίρων, ἔφη·
Ὦ τοῦδ' Ἀχαιῶν κοίρανοι κοινοῦ στρατοῦ,
Ὁρᾶτε τήνδε θυσίαν, ἣν ἡ θεὸς
Προὔθηκε βωμίαν, ἔλαφον ὀρειδρόμον;

Etenim cerva palpitans jacebat in terra,
Maxima visu, et eximia specie,
Cujus sanguis aris deæ adspergebatur undique abunde.
Tunc quanto gaudio Calchantem dixisse putas,
O duces communis hujus exercitus Græcorum,
Videtis hanc ad aram, quam dea
Obtulit, hostiam, cervam montanam?

Νεοπτόλεμος. J. Brodæus. Aristoteles vero περὶ Ποιητικῆς, c. 17. hujus loci mentionem facit, et artificium aperit. Vid. Iphig. in Taur. v. 784. &c. ubi res fusius explicatur. Simile quid de Isaaco SS. Scripturæ memorant. De Jephthæ item filia vid. Estheram nostram v. 767. *Barnes.*

1587. διαπρεπὴς] Dicitur de externa forma insigni et pulchritudine. *Hopfn.*

1588. Ἧς αἵματι βωμὸς ῥαίνετ' ἄρδην τῆς Θεοῦ.] Exemplaria omnia, quantum scio, habent ἐῤῥαίνετ'. Ego totum versum ob multas rationes, νοθείας suspectum habeo. Conjecturæ, quæ sine numero esse possunt, parum valere hic mihi videntur: alioquin legi posset, Ἧς αἷμα βωμὸν ῥαῖνεν ἄρδην τῆς Θεοῦ, pro ἔῤῥαινεν: vel, Ἧς βωμὸς αἵματι ῥαίνετ' ἄρδην τῆς Θεοῦ. Sed spurium puto. *Markl.*

Pro ἐῤῥαίνετ' Barnesius ῥαίνετ', augmento, ut ipse profitetur, sublato. Sed vereor, ne critici et augmentum abjici et anapæstum secundam sedem obtinere in eodem versu minus patienter ferant. Malim igitur cum Piersono ῥαίνετ' pro ῥαίνεται accipere, reliqua autem sic legere:

ἧς αἷμα βωμοῖς ῥαίνετ' ἄρδην τῆς θεοῦ.

Eleganter dicitur αἷμα βωμοῖς ῥαίνεται pro βωμὸς αἵματι ῥαίνεται. Vide ad Iphig. in Taur. v. 227. *Musg.*

Ἧς αἵματι βωμὸς ῥαίνετ' ἄρδην τῆς θεοῦ,] Ῥαίνετο pro ἐῤῥαίνετο Poëtice et Ionice, sublato incremento; et hoc modo versus sibi constabit, qui, retento augmento, adhuc misere laborabat. Nec Duportus recte sanabat legendo, Ἧς ῥαίνετ' ἄρδην αἵματι βωμὸς θεᾶ. *Barnes.*

Heath. restituit:

Ἧς αἵματ' ἄρδην βωμὸς ἐῤῥαίνετο θεοῦ.

Pierson. p. 61. admodum dubitanter conjicit:

Αἵματι δὲ βωμὸς ῥαίνετ' ἄρδην τῆς θεοῦ.

ῥαίνετ' pro ῥαίνεται etiam Struchtm. An. Crit. p. 130. scribi jubet. *Beck.*

ἄρδην,] Παντελῶς. Schol. Phœnn. 1636. Schol. Alc. 624. derivat ab αἴρειν atque monet proprie ἄρδην esse i. q. φοράδην. Cui non in mentem hic incurrit historia Isaaci, cujus in locum, cum immolari debebat, substitutus esse dicitur aries cornibus inter dumetum hærens, quem Abrahamus pro filio Deo offerebat? Genes. c. xxii. 13. *Hopfn.*

1589. Κάλχας, πῶς δοκεῖς; χαίρων ἔφη·] Delevi interrog. post δοκεῖς, præeunte magno magistro Hemsterhusio ad Lucian. Necyom. p. 475. Πῶς δοκεῖς χαίρων est *summo gaudio affectus. Markl.*

Interrogandi notam post πῶς δοκεῖς delendam esse, docet etiam Br. ad Arist. Plut. 742. et πῶς δοκεῖς simpliciter valere λίαν. *Beck.*

1589. s. πῶς—χαίρων quanto gaudio perfusus. Ego VV. DD. in textu sequutus sum. Simili fere ratione Aristoph. Ran. v. 54. πόθος τὴν καρδίαν ἐπάταξε, πῶς οἴει σφόδρα; Κοίρανοι alibi ἄνακτες, ἡγεμόνες. Κοινοῦ conjuncti. *Hopfn.*

1591. Ὁρᾶτε τήνδε θυσίαν,] "Claudicat

Ταύτην μάλιστα τῆς κόρης ἀσπάζεται,
Ὡς μὴ μιαίνοι βωμὸν εὐγενεῖ φόνῳ·
Ἡδέως τε τοῦτ' ἐδέξατο, καὶ πλοῦν οὔριον
Δίδωσιν ἡμῖν, Ἰλίου τ' ἐπιδρομάς.
Πρὸς ταῦτα πᾶς τις θάρσος αἶρε ναυβάτης,
Χώρει τε πρὸς ναῦν· ὡς ἡμέρᾳ τῇδε δεῖ,
Λιπόντας ἡμᾶς Αὐλίδος κοίλους μυχοὺς,

Hanc magis quam puellam dignatur,
Ne contaminet aram cæde generosa:
Libenterque hoc accepit, et secundam navigationem
Dabit nobis, et Ilii invasionem.
Quamobrem omnes classici milites sumite animos,
Et ite ad naves: quippe oportet hoc die
Nos relictis Aulidis cavis recessibus,

metrum, θυσία enim primam corripit. Forsan legi potest 'Ορᾶτε δὴ τήνδε θυσίαν, ἣν ἡ Θεός." Heathius. Legi quoque potest, 'Ορᾶτε θυσίαν τήνδε; ταύτην ἡ Θεὸς Προὔθηκε, &c. et aliis forte modis, omnibus incertis. Pro μιαίνοι (v. 1594.) Ald. et Cod. A. μιανοι. B. μιανῃ, ut κερδάνῃς, Sophocl. Ajac. 107. *Markl.*

Laborat hujus versus metrum, cui succurrendum forte legendo:

ὁρᾶτε τήνδε βωμίαν, ἣν ἡ θεὸς
προὔθηκε θυσίαν, ἔλαφον οὐρεσιδρόμον.

Musg.

1592. ὀρειδρόμον,] Alibi ὀρεινόμον, ὄρειον vocant, qui in montibus versatur s. vivit. *Hopfn.*

1593. μάλιστα] Poni videtur pro μᾶλλον, ut Apollon. Rhod. III. v. 91.

πίθοιτό κεν ὔμμι μάλιστα,
Ἢ ἐμοί.

Musg.

Ταύτην μάλιστα τῆς κόρης ἀσπάζεται,] Vel μάλιστα ἀντὶ τοῦ μᾶλλον, ut Brodæus ait, vel certe τὸ ἀντὶ subauditur ad τῆς κόρης. *Barnes.*

Struchtm. An. Cr. p. 151. verti locum vult: Hac præ puella *contenta est*. *Beck.*

τῆς κόρης in constructione jungendum cum φόνῳ: ὡς μὴ μιαίνοι βωμὸν εὐγενεῖ φόνῳ τῆς κόρης. Dura trajectio, quam facile ipsi fuisset evitare, nisi pro parvo duxisset saxa spargere. *Reisk.*

ἀσπάζεσθαι non tam est salutare, amplecti, quam diligere, præferre h. l. Φόνῳ Reiskius jungit cum κόρης, quæ sane dura esset constructio. Sed quidni subintelligamus κόρης et illud alterum cum μάλιστα (ἀντὶ) construamus? *Hopfn.*

1595. Ἡδέως τε τοῦτ' ἐδέξατο. καὶ πλοῦν οὔριον] Piersonus Verisim. p. 65. conjicit, ἐδέξατο, πλοῦν τ' οὔριον. Legi etiam potest, ἐδέχετο, καὶ πλοῦν. *Markl.*

Piersonus, [p. 65. et post eum Heath.] ne anapæstus in quarta sede sit, emendandum putat: ἐδέξατο, πλοῦν τ' οὔριον. Potuit etiam ἐδέχετο, καὶ πλοῦν—monente Marklando. *Musg.*

Hæc non nuncii, sed Calchantis adhuc verba esse ostendit Prev. Nam nuncio tribuerat Brumœus. *Beck.*

De v. οὔριος v. ad v. 352. Supra v. 92. et 359. simpliciter aderat πλοῦν ἔσεσθαι. *Hopfn.*

1596. Ἰλίου τ' ἐπιδρομάς.] Ἐπιδρομὴ, ἔφοδος, ἁρπαγὴ, ἐπίβασις. *Hesych.*

ἐπιδρομὴ, ἔφοδος (accessus.) ἁρπαγὴ, ἐπίβασις (invasio.) Hesych. Pro eo supra v. 92. dicebatur κατασφαγαὶ Φρυγῶν, coll. 1378. ubi πόρθμος ναῶν pro nostro πλοῦς οὔριος legitur. *Hopfn.*

1597. ὥστε δεῖ τῇδ' ἡμέρᾳ.] Hæc est conjectura Duporti. Vetus lectio est, ὡς ἡμέρᾳ τῇδε δεῖ. Scaliger, ἡμέρᾳ γὰρ τῇδε δεῖ· et alius potest conjicere, δεῖ γὰρ ἐν τῇδ' ἡμέρᾳ alius, ὡς δέον τῇδ' ἡμέρᾳ· alius, ὡς ἐν ἤματι τῷδε δεῖ· alius fortasse aliter. incerte omnes. De sensu dubitari non potest. *Markl.*

Recte judicat Tyrwhittus, αἶρε et χώρει modi imperativi esse. "Calchas scilicet," viri doctissimi verba sunt, "cum principes prius allocutus esset, his verbis ad vulgus Græcorum orationem convertit."

Αἰγαῖον οἶδμα διαπερᾶν. Ἐπεὶ δ' ἅπαν
Κατηνθρακώθη θῦμ' ἐν Ἡφαίστου φλογὶ,
Τὰ πρόσφορ' ηὔξαθ', ὡς τύχοι νόστου στρατός·
Πέμπει δ' Ἀγαμέμνων μ', ὥστε σοι φράσαι τάδε,
Λέγειν θ' ὁποίας ἐκ θεῶν μοίρας κυρεῖ,
Καὶ δόξαν ἔσχεν ἄφθιτον καθ' Ἑλλάδα.
Ἐγὼ παρὼν δὲ, καὶ τὸ πρᾶγμ' ὁρῶν, λέγω,

Trajicere mare Ægeum. Postquam vero tota
Victima combusta est in Vulcani flamma,
Precatus est *sacerdos* congrua, ut exercitus consequeretur reditum.
Mittit autem me Agamemnon, ut tibi hæc indicem,
Et dicam, quale fatum nactus sit ex diis,
Et ut habeat gloriam immortalem in Græcia.
Ego vero, qui adfui, et rem vidi, dico tibi hæc,

Addo, nominativum ναυβάτης huic interpretationi non obstare. Virg. Æneid. XI. v. 464.

Equites Messapus in armis.
Et cum fratre Coras latis diffundite campis.
Musg.

Heath. legit Αἶρει ναυβάτης, nam et hoc et χωρεῖ tempore præsenti poni; sed ita jam Piers. Veris. p. 60. *Beck.*

1598. Χώρει] Imperfecti temporis pro ἐχώρει, ut αἶρε pro ἦρε, utrobique sublato augmento; quare non erat, ut Duportus emendaret in χωρεῖ, ut esset præsentis temporis. Recte autem magnus ille vir rejecit, quod prius obtinuerat, (ὡς ἡμέρᾳ τῇδε δεῖ) et legit, ὥστε δεῖ τῇδ' ἡμέρᾳ. Scaliger, ut versui mederetur, legebat, ἡμέρᾳ γὰρ τῇδε δεῖ, æque commodus versus, sed scriptorum vestigia non æque observans. *Barnes.*

ὡς ἡμέρᾳ τῇδε δεῖ,] Metro succurrendum legendo: ἡμέρας ὡς τῆσδε δεῖ. Ad tempus definiendum Græci fere semper genitivo utuntur. vid. Orest. 1210. Soph. Ajac. 287. ejusd. Electr. 700. Nostri Electr. 90. *Musg.*

Barnesius χώρει et αἶρε pro imperfecto tempore ἦρε et ἐχώρει accepit, haud dubie deceptus nominativo ναυβάτης. Tunc hæc verba essent nuntii successum orationis Calchantis — enarrantis, sic Brumœus quoque accepit. Ego vero statim ab initio putabam, verba hæc esse Calchantis milites hoc omine fausto excitantis, quemadmodum video hunc locum intellectum esse a Tyrwhitto et Musgravio, nec non Koehlero atque Prevosto in versionibus. Calchas nimirum, cum *principes* prius allocutus esset v. 1590 — 1596. his verbis v. 1597 — 1600. ad vulgus Græcorum orationem convertit. Neque vero obstat nominativus ναυβάτης pro vocativo positus. Sic enim Virgil. Æn. XI. 464. et alibi. *Hopfn.*

1599. ss. μύχοι (v. ad v. 660.) vocantur κοίλοι, ut et alibi, Androm. 1254. et Troad. 84. οἶδμα V. ad v. 704. κατηνθρακώθη Nostrum: *da das Opfer zu Kohle verbrannt war.* Φλογὶ Ἡφαίστου. Sæpe Ἥφαιστος pro ipso igne ponitur, quia Deus ignis credebatur. Sic Sophocl. Antig. 123. Πρόσφορα Barnesius vertit *congrua.* πρόσφορον est *utile, commodum.* Sic Supplic. 952. In Troad. 305. opponitur ἐχθρόν. Sic Sophocl. Œd. Col. 1774. νόστου sc. felicis. *Hopfn.*

1603. Cod. A. pro φράσαι habet φρασειν· quod vult φράζειν, opinor, ut λέγειν. Pro Λύπης γ' ἀφαίρει, idem, ὃ αφαιρει, prout edidit Barnesius, qui versu 1609. dedit βροτοῖς, cum in Editt. sit βροτοῖσι. De utraque mutatione silet. *Markl.*

1605. ss. ἄφθιτον supra v. 150. ὃ σε μὴ λίπῃ. Ἀφίπτατο avolavit. Simili fere modo nuntius mortem Œdipi referens (Soph. Œd. Col. 1661.) suspicatur: ἀλλ' ἤ τις ἐκ θεῶν πομπὸς — etc. Eodem modo literæ sacræ loquuntur, cum de morte hominis sermo est, de quo *quomodo* perierit, non constat. Unde de Henocho (Gen. v.

Ἡ παῖς σαφῶς σοι πρὸς θεοὺς ἀφίπτατο.
Λύπης δ' ἀφαίρει, καὶ πόσει πάρες χόλον.
Ἀπροσδόκητα δὲ βροτοῖς τὰ τῶν θεῶν·
Σώζουσί θ' οὓς φιλοῦσιν· ἦμαρ γὰρ τόδε
Θανοῦσαν εἶδε, καὶ βλέπουσαν παῖδα σήν.
ΧΟ. Ὡς ἥδομαί τοι ταῦτ' ἀκούσασ' ἀγγέλου.
Ζῶν δ' ἐν θεοῖσι σὸν μένειν φράζει τέκος.
ΚΛ. Ὦ παῖ, θεῶν τοῦ κλέμμα γέγονας;

Filia tua palam ad deos avolavit.
Aufer igitur dolorem, et remitte indignationem adversus maritum.
Inopina enim mortalibus *accidunt fata* deorum:
Et servant *eos*, quos amant: hic enim dies
Vidit mortuam, et vivam tuam filiam.
Cho. Quam lætor tua causa, audiens ista a nuncio,
Vivam enim inter deos tuam filiam manere dicit.
Cly. O filia, cujus dei furtum es facta?

24.) dicitur, Deum eum sumsisse, atque 2 Reg. ii. 3. idem de Elia. Nihil aliud videtur his locis indicari, nisi hos viros obiisse sed locum et genus mortis nemini innotuisse. Quod enim Elisa viderat, phantasiæ adscribendum atque haud dubie Elias fulmine tactus est inter tonitrua vehementia, quod obiter notandum. Omnino non superflua erit observatio, præmaturam atque repentinam mortem ab omnibus fere gentibus priscis pro signo divini favoris et præmio pietatis eximiæ habitam fuisse. Vide plura exempla in dissertatione nostra de Œdipo Coloneo in *Magazin für Schullehrer*, Tom. III. P. I. p. 120. sq. Gœtting. 1794. Sententiam hanc probare licet e Lib. Sapient. IV. 14. Æschin. in Axioch. c. 9, 10. Plaut. Bacch. IV. 7, 18. *Hopfn.*

1607. Ἡ παῖς σαφῶς σοι πρὸς θεὺς ἀφίπτατο.] Quomodo Iphigenia a Diana surrepta sit, et in Tauros deportata, vid. Eurip. in Fabula sequenti. Quin etiam Antonini Liberalis Metamorph. c. 27. ubi et Thesei ex Helena filia dicitur, (ut observavimus supra v. 90.) et ex Tauris in insulam Leucam translata, Divaque facta et Achilli nupta, nomine in Oreilochiam converso. *Barnes.*

1608. πόσει] Adversus maritum cf. v. 1454. Sententia versus 1609. et alibi recurrit apud Tragicos. Sic Med. v. 1412. ss. βλέπουσαν, ζῶσαν. V. supra ad v. 1281. coll. 1250. it. 484. *Hopfn.*

1611. Θανῦσαν εἶδε καὶ βλέπουσαν] Βλέπουσαν pro ζῶσαν. Vid. quæ Nos ad Supplices, v. 89. et hujus Fabul. v. 484. *Barnes.*

1614. Forte, Ὦ παῖ, Θεῶν τοῦ κλέμμα σὺ γέγονας;] Ut sit anapæstus. Vulgo deest σύ. τοῦ est τίνος. Θεῶν est unius syllabæ. *Markl.*

θεῶν τῦ] Τίνος θεῶν; *Barnes.*

τῦ, τίνος] Malo potius του, ut sit encliticum, quod et Battierio placuit. *Hopfn.*

1615. πῶς δὲ φῶ;] Scribendum opinor καὶ (vel δὴ, sed καὶ potius) pro δὲ, quod non est anapæsticum. *quomodo etiam existimabo?* existimabone *hos sermones fictos esse, ut,* &c.? Καὶ et δὲ sæpissime commutantur. Pone notam interrog. post παυσαίμαν, v. 1617. Παραμυθεῖσθαι ambiguum videtur, utrum *decipere* an *consolari*. *Markl.*

Legendum puto:

πῶς δ' ὐ φῶ
παραμυθεῖσθαι τῦσδε μάτην μύθυς.

Musg.

1616. Παραμυθεῖσθαι] Repetendum est φῶ. hoc modo: πῶς φῶ; Μῶν φῶ παραμυθεῖσθαι, etc. *Barnes.*

Πῶς σε προσείπω; πῶς δὲ φῶ;
Παραμυθεῖσθαι τούσδε μάτην μύθους,
Ὥς σου πένθους λυγροῦ παυσαίμαν;
ΧΟ. Καὶ μὴν Ἀγαμέμνων στείχει,
Τούσδ' αὐτὸς ἔχων σοι φράζειν μύθους.
ΑΓ. Γύναι, θυγατρὸς ὄλβιοι γενοίμεθ' ἄν,
Ἔχει γὰρ ὄντως ἐν θεοῖς ὁμιλίαν.
Χρὴ δέ σε, λαβοῦσαν τόνδε μόσχον εὐγενῆ,

Quomodo appellem te? quo modo dicam non
Solari me falso hos sermones,
Ut tui luctus tristis finem faciam.
Cho. Atqui et ipse rex Agamemnon venit
Eadem tibi dicturus verba.
Aga. Uxor, quod ad filiam attinet, sumus beati:
Habet enim vere consortium inter deos.
Oportet autem te assumpto hoc tenero vitulo, *Oreste,*

Παραμυθεῖσθαι sc. φῶ. μάτην ad παραμυθ. referendum. *Quid dicam? Num* (dicam) *frustra hosce sermones aut narrationes consolandi mei causa fingi?* παραμυθεῖσθαι ut παρηγορεῖν est *alloqui.* Sed legitur quoque pro *consolari* ut h. l. Sic quoque Senec. Troad. 622. *alios parentes alloqui in luctu decet.* Unde *allocutio* Catull. XXXIX. 5. Quare sine ratione Bentleius in Horat. Epod. XIII. 18. inserere voluit copulam *et* ante voc. *alloquiis,* quem plures atque nuperrime Nitschius meus in *Vorlesungen über die klassischen Dichter der Rœmer,* P. II. p. 259. sequuti sunt. *Dulcia alloquia* sunt Græcis γλυκεῖα παραμύθια. *Hopfn.*

1618. Lego, Καὶ μὴν Ἀγαμέμνων στείχει.] Non dubito quin vox ἄναξ scripta fuerit supra ἄναξ / Ἀγαμέμνων. *Markl.*

1619. Τούσδ' αὐτοὺς ἔχων] Optime Heathius, Τούσδ' αὐτὸς ἔχων. *Markl.*

Metri causa αὐτὸς recepi pro αὐτοὺς, quod jam fecerunt Heathius atque Marklandus. Versus est anapæsticus dimeter hypercatalectus, ut tres proxime præcedentes. *Hopfn.*

1620. Γύναι, θυγατρὸς ἕνεκ' ὄλβιοι γενοίμεθ' ἄν,] Omnino assentior Barnesio, suspicanti istud ἕνεκ' esse ab aliena manu. scriptum forte supra ἕνεκα / θυγατρός. vid. ad Iph. Taur. 1491. *Markl.*

Γύναι, θυγατρὸς ἕνεκ' ὄλβιοι γενοίμεθ' ἄν,] Recte istud ἕνεκ' e textu ejiceretur. οὕνεκ' similiter Miltono expungenti Ion. 1360. obtemperarunt nuperi editores. *Por.*

Γύναι, θυγατρὸς ἕνεκ' ὄλβιοι γενοίμεθ' ἄν,] Licet ita in omnibus impressis libris legatur, putabam aliquando, ἕνεκα huc e margine irrepsisse, quum ob versus rotunditatem satius esset illud subaudiri: Fateor tamen, versum stare posse etiam cum ἕνεκ', si ita metiamur: Γυναι-θυγατρος-ἕνεκ' ὄλ-βιος-γενοιμεθ' ἄν. *Barnes.*

De v. ὄλβιος vid. Spanhem. ad Callim. p. 37. Abresch. ad Æschyl. Pers. 159. *Hopfn.*

1621. s. Egregium sane solatium ἐν θεοῖς ὁμιλίαν ἔχειν, quod et religio Christiana nobis commendat. Vid. 1 Thessal. iv. 18. Orestem h. l. vocari μόσχον νεαγενῆ nemo mirabitur, qui cogitaverit, sæpe adeo puellas adultas nominibus πόρτις, μόσχος, πῶλος, etc. esse insignitas. Vid. quæ supra obiter notavimus ad v. 940. Hesychius: μόσχος, ἁπαλὸς, νέος. Ὁρᾷ— spectat ad — i. e. parat navigationem, intentus est. *Hopfn.*

1622. μόσχον εὐγενῆ,] R. P. Suppl. Præf. ad Hecub. p. clxiv. *Burn.*

Τόνδε μόσχον νεαγενῆ,] Orestem adhuc infantem intelligit. Joh. Brodæus. Μόσχος) ἁπαλὸς, νέος. Hesych. Sic πῶλος Græce et Pullus Latine de quovis tenero animalculo. *Barnes.*

Στρατὸς πρὸς πλοῦν ὁρᾷ] Intentus est. *Brodæus.*

Στείχειν πρὸς οἴκους· ὡς στρατὸς πρὸς πλοῦν ὁρᾷ.
Καὶ χαῖρε· χρόνια τἀμά σοι προσφθέγματα
Τροίηθεν ἔσται. καὶ γένοιτό σοι καλῶς.
ΧΟ. Χαίρων, Ἀτρείδη, γῆν ἵκου Φρυγίαν,
Χαίρων δ' ἐπάνηκε,
Κάλλιστά μοι σκῦλ' ἀπὸ Τροίας ἑλών.

Ire domum: quia exercitus spectat ad navigationem.
Et vale. Ex longo intervallo tibi alloquia mea
Erunt ex Troja, et bene tibi sit.
Cho. Gaudens, Atrida, venias *in* terram Phrygum:
Lætusque redeas,
Postquam ceperis pulcherrima spolia ex Troja.

1624. χρόνιά γε τἀμά σοι προσφθέγματα] Γε delevit Barnesius. *Por.*

Forte delendum γε. *Musg.*

De usu v. χρόνιος v. ad v. 1099. Si rediero e Troja, diutius tecum colloquar. *Hopfn.*

1628. Re vera multam prædam victor deportavit. Vid. Electr. 6. *Hopfn.*

De versibus, quos ex Eurip. Iphig. in Aul. profert Ælian. H. A. VII. 39. observat Heath. eos posse ex alius Eurip. Iphigenia petitos esse. *Beck.*

ΤΕΛΟΣ ΙΦΙΓ. ΤΗΣ ΕΝ ΑΥΛ.

Excudebant Andreas et Jacobus Duncan,
Academiæ Glasguensis Typographi.

In Notis superioribus dixi aliquoties, vocum ultimas syllabas in his Dramatibus depravationi esse maxime obnoxias. Quæcumque caussa fuerit, ita factum esse Lector potest intelligere ex paucis exemplis in hoc genere, quæ ex hac Fabula excerpsi; idem facturus et in altera Iphigenia. eorum nonnulla ex MSS. codd. sumta sunt; cetera, ex conjectura.

Iphig. in Aulide.	Forte leg.
Ver. 63. ἀπώσασθαι	ἀπωθοίη
76. λαβὼν	λαθὼν
89. κεχρημένος,	κεχρημένοις
105. ἀντὶ	ἀμφὶ
124. ἀμπλακὼν,	ἀμπλακέων,
150. ἀντήσαις	ἀντήσῃς
186. ὁρωμέναν	ὁρομένα
194. Σαλαμῖνος	Σαλαμινίοις
250. μωνύχοις	Μωνυχίοις
254. Σημείοις ἐστολισμένας	Σημεῖον εὖ ’στολισμέναις
275. Πρύμνας	Πρύμναισι
307. φέρω	φέρον
309. Ἄλλως	Ἄλλοις
349. εὕρω	εὗρον
375. Πόλεως	Πόλεος
380. αἰσχρὸς αἰδεῖσθ’ οὐ	χρηστὸς αἰδεῖσθαι
382. ἐρᾷς χρηστὰ	ἐμὰ χρῄζεις
384. δώσω	δῶ, σῶν
392. μὲν Θεὸς	γ’ εὐνίδος
394. οἶμαι δ’ εἴσῃ	οὔ μοι, σῇ δὲ
399. ἐγείναμεν;	ἐγεινάμην;
456. πάρα,	πάρος,
516. λήσομαι.	λήσομεν.
548. Μαινόμεν’ οἴστρων,	Μαινόμεθ’, οἰστρῶν
550. Τόξ’ ἐντείνεται	Τόξ’ ἐντείνει, τᾶν
571. ἔνδον	ἐνὼν
603. Ἀγαμέμνονος	Ἀγαμεμνόνιον.
614. ἀσθενές	ἀσθενῆ
615. νεανίδαισιν	νεάνιδες, νιν
627. κάθησο	καθίστω
668. πλεύσασ’	πλεύσουσ’
Ver. 689. τοὺς τεκόντας,	τὸν τεκόντα γ’,
694. συνισχάνει.	συνανίσχεται.
703. κακῶν	κακὰ
775. Ἄρει φοινίῳ,	Ἄρης φοίνιος,
791. μ’ εὐπλοκάμους	μὴ ’υ πλοκάμους, i. e. μὴ οὐ
792. Ἔρυμα	Ῥεύματα
834. ψαύοιμεν	ψαύοιμ’ ἂν
837. Ποίους γάμους	Ποῖον γάμον
860. οἴκων,	οἰκεὺς,
863. μόνοις	μόνοιν
901. γεγῶτα	γεγῶτος.
929. πείσομαι,	πεισόμεθ’,
974. γενήσομαι.	γενήσεται.
1011. Πειθώμεθ’	Πείθωμεν
1013. λόγους.	κακούς.
1064. Μουσᾶν	Μοιρᾶν
1073. ἔνδυτ’ ἐκ	ἐνδυτοῖς
1078. Νηρηΐδος	Νηρῄδων
1126. μέσοισι	μέσοις, καὶ
1143. Ἔγημες	Ἔγημας
1170. ὠνούμεθα·	ὠνουμένω.
1216. γόνασιν	γόνατος
1224. Εὐδαίμονος	Εὐδαίμον’
1251. οὐδείς·	οὐδέν·
1256. φιλῶν	φιλῶ τ’
1368. ἥξει	ἥξω
1453. Ἄργους	Ἄργος
1512. παγαῖς	παγὰς
1567. βωμὸν	βωμοῦ
1585. ὁρωμένη	ὁρωμένου
1619. αὐτοὺς	αὐτὸς.

www.howar.ca
bushbus2007@yahoo.ca